



Informazioni su questo libro

Si tratta della copia digitale di un libro che per generazioni è stato conservata negli scaffali di una biblioteca prima di essere digitalizzato da Google nell'ambito del progetto volto a rendere disponibili online i libri di tutto il mondo.

Ha sopravvissuto abbastanza per non essere più protetto dai diritti di copyright e diventare di pubblico dominio. Un libro di pubblico dominio è un libro che non è mai stato protetto dal copyright o i cui termini legali di copyright sono scaduti. La classificazione di un libro come di pubblico dominio può variare da paese a paese. I libri di pubblico dominio sono l'anello di congiunzione con il passato, rappresentano un patrimonio storico, culturale e di conoscenza spesso difficile da scoprire.

Commenti, note e altre annotazioni a margine presenti nel volume originale compariranno in questo file, come testimonianza del lungo viaggio percorso dal libro, dall'editore originale alla biblioteca, per giungere fino a te.

Linee guide per l'utilizzo

Google è orgoglioso di essere il partner delle biblioteche per digitalizzare i materiali di pubblico dominio e renderli universalmente disponibili. I libri di pubblico dominio appartengono al pubblico e noi ne siamo solamente i custodi. Tuttavia questo lavoro è oneroso, pertanto, per poter continuare ad offrire questo servizio abbiamo preso alcune iniziative per impedire l'utilizzo illecito da parte di soggetti commerciali, compresa l'imposizione di restrizioni sull'invio di query automatizzate.

Inoltre ti chiediamo di:

- + *Non fare un uso commerciale di questi file* Abbiamo concepito Google Ricerca Libri per l'uso da parte dei singoli utenti privati e ti chiediamo di utilizzare questi file per uso personale e non a fini commerciali.
- + *Non inviare query automatizzate* Non inviare a Google query automatizzate di alcun tipo. Se stai effettuando delle ricerche nel campo della traduzione automatica, del riconoscimento ottico dei caratteri (OCR) o in altri campi dove necessiti di utilizzare grandi quantità di testo, ti invitiamo a contattarci. Incoraggiamo l'uso dei materiali di pubblico dominio per questi scopi e potremmo esserti di aiuto.
- + *Conserva la filigrana* La "filigrana" (watermark) di Google che compare in ciascun file è essenziale per informare gli utenti su questo progetto e aiutarli a trovare materiali aggiuntivi tramite Google Ricerca Libri. Non rimuoverla.
- + *Fanne un uso legale* Indipendentemente dall'utilizzo che ne farai, ricordati che è tua responsabilità accertarti di farne un uso legale. Non dare per scontato che, poiché un libro è di pubblico dominio per gli utenti degli Stati Uniti, sia di pubblico dominio anche per gli utenti di altri paesi. I criteri che stabiliscono se un libro è protetto da copyright variano da Paese a Paese e non possiamo offrire indicazioni se un determinato uso del libro è consentito. Non dare per scontato che poiché un libro compare in Google Ricerca Libri ciò significhi che può essere utilizzato in qualsiasi modo e in qualsiasi Paese del mondo. Le sanzioni per le violazioni del copyright possono essere molto severe.

Informazioni su Google Ricerca Libri

La missione di Google è organizzare le informazioni a livello mondiale e renderle universalmente accessibili e fruibili. Google Ricerca Libri aiuta i lettori a scoprire i libri di tutto il mondo e consente ad autori ed editori di raggiungere un pubblico più ampio. Puoi effettuare una ricerca sul Web nell'intero testo di questo libro da <http://books.google.com>


I
40
ap. 972

16. offset. 24.

~~Monachij. ad 1630.~~
CHRISTVS
PATIENS
CAROLI SCRIBANI
E SOCIETATE IESV

PIIS EXERCITATIONIBVS ILLVSTRATVS

VRBANO VIII. PONTIFICI MAXIMO D.D.



Collegij Societatis Jesu Monachij. 1664

ANTVERPIÆ
Apud MARTINVM NVTIVM.
Anno M. DC. XXIX.

Bayerische
Staatsbibliothek
München

E 72 2 8 7 7 1 2 A

THEATRICAL MUSEUM

THEATRICAL MUSEUM

PONTIFICI MAXIMO,
PATRI BEATISSIMO,
VRBANO VIII.
FELICISSIMO.

IÆSI non semel dubius, cuius
volumen hoc tutioni & fidei
crederem. dubium à sanguine
natum: verebar enim ne Mæ-
cenatem meum sanguine
purpuream, cùm totus nataret sanguine li-
ber; nec plebeio aut vili, sed magni Dei. &
barbarum videbatur, Propugnatorē meum
sanguine coronare, quem violis, rosis, liliis,
lauro, gramine, auro, gemmis debebam. Et
tamen vbi inambulaui orbem vniuersum,
ad Tevnum, Magne V R B A N E, sensi carbaſa
mea flecti, nec sine scelere ad alium quàm
Romanum portum exſcendere me posse:
nec ad alium quàm ad eum defleſtere, qui

Vicariis Christi mei partes in terris gereret.
Sed neque alio excipi hospitio velle illum, de
quo illud Romani Præsidis, Ecce homo;
quam cui oves suas sanguine suo lotas com-
mendasset. Parere debui, & spiranti zephyro,
& annuenti cælo, & imperanti Christo. qui
licet, cum nascitur, stabulum pro domo, præ-
sepio pro leæto, fœnum pro puluillo, mo-
riensque pro thalamo crucem deligat; mor-
tuus tamen, viri Principis sepulcrum, & aro-
matum & odoratarum herbarum libras
admittit centum, & non ignobilem syndo-
nem, & vnguenta ætatem latura. Quare
& nunc Vaticana & Quirinalia palatia ad-
mittet hospes, remuneratus locorum Do-
minum liberaliore quam Lazarum & Mar-
tham manu. Nam si, qui Prophetam aquâ
potat, Prophetæ mercedem accipiat:
quid sperare debet ille, qui Prophetarum
Dominum teæto excipit & mensam an-
centuplicatis hunc opulentare differet
muneribus? Ut proinde ab hoc hospite
san-

sanguine natante magna sperare , Magne
VRBANE, debeas; eoque maiora, quo plus vul-
nerum sanguinumque secum trahit, quibus
nihil cælo terrisque nobilis. Venit ergo ad
Te, Magne VRBANE, Christus Tuus & meus,
& hospitium depositi non negabis petenti:
nec terreberis ad sanguinem & vulnera: nam
quo plus sanguinis & vulnerum circumfert,
hoc plus balneorum & vberum præbet, elu-
endis fôrdibus, pascendis animis. Non misi
illum, teneroris dictioñis coco & purpurâ
vestitum. noluit his vulnera sua tegi: noluit
tam molibus vestiri, nec triumphale pectus
suum flagris disculptum, & adhuc anhelum
salutis nostræ, coccino & Tyrio circumdari.
Mitto ergo ut mitti voluit, extra lætitiam au-
rium & oculorum, succinctum: mitto deni-
que, ut à columna illum, & spinis, & cruce ac-
cepi. Ne exspecta armæ Ciceronis alabastra
odoratis ebria succis: nec Sallustij chla-
mydem, quam diffibules auroi vili sectus
militari fago à prætorio venie: nulla hîc

* 3 vestium

vestium, vt nec membrorum l^atitia, nulli fulgurantes artus, non insignes humeri, non pectora nudis inferiora genis; sed nec in hoc corpore quidquam, quod mereretur audire, *Speciosus formâ p^{ra}filiis hominum.* cùm nihil in illo es- set quod hominem suum referret. testis mihi Præses; à cuius manu vt accepi, sic misi. addi- dit tantum tegendo pudori vestem qualcm potui è triennali triturâte me febri. Tu vnu^s Tiberinâ cingere pallâ & Quirinali togâ po- teris, & saporato dictionis Tu^x de Barberino alueario melle, à cruce fatiscentem reficere. Et quis aut exornare augstiùs, aut tueri pos- set certiùs? Tibi ergo, Magne VRBANE, inscri- bere volui, vt, cùm viderent Augustū Tuum in limine nomen, à dente sibi Harpyiæ tem- perarent & vngue, & à rhinocerotica nare quotquot per aliorum contemptum, tam- quam per gradus, ad altioraviam sibi struunt. Quamquā damnari nō metuam cum Chri- sto meo. sed neque calamistra, aut anteuen- tulos cincinnos, aut acum dictioni tāquam crini-

eribus distinguendæ, aut odoratorum ver-
borum succum maciei repastinandæ, aut pe-
riodorum fictitium nitorem, aut coactum
ruborem vulnera permittunt. Habebis ergo
illum à calamo meo, qualem sputa, flagra,
clavi, peccata nimirum nostra, dederunt.
Nec quisquam Te, Magne VRBANE, orbe
nunc toto, abi inuidia, certius de vniuerso
hoc volumine iudicare potest; cùm altior
nulli mens hausta de fonte veniat, nullusque
vincet pede vocis & solute grandius intonet.
Vnum vereor, ne, cùm ames auctore, etiam
ames librum; magis etiam ne nimis laudes,
cùm nimium ames. Sepone VRBANVM: in-
due Maffeium. quamquam & hic verear a-
morem. testis mihi Roma, & purpurata men-
sa cui aliquando assedi hospes. O dies! cùm
plus libabam de vultu, fronte, oculis, genis,
ore, quam de ferculis. circumferebam tac-
tus oculos, & ô mercuriosum! nihil relinque-
bam inoculatum. Magna mihi visa omnia.
sed ab uno Maffeio magnitudinem suam
mutua-

Deum omnia debeo, nescio an audeam
commendare, cum verear ne injuriam
faciam Urbanitati Tuae, si sollicitè pe-
tam ad quod Te natura & nomen tra-
bit. Dabis sat scio, audaciæ huic yeniam,
cum ab amore veniat. & cogitabis se-
num vitium esse, qui quo impensius a-
mant, hoc nullum commendandi fi-
nem faciunt, accidit hoc semper mihi,
quoties Societatis memini. Et videor
iusti audire Magni Te Dei verbis respon-
dentem: *Ad ubera portabitimi: quomodo sicut ma-
ter blanditur, ita ego consolabor euos. Videbit, & ga-
dabit soror tuorum.* Dictauit hæc amor: quis
non credat amori? non fallit, non solet.
ego vt non fallar, in manu tua est, Magne
URBANE Ita nulli secundus inter astra
Delphica, inter Romulea diu felix viue-
totoque abhinc orbe, totoque abhinc
tempore magnitudinem amoris in me
Tui, & hanc minimam Societatem ubi-
quisque

que gentium, postuma decantent sæcula, laudent præsentia, & dicant:

DEVS

VRBANVM VIII. FORTVNASTI TERRIS,
FORTVNA CÆLO:

QVEM

DIV PONTIFICEM INVIDEAT MUNDΟ CÆLVM;
HVNC

SEMPER EREPTVM SIBI, INVIDEAT CÆLO MUNDVS;

AVDI PIA

FILIORVM PRO PARENTE VOTA

DEVS.

Deo gratias

Deo gratias

Deo gratias

Deo gratias

Deo gratias

Deo gratias

Copie

CENSURA CENSORIS ORDINARII.

Exercitationes iste in Passionem Domini verè pie, & valde eruditæ, efficaces sunt quò Christi fideles in se sentiant quod & in Christo IESV, ac eidem passo in carne conformes fiant, & sequantur uestigia eius, adeoque illas utiliter typis euulgandas censco. Antuerpiæ hac 20. Aprilis anno 1629.

P. Coens S. Th. L. Canon. & Libr. Cens. Antuercp.

Facultas R. P. Provincialis.

Ego IACOBVS STRATIVS, Societatis Iesv per Prouinciam Flandriæ belgicam Præpositus Prouincialis, iuxta facultatem mihi factam ab Admodum Reu. Patre Nostro Mutio Vitelleesco, ciudcē Societatis Præposito Generali, concedo Martino Nutio Typografo Antuerpiensi potestatem excudendi librum, qui intitulatur *Christus Patiens*. Caroli Scribani eiusdem Societatis. In horum fidem has meā manu subscriptas consueto officij mei sigillo communiui. Antuerpiæ anno Domini 1629. die 12. Augusti.

Jacobus Stratius.

SVMMA PRIVILEGII REGII.

PHILIPPVS Dei gratiâ Hispaniarum, Indiarum, &c. Rex Catholicus, Archidux Austriae, Dux Burgundie, Brabantie, &c. Serenissimus Belgarum Princeps, diplomate suo sanxit, ne quis librum cui titulus Christus Patiens, auctore R. P. Carolo Scribani Societatis Iesv Sacerdote, preter Martini Nutij Typographi Antuerpiensis voluntatem, intra decennium in Belgio imprimat, aut alibi locorum ac terrarum impressum in has Inferioris Germanie ditiones importet venalemque exponat. Qui secùs facit, confiscazione librorum, & aliâ gravi pœnâ multabitur, ut latius patet in litteris datis Bruxelle, anno 1629. die 28. Augusti.

Signat

Cools.

P I A E

EXERCITATIONES

I N

PASSIONEM

D O M I N I .

C A P V T I .

De Iudeorum concilio, super CHRISTI morte.

ONSIDERAScriptræ verba: Collegerunt ergo Pontifices & Pharisæi concilium, & dicebant: Quid facimus, quia hic homo multa signa facit? si dimittimus eum sic, omnes credent in eum, & rvenient Romani, & tollent locum nostrum & gentem. Vnus autem ex ipsis Caiphas nomine, cum esset Pontifex anni illius, dixit eis: Vos nescitis quidquam, nec cogitatís quia expedit vobis ut unus moriarur homo pro populo, & non tota gens pereat. Ab illo die cogitauerunt, ut interficerent eum. Concilium improbum, quale illud olim: *Veni, in-
fidelis emur sanguini, abscondamus sendiculas contra insontem, degluta-
mus eum sicut infernum ridentem, & integrum quasi descondentem in
lacum.* & illud magni Regis: *Qui quarebant animam meam, confi-
lium fecerunt in unum: dicentes, Persequimini, & comprehendite; quia
non est qui eripiat.* & dicere meritò Christus poterat: *Circumde-
derunt me canes multi: concilium malignantium obfedit me.* Ut enim
canes innocentem prædam; sic Iudæi Christum cinxerunt in
escam & mortem. Apud alium vero Euangelistam hæc habes: *M. M. 26.*

A

Tunc

Tunc congregati sunt Principes sacerdotum, & seniores populi in atrium. Principis sacerdotum, qui dicebatur Caiphas; & consilium fecerunt, ut IESVM dolo tenerent, & occiderent. Non fuerat hoc primum concilium: nam & antè post aridæ manus in sabbato restitucionem, Execuntes Pharisæi, statim cum Herodianis consilium faciebant aduersus eum, quomodo eum perderent. &, Lucâ testante, miserant insidiatores, qui se iustos simularent, ut caperent eum in sermone, & traiderent illum principatui & potestuti Praesidis. Hæc Pharisæi, cùm de Cæsareano censu quæstionem proponunt.

Marc. 3.

Luc. 20.

Ioan. 8.

2. Petr. 2.

Iob 5.

Non est
consilium
contra
Dominum.

& de muliere adultera Ioannes. Tentantes eum, ut possent accusare eum. de quibus illud Petri dici iure poterat: Oculos habentes plenos adulterij & incessabilis delicti. Ostendit hoc Dominus, cùm scelera illorum digito inscriberet terræ Vbi factum illud Iobi: Apprehendit sapientes in iustitia eorum, & consilium prauorum dissipat. O fatui filij hominum! & quod consilium esse potest contra Dominum? aut quæ fraudes illum fallere, qui circumuenire dolî, cui nota sunt omnia, & quem latere nihil potest præteritorum, præsentium, futurorum? aut quid latere illum potest, cui intima cordium nostrorum certius quam nobis ipsis nota? aut quæ prudentia aut eruditio illū docere, apud quem absconditi sunt omnes sapientia & doctrinarum thesauri; & à quo, quidquid vbique prudentia aut eruditionis est, diuite venâ fluit? aut denique, quid effugere illum potest, apud quem regestus est numerus capillorum etiam nostrorum? O nimis stolidæ cogitationes hominum, mittere insidiatores qui fallant Deum, mittere qui Deum impellant in structas antè insidias! Potuit aliquid stolidius excogitari, quam sperare in ignoratas præcipitare posse Deum insidias? hæc est prudentia humana, quæ Deo fucum se posse facere arbitratur. O quoties hæc videmus! Mittunt verò Pharisæi tales, qui se iustos simularent, ô maior etiam fatuitas! & fallere sperabant se posse Deum simulata probitate, bis impij, sceleribus suis, & spe fallendi Deum: iterumq; bis impij, simulatione, & fraude. unde fortis illa interminatio Christi: Vae vobis, Scribe & Pharisæi, hypo-

Mat. 23.

hypocrite, quis mundatus quod deforis est calicus & paropfidis; intus autem pleni estis rapina & immunditia. & dictum verè: Spes hy-
pocrite peribit. deprimet enim illam Deus, nec patietur sputia
vitulamina altas radices agere. eritque congregatio hypocrite ste-
lob 8.
nilis, nec speratum fructum feret, sed in semine suo morietur. Hypocrite molimina ac si quid exortum fuerit, dexterā illud furoris sui secabit Do-
in nihilum recidunt.
minus, aut in herba sua suffocabit, aut igne denique amburet.
Monet proinde prudenter Ecclesiasticus: Ne fueris hypocrita cap. i.
in conspectu hominum, & non scandalizaris in labiis tuis, ne forte
cadas, & adducas anima tuae in honorationem; & reuelet Deus abs-
consa tua, & in medio synagogæ elidat te: quoniam accessisti malignè
ad Dominum, & cor tuum plenum est dolo & fallaciâ. Vnde etiam
illud magni Iob: Simulatores & calli i. prouocant iram Dei. morte,
cap. 36.
tur in tempestate anima eorum, & non in pace; cum pacem igno-
raverint, omnium discordiarum impij seminatores. Atque
hic Dominus, cum improbi serui meminit; addit: Partem e-
Matt. 24.
ius ponet cum hypocritis. illic erit fletus, & stridor dentium, & ignis
semper utens, numquam contumens. grauis in omnem hy-
pocritam sententia, æternis ignibus finienda. Fuge, quisquis
dentium stridorem in flammis metuis æternis. nimis infelici
exitu clauditur hypocrisis, Deo hominibusque inuisa; nulli
bona, nullique quam auctori suo nocentior. Sæpè vero hypo-
critarum nomine primos Iudæorum sedatguit Dominus.
hinc illa: Exterminant facies suas, Volunt hominibus videri,
Imponunt grauia aliorum humeris, digito interim ipsi suo
non tangunt. Festucam in aleno oculo, crabem in suo non
vident. Diuinas traditiones negligunt, vt suas explicant. aliaq;
his similia. Quæ monita increpationesque, & populi ex alte-
ra parte fauor, persuasit Iudæorum primis, vt concilium in-
dicerent, consultaturi super Christo. Collegerunt ergo Pontifices
& Pharisæi concilium. Ad quod conuenerunt, secundum Mat-
thæum, Præcipes sacerdotum, & seniores populi; primi om-
nines Ecclesiasticæ & sæcularis potestaris, ne quid defuisse in re
facta ad prudenter sententiam ferendam, & malis, quæ time-
Hypocrisis primorum Iudæorum tempore Christi.
Concilium Iudæorum è quibus esset conformatum:

bantur, prouidendum, vidéri posset. Et indictum contilium
 in atrio Principis sacerdotum; vt à loci sanctimonia austro-
 ritas illi accederet, tegereturque illorum apud populum im-
 probitas, qui in atrio Principis sacerdotum suspicari non
 possent, improbitatem & iniustiam admissam; quasi hæc à
 sacerdotalis Principis atrio excluderentur, & vel solâ nomi-
 nis sanctitate terrentur. ô si hæc semper vera! sanè nusquam
 alibi maior quām in hoc atrio eluxit impietas, iniustia, ma-
 lignitas. Vide quid dicant: *Quid facimus, quia hic homo multa
 signa facit?* ô quōties hæc verba versantur in ore Iudicum!
Quid facimus? agitur caussa Regia, quam qui neglexerit, qui op-
 pugnauerit, quid sperare post hæc debeat? quid non metuere?
 & quis audeat damnare Regem, etiam in iniusta caussa? aut
 ylla iniusta Regia esse potest? & quæ non damna metuenda?
 aut quis in gratiam priuati, fauore excidere volet Regio? ô
 quām pauci robur hīc adferunt! quām pauci personarum dis-
 crimina ignorant! quām dein multi in amicorum caussis flu-
 ctuant, cūm ibi amicitia & consanguineus sanguis, hīc ratio-
 & æquitas ad se trahat! quām multos potentia, & nobilitas
 magna, à bono & vero deducit! quām multis iniustum iu-
 stum, falsum verum, malum bonum, impium pium, vitium-
 que virtutem esse persuaserunt! quām multos priuata odia,
 speratus honor, offensa & indignatio quacumque caussa nata,
 amorque sui à iustitia abduxit! quām deinde multi aliorum
 virtuti aut fortunæ feliciori indignantes aut inuidentes, in-
 surgunt in iras, in insidias, improbasque molitiones! & dum
 indignantur virtutibus, nec assequi se has posse sperant, exsur-
 gunt in aliorum euersionem, dicuntque cum Iudæis, *Quid fa-
 cimus?* Virtutes hunc suæ ad magna ducunt; illum eruditio, a-
 llum incorrupti mores. audit ille, vir castus; iste, munera
 contemptor iustitiae, alter, rigidus obseruator; quem nulla
 flectat purpura, fauor nullus, opes nullæ, minæ terroresque
 nulli, nullæ spōsiones auro aut honoribus grauidæ, blandi-
 tiae

vbi in-
dictum:quid in eo
actum.

Multos à
 recto di-
 uertere
 cogit po-
 téua, ami-
 citia, con-
 sanguini-
 tas, & pri-
 uata odia.

tis aut domesticæ aut externæ nullæ, nulla priuata ac publi-
 ca odia, commodorum suorum nulla, nullus consanguineus
 fanguis, preces nullæ, lacrymæ nullæ: deiiciendus hic à spera-
 tis, aut iam consecutis. vita casta, libidine notanda occul-
 ta iustitiae rigor, in seueritatem & crudelitatem mutandus, &
 immites ac barbaros animos, nullâ benignitate vincendos.
 incorruptæ manus, & munera nesciæ, in publicam integri-
 tatem, in priuatam corruptelam vertendæ: quòd si damnari
 vir non potest, damnari poterit vxor, filia, filius, aut domesti-
 corum quispiam: eruditio vero in fastum detorquenda, pru-
 dentia in iudicij tenacitatem, virtutibus denique omnibus
 vitiorum nomena indenda. Vera an falsa dicant, iuxta habent,
 dixisse, & deturbasse inimicum aut æmulum, satis est: qua-
 cumque hoc viâ fiat, probâ an improbabâ, pro eodem haben-
 dum. fecisse, viceisse est. per falsa an vera, nihil admodum re-
 ferre: ô nimis familiare aulis malum! nimis viris magnis, aut
 magna cogitantibus! Accidit hoc Principibus sacerdotum &
 populi. *Quid facimus, quia hic homo multis signis facit?* ergo quia ^{Signa}
^{Christi} signa facit, quia leprosos & paralyticos restituit sibi, quia ^{Causa sunt,}
^{ut in eius} mortuos vitæ; cæcos, claudos, mutos, surdos, febricitantes,
^{necem} hydropicos reddit sibi & suis, consilia de euertendo illo in-
^{conspire-}
^{cunda sunt?} & cùm nihil in Christo dignum reprehensione,
 nihil non laude dignissimum; de morte illius cogitandum:
 quia morbos curat, famelicos pascit, dæmones corporibus
 pellit, indoctos erudit, ad meliora prouocat, ad ponenda vi-
 tia, virtutes amplectendas inhortatur, ideo de tollendo illo
 deliberatio instituitur? Prædictura hoc olim à Sapiente: *Cir-* ^{Sap. 2.}
^{Vt & iu-} *cumueniamus ergo iustum, quoniam in uile est nobis, & contrarius est* ^{stria, ut in}
^{iusti-} *operibus nostris, & improporat nobis peccata legis, & diffamat in nos*
^{peccata disciplina nostra. Promittit se scientiam Dei habere, & filium:}
^{Dei se nominat. Factus est nobis in traductionem cogitationum no-}
^{strarum. Grauis est nobis etiam adividendum, quoniam dissimilis est}
^{alii vita illius, & immutare sunt via eius: tamquam nugaces aesti-}
^{mati sumus ab illo, & abstinet se a ruis nostris tamquam ab immun-}
^{ditijis,}

ditis, & prefert nouissima iustorum, & gloriatur patrem se habere Deum. Videamus ergo si sermones illius veri sint, & tentemus quae ventura sunt illi, & sciemus quae erunt nouissima illius. Si enim est verus filius Dei, suscipiet eum, & liberabit eum de manibus contrariorum. Contumeliam & tormento interrogemus eum; ut sciamus reverentiam eius, & probemus patientiam illius. morte turpissimam condemnemus eum: erit enim ei respectus ex sermonibus illius. Hac cogitauerunt, & errauerunt: excacauit enim illos malitia eorum. Non potuit certius Sapiens Iudeorum super Domino consilia exprimere. Circumuerunt enim illum fraudulentis consilijs. inutilis omnino erat ad finem sibi à Principibus sacerdotum & populi propositum, ad commoda nimirum propria, & dominatum improbum in populo. contrarius vero omnino erat operibus eorum, cum illorum è patre diabolo, ipsius ex Patre Deo opera essent. Improperabat meritò peccata, quæ in legem committebant, transgredientes legem Domini, quo traditionibus suis impijs fieret satis. iuxta illud: *Nόnne Mօyse dedit vobis legem: & nemo ex vobis facit legem?* & illud: *Quare vos transgredimini mandatum Dei, propter traditionem vestram?* Diffamat omnino peccata disciplinæ ipsorum, quia plena erat hypocrisi, inuentiones hominum, quæ cum Dei præceptis pugnabant; quorum ipsi transgressionem grauiorem prædicabant transgressionibus mandatorum diuinorum. meritò ergo ridebat peccata disciplinæ ab ipsis statutæ & populo impositæ; meritoq; promittebat se Dei scientiam habere. *Mea, ait, doctrina, non est mea, sed eius qui misit me.* & quis aliushaberet, quam Filius qui unus erat cum Patre suo cælesti: iuxta illud: *Ego & Pater unam sumus.* De doctrina vero Phariseorum ut sibi cauerent, monuit suos: *Cauete à doctrina Phariseorum.* Factus vero est in traductionem cogitationum illorum. cuius illa sunt: *Vt quid cogitatis mala in cordibus vestris?* cum cogitassent intra se Scribæ ipsum blasphemasse. & apud Marcum: *Quid ista cogitatis in cordibus vestris?* Grauis autem ipsis fuit etiam ad vindendum, cum accidisset illi, quod Scriptura refert de Iosepho fra-

*Cur Re-
demptor
Iudicis vi-
sus invul-
& contra-
rius.*

Ioan. 7.

Matt. 15.

*Doctrina
eius non
coincide-
bat cum
illorum.*

Ioan. 7.

Ioan. 10.

Matt. 16.

Matt. 9.

Cap. 2.

fratribusque illius: *Oderant eum, nec poterant ei quidquam pacificare* Gen.37.
cetero qui: quare & cogitauerunt illum occidere. Dissimilis vero omnino vita illius eorum fuit. hi mendaces, ille verax. ex patre diabolo illi, Christus Deus de Deo; iuxta illa: *Vos ex patre diabolo estis, qui in veritate non stetis. ex Deo non estis. ego ex Deo processi & veni: neque enim a me ipso veni; sed ille me misit. Et si dixeris, quia non scio eum, ero similis vobis, mendax.* Merito vero tamquam nugaces aestimati Pharisaei sunt a Christo. iuxta illud: *Sicut illos, cœcis sunt, & duces cœcorum.* Merito etiam abstinuit a vijs illorum, tamquam ab immunditijs, cum nimis vera illa Domini fuerint: *Vae vobis, Scribe & Pharisæi, quia similes estis sepulcris dealbatis, quæ aforis parent hominibus speciosa, intus vero plena sunt ossibus mortuorum, & omni spurcitudine: sic & vos aforis quidem parentis hominibus iusti; intus autem pleni estis hypocritæ & iniuriantes.* Et non merito præfert nouissima iustorum? de quibus, & de impijs sententia est Domini: *Ibunt hi (de iniustis & impijs) in supplicium eternum: iusti autem in vitam eternam.* & nobile illud Sapientis dictum: *Condemnat iusti mortuus vobis impios, & iuuentus ecelius consummata, longam vitam iniusti: videbunt enim finem sapientis, & non intelligent quid cogitauerit de illo.* Deus, & quare munierit illum Dominus. videbunt & contemnent eum: illos autem Dominus irridebit. & erunt post hac incidentes sine honore, & in consumpta inter mortuos in perpetuum: quoniam disperget illos inflatos sine voce, & commouebit illos a fundamentis, & rufique ad supremum desolabuntur: & erunt gementes, & memoria illorum peribit. Tunc stabunt iusti in magna constantia, aduersus eos qui se angustiauerunt, & qui abstulerunt labores eorum. videntes turbabantur timore horribili, dicentes: *Hi sunt, quos aliquando habuimus in derisum, & in similitudinem improperij.* Nos insensati vitam illorum aestimabamus insaniam, & finem illorum sine honore: ecce quomodo computatis sunt inter filios Dei, & inter Santos fors illorum est. ergo erravimus a via veritatis. laffati sumus in via iniquitatis. & perditionis, & ambulauimus vias difficiles, viam autem Domini ignorauimus. in malignitate autem nostra consumpti sumus. talia dixerunt:

Quoniam
inter vitæ
ipius &
illorum
dissona-
tia.
Ioan.8.

xerunt in inferno hi qui peccaverunt: quoniam spes impij tamquam tan-
nugo est, que à vento tollitur; & tamquam puma gracilis, que à pro-
cella disfergitur; & tamquam fumus, qui à vento diffusus est; & tam-
quam memoria hospitis unius diei prætereuntis. Justi autem in perpe-
tuum vivent, & apud Dominum est merces eorum. ideo accipient re-
gnum decoris, & diadema species de manu Domini: quoniam dexterā
suā teget eos, & brachio sancto suo defendet illos. Singula hæc per-
pendenda seriā & tacitā pectoris disquisitione. Quod verò
dicitur, gloriari Christum in Patre Deo: non iure poterat: &
Iean. 10. non dixit verè: Pater in me est, & ego in Patre? Quamquam au-
Iean. 8. diamus, quid respondeat ipse huic obiectioni: Si ergo glorifico
me ipsum, gloria maxihil est. est Pater meus, qui glorificat me, quem
vos dicitis, quia Deus vester est, & non cognovistis eum; ego autem
noui eum. & si dixerim, quia non scio eum, ero similis vobis, mendax.

II. Sequuntur consideranda in consilio Iudeorum. Si dimitti-
mus eum sic, omnes credent in eum, & venient Romani, & tollent
locum nostrum & gentem. Disce ex his, quid possunt odia. & vide
quām frequenter hæc miscentur rebus & cogitationibus
hominum. Si hunc permittimus excrescere, si ad magna con-
scendere, ad quæ non illum virtus sua ducet: quid reliquum
erit nobis? quid filijs, posterisque nostris? omnium iam nunc
ore laudatur, omnium votis ad summa protruditur. illi vni
omnis honorum omnium patet aditus. pendent ab unius ore
omnes: si non iniiciamus temoram huic felicitati & cursui,
præcurret omnes. Itur deinde ad insidias, ad calumnias, ad
venena, & ferrum. *Venient Romani, & tollent locum nostrum.*
quasi quis nūc dicat: Excidam speratis honoribus & fortunis,
Mundi bo-
norum il-
licio aut
spē multi
ab equita-
te defici-
scunt.
excidam Principis gratiā, aut posterior in hac ero, ille primas
occupabit; tollendus proinde de medio. ô quoties aut digni-
tatum aut diuitiarum amittendarum timor, ad impia nos
consilia ducit! quoties à vero & bono deducit! quoties spe-
tatus honor, aut pecunia, aut damnorum metus, aut spes præ-
miorum à iusto, & Deo abducit, & ad scelera etiam pertrahit!
ne nimis Regiā, aut magnorum excidamus gratiā; ne di-
gnita-

IN PASSIONEM DOMINI.

gnitatibus aut obtentis, aut speratis, ne opibus aut iam occupatis, aut spe deuoratis, ad quæ non proruimus? quæ Dei monita non contemnimus? quæ illius præcepta non transgredimur? paucatores ad Dei quam ad hominum gratiam destituendam, spernendam. o quoties humana consilia diuinis anteferuntur! quoties diuinam offensam postponimus humanæ! quoties parum Christiano politico spiritu diuina metimur humanis, & ad horum regulam illa deducimus, ac subservire his illa cogimus! ancillare nimirum & famularc diuina volumus & cælestia, humana & sæculi illis imperare. ac, si quando quaestio inciderit vtra præponenda, ultimum ferè locum, quæ Dei & animarū sunt, tenent: primum, quæ honorum, quæ opum, quæ politici externi status. Atque hæc uniuersim non raro fiunt à Regum, Rerumpublicarum & urbium concilijs, & à singulis in causis propriis. at tu cogita, quid dicturus sit Deus, cum discussurus venerit politicos hos spiritus. quam seuero examine inuestigaturus omnia, cum & le suaque postposita, nostra commoda nimirum honoresque nostros antelatos viderit.

Considera Caiphæ Pontificis sententiam: *Expedit nobis, ut unus moriatur homo pro populo, et non tota gens pereat.* O nimis barbara politica responsio! quia expedit vnum mori, moriendum Christo est. iustè an iniustè, cauſā aliquā an nullā, probā illā an improbā, cum publicè interest ad politici status conservationem, iuxta habendum. etiam aliena bona, vicina aut remota, regna aut oppida occupanda, si felicia prouinciæ tuæ incrementa, aut illius propugnatio id depositat. negat ratio? suadet rerum tuarum bonum commune. negat iustitia? præponenda publica utilitas iustitiæ. non est saeuendum in alieno? nihil alienum, proprium commodum facit: imò, omne alienum, tuum facit. non est ferociendum in innocentem? nemo innocens est, si commune Reipublicæ bonum aliud suadeat: imò omnis innocens nocens est, si Reipublicæ conueniat innocentem nocentem fieri. Sed quid responsurus es

III.

Politicus,
at iniquus,
Caiphæ
paralogi-
simus.

Noxie po-
liticorum
axiomata
diuinis
aduersan-
tor.

B

orbi,

orbi, ad alienorum deprædationem? non ut barbarum damnabunt, vt impium, vt iniustum? non erit ingrata damnatio, quæ superueniet capto regno. iam, cùm felicitas amicos pariat, non deerunt rationes, quibus ex iniustis & alienis, iusta & tua statuas. Verùm quid responsurus iudici Deo? quod ferè plerique Regum ac magnorum: vel nimiam religioném regnorum progressibus obesse: vel sanè longè abesse diuina iudicia; neque tam propè Deum intueri res nostras, permitteretque humanarum rerum gubernacula hominibus, cùm ipse celestium gubernationibus detineatur. O, ad quę non rapit hominem cōmodorum aut honorum suorum studium! seponimus rationem, seponimus salutem, ac Deum adeò ipsum, quandocumque dignitatum aut opum spes affulserit; &, vbi vni renunciandum, renunciamus saluti & Deo, vt fruamur optatis. Prima nimirum ferè cura diuitiarum & honorum, posterior animæ & Dei: cuius imperia negligimus, & commodis nostris postponimus. & quandocumque in illum locum coniectisimus, vt aut excidendū fortunis aut honoribus, aut deserenda, quæ sece ostentat, spes commodorum, aut Dei transgreedienda mandata suat; nihil nobis promptius quā mandata transgredi. ô quid aut sperare à diuina manu possimus, aut non merito vereri? Iam videamus, quā fatua Caiphæ sententia fuerit. quasi Iudeis omnibus pereundum fuerit, nisi innocens damnaretur. Christus sanè obedientiam in Superiores sæpè inculcauerat: etiam dyscolis parentum tamquam Deo edixerat: reddenda dein Cæfari quæ Cæfaris erant, monuerat, cùm ad vectigalium numerationem monuisse, ipseq; exemplo suo præiuisset. vt periculum nullum esset à Christo, qui ad obsequia Superiorum quā verbis, quā factis impelleret, ne abduceret Iudeos. Quare nullum periculum excitandarum turbarum à Christo erat; cuius omnis doctrina ad modestiam, pietatem, humilitatem, mansuetudinem, patientiam, subiectionem duceret: quique etiam bonum pro malo reddendum, amorem pro odio, preces pro persecutione sua-

Iudeis, vi-
mente
Christo,
pereundū
nos erat.

suaderet: qui non secūs ac Deo obsequendum Superioribus
 doceret; malis etiam cedendum, à ferro ac vindicta abstinen-
 dum, ab omniq[ue] contumelia, verbisq[ue] acrioribus, ac signis
 etiam indignationem redolentibus aut contemptum: quiq[ue]
 pacem passim cum omnibus colendam, detestanda bella præ-
 dicaret. ac percutienti vnam maxillam, alteram præbendam
 monuerat: gaudendum etiam in persecutionibus, tamquam
 post triumphos & spolia suaferat: beatoremq[ue] conditionem
 ferentium quām infercatum mala docuerat. ut periculum à
 Christo turbandarū rerum nullum esse posset. Erat tamen, fa-
 teor, periculum, ne vniuersus populus miraculorum Christi
 magnitudine, vitæq[ue] sanctitate, diuinisq[ue] monitis & doctrinâ
 illectus, relictis vanis Pharisæorū & Scribarum traditionibus,
 mores insmelius emendaret, legi obseruantius inhæreret, De-
 umq[ue] sanctius veneraretur. erat periculū ne Pharisæi & Scribz
 auditoribus & imitatoribus destituerentur, ne multum de cō-
 modis illorū decederet, ne fraudulētis extorsionibus frauda-
 rentur, néve ementita illorum pietas detegeretur, aperiretur
 hypocrisia, animusq[ue] sordibus, impietate, sceleribus innatans,
 cùm palam sanctimoniam fingeret. detegi hanc laruam dole-
 bant; detrahendaq[ue] emolumenta, quæ per ementitam fo-
 ris probitatem extorquebant. Quare ad extrema hac consi-
 lia decurrebant, cùm, stante Christo, stare se non posse vide-
 rent, à quo indies crīmina, vitæque illorum improbitas de-
 tegebatur. inde nata consilia mortis Christi, sub prætextu of-
 fensionis Cæsaris. Ut meritò in persona Prophetæ queratur
 Dominus: *Ego quasi agnus mansuetus, qui portatur ad victimam:* Ierem. 11.
 Et non cognoui quia cogitauerunt super me consilia, dicentes: *Mitta-*
mus lignum in panem eius, et eradamus eum de terra uiuentium, et *Machina-*
nomen eius non memoretur amplius. Non, quod non cognouerit *meata co-*
 Christus, qui etiam intimas illorum cogitationes notissimas *ruin per-*
 haberet, iuxta illud apud Ieremiam: *Primum est cor omnium* et *Cap. 17.*
inscrutabile: quis cognoscet illud? ego Dominus scrutans cor, et pro-
 bans renes, qui do unicuique iuxta viam suam, et iuxta fructum ad-

Cap. 16. *inuentionum suarum. & apud eumdem: Oculi mei super omnes vias eorum: non sunt absconditæ à facie mea, & non fuit occultata iniurias eorum ab oculis meis. Sed quòd humano more loquatur, quasi non illas ut nudus homo Deo suo-destitutus, aut exutus illo, cognosceret. Misérunt verò lignum in pānē eius, cùm ligneam crucem immiserunt corpori, aut corpus ligneę cruci.*

**Christi
corpus
quomodo
sit panis.** *quod panis meritò nomine vocavit, cùm illo pascamur, ac sub panis specie illo fruamur, excludendoſq; omnes cælorū regno interminatus fuerit, qui pāne illo cælesti, carne suā pasti non essent: ſeq; non semel verum panem, cibumq; potumq; nomine nauerit. vnde illa verba: Caro mea verè est cibus, & sanguis meu-*

Joan. 6. *verè est potus. &, Nisi manduaueritis carnem Filiij hominis, & biberitis eius sanguinem, non habebitis vitam in vobis. &, Ego sum panis vivius, qui de celo descendis: si quis manduauerit ex hoc pane, viciet in eternum: & panis, quem ego dabo, caro mea est pro mundi vita. Eradere verò cogitauerunt Iudei Christum de terra viuentium, ne nomen eius memoraretur amplius. Sed ô nimis vanæ cogitationes hominum! clarius Christi nomen reddiderunt, quo magis conati sunt obscurare & premere. vnde illud Apostoli: Humiliavit ſemetipſum factus obediens usque ad mortem, mortem autem crucis: propter quod & Deus exaltauit illum, & donauit illi nomen, quod est ſuper omne nomen: ut in nomine IESV omne genu flectatur, caeleſtium, terrestrium, & infernorum: & omnis lingua confueatur, quia Dominus IESVS Christus in gloria est Dei Patris. Et illud eiusdem: Omnes enim stabimus ante tribunal Christi.*

Rom. 14. *scriptum est enim, Vnuo ego, dicit Dominus, quoniam mihi flectetur omne genu. Et certè exiguis terminis Iudaici populi, adeoque & paucis in illo populo, dum viueret, notus erat Christus. ut verò ligno ſuffixus fuit, orbe notissimus fuit toto: nec quidquam nunc ligno illo illustrius, orbe quā patet vniuerso.*

**Bona plu-
rima orbi
perierit
Christus
mortuus.** *Quamquā non male Caiphas dixerit: Expedit ut vnuus moriatur homo pro populo, & non tota gens pereat. Perierat enim non Iudeantum genitota, sed gentes vndique omnes, genusque humanum omne; niſi pro genere humano omni mortuus fuif- fet.*

set Christus. cuius vnius sanguine qui tenebamur vinculis inferorumque seruitute, redempti sumus omnes: cuiusque morte vitâ donamur æternâ, morituri æternum, ni mortuus ipse foret. mors ergo illius vita fuit nostra. & ut phœnix morte suâ, dum seipsum funeraliter, aliud generat: sic Christus morte suâ, non vnum, sed plures non moriturâ vitâ donat. Beati illius morte, infelices vitâ nostrâ, quæ nobis mortem, & æternam, cùm illa vitam nobis largiatur æternam. amemus proinde hanc mortem, quâ viuimus, & peculiari affectu hanc nobis non mortem, sed vitam prosequamur, commoriamurq; illi affectu magno, ut æternum illi conuiuamus, inenodabili illi amore iuncti. Verè autem cum Euangelista dicere possumus prophetasse Caipham. neque enim quidquam verius aut certius dici potuit, moriturum Christum in salutem; periturosque omnes, ni moreretur ipse.

Considera sequentia verba: *Ab illo die cogitauerunt ut interficerent eum; ne periret nimisrum gens tota: Caiphæ Pontificis sententiam secuti. & ne Romani venirent, locumque & gentem tollerent, innocens interficiendus erat. O quâm vani sunt sap. 13. omnes homines, in quibus non subest scientia Dei, in consiliis suis! ut bene in Ecclesiast. Vanafps, & mendacium vero insensato. quasi Eccl. 34. qui apprehendit umbram, & persequitur ventum: sic & qui attendit ad utsa mendacia. Bene etiam Propheta Regius: Vani filij Psalm. ex hominum, mendaces filij hominum in statenis, ut decipient ipsi de vanitate in id ipsum. & decipientur adeò ipsi, & capiantur fraudibus suis. Ita decepti Iudei, & in fraudem fraudibus ducti sunt suis, perieruntq; consilio suo. cùm enim Christi morte auertere à se Romanorū imperium sperarent posse, euerint à Romanis sunt, sublatus locus, gens tota aut cæsa aut dispersa, iuxta illud Domini: Venient dies in te, & circumdabunt te inimici tui valto, & circumdabant te, & coangustabant te vndique, & ad terram prosternent te, & filios tuos, qui in te sunt; & non relinquunt in te lapidem super lapidem, eò quod non cognoveris tempus visitacionis tue. Factum sub Vespafiano & Tito. & facta hæc, quod non*

cognouissent visitationis tempus, quo visitabat eos per Filium suum Deus. Et prædixerat iam antè Christus euentura sibi, in persona hæredis patris familias, cuius postquam vineæ illius agricolæ seruos occidissent, occiderunt & filium. Scripturæ

Marc. 12. verba sunt: *Adhuc ergo vnum habens filium carissimum, & illum misit ad eos nouissimam, dicens: Quia reuerebatur filium meum coloni autem dixerunt ad inuicem: Hic est heres: vnonite, occidamus eum: & nostra erit hereditas. Vnum omnino filium habuit cælestis Pater, & vnum tantum, & sibi carissimum, quia secum naturâ vnum, quem misit post cælos Prophetas: in cuius mortem concilio habitò conspirarunt Iudæorum Principes, cultores vineæ Dominicæ. vineam enim suam colendam illis crediderat cælestis Pater: at illi extincto hærede sperabant se toti genti posse imperare, & auertere à se iugum Romanorum. Falsi sunt, & capiti suo gentiue suæ pararunt mala. Et dixerat hoc iam antè Dominus. post enim verba suprà recensita,*

Matt. 21. *cum dixisset: Cùm ergo venerit dominus vinea, quid faciet agricultoris illi? Malos malè perdet, & vineam suam locabit alii agricultoris, qui reddant illi fructum temporibus suis. Damnarunt se sententiâ suâ, ignari quid dicerent. ideo subditur: Dico vobis, quia auferetur à vobis regnum, & dabitur genti facienti fructus eius. Ablata vinea Domini sabaoth à Iudæis post Prophetarum & Christi cædem, & data Gentibus excolenda, iuxta prædi-*

Ezech. 39. *ctionē Prophetæ: Ponam gloriam meam in Gentibus: & videbunt omnes gentes iudicium meum, quod fecerim; & manum meam, quam posuerim super eos. & sciant domus Israel, quia ego Dominus Deus eorum, à die illa, & deinceps. & sciant Gentes, quoniam in iniuitate sua capta sit domus Israël, eo quod dereliquerint me, & absconderim faciem meam ab eis; & tradiderim eos in manus hostium, & cecide-*

*Iudæis re-
pudiatis
Gentes à
Deo adisci-
te.* *rint in gladio vniuersi. Factum hoc post mortem Domini, sub Imperatoribus Romanorum. & ab eo tempore inuocatur nomen Domini in Gentibus, Israele super faciem vniuersæ terræ disperso. Meminit illius Malachias: Ab ortu solis usque ad occasum, magnum est nomen meum in Gentibus: & in omni loco sacrifatur,*

Cap. 1.

ficitur, & offertur nomini meo oblatio munda: quia magnum est nomen meum in Gentibus, dicit Dominus exercituum. Confirmat hoc Dominus apud Matthæum: Auferetur à vobis regnum Dei, & cap. 21. dabitur genti facienti fructus eius. Nobis hīc serio prospiciendum ne male commissam animæ nostræ vineam excolamus, ne gratiam Dei negligamus, ne visitationis nostræ diem per ignorantiam prætereamus, ne peccatis nostris, quantum in nobis est, Dei filium iterum crucifigamus, ne auferatur à nobis promissum Dei regnum, gratiaque diuina; deturque alteri qui fructus referat meliores.

C A P V T I I.

De ultima cena.

AVDIAMVS Euangelistam, & videamus quid egerit Dominus, quem nulla latere consilia poterant. Surgit à cena, & Mat. 13. ponit vestimenta sua: & cum accepisset linteum, præcinxit se. deinde mittit aquam in pelnum, & caput lauare pedes discipulorum, & extergere linteum, quo erat præcinctus. Surgit, ut viissimo ministerio fungatur, viamque per humilitatem ad maximi Sacramenti magnitudinem sternat. vt verum illud fuisse videoas: *Cum in forma Dei esset semetipsum exinanire, formam serui accipiens. Quæ maior serui forma, quam substrati pedibus?* & vide. Primo, ponentem vestes; Secundo, præcingentem se linteo; Tertio, aquam pelui infundentem; Quartò, flexis humili genibus; Quintò, prostratum seruorum pedibus; Sextò, lauantem discipulorum pedes; Septimò, detergentem eos linteo; Octauò, oscula iisdem infigentem; Nonò, cogniti proditoris sui pedibus substratum; Decimò, eisdem lauantem; Undecimò, tergentem; Duodecimò, osculo suauantem; Decimotertiò, & qui hæc facit, magistrum esse, Dominum, Deum. Non hæc res omnem admirationem vincit, omnem magnitudinem superat, omnem superbiam frangit, omnem fastum calcat & con-

conferit omnem humilitatem explet? Deum hominum, pisatorum, & proditoris sui pedibus substerni? Creatorem vilissimis creaturæ pedibus? Quæ potest humilitas cum hac componi? mirabantur Pharisæi & Apostoli, peccatricem Christi pedibus accidere, lauare lacrymas, capillis tergere, nardo impungere, osculis venerari. quam attonitos nunc stetisse credimus Angelos, cum Deum suum peccatorum substratum pedibus cernerent; cum lauantem, tergentem, osculis dignantem viderent? quam attonitos, cum flexis humili genibus, impij proditoris sui impios, & in Domini sui sanguinem prope rantes pedes, lauantem, detergentem, magis etiam, cum in testationem amoris oscula insigente conspicerent? crederes Christum reum ac vilissimum mancipium promeritas pœnas deprecantem, Iudam vero dominum sedere ac iudicem.

II.

Humilitas
Domini,
humanam
carnem
allumen-
tis.

Paria humilitatis documenta inuenies, cum hominum missus, humani generis reparations incumbit, cum Primò se in Virginis uterum demittit; Secundò, urbe in matre excluditur; Tertiò, stabulo nascitur; Quartò, pannis inuoluitur; Quinto, præsepi & fœno incepit; Sexto, renellæ virginis si- au, genibus, brachijs excipitur; Septimò, virgine lacte pascitur; Octauò, virginis matris genas dissuauiat; Nonò, Iosephi filius audit; Decimò, bestiis sociatur; Undecimò, solos oviuum pastores patitur gratulabundos. Duodecimò, & qui hæc facit, omnium Dominus, Creator, Deus est. Cogita hic dexteram Patris, & uterum Virginis: Dei filium, & Virginis: Verbum increatum, & creatam carnem: de virgine sanguine figulatum, & eiusdem cum Patre naturæ: virgine lacte pasci, & siuoueri, qui omne creatum pascit & fouet; matrem habere, quam creauerat; ubera fugere, quæ impleuerat; virginis patrem esse, & filium; matrem illi esse, & sponsam; Deum esse, & hominem.

III.

Quæ hu-
militatis
exempla
toto vita
sua cursu
dederit.

Similia in omni vita humilitatis exempla dedit. Primò, in circumcisione, quasi in peccato natus remedio egeret; Secundò, in matris purificatione, muneric oblatione, quasi lique-

liquorum more natus matrem habuisset reliquarum matrum
more purificandam; Tertio, in Herodis sua persecutione;
quā etiam tot innocentum sanguis pro ipso fusus; Quartò, in
fuga in Ægyptum, & exilio à patriis sedibus; Quintò, cùm
Marix subditur & Iosepho; Sexto, cùm baptizatur à Ioanne,
tamquam ob proprios reatus indigus baptismō pœnitentia. Septimò, cùm audit, *Nónne bene dicimus nos, quia dæmonium habes, & in principe dæmoniorum ejus dæmonia?* Octauò, cùm audire cogitur: *Samaritanus es, & vini potator.* Nonò, cùm lapides illi minantur tamquam blasphemо; Decimò, cùm præcipitum illi in patria intentant; Vndecimò, cùm à dæmone subiectus in pinnaculum; Duodecimò, cùm ab eodem subiectus in montem, audit, *Si cadens adoraueris me, hæc omnia tibi dabo.* Et qui hæc ab homine & dæmone patitur, Deus est.

Non absimilia, imò & maiora, humilitatum signa inuenies IV.
in passione. Primò, in horto, cùm illiditur terræ, sudore, lacrymis, sanguine natans, terramque sudore, lacrymis, sanguine rorans & perpluens; Secundo, cùm osculum Iudæ proditori tamquam amico præbet; Tertio, cùm arctissimè vinculis crudelem in morem stringitur, vt fur & latro, vt perduellionis magnorumque criminum reus; Quartò, cùm fugientes sentit Apostolos, quos orbe toto delegerat, testesque domesticos habuerat, mensæ & coniuctus socios, prodigiorum spectatores, doctrinæ discipulos, orbi destinatos in magistros; Quintò, cùm negantem audit Petrum, & negationem per iurio firmantem ad ancillæ vocem. illum, de quo illud, *Super hanc petram edificabo Ecclesiam meam; & portæ inferi non prævalebunt aduersu eam: & tibi dabo claves regni celorum:* & cui vicariam in terris potestatem tradiderat. Sexto, cùm alapis à seruorum vilissimis cæditur, spurcissimisque spuitis integritus vultus illius, in quem desiderant Angeli propicere; Septimò, cùm ab Herode & exercitu illius profato dimittitur, fatuaque veste induitur; Octauò, cùm Barab-

Quæ tempore pas-
tioniæ.

C bæ

bae sedicioso, homicidæ componitur & postponitur à Principibus & populo vniuerso. Nonò, cùm innocens condemnatur, omniumque ignominiosissimæ morti adiudicatur, pente populo vniuerso, in quem innumera beneficia contulerat, & miraculorum magnitudine in sequelam sui prouocauerat. Decimò, cùm vestibus exutus, columnæ in prætorio alligatur, & ab vniuersa cohorte cæditur, vt nulla illi pars corporis à liuore & vulnere intacta staret. Undecimò, cùm spinis pro corona redimitus, arundine pro sceptro donatus, luditur & ridetur. Duodecimò, cùm sub ignominiosissimo crucis pondere gemit, signatque viam sanguine, præcedentis ac sequentis populi, & comitantium militum fabula factus.

V.

Quām sit
in monte
Caluarie
humilia-
tus.

In Caluarie verò monte cruenti sacrificij loco, summæ submissionis documenta videbis. Primò, cùm nudatur, omniumque in monte oculis obijcitur nudus, nullo pudoris aut verecundia integumento cinctus; Secundò, cùm ferreis clavis suffigitur, pendetq; prospectandus omnibus; Tertiò, cùm medius inter latrones tamquam latronibus sceleratior affigitur cruci; Quartò, cùm audire blasphemias cogitur voces: *Si filius Dei est, descendat de cruce. Alios saluos fecit; se saluum facere non potest. Videamus, an veniat Elias, ut liberet eum. Vab qui defunis templum Dei, & in triduo reedificas illud. & eius generis plura.* Quintò, cùm opprobatorias & blasphemias alterius latronis voces audit: *Si tu es Christus, saluum fac te ipsum & nos.* Sextò, cùm vestimenta sua partiri, sortemque super alijs mitti videt; Septimò, cùm sitiens felle & aceto potatur; Octauò, cùm astantis matris intuetur mœrores, oculosque pudore & lacrymis suffusos; Nonò, cùm è tot Apostolis, è tot discipulis, exulante à reliquis fide, vnum Ioannem videt præsentem; è tot millibus, quos non semel pane & piscibus pauerat, nullum; ex omni populo paucas mulierculas illacrymantes & condolentes. Decimò, cùm ab ipso cælesti Patre sibi relictus inclamat: *Dens meus, Dens meus, ut quid dereliquisti me?* Undecimò, cùm ultimum spiritum latronibus associatus reddit infa-

infami cruce, tamquam populi seductor, patriæ proditor, in Deum blasphemus, præstigiator, in Cœlarem iniurius; Duo-decimò, cùm mortuo lanceâ latus & eorū confoditur, quasi non foret satis ad expianda scelera, fæuisse in viuum.

Vides h̄ic quibus modis viara sibi ad summam Christus per

VI.

humilitatis semitam struerit. imitare. & quo maiora cogitas, quo meditaris augustinora, hoc altius fundamentum vera submissionis mitte. Ita quo quisque omni ætate sanctor, hoc

Humilitatis Domini nica exempla, ad imitacionem nos provocans.

suit humilior; quo Deo vicinior ac sublimior, hoc suit sub-

missior; quo cælo maior, hoc aliquando in terris fuit depre-

sior. Intuere primò Christum, qui ministrare venet, non ministrari. intuere matrem, quæ ancillare venerat. videbis

hoc illius verbis & factis apud Angelum & Elisabetham. co-

gita Moysen mansuetissimum, mitissimum, humillimum.

audi Davidem: *Vilior fiam plu quam factus sum, & ero humili*

in oculis meis. quare nec erubuit venerabundus coram arca

in omnium oculis, nequidquam ridente Michol, saltare. Ea-

dem reperies in Benedicto, Dominico, Francisco, alijsquo

sanctitate magnis. & monachis Ecclesi. *Quanto maiores, humili*

te in omnibus. Addic præmium: *Et coram Deo innentes gratiam:*

vnde illud Iobi: *Qui humiliatus fuerit, erit in gloria: & qui incli-*

nauerit oculos, ipse saluabitur. Illud etiam Isaiæ: *Hec dicit Excelsus cap. 57.*

& sublimis, habitans eternitatem: & sanctum nomen eius in excelso

& in fando habitans, & cum contrito & humili spiritu: ut iuifiet

spiritum humilem, & iuifiet cor contritorum. & illud Proverbio-

rum: *Humilem spiritu inscripta gloria: superbū sequitur humilitas.* Cap. 29.

Confirmat hoc verbis suis Dei mater: *Deposuit potentes de sede,* Luc. i.

& exaltavit humiles. & Propheta Regis: Tu populum humilem Psal. 17.

saluam facies, & oculos superborum humiliabis. in quam senten-

tiā est illud Prophetæ: *Omnis vallis exaltabitur, & omnis mons Isiae 40.*

& colles humiliabitur. Allusit ad hanc rem alijs: *Constituit Deus Bar. 5.*

humiliare omnem montem excelsum, & rupes perennes, & conualles

replere in aquarum atem terre. & Dominus apud Ezechielēm: *Ego cap. 17.*

Dominus humiliabit regnum sublimo, & feci lignum viride, &

fron-

- Cap. 14.** frondere feci lignum aridum. & apud Lucam: *Omnis qui se exaltat, humiliabitur; & qui se humiliat, exaltabitur.* addit minas: *Nisi efficiamini sicut parvulus, non intrabis in regnum celorum.* Subiungit humilium præmia: *Quicumque humiliauerit se sicut parvulus iste, hic est maior in regno celorum.* Inuitat vero nos omnes ad humilitatem hilari mente amplectendam. *Tollite iugum meum super vos, & discite a me, quia mitis sum, & humilis corde.* Subiungit ytriusque rationem: *Et inuenietis requiem animabus vestris. iugum enim meum suave est, & onus meum leue.* Solatur vero humiles Daud: *Fuxit adest Dominus ius qui tribulato sunt corde: & humiles spiritu saluabit, custodit enim ossa eorum: unum ex his non conteretur.* & alibi: *Tu populum humilem saluum facies, & oculos superbiorum humiliabis.* & Iob: *Qui ponit humiles in sublime, & mærentes erigit sospitate.* Non dissimilia habes alibi. Sedes ducum superbiorum destruxit Deus, & sedere fecit mites pro eis. radices gentium superbiorum arefecit Deus, & plantauit humiles ex ipsis gentibus. memoriam superbiorum perdidit Deus, & reliquit memoriam humilium sensu. Et in Proverbijs: *Superbum sequitur humilitas, & humilem spiritu suscipiet gloria.* & apud Iacobum & Petrum: *Deus superbis resistit: humilibus autem dat gratiam.* & viam Iacobus ad magnitudinem ostendit. *Humiliamini in conspectu Domini, & exaltabit vos.* Vnde & gratulatur sibi de humilitate Daud. *Bonum mihi, quia humiliasti me.* Subiungit caussam: *Vt discam iustificationes tuas.* Quasi ignoraturus iustificationes, ni præcessisset humiliatio. vt non immerito querat Isaías: *Super quem requiescerit spiritus meus?* Respondet: *Nisi super humilem, quietum, & tremorem sermones meos.* Fortiter nos terret & inuitat Sapiens. *Vbi fuerit superbia, ibi erit & contumelia: ubi autem est humilius, ibi & sapientia.* & Lucas: *Omnis vallis impletatur, & omnis mons & collis humiliabitur.* Humilis cælestibus donis satiabitur & extollebitur: superbis deprimetur, & erunt montes, superbiorum nimirum corda, in vallem, humilium vero valles exurgent in montes. & Proverb. 18. *Antequam conteratur, exaltabitur cor hominis; & an. equam glorificetur, humiliabitur conitionem & cul-*
- Humilitatem sequitur exaltatio, deinde gloriam.

*exaltationem exaltatio precedit, glorificationem submissio. Dixerat idem cap. 16. Contritionem precedet superbia: & ante ruinam exaltabatur spiritus. Quia non calcandus, ni superbiret; nec ruinam passurus, nisi præcederet exaltatio. Et videamus cui rei Apostolus tribuat augustam Christi magnitudinem, in cælo, in terra. Humiliauit seme*tipsum*, factus obediens usque ad mortem, mor- P. philip. 2. tem autem crucis. Propter quod & Deus exaltauit illum, & donauit illi nomen, quod est super omne nomen, ut in nomine Iesu omne genu flectatur, celestium, terrestrium, & infernorum. Sequere humilatem sc, sequeris triumphantem: nec certior ad magna, via est. audiamus Augustinum. Non tibi aliam viam capeſſendam in- Epist. 56. uenias, quam eam que à Christo Domino inuenta est. ea autem prima ad Dioſeo- est humilitas, secunda humilitas, tersia humilitas: & si septies intor- rum. gaueris, semper idem dixerim, Est humilitas. Et intuere contrarios & inter se pugnantēs conatus; & exitus Luciferi, & Christi: in clamat ille gloriabundus: In calum concendam, super astra Dei exaltabo solium meum, sedebo in monte testamenti, ascendam super altitudinem nubium, similis ero Altissimo. Christus famulare venit, descendens in inferiores terræ partes, comparatus iumentis insipientibus, qui antè Patris claudebat dexteram, eiusdem cum illo naturæ, essentiæ, potestatis. Lucifer angelus euehero se voluit in Deum: Christus Deus minor esse voluit Angelis, homo factus. Sed & hominem dæmonis sp̄e naturæ diuinæ, erit sicut dij, in vetiti pomi cibum impulit: Christus infra hominem se posuit, cùm sociari & cōstabulari voluit bestijs, vt hominis arrogantiā frangeret, dæmonis consilia euerteret, Exponans principatus & potestates, traduxit confidēter, palam triumphans Coloff. 2. illos in seme*ipsum*: Humilitas pro ferro & armis Christo fuit: quā omnem dæmonis arrogantiam, primiç, fastum parentis sub- Humilitas Domini egit, secutāque è paradisi delicto mala auertit, meliore poten- fuit robur tioreque medicā humilitatis manu crimen repellens, vulne- & arma quibus ca- ra sanans, quā superbia inferens & infligens. Præualuerat codemq- superbia cælo, & magnoam illius partem infelici casu, scelesto nem pro- sualineuacuauerat, ciuibūsque suis uno Deo minoribus nuda- stravit.*

uerat: præualuerat & paradiſo, quem omni habitatore suo
spoliauerat. utrique mederi malo voluit Christus, cælique ac
paradiſi luctum ac solitudinem tollere. Fecit humilitate; quâ
vnâ superbie mala fæcundiùs certiusque, quâm illata fuerant;

*De Cisir.
lib. 14.
cap. 13.*

reparauit. nec ab alio, quâm ab humilitatis poculo, ut medium
contra superbie morbos inuenies. Ut non dubitet Augustinus in fortia hæc verba prorumpere: *Audet dicere, superbis esse
vile cadere in aliquod aportum peccatum, unde sibi despiciant, qui
sibi placendo ceenderant. Salubris enim Petrus sibi desplicuit, quando
fleuit, quâm sibi placuit, quando presumpsit. hoc dicit sacer Psalmus:
Impte facies eorum ignominiam, et quicquid nomen tuum.* Sed & au-

*Magnoru
laplus hu
militatem
docet.*

det Ambrosius dicere, prudenter Paullum lascivis fuisse cogi-
tationibus impeditum, ut superbie in illo impetus compri-
merentur. Validus malleus pro hoc clavo, acuta nouacula,
robusta falx, Herculeæ manus, pro luxuriantibus hisce ziza-
nijs in magni Apostoli pectore: ut nesciam an stetissent Pe-
trus & Paulus in tanta prærogatiua Vicarij Christi, Apostoli
Gentium; nisi in illo negatio præcessisset, in hoc carnis stimu-
li, Satanæ colaphizationes, reuelationum magnitudinem re-
pressissent. Sanè qui Tertullianum cogitat, qui Origenem,
qui Calaritanum, qui Hosium, non timeat? aut quis post hos,
ingenio, eruditio, anteaestæ vitæ innocentia fidat? & nescio
quomodo facilior ab omni vicio reditus ad virtutem & Deum,
a quo per peccata excidimus, pateat, quâm ab una superbia.
Quasi reliqua criminis hominum sint; superbie, dæmonum.
reliqua, carne finiantur, hæc Deum petant. reliqua medicam
ali quando dexteram admittant; & vel inter aduersa, vel cum
ætate & morbis, aut aliorum exemplis remittantur & cadant;
sola superbia omnem ferè medicam dexteram repellat, nec
monitis cedat, nec exemplis, siue hæc in terrorem, siue in præ-
miationem proponantur. credas superbie peccatus, tamquam
ferrum malleis, aduersis indurescere. O, fuge hanc quisquis
superbia fugientia. Deum amas, cælum cogitas, æterna meditaris, anima con-
da. *Eul. 10.* fulis. nam initium superbie hominis, apud te a Deo. & initium
omnis

*omnis peccati est superbia. Quare & dominum superborum demolierit Pro. 15.
Dominus. nec habitabit in meo domo illius qui facit superbiam. Psal. 100.
arrogantiam enim & superbiam detestatur Deus, & abominabi- Pro. 8.
lis coram illo omnis superbus. Atque hinc illæ minæ: Dies Do- Isaie 2.
mini exercitum super omnem superbam, & exaltam, & super omnem
arrogantem; & humiliabear. & imprecatio- magni Iobi: Cap. 40.
Disperge cunctos superbos in furore tuo, & respiciens omnem arrogan-
tem humilia. respice cunctos superbos, & confunde eos, & contere im-
pios in loco suo: absconde eos in pulvere funis, & facies eorum demerge
in foscam. Fortiterque & verè timentibus Deum, animus con-
tra omnem superborum potentiam additur: Ne timueritis, 1. Mach. 2.
gloria viri peccatoris stercus & vermis est: hodie extollitar, & cras
non inuenietur. cum humilium merces celo reposita sit, igno-
recque finem æternitati commensurata.*

Quin adeò si magnam animi tranquillitatem amas; si ex- Humilitas
celsam & ad omnia inuictam mentem, nulli ceruices flecten- mentem
tem, nullius timidam, & ad nihil trepidantem, ad nihil pal- securam
lentem; humilitatem ama & cole. hæc te extra omnem for- esse iubet.
tunæ iactum statuet, extraque ipsius lusum & risum: neque
enim quidquam humilitas metuit. extollitur? magis se de-
primit; quoque extollitur magis, hoc se deiicit magis, prospe-
ris circumfluit? inspicit ut aliena, contemnit ut peritura,
aduersa premunt? gaudet ut optatis, cum se arbitretur adver-
sis dignissimam, secundis indignam. Sed & aliorum de se de-
tractionibus, contemptu, risu gaudet: credas votiuia conse-
cutam præmia. & quo deprimitur magis, hoc gaudio per-
funditur maiore: ut arbitris magno donatam munere, glo-
riaque circumfusam magnâ, pace maximâ, voluptate maxi-
mâ. Nil mirum, cum animorum tranquillitatem ab una hu-
militate nasci affirmet Dominus: ut sincerarum voluptatum,
certorum & non fallentium gaudiorum, patrem matremque
discas esse humilitatem, quæ possessorem suum æternō beat-
gaudio, pace æternâ.

Considera Christum ponentem vestimenta sua, ac linteo VIII.

sc

*Ante SS.
Euchari-
stiz sum-
ptioem
emundan-
conscien-
tia.*

se præcingentem, vt exemplo illius discas, cùm ad magnam hanc cœnam vocaris, veteribus te peccatorum vestibus exuere, veteremque hominem exuere, nouum induere: veteres mores, vitamque mundo & carni amicam ponere, nouamque Deo amicam, cælo inferendam, angelis sociandam assumere; excusisque sordibus, fœdarumq; voluptatum illecebbris, impurisque fugatis desiderijs ac cogitationibus, munditiei ac puritatis linteo animū præcingere: vt tam castæ mensæ non nisi castâ accumbas mente: memor illum, qui veste nuptiali destitutus, ausus fuerat mensæ accumbere, cœnaculo pelli, manibusq; ac pedibus ligatum mitti in tenebras extiores, solis lacrymis & dentium stridoribus nobilitatas. Excute proinde seriò mentē quoties hanc cœnam Agni meditaris, vide num quid displiciturum lateat. nihil impuritatis purissima admittit mensa, nihil sordium castissima fercula; nihil macularum, purissimis speciebus panis & vini purissimus obuolutus Agnus, omnium sordium inimicus, omnisque maligni odoris hostis, quique ad omnem grauiotis delicti afflatum perhorrescat, omnemque næuum detestetur, ac omnem denique sæcularium rerum affectum auersetur: solo casto pectore, humilitatis stolâ cincto gaudens. in hoc deliciae illius, epulæque gratæ, amica mensa, torus castus, votiuum cubile, animorum nuptiæ, sponsatio casta, sponsi & sponsæ colloquia pura, oscula cælo nata, cælo concessa, donanda cælo.

IX. Considera lauantem pedes, & ante hos prostratum: & meditare illa verba; *O humana pudor superbia! ô altitudinis terrene confutatio singularis, videre Dei filium aquam infundere, refundere, pedum puluerem abluerere, linteo extergere, atque singulorum pedibus oscula imprimere dulcissime caritatis!* Et quis post hanc submissionem superbiat, aut dicat, *Maior illo sum; qui suorum subternitur pedibus?* Vide verò, quis ille sit, quis tu. Iudicem illum inuenies, Dominum, Redemptorem, Patrem, cæli terræque conditorem, Deum denique: te reum, mancipium, captiuum peccati &

dæmo-

*Laurent.
Iustinian:*

dæmonum vinculis, filium prodigum patris conspectu indignum, creaturam omni momento à benigna Dei manu pendulam, omniq[ue] horâ de vita dubiam. Vide detergentem sordes, abluentem puluerem, discipulorum non manibus, sed pedibus: inhærere verò diutiùs Iudæ pedibus. cogita quibus manibus lauentur illius pedes, quibus oculis cor illius transfigatur, quibus labris oscula figantur. quid vicissim Iudas cogitauerit in illa lotione. Quanta duritia hominis, cùm ad profundum peccati peruenit, Iudæ exemplo discimus: vocatur ad apostolatum, pecunia illi creditur; accidit pedibus illius, quasi supplex, Christus, quasi reus, quasi delictorum veniam poscens, quasi deprecans & conciliari desiderans: abluit sordes, tergit, dignatur osculis: & hæret omni saxo & chalybe durior Iudas. verè dictum: *Avaro nibil est scelestius. nimirum Eccl. 10 bil est iniquius quam amare pecuniam. hic enim & animam suam venalem habet.* Speratum proditionis præmium indurauerat ^{co}_{Iudæ}; vt nullis Christi beneficijs, nullis osculis, nullis submissionis generibus molliri posset. Infelix conditio. quo magis fugiendum peccatum, quod vi & pondere suo animam paulo latim ita deprimit, vt nullâ vi erigi possit: ita assuetudine indurat, vt nullis diuinorum malleorum ictibus flectatur, nullis utriusque felicis ac infelicitatis iaculis transfigatur, nullo æternarum poenarum fulgore colliquescat, nullis beatitatis radijs incalescat. Spondet Deus magna, spondet æterna cælo præmia, gaudia; arbitratur è scena fabulas. interminatur ignes & numquam moritura tormenta; vt Senecæ aut Virgilij minas transit securus. & interim mors properat, parcere nescia, non ligonibus, non sceptris, non sagso, non purpuræ: & imparatum & alia omnia cogitantem abripit, ignara dignitatum, opum, iuuentutis, & misereri ignara, flecti nescia, & sicut nos Iudici olim patri, nunc iudici tantum. ô vbi cogitationes nostræ! Vide deinde in hac lotione pedum Iudæ, quid faciat Christus tuus, hosti & inimico: tanti magistri di- scipulus es, tanti domini seruus, tanti parentis filius, tanti Dei

Quis fuerit Iudeus proditoris, dum illi à Domino pedes lau- rentur, seclusus.

Avaricia quomodo Iudam & avaros in- duret & excacet.

Imitanda nobis Domini hu- militas est.

creatura? imitare. quid verecundaris seruus, filius, creature, Domino, Patre, Deo praecunte & duce? aut alia via est, quæ dicit ad salutem? aut aberrauit à vera Deus? aut prudentiores Deo sunt sæculi prudentes? an discere ab his debeat Deus, an ab hoc illi? Si certiora humanis diuina iudicia sunt, quid dubitas & erubescis imitari? aude sub tanto duce & monitore, etiam inimicos diligere, etiam hostiles manus osculo dignari. nam de pedibus suadere non audeo, quia sperare non possum. aude beneficiis inimicos obruere, & malefacta benefac-

Turpe non
est, Deum
praecuntem
sequi.

ctis compensare. aude pro contumelijs laudes reponere, pro detractionibus, insidijs, minis, proditionibus, oscula largiri.

an erubescis imitari Deum? aut suffunderis rubore, Deo præeunte? aut vile est, sequi Deum? aut ignavum arbitraris peccatus, quod eadem audet quæ Deus? generosum arbitraris, quod erubescit ad Dei sui facta? & quem putas animo esse generosiore, quem celsiore, augustiore, maiore, illum qui summa Dei imitatur facta; aut qui placitis obsequitur mundi, Dei contrarijs? Iam, quid arbitraris in Deo maius, quid celsius, quid illustrius, cælum condidisse, terras mariaq; firmasse, An-

Iudeo pedi-
bus dum
affunditur
Dominus,
plus facit.
quam pra-
stavit olim
in veteri
testamen-
to.

gelos hominemq; creasse; an proditoris sui Iudeæ pedibus substratum iacere? quid generosius & fortius, terram sub Noë aquis obruisse, maria Israeli scidisse, Pharaoni reduxisse, igne & fulphure Sodomæ pluisse, flammas in Babylonia fornace fratribus in torem vertisse, famelici leonis ora in Daniele clausisse, petram Israeli in fontem vertisse, campum Core & Dathan pedibus subduxisse, nubes ad Eliæ preces clausisse, reseruisse, ignemq; cælo ad illius imprecations iaculatum; an proditoris sui pedes lauisse, tersisse? Quid magis ad omnem admirationem, supraq; omnia Angelorum hominumq; ingenia, solâq; fide tangendum, solâ quasi per obscurum no-

ctis & densam nebulam perlustrandum; æterni Patris coeterum filium, omnis principij expertem, omnis creationis ignarum, verum Deum, cuius nutu orbis hic stetit, in nihilum omni momento redigendus, quoties retraxerit conser-

uatri-

matricem manum, de muliere nasci, de virgine matre, lacte-
que virgine Deum pasci, qui utero virgine conceptus, virgine
natus, matrem, quam genuerat, agnoscit; ubera, quæ dede-
rat, sugit; an proditoris sui Iudeæ pedes osculis suauiare, ami-
care labris, ore sponsare? omnem creatam mentem, altitudi-
nem, magnitudinemque infinitis modis vincere, fateri cogi-
mur; unum Deum, naturam unam, personas tres. Patrem gi-
gnere, Filium gigni, Spiritumque sanctum produci; nec pri-
mum hic dari, non secundum, non tertium; sed commensu-
rari æternitati, coætancari duratione, nec Filio Patrem prio-
rem, nec Patre Filium posteriorem; nec Spiritum Patre & Fi-
lio, quis intelligat? quis Filium Verbum Patris, utriusq; amo-
rem sanctum Spiritum, nec Verbum tamen Patri, nec amo-
rem Patri & Filio retroiore capiat? quis reliqua diuinæ
mentis miracula innumera comprehendat? Et ne scio, an non
omnium prodigiorum maximum, Dei Filium Iudeæ pedibus,
ut mancipium domini, ut reum iudicis, substratum videre.
quæ omnium creatarum mentium altitudo hoc intelligat?
inaccessam esse diuinam celsitudinem, non mirum: hominum
pedibus substerni tamquam supplicem Deum, omnem vide-
tur altitudinem vincere; & plus miraculorum credas inesse
tantæ submissioni, quam altitudini. nam hanc nemo mire-
tur: ad pedum lotoionem & oscula, omnium hominum &
Angelorum tenebrescunt ingenia. & cum plurima in Deo vi-
dere, plurima intelligere concessum beatis mentibus, ne scio
ad hanc infimam pedum submissionem non noctescant om-
nium beatarum mentium acies. Et post haec audet homo
superbire, & se cuiquam anteponere, aut quemquam post-
ponere sibi verecundabitur ad inimici genua? aut ignavum
dicet peccatus, quod ad hostiles decrescit calceos? aut ridebit
innocentem nocenti supplicem, qui Deum proditoris sui pe-
dibus accidisse viderit aut mollia in innocentem damnabit veri
ba hosti pacando, qui molibus Christi manibus, molibus
reco, adeoque & molibus labris, proditoris sui pedes ad innoc-

centem sanguinem decurrentes lauari, tergi, suauari cernit? aut dedecere putabit virum nobilem contumelias transfire intactas, nulloque ferro, alapâ, baculo lotas; qui post natos homines contumeliosissimi ac sceleratissimi proditoris pedes ab ipso lauari Deo videt? aut ignobilem prædicabit mentem, aulâque ac militiâ indignam, quæ prius hostis sui exacerbatum animum suauibus lenire conatur verbis, cum ini micissimi sui pedibus affusum videt Deum? aut expungendū putabit è nobilium numero, qui vtrò, etiam innoxium hostem, & læsum, & prouocatum, magis autem si noxium & inimicum, molliore mitigare conatur oratione, aut alio quo cum que beneficij genere, cum Deum videt improbissimi, & vtrò hostis sui pedes, manibus, linteo, osculis mollientem? Nimirum si exurgat his moribus & placitis Christus, si delabatur cælo Deus; indignus militari balteo & aulâ habeatur, ignavus, inglorius, ingenerosus, viri nobilis nomine indignus, & è nobilium seric expungendus, & inter plebeiorum infimos relegandus: qui, cum posset Iudam hostem suum perdere, contumeliosam impudentiam illius, ferro, alapis, baculis non fregerit, non calcauerit pedibus, non vindice flammâ, lapide, dexterâ domuerit. O quantis inter se humana & diuina iudicia discriminibus disiunguntur!

X.

Animæ
fordes ex-
purgandæ
ad mensam
Angelorū
acceden-
tibus:

Considera deinde, ad futuram maximi Sacramenti sumptionem, Apostolos suos Christum præparantem per pedum fictionem, quam Sacramento præmittit, viamque per hanc illi sternit. imitare. nec pedibus tantum, sed toto lauare corpore, animo toto, cum totâ plurimâ animâ sordeas. Verum quis aquam lauando dabira nulli hic fontes, torrentes, flumina, maria aquarum sunt, quibus internam animorum lepram detergas; nullus Moyses, qui petram iubeat ire in fontem; nullus Eliseus, qui vim tribuat aquis Iordanis; nullus Propheta, qui de torrente poculum præbeat; nullus, qui in perso sale aquas dulcoret. Et interit fôrd contumua degenerauit in petram, quis è petra eliciat aquam? ille solus, qui percussam in deser-

deferto petram fundere docuit aquam. stabat petra, & petra
tantum: percussit Moyses bis leui virgâ, & fluxerunt aquæ,
quæ totius populi restinguenter sitim. O, si percutiat nos bis
Dominus, timoris & amoris sui virgâ, vt ex obdurata cordiū
& oculorum nostrorum petrâ copiose saliant aquæ, quibus da.
vniuersum lauetur corpus! excutiat has oculorum aquas ti-
mor gehennæ, æternitatis, iudicis Dei: vt cum Publicano à
longè stantes, erubescamus peccatricia lumina tollere in cæ-
lum; cum filio Prodigo aduoluamur genibus benignissimi
patris; & vltro prouocantis; cum latrone culpam ingenuè fa-
teamur, nec puſeat fateri, quod non puduit perpetrare; cum
Magdalena proſternamur pedibus Christi nostri, quos inte-
gro oculorum flumine in teſtationem doloris & emendatio-
nis lauemus, oſculisque plus millies tergamus. Felix ô nimium
anima tantis aduoluta pedibus medici, patris, ſponsi! percu-
tiat nos virgâ amoris, cum illa in Canticis ſponsa, vt nihilex-
tra ipsum ſapiamus, nihil petamus, nihil loquamus, nihil ſu-
ſpitemus ille nobis, & ille ſolus, qui paſcitur inter vbera. ami-
cus paſtus, inter vbera illius commorari, æternumque vberi-
bus illius frui, lactari æternum. dulcis ſuper vinum & vbera.
ſponſus. currant densata in orbem nobis ſuſpiria amoris lacry-
mis mifta, inebriemurque ab vbertate torcularium & cella-
rum illius, vt omni loco & horâ deruetemus muſtum illius:
vnicaque voluptas noſtra fit, vt vino & vberibus illius ine-
briati, quod ore hauiſimus, profundamus oculis; bibamusque
gratâ vicifſitudine, quidquid oculi fuderint vini & vberum
illius. O, quis nobis, pro Apoſtolorum, ſponsi largiatur pedes?
æternent nobis hi pedes. Quid quæramus cælum, cælo indi- Suaue pe-
dibus Do-
minis in-
hæcere.

gnifſimi? optatos patris & ſponsi quæramus pedes, aduolu-
amur æternum illis. cælum nobis hi pedes: gaudium & coro-
na noſtra hi pedes: quibus oſculorum ſigamus millia, refiga-
mus millia. phi mundæ, & quidquid mundo magnum. deli-
ciæ noſtræ, voluptas noſtra; gloria noſtra, dilecti noſtri pedes.
abite cæli, cælum nobis pedes. ô cælum tot votis ſuſpiriisq;

optatum! semper nobis madeant hi pedes oculorum nostrorum nubibus perpluti, fontibus irrigati, fluminibus loti; semper tergantur osculis, ut quantum fuderint oculi, tantum anima pœnitentis & amantis animæ labra detergant. Beata anima tanto munere donata, tanto fortunata! quis nos beatum munere, nisi ille qui solus potest? faciet, si imitari illum non pudeat in hostium pedibus, in osculis. suos ille dabit pro hostium pedibus; sua pro hostium osculis, adeoque & manus pro hostium pedibus spondere audeo: etiam ubera matris, etiam sponsi labra. Felix commutatio! beata vicaria substitutio! pro hostilibus pedum osculis, immo pro molibus verbis, matris referre ubera, sponsi labra; & quidem à magno Deo omnium iudice & præmiatore!

XI. Sequitur in Euanglista: *Cœnabibus eis accepit Iesus panem,*
Mat. 26. & benedixit, ac frigat, deditque discipulis suis, & ait: Accipite &
Luc. 22. comedite; Hoc est corpus meum, quod pro vobis datur. hoc facite in
Mat. 26. meam commemorationem. Et accipiens calicem, gratias egit, & dedit
illis dicens: Bibite ex hoc omnes. Hic est enim sanguis meus novi testa-
Marc. 14. menti, qui pro multis effundetur in remissionem peccatorum. & bibe-
runt ex eo omnes. Cœnam institui iubet Dominus. hinc ille ad
Luc. 22. Petrum & Iohannem: Euntes parate nobis pascha, ut manduce-
mus. Quam potenti verò desiderio impulsus fuerat in hanc
Ibid. cœnam, habes apud eumdem: Desiderio desideravi hoc pascha
manducare vobiscum, antequam patiar. Magni affectus signa hic
vides magna, quo in amoris hanc cœnam fertur, & in morte.
imitare seruus dominum, discipulus magistrum, filius pa-
trem, creatura conditorem; ni ingratus & degener audias &
infidus, seruus, discipulus, filius, creatura. Habemus cœna-
rum mentionem non semel in Scriptura, quæ ad hanc postre-
mam alludunt, & corporis huius umbra dici possunt: inde il-

lud: Homo quidam fecit cœnam magnam, & vocauit multos. Primo
illos, qui dignitatibus præfulgebat: quos per villæ & domi-
niorum emptores intelligere potes. Secundo, qui abundant
opibus, & innatant diuitijs: quos in illis videas qui iuga boum
eme-

Cœnab.
Eucharisti-
sticam
multæ aliae
repreSEN-
TANT.
Luc. 14.
Qui à cœ-
na magna
se vtrō ex-
cludant.

emerunt, quibus agros suos cuerant seminibus suscipiendis. Tertio, qui voluptatibus immerguntur, quorumque studium & amor vna voluptas: quos ex ijs colligas qui vxores ducunt. Priores excusari se petunt: in quo aliquid videoas humanitatis ciuilis. docet hoc mundus, qui politicis rationibus diuinam conatur cuertere; & auocare suos a diuinis, speciosâ politica- rum & ciuilium rationum serie: quales sunt illæ; emptam villam, nec in illam diem visam, lustrandâ; iuga boum quinque aratro iungenda, quæ mercantur oculum emporis, maxime quod primæ hæ vices; & quumque videatur, ut oculo- rum primitiæ domino debeantur. tertij vxorum mariti, nec aulico, nec diuitum moræ, ciuilem aliquam rationem pra- texunt, sed negant se posse venire. Ita ferè voluptas vniuer- sum occupat hominem, & rationem omnem excludit, & no- xiâ in primis cæcitate sectatores suos percutit, ut ad omnia: cælestia cæcutiant, nec aliud cælum extra voluptates suas no- rint, nec aliud ambient. Ab hac ergo coena seclusis, non volu- Pauperes
seclusis
alii, ad
cam intro-
ducuntur.
Luc.14.

plateas & vicoscinitatis, & pauperes ac debiles, & cacos & clandos introduc buc. non iubet inuitari. iubet introduci: voluntate ni- mirum suâ pronos ad coenam. Nec periculum in his excusa- tionum aut negationis, cum ferè careant illicibus prouoca- mentis contrarijs, aut aliò trahentibus: quare faciliores sunt, paratiioresque ad coenam, destituti impedimentis aliorum: ducentibus. Atque hinc etiam ad coenam illam Hominis vo- cantis, Dei nimirum qui in hoc hominis nomine includitur, ad fidem, ad Euangelica consilia, ad morum in melius emen- dationem, ad Christi imitationem, ad cælorum semitas, ad honorum, diuinarum, voluptatum contemptum, priores pauperes sunt, tamquam inexperti rerum contrariarum, & quos nulla pugnantia cum diuinis retinacula, nulli hostiles nexus & compedes vinciunt. hinc ad illos illa Domini verba:

Beati.

- Matt. 5.* Beati pauperes spiritu, quoniam ipsorum est regnum celorum. Ut, si sperare diues, & qui dignitatibus claret, cælorum regnum velit, abducere se bonis debeat, & humilium ac abiectorum vestigijs insistere. docemur hoc à Domino: *Si vis perfectus esse, vende que habes, & da pauperibus, & habebis thesaurum in celo.*
- Divites quatenus cælo excludantur.* Non, quod omnes diutes exulent cælo. affectu tamen exuentur dæ opes, si cælo maritari volumus. Sed & grauis à Dominico *Matt. 19.* ore sententia in omnes diutes: *Facilius est camelum per foramen acus transire, quam diutinem intrare in regnum cælorum.* Potuit aliquid dici fortius ab eo qui mentiri non potest? audiab eodem ore in omnes magnos: *Nisi efficiamini sicut parvuli, non intrabis in regnum cælorum.* Hæc ab illo, in quem nulla cadit rerum ignorantia. Sed & vide, quid dicat de intuitatis ad cœnam, *Luc. 14.* quam magno studio parauerat. *Nemo virorum illorum qui vocati sunt, gustabit cœnam meam.* Dura, sed nimis vera, in excusantes sententia. dura in eos qui vocantem negligunt, qui inuitantem & vltro prouocantem transeunt, & ad illius minas & spōsiones facti sunt sicut aspides surdæ obturantes aures suas.
- Cap. 22.* Habemus etiam aliam cœnam apud Matthæum, & quidem cœnam nuptialem & sponsalitiam. *Simile factum est regnum cælorum homini Regi, qui fecit nuptias filio suo.* Comparat cælorum regnum nuptijs, quas Rex regio filio suo, regni sui heredi instruit; vt cogites augustam cælorum maiestatem, simul etiam illorum qui vocati erant, improbitatem, qui regiam ad regias filij sui nuptias in uitationem contemnerent. subdit enim: *Misit seruos suos vocare in uitatos ad nuptias, & nobebant venire.* quo maius erat, dignatum Regem ad filij sui nuptias vocare; hoc pœnâ grauiore digniores erant qui vocati venire noblebant. Claudit verò parabolam hanc Dominus nimis minaci & verâ sententiâ: *Multi sunt vocati, pauci viderè electi.* & quod vocatio, si sit in damnationem? non vocantis, sed renuentis vitio. infortunata vocatio, quæ vocati negliguntur. *Apocal. 19.* facta est in pœnam. contrà, *Beati, qui ad cœnam nuptiarum Agni vocati sunt.* ita nimirum, si participes sint mensæ; vt meritò

meritò dicat Ioannes: *Gaudemus, & exultemus, & demus gloriam ei, quia venerunt nuptiae Agni.* illi nimirum prouocantur in gaudium, qui associati sunt nuptijs Agni. ad quos etiam illa yidentur dicta: *Ecce sto ad ostium, & pulso: si quis audierit vocem Apocal. 3. meam, & aperuerit mihi ianuam, intrabo ad illum, & coenabo cum illo, & ipse tecum.* Excederet hæc res omnem fidem, nisi ille diceret, qui mentiri non potest. Deus pulsat, aperi sibi ab homine depositit Deus, vltro se ad hominis cœnam inuitat Deus, & ad suam vicissim hominem vocat, tamquam si pro accepto ab homine beneficio beneficium rependeret, cœnam suam pro humana, æternam pro momentanea, perennaturam pro peritura. Neque vilem aliquem locum in cœna sua addicit homini, sed summum. *Quid enim maius esse potest Dei loco? hunc addicit. Qui vicerit, dabo ei sedere mecum in throno eius.* Vis etiam maius aliquid, & quidem ab ore Dei? *Amen dico vobis, quod præcingeret se, & faciet illos discubere, & transiens ministribit illis.* Discubbit homo, & quidem indutus veste nuptiali, præcinctus Deus ministrat homini. non fortiter conculcatur fastus noster, à præcincto & ministrante Deo? vt post hæc pudere meritò nos debeat arrogantiæ nostræ. Neque interim cessat prouocare nos diuina Sapientia ad mensam suam. *Si Proverb. quis est parvulus, veniat ad me: & insipientibus locuta est: Venite, comedite panem meum, & bibite vinum quod miscui vobis.* Parvulos submissione sui; & quos mundus hic pro fatuis habet, & inter insipientes numerat, vocat æterna Patris Sapientia, quæ stulta mundi elegit sibi & obsequio suo, æternum remuneranda.

Habemus etiam conuiuum seu cœnam promissam per XII. Prophetam. *Faciet Dominus exercituum omnibus populis, in monte Isaiæ 25. hoc, conuiuum pinguum, conuiuum vindemicæ, pinguum medullatorum, vindemicæ defacatae.* Allusisse Propheta videtur ad cœnam ultimam Passionis prænunciam, quam fecit in monte Sion, Ierosolymæ nimirum, quæ mons Sion. nec Iudæis tan-

E tūm,

tum, sed omnibus populis; ut videoas non aliud conuiuum intelligi, quam Dominicam coenam, quæ sola omni populo, in salutem nimirum & medelam omnium, quaquaversum terrarum, populorum instituta est. *Conuiuum pinguum.* Quid potuit meliore adipe stipatum esse Christo Domino, quem duæ simul naturæ, diuina & humana roborabant, è quibus unus Christus coaluerat? aut quis hominum vñquam, quis Angelorum, maiori virtutum omnium adipe circumfessus fuit? ut meritò decantetur illud in Ecclesia notissimum: *Pinguus est panis Christi, præbebit delicias Regibus.* imò omnibus. nec ab ullo cibo magis saginatur anima, nec ab ullo magis omnium diuinorum gratarum & virtutū pinguedine adipatur. Sequitur, *conuiuum vindemia, & vindemie defacare.* non miraberis conuiuum dici vindemiaz, cum audiueris sponsam: *Botrys Cypri dilectus meus mihi, in vineis Engaddi.* minùs, cum audiueris ipsum sponsum: *Dabo tibi poculum ex vino condito, & mustum malorum granatorum meorum.* Et alibi prouocantem invitatos à se: *Comedete amici, & bibite, & ineberiamini carissimi.* ebrietate nimirum amoris diuini. ad quem lusit sponsa: *Introduxit me in cellam vinariam, ordinans in me caritatem.* in cellam cælestem, in diuinam, in illam in qua propinari & hauriri solet amor. atque hinc etiam illæ prouocationes sponsi: *Surge, prope, amica mea.* Addit cauſam. *Vineæ florentes dederunt odorem suum.* surge, amica mea, speciosa mea, & veni. fruere vineâ meâ, pascere botris meis. Additur, *conuiuum medullatorum.* Olim Israeli promiserat Deus: *Dabo vobis omnia bona Ægypti,* ut comedatis medullam terra. Sed & David Domino. *Holocausta medullata offeram tibi.* At quid medulla terræ, aut holocaustorum, arietum, boum, ouium, ad medullam conuiuij Christi, in quo medulla hominis Deus dici potest, cum ex homine & Deo conflatus sit Christus, qui h̄ic datur in cibum & potum, pane & vino coniectus, panis nimirum & vini speciebus circumfusus? Et sane ut hominis medulla, augustissima nimirum pars, Deus dici potest, qui in Christo homine suo implexus est,

Cœna Eu-
charistica
est conui-
uum pingui-
um, vi-
ndemiaz
& medul-
latorum.

Cœn. 1.

Cœn. 8.

Cœn. 5.

Cœn. 2.

Cœn. 2.

Cœn. 45.

Psal. 56.

ac

ac quasi homine vestitus. Christum vero corporeum huius ci-
hum & potum esse ab ipso apud Ioannem discimus : *Ego sum
panis vivus, qui de cælo descendit: panis quem ego dabo, caro mea est
pro mundi vita.* Descenderat de cælo panis, ut fieret hominum
cibus. Sed & caro illius facta est nobis panis. Duplici proinde
pascimur pane: cælesti, qui cælo delapsus, terreno, carne Christi,
quam cælestis ille panis Dei filius sibi assumperat, con-
corporauerat sibi, ut non animo tantum, Dei Verbo, sed & cor-
pore pasceret, assumptam à Deo carnem. Quid? quod non man-
ducantibus hunc panem, intentet minas : *Nisi manducaneri-
tis carnem Filii hominis, & bibentis eius sanguinem, non habebitis vi-
tam in eis.* substituti nimisum cibo vita, qualem se testatur:
Ego sum panis vita. mundi omnis panis, mortis, non vita est. *Ioan.6.*
Inuitat deinde omnes nobili prærogatiuā ad panis huius sum-
ptionem. *Caro mea verè est cibus, & sanguis meus, verè est potus:* *qui manducat meam carnem, & bibit meum sanguinem, in me manet,* *& ego in illo.* Quis etiam ambitiosissimus vult audire audat ma-
nere Deum in homine, & hominem in Deo, quis cre-
deret, nisi diceret Deus? & quis, cum ille dicat, non credat?
nisi fors ex illis sit qui olim dixerunt, *Durus est hic sermo, &* *qui potest eum audire?* cui ego illud Augustini reponam: *De-
mus aliquid Deum posse, quod nos fateamur inuestigare non posse.* *in Ioan.*
Et non, que impossibilia sunt apud homines, possibilia sunt apud *Luc.18.*
Deum? Aut non verum illud, *Non erit impossibile apud Deum om-
ne verbum?* Imò vide, quid dicat Christus de creditibus. *Ni-
bil impossibile erit eis.* etiam montes loco mouebuntur, vt in
Thaumaturgo: etiam flumina scindentur media, vt in Elia &
Eliseo: etiam maria calcanda se præbebunt, vt Francisco de
Paula. non & elementis & soli statio imperatur à Iosue? &
non foraces & flammæ ventorum vices subeunt in Danielis
seculis? non leprosus Naaman Iordanis purgatur vndis? non
mare famulatur intellino itinere Israelem transmittens; Æ-
gyptiorumque exercitum ad virgæ imperium, vndarum con-
cordi reditu obrueus? non mortui vita redduntur in Petro,

Christus
ipse, unicus
est corpus
huius ci-
bus.

Cap. 6.

Ioan.6.

Ioan.6.

Ioan.6.

Ioan.6.

in Ioan.

Luc.18.

Luc.1.

Matt.17.

in Matt.

Omnia a-

apud Deum

sunt possi-

bilia.

Paulo, Elia, Eliseo etiam mortuo? non cæci illuminantur ad ossa Stephani? non cæcitate percutiuntur Syrij in Eliseo? non magicarum virgarum dracones à Moysis deuorantur? non lapis aquam fundit virgâ percussus? non vestimenta & calceamenta filiorum Israel quadraginta annis indestrita & inobsoleta manent? non Ionas à bellua, in cuius alio naufragia digerri poterant, triduo post in columis expulitur? non quæ exaruerat Ieroboami manus, ad Prophetæ preces sibi restituitur? non cælum ad Eliæ preces clauditur, ad easdem aperitur, & aquis grauidatæ nubes partum celare recludereq; iubentur? non vxor Lot versa est in statuam salis? non Agyptiæ aquæ in sanguinem? non virga Moysis in serpentem? non aquæ Cananææ in vinum? quid? non ad umbram Petri & Ioannis, & semicinctia Pauli, omnia propè morborum genera pulsa? & negabimus Deo panis in carnem, vini in sanguinem commutationem? aut quid maius, panis & vini semina è nihilo condere; aut panem & vinum in carnem & sanguinem vertere? quid maius, orbem uniuersum solo conditorio verbo *Fiat* creare; aut vinum in sanguinem, panem in carnem mutare? non maiore opus potentia ad rei è nihilo productionem, quam ad unius in aliam commutationem? priora quis non concedit Deo? secunda cur negemus? largiamur lubentes minora, qui maiora fateri cogimur. Et habet aliquid similitudinis cum hoc Christi pane. Israëlis manna, quo quadraginta annis pasti, in hoc omne desideratorum ciborum delectamentum filij Israhel repererunt. quo magis in Christi carne fideles omnes cælestium virtutum omnium delicias inuenient, non inueniunt? se accusent, non hanc carnem, panem. accedit enim his quod febri laborantibus, quibus sapidissimi cibi insipidi, omne dulce amarum, mel omne in absinthium versum; non ciborum virtus, sed morbi & patati à morbo tinerti. Illud etiam in manna obseruatum, ut non plus domum referret qui plurimum, quam qui modicum collegerat. quod etiam in hoc pane locum habet, in quanto

Transubstantiationis possibilitas euina est.

Manna &
Eucharistie conuenientia.

tantum sub fragmentorum minimo, quantum toto continetur; nec maior hostia plus secum spiritalis alimenti, quam parua trahit; nec illa magis haec possessorem suum beat, aut pascit. Manna deinde non destitit Israelem pascere & fortunare, donec promissionis terram sortitus esset: Christi etiam caro non destituet nos, donec caelo inscribat promisso, & nobilissimæ illius promissionis terræ nos ciues statuat.

Vidimus Christi iussu conuiuum seu cœnam paratam, conuocatos ad hanc Apostolos, exclusos potentes, & magna in terris nomina, sæculo suo, honoribus, opibus, voluptatibus immersa; vocatos solos Apostolos, pauperes, pescatores, cum quibus deliciatur: *cum simplicibus enim sermocinatio eius.* Prover. 3.

Videamus quid apponatur mensæ. inuenies agnum paschalē, in memoriam & testationem commigrationis à durissima Ægyptiaca seruitute ad promissionis terram. Quare & stantes, ac quasi itineri accincti comedebant, viatorijs baculis armati, & quidem festinantes: *erat enim phase, id est transitus*, Exodi 12.

Domini. Nec quidquam seponi in proximum diem poterat. Debebat verò hic agnus esse absque macula, masculus: cùm referret cælestem Agnum, in quo nec macula, nec dolus; adeoque qui omnem maculam, tamquam imbre & spongiâ, sanguine suo detergeret. Sciebat hoc Agni prænuncius, cùm intelamaret: *Ecce Agnus Deserit, ecce qui tollit peccata mundi.* Ad cuius Ioan. 1. aduentum aspirabat ille, cùm deprecaretur Deum, *Emitte Isaia 16.. agnum, Domine, dominatorem terre, de petra deserti, ad montem filii Sion.* Dominatus fuit terræ per crucem, per quam omne genu illi flectitur, cælestium, terrestrium, infernorum. *De petra deserti.* De caelo nimirum Agnum mitti postulat, quod tamquam ære fusum, & omni impenetrabilior petrâ est, maximè Isaiae tempore, cùm staret imperiū, omni durius saxo, nec aditus pateret ulli. sed & desertum cælum dici poterat, à quo per primordiale delictum exulabat homo. destitutum proinde erat homine, & desertum dici poterat, hominum infæcundum & sterile, fœcundandum per Agnum. Sed & Agnus

E. 3.

ipse,

- Lapide & ipse, qui Christus est, meritò petra deserti illius dici potest.
petrā de-
notatur.
- Isiae 28.* vnde illud tiuisdem Prophetæ: *Ecce ego mitteram in fundamentis Sion lapidem, lapidem probatum, angularem, pretiosum.* De quo magnus Deus nisi de filio suo? explicat hoc ipse. Numquam legitur in Scripturis, Lapidem, quem reprobauerunt adiuvantes, hic factus est in caput anguli? qui occiderit super lapidem istum, confringetur;
- Matt. 21.*
- Ephes. 2.* super quem vero occiderit, conteret eum. & Apostolus Paulus: *Eritis cives Sanctorum, & domestici Dei, superedificati super fundamen- tum Apostolorum & Prophetarum, ipso summo angulari lapide Christo IESV, in quo omnis edificatio constituta crescit in templum san- etum Domino.* & alibi: *Pono in Sion lapidem offensionis, & petram scandali: & omnis qui credit in eum, non confundetur.* Certum non de alio quam de Christo agi. Quid? quod etiam Mater pe-
tra deserti dici possit, è qua petra Christus. audiamus Daniellem: *Videbas ita, donec abscessus est lapis de monte sine manibus, & percussit statuam in pedibus eius ferreis & fistulis, & comminuit eos.* Lapis autem qui percusserat statuam, factus est mons magnus, & im- plenit vniuersam terram. Lapis ille non aliis, quam Christus, cuius regnum comminuet. & consumet vniuersa regna; & ipsum sta- bit in eternum. Abscessus vero hic lapis de virginie monte sine manibus, sine omni virili attractu, solo Spiritu sancto è virginie sanguine fuligine corpus Christi. sed neque mons ille quid- quam passus est ex hoc exciso lapide, neque quidquam dece- sit illi; sed stetit integer etiam post petræ defractationē; cum integrâ matris suæ virginie carne, numquam resignatâ, num- quam resignandâ, Christus vera petra prodijt. qui factus est mons magnus, & implenit vniuersam terram fidei suæ pro- mulgatione; comminuitque idololatrica regna, & ad veram fidem traduxit; docuitque purpuram delicta sua cinere, sac- co, lacrymis detergere. Sed & Dei mater, petra deserti nomi- nari potest. audiamus Prophetam: *Landa steritis, que non parat: quoniam multi filii desertae, magis quam eius que habet virum.* Ste- rilem dicit non naturâ, sed voluntate, & viri attractu; deser- tam, quia nulli virorum notam. & tamen huius desertæ nar- rat
- Dan. 2.*
- Deipara quomodo dici queat petra, & petra de-
serti.
- Isiae 54.*
- Illius in sterilitate fecundi-
tas.

rat filios, animorum nimirum, & castarum mentium opera-
tiones, quibus non tantum nobilitata Dei mater, sed & vero
filio, qui carnem sanguinemque ab hac matre mutuatus fue-
rat. quâ inter omnes virgines prærogatiâ, vna Dei mater
floruit, ut merito fœcundissima sterilis huius ac deserte felici-
tas, omnium ore & calamis depraedicari debeat. quæ nobis
redit illum, qui regnabit in domo Jacob in eternum, & regni eius *Luc. 1.*
non erit finis. cuique Deus Pater dedit potestatem, & honorem, & *Dan. 7.*
regnum: & omnes populi & lingue ipsi seruient. Potestas eius, potestas
eterna, que non auferetur: & regnum eius, quod non corrumpetur.
Iure proinde beatam illam docent omnes generationes, quia fecit *Luc. 1.*
illi magna qui potens est, & sanctum nomen eius. Quia è virgine
hoc monte exscidit sibi hanc petram viuam, angularem, cui
inædificata Ecclesia, siue quæ hîc militat, siue quæ ibi trium-
phant, in qua & Agnus dicitur Ioanne teste: *Templum non vidi Apoc. 21.*
in ea: Dominus enim Deus omnipotens templum illius est, & Agnus.
& civitas non eget sole, neque luna, vt lucent in ea. nam claritas Dei
illuminauit eam; & lucerna eius est Agnus; & ambulauerunt gentes in
lumine eius. Cælorum ergo templum, sol, luna, lucerna, lumen,
Deus est & Agnus, qui & ipse de Deo Deus.

Hic celebraturus phase, transitum nimirum suum ex hoc
seculo ad Patrem, pascha cum discipulis manducare voluit. Post cœnâ
legalem,
Euchari-
stica inti-
tuitur.
Fecit hoc primò ex præscripto legis, ne quid illi detractum
videretur voluisse. quâ impletâ, nouæ legis agnum mandu-
candum præbuit suis. *Accipite, & comedite: hoc est corpus meum. Matt. 26.*
Addidit poculum: *Accipiens calicem dedit illis, dicens: Bibite ex hoc*
omnes. hic est enim sanguis meus. Acceperunt, comederunt, bi-
berunt omnes: vt dicere singuli possent: Vnu ego, iam non ego, Gal. 2.
vnius verò in me Christus; cùm illum non mortuum, sed viuum
manducessent, bibissent viuum. neque enim mortuam car-
nem aut sanguinem, sed quæ in Christo viuebat, sumpserant.
& cùm antè assūm mortuum paschalem veteris legis agnum
sumpsissent, viuum exinde nouæ legis sumpserunt: eò felicio-
res, quo lex noua infinitis passibus veterem nobilitate, me-
ritis,

ritis, præmij s. antecedit, & corpus vmbra s. præstat, & si-
gnatum, signum suum anteit; & quo Agnus noster quidquid
vbique creatum, in cælo, in terra, infinitum superat.

XIII. Magnum hic considera miserantis Christi in nos affectum.

Affectus Christi ab euanis in nos.
& eramus iam vnius patris filij, vnius carnis & sanguinis fra-
tres. iam si filij, etiam heredes; si fratres, coheredes. testatur

Ephes. I. Rom. 8. Cap. 4. hoc Apostolus: *Qui prædestinavit nos in adoptionem filiorum per Iesum Christum. & alibi: Accepisti spiritum adoptionis filiorum. & ad Galatas: Jam non es seruus, sed filius: quod si filius, ergo heres.*

Aderat mors, & destinata ab æterno dies morti, ipsi in glo-
riam, nobis in salutem. immolari venerat victima pro pecca-
to; nec poterat hoc deleri, nisi spongiâ sanguine; nec primor-
diale paradisiacæ arboris delictum reparari, nisi in arbore.

Sed neque referari cælorum postes poterant sine sanguine:
nec imperare nudus homo cælo poterat & inferno; nec de-
bitæ æternæ pœnæ sceleribus satisfacere, nec expiare crimi-
na in immensum vndique Deum perpetrata. non poterat

expungi debitum infinitum, actionibus finitis, quales omnes
erant puri hominis. quare digniore opus personâ, cuius acti-
ones pariari debitibus possent aut vincere. Non cædebant hæc

in nudum hominem, sed neque in personam créatam. neces-
sum ergo increatum personarum aliquam hominem in-
duere, cuius expiationibus meritisque dignitatem valoremq;
delictis aut parens aut superiorē conferret. Fecit hoc Dei

Filius; & carnem sanguinemq; de virginē æternū carne san-
guineque mutuatus, homine se vestiuit, factus in hoc homine
hominibus frater. Qui vicinior iam vtronec morti, cum in-

testatus mori noller, nobilissimæ augustissimæque nos hered-
itatis heredes reliquit. imò ex asse nos singulos inscripsit he-
redes: ita ut singuli vniuersam hereditatem adiremus; nec

ex asse cor-
poris sui
heredes.
Scripturæ nos
ex asse cor-
poris sui
heredes.

quidquam ab hereditate vniuersa heredum multitudo decer-
peret, omnisque omnino in omnes singulosque tota heredi-
tas transiret. Ita solare lumen dum omnibus lucet, nihil in

sia-

Singulis de luce minuit, sed sole toto fruuntur singuli. nec ignis ideo minus caloris in singulos effundit, quod plures habent præsentes: nec nocturnæ tenebræ densiores sunt omnibus, quam singulis. Nec magnus Deus frustatim se varijs mundi partibus communicat, sed singulis totum, cum nulli diuisioni subiaceat. ut nec anima nostra corpori coniuiditur, sed singulas illius partes tota animat, ignara partium, diuisionum nescia, omnibus omnia, & singulis omnia facta. Videamus proprius, quid nobilis hic testator singulis testamento suo cauerit, quid reliquerit. habemus testamenti tabulas, ut dubitare sine scelere non possimus: habemus illas ipsius testatoris sanguine firmatas: habemus Apostolos testes: habemus æterni assensum Patris, qui omnem Filij voluntatem suam fecit: habemus Spiritus sancti, cuius amore & spiramine tamquam calamo tabulae signatae.

Verum de qua re testabitur? de opibus? audiamus Prophétam. *Sion, Rex tuus veniet tibi: ipse pauper, & ascendens super a-
sinam, & super pullum filium asinæ.* Quid? quod & asina & pullus mutuatius fuerit. Audiamus alium: *Ego vir videns paupertatem meam. & tertium: Egenus & pauper ego sum. & Pauper sum ego, & in laboribus à iumentute mea.* De Christo in persona sua hæc Dauid. Sed & pauperem delegisse matrem, vitam excoluisse pauperem, discipulos adlegisse pauperes, paupertatemque laudasse, suasisse, toto docemur Euangilio. Et quid habaret de quo testaretur, qui de scipso ad quemdam Scribarum? *Vulpes foueas habent, & volucres celi nidos: filius autem hominis non habet ubi caput reclinet.* De quo testaretur, qui non habet vbi caput reclinet? an fors de vinculis, de calcibus, de pugnis, de sputis, de verberibus, de columna, de spinis, arundine, clavis, lancea, aceto, felle, cruce?

Sed forte de honoribus testari poterit. Ego hos in illo non reperio, & audio Prophetam: *Orrnes videntes me, deriserunt me.* Eius in vita abiectione & contemptu. Audio Euangelistam: *Spreuit illum Herodes cum exercitu suo, & illusit indutum ueste albâ.* nec multò. *Deridebant eum Principes* ptus. *Cum Luc.23.*

- Marc. 10. cum eis : illudebant autem et milites. Audio alium : Tradere cum
Gentibus, et illudent ei, et confundent eum, et flagellabunt eum, et
interficiant eum. Principes nisticum, seniores & Scribae. Audio
Matt. 27. tertium. Genu flexo ante eum illudebant ei: exspuentes in eum. Au-
Marc. 10. dio ipsummet: Filius hominis non venit, ut ministraret ei, sed
ut ministraret. Et quas dignitates in nos transcriberet fabri
filius? Bethleem? stabulum? praesep? viles pannos? bouem &
asinum? par turturum, aut duos pullos columbarum? Agyptiacam fugam? illudentem post quadraginta dierum ieiuni-
um diabolum in deserto in lapidibus, in templi pinnaculo, monte? & quas, licet posset, dignitates & honores in nos
transcriberet, dignitatū & honorum omnium contemptor? quas ille, qui in honorum omnium contemptu, honorem
summum posuit; qui in submissione sui, exaltationem: Disci-
Matt. 20. mus hoc ab ore ipsius: Quicumque voluerit inter vos maior fieri,
sit refor minister: et qui voluerit inter vos primus esse, erit vester
seruus. Confirmat eandem sententiam apud Lucam. Qui mi-
nor est inter vos omnes, hic maior est. Paradoxa haec sunt: sed vera.
quia ab illo proleta, qui falli in iudicio suo non potest, nec
mentiri potest. Quid ergo testari potuit, qui nec diuicias, nec
honores potuit, nec voluit? nam quid reliquum illi ad testan-
dum, cum his destitueretur? aut quid daret, opibus & digni-
tatis destitutus; omniumque, voluntate sua, regitus; omni-
num, detectu suo, naufragus? unum illi reliquum erat, de
quo testari posset, erat hoc ipse. nec aliud illi super. Verum
cum se iam ante destinasset cruci, adeoque & se illi in manibus
Patri sui celestis, in salutem omnium nostrorum derogasset, ro-
noscere tot testibus comprobaram donationem non pot-
erat. Ingeniosus amor! quid non inuenit amor? nil detractu-
it cruci, nil lacrymis, sudoribus, sanguini. sed neque patiens
aliquam sui destinat hereditati, alteram cruci: totum se &
donat cruci, & legat testamentorum. senectus crucis sacri-
ficio cruento, semper in postremis testamenti sui tabulis sa-
crafficio-iucruento. in cruce dedit in delictorum expiationem:
Seipsum
morticas in
testamen-
tum nobis
dedit.

in

in testamenti sui tabulis, in amoris cælestiumque donorum omnium augmentum. in cruce conciliamur Deo, reuocamur ab exilio, reddimus patriæ, à qua per parentum delictum excideramus: in testamento scribimur heredes, non iam cæli, sed Dei; reddimus vitæ, dum donamur meliore vitâ Deo; transimusque quasi in naturam diuinam, cùm pascimur & portamur Deo. in cruce diuinæ iustitiae debitum expleraus, & exsoluimus æs omne per delicta contractum; & sistimus Deo par debitis premium, imò maius: in testamento amor omnis expanditur, & uno exiade indissociabili amoris nexu colligantur Deus & homo. & qui in cruce Christus omnem iustitiam, in testamento omnem amoris latitudinem explet. qui in cruce mortuos donat vitâ: in cœna mortuos, Dei donat vitâ, cùm suâ vitâ animam animat, & suâ donat. quise in cruce semel æterno munere largitur; in cœna largitur semper. qui semel quam à virgine matre mutuatus fuerat carnem & sanguinem, cruci dedit clavis affigendam; hic, quoties homini luberit, ultimis testamenti tabulis, se dat in cibum, in potum: ut quem semel virgine utero suo, Spiritu sancto grauidata, tulit mater, semelque crux confixum sibi sensit; hunc pectore suo, quoties volet, circumferat & claudat homo, factus creatori ac Deo suo quasi gerula mater. Quid non largitur homini Deus? in præsepi se dat in socium, in pannis in frarrem, in cœna in cibum, in cruce in lytrum, in cælo in præmium.

Iam, quid potuit homini Christus Deus maius quam se XVI.
dare, & in cibum dare & potum? aut potest aliquid maius esse Deo, in quo omne bonum, & extra quem nullum bonum? nam, si quod usquam bonum, ab hoc bono necessum habeat, quod est bonum, non futurum sine hoc bono bonum; imò sine hoc bono futurum malum, non bonum. aut potuit maius quid dari eo, in quo cælorum thesauri omnes reconditi, beatarum mentium gaudium omne, omnisque dignitas & honor cælo prescriptum? Ita sit, ut qui diuino hoc munere fruitur, & cælorum possideat opes,

Amor
Christi in
humanum
genus.

& quidquid ibi diuitiarum, pectore condat; quidquid honorum, animo circumferat: cùm in vno Deo honor verùs , certus, numquam fallens, numquam dubius; in reliquis non nisi emortua quædam honoris umbra sit. sed & quidquid sincerarum voluptatum cælo clauditur , ab vno profluit Deo: non futurus gaudiorum locus sine Deo: imò, futurus mœrorum locus sine illo, & non tam cælum, quām carcer, tenebræ, & exilio in pœnâ damnata regio. vt hinc videoas, Christū, cùm se in coenarum vltima nobis dedit , quidquid habuit, summum dedisse; quidquid habuit bonorum, per has vltimas magni amoris sui tabulas transcripsisse ; vt iam homo heres sit bonorum cælestium omnium, & per Christum possessor bonorum omnium . ita nihil sibi seruauit Deus . omnia enim dedit, cùm se dedit; vt certare propè homo de felicitate cum Deo possit , qui omnium bonorum fontem diuino munere possideat , inscriptus heres magni Dei, & in Deo , bonorum omnium.

XVII.

Hominis
vicissim est
huic, amá-
do respon-
dere.

Vide an tantæ in te Christi respondeas benevolentiaz , ante dignum tanti testatoris heredem ostendas, an beneficium hoc benefactis compenses, an hereditatem hanc præ dignitate possideas, pro dignitate exerceas: an non magis benefacta malefactis compenses, & legatæ hereditatis nobilitatem, claritudinem, pulchritudinem, augustamque maiestatem sceleribus commacules. In manu tua se posuit Deus, benè aut male à te habendus, honore aut contumeliâ afficiendus, veneratione aut ignominia, cultu aut neglegtu : intuere mores tuos proprius, discute facta, cogitata. Vide quoties, post tot benefacta, qualia nulla possunt esse maiora, non contentus. vnâ columnâ & cruce, Christum verberibus laceres, spinis corones, sputis foedes, alapis cædas, cruci affigas. facis hoc in omni delicto grauiori. Quid ergo exspectabis à iudice, cùm tam improbus fuisti in patrem, tam ingratus in testatorem, tam impius in Dëum ? & ex te ipso disce , quid vereri debeas. vide, quām indigne feras, si quis tua in se benefacta negligat, si quis eleuet,

eleuet, si quis contemnat; si quis beneficiorum immemor non agnoscat accepta; si quis pro gratitudine, ingratitudinē, pro gratiarum actione, risum; pro laude, contemptum reponat: si quis ex amico inimicus factus, insidijs petat, dolis circumueniat, mendacijs ludat, armis oppugnet. Quo animo futurus in talem es? perges benefacere? perges contubernio tuo ascribere? perges inter amicos numerare? perges mensā tuā admouere? perges amplexu & osculo dignari? perges te tuaque fidei illius credere? Eadem à Deo expecta: ut quā mensurā alios mensus fueris, eādem à Deo remetiaris. Solet enim ferè Deus nostris in proximum factis, sua metiri, & eā nos mensurā donare, quā donauimus alios.

Cogita deinde doni huius magnitudinem. excute singula: Deum & te: discrimina inter utrumque: magnitudinem illius, tenuitatem tuam: maiestatem illius, vilitatem tuam: immensitatem illius, per exiguo terminostuos. & ex personā illius magnitudine, amoris illius in te magnitudinem metire. nemo se magnus dimittit ad parua, nisi amor imperet, qui paruum pariat magno, magnitudinem suam mutuans paruo, ut quædam inter amantem & amatum paritas exsurgat. Fecit hoc Christus noster, cùm componi homo Deo non posset. Nam quæ comparatio finiti ad infinitum? quæ creaturæ cum conditore suo? adiecit ad alteram partem stateræ humanæ tantum amoris sui, vt utraque iam pars pendula, æquilibrato quodam impetu ferretur, neutram in partem prona aut præcepit. amoris vis magna, quæ iuncta homini certare cum Deo suo audeat. Verum cùm hic amor magis in Deo quam in homine esset, licet verum sit semper amantem magis esse ubi amat, quam vbianimat; auidus Deus componi cum homine, ad nudum hominem coniunxit Deum. ita cùm stateræ partem alteram occupasset Deus, alteram Christus homo & Deus, exsureret paritas, vt in nullam se iam partem inclinarer statera, sed immota staret: ludente interim utrumque amore, & utramque partem pari pondere premente; vt, si fors

vna prouidet ferretur, in alteram potentius se proijceret amor,
paritatem facturus; si leuior tolleretur altera, in illam se im-
mitteret amor, ne qua ponderis disparitas appareret. O, què
non rapis amantem amor! dictum vulgare, etiam magnorum
Philosophorum, non solere amorem esse nisi inter pares. vt
huic sententia staret Deus, nec paritas inter nudum homi-
nem & Deum esse posset, iunxit homini Deum; & adeò vesti-
uit Deum homine in Christo, vt nemo iam dicere posset,
non posse inter toto cælo impares, hominem & Deum, amo-
rem stare, cum pariasset in Christo hominem Deo, vt dici ex
vero homo-Deus posset. habes paritatē, vt nil dubitare nunc
de vero amore & amicitia, inter Deum & hominem posses.
Verum cum semet se homine induisset Deus, à virgine matris
carne humanam mutuatus carnem; dici poterat hunc homi-
nem, nec alium pariasi poruisse, quare & inter hunc & Deum
amorem amicitiamque intercessisse veram. licet dici fors pos-
set, in vna illa Virginis carne humanam omni homini com-
munem assumpſisse naturam, ac proinde ratione communis
illius naturæ aliquid paritatis intercedere, quæ ad stabilien-
dum amorem & amicitiam inter Deum & hominem satis es-
set: tamen, ne quid queri iustitia posset in tanta amantis & a-
mati imparitate; neue inclamaret, in tanto discrimine firmam
amicitiam nullo modo posse; modum inuerit, modumque
Christus statuit, quo queri meritò de amore iustitia non pos-
set: se totum hominem Deum, nouo more, in cibum & po-
tum, dedit homini: vt per hanc hominis-Dei sumptionem, ca-
in singulis hominibus paritas statui posset, quæ amori & ami-
citiae sufficeret, cum Dei iam amor & amicitia non in nudum
raperetur hominem, sed in eum, qui hominem Deo, Dei nimis
carne & sanguine, ipsoque adeò Deo pastus eset. O amor! ô
homo! quanta dignatio in Deo-tui! quanta submissio sui! in-
dies hominem posse pasci Deo! ad vnam humanam vocem
venire Deum, & quasi humano parete imperio! imperare ho-
minem, obsequi Deum! vt quodam dicendi modo videatur
in

Magna
Dei in Ven-
Eucharisti-
a digna-
tio & sui
submissio.

in hoc Sacramento ab homine creari Deus; cum ad hominis verba, ubi fuerat panis, ubi vinum, nec panis, nec sit vinum, sed panis vinique vice subeat Deus; panis, ut ita dicam, vini- que vestre induitus Deus: ve, qui ante consecratio sacerdotis verba vero pane & vino pasci poterat homo, post illa nec pane iam, nec vino, sed pasceretur homine Deo. Hinc illa Cy- rilli Hierosolymitani: *Sub specie panis datur tibi corpus, & sub spe- cie vini datur sanguis, ut sumpos corpore & sanguine Christi, efficia- ris ei comparticeps corporis & sanguinis.* vixit Cyrillus anno 370.

Audi Chrysostomum, qui vixit anno 400. Id quod est in calice, *Hom. 24.*
est id quod fluxit è latere, & illius sumus participes. Dilucide Cypri- *in I. ad Cor. c. 13.*
anus anno 250. Panis iste, quem Dominus discipulis porrigitbat, non effigie, sed naturā mucatus, omnipotentiā Verbi factus est caro. Nec minus Ambrosius sub annū 370. Ergo didicisti, quod ex pane *De Sa-*
corpus fuit Christi, & quod vim & aqua in calicem mittitur, sed fuit cramentum. *lib. 4. c. 4.*
sanguis consecratione verbi celestis. Augustinus etiam: *Mediato-* *Lib. contra*
rem Domini & hominum, hominem Christum IESVM, carnem suam nobis aduersi. leg.
manducandam, bibendumque sanguinem dantem, fideli corde atque cap. 9.
ore suscipimus. Claudamus cura Damasco. Nec verò panis & *Lib. 4. Or-*
vinum corporis Christi figura sunt (abfir enim hoc:) & verum ipsummet ibid. fidei.
Domini corpus, diuinitate affectum: cum Dominus ipse dixerit, Hoc est, *cap. 14.*
non corporis figura, sed, corpus; nec sanguinis figura, sed, sanguis.

Quare fōrē curiosior aliquis, quā hæc fieri possint? iam *Transsub-*
antē dixi, & respondent Patres. Primus Cyrillus: *Aquam ali-* *stantatio-*
quando mutant in vinum solā voluntate: & non erit dignus, cui cre- *Christo*
damus, quod vinum in sanguinem mutaffet? Secundus Ambrosius:
Sicut terra nis est in sermone Domini IESV, ut inciperent esse qua non
erant; quanto magis operatorius est, ut sint que erant, & in aliud
commutentur? celum non erat, mare non erat, terra non erat: sed audi-
dicentem. Ipse dixit, & facta sunt; ipse mandauit, & creatura sunt. ergo
tibi ut respondeam, non erat corpus Christi ante consecrationem; sed
post consecrationem dico tibi, quod iam est corpus Christi. ipse dixit, &
factum est. Subiungit: Virgam tenebat Moyses, protexit eam, &
facta est serpens. quod si tantum valuit humana benedictio, ut natu-
nam

ram conuerteret, quid dicemus de ipsa consecratione diuina, ubi verba ipsa Domini Saluatoris operantur? sermo ergo Christi, qui potuit ex nihilo facere quod non erat, non potest ea que sunt, in id mutare quod non erant? non enim minus est nouas rebus dare, quam mutare naturas. Imò longè maius, vt bene Eucherius Lugdunensis, qui vixit sub annum Domini 450. Quid mirum est si ea, qua verbo creare potuit, possit creatu conuertere? imò iam minoris videtur esse miraculi, si id quod ex nihilo agnoscatur condidisse, iam conditum in melius valeat commutare. Sed vile fortè alicui videatur Deum panis & vini vestiri specie. Fuitne portentum minus virginis claudi vetero, virgineque vberē lactari Deum? tot mensibus cæco carcere claudi, tot mensibus vberibus lactari Deum? & non esurit sub diabolo, non sitit sub Samaritana, non lacrymatur super Lazarum, non trepidat in horto Deus? non sanguinem in horto, in columna, in cruce fundit Deus? Et non portentorum in nobis ipsis diuites sumus? in resurrectione enim cum surget hæc caro sparsa per orbem, redhibentibus eam vndis, ignibus, ferarum aliis, rumis alitum, lactibus, pīscium, & ipsorum temporum gulâ, non diuinæ potentiaz sat magnum documentum est? aut cum hæc videmus, dubitare de diuina potentia possumus, panem in carnem, vinum in sanguinem mutantis? pascit humanâ carne & sanguine aues, feras, pisces, vt de humana carne & sanguine, caro illis & sanguis enascatur: sed & de homine apud barbaros pascit hominem, & de férī adhuc cruditantes homines, alit homines . & post hæc omnia, & feræ, & aues, & pisces, & homines eunt in cineres, in terram, in sterquilinia; & exinde in culices, formicas, tineas, locustas, papiliunculos, cochleas, vespurigines; & ex his rursum in terram, in spinas, in agrestium frondium amaritudines, in vermes venena ruminantes; vt in omni propè bestia videoas hominem, ibi insultantem in aquila, alibi desultantem in anguilla, ibi transsilientem in capram, hic in cornicem, coruum, vulturē, etiam in leonem, vrsū, asinum. & post tot hominum in bestias, bestiarum in homines

reuo-

Non est
Deo indi-
gnum spe-
cie panis &
vinivestiri.

In resurre-
ctione ea-
dem resur-
get caro
qua vixit.

resolutiones, redit in resurrectione eadem caro, idem sanguis, ad originem suam. postque tot subterraneas, tot subaqueas, tot aeras mutationes; idem qui vixit homo in eadem per omnia carne & sanguine redit homo, & Dei tribunali sufficitur eadem pro meritis punienda aut premienda caro, non alia. neque enim stare cum diuinâ justitia posset, carnem vnam peccasse, aliam ignibus tradi; vnam caelos promeritam, aliam premiari. Eadem ergo quæ peccauit, quæ placuit Deo, punitur, premiatur caro. Quæ omnia cum videamus in homine, quis à diuinæ potentiae magnitudine panis in carnem, vini in sanguinem mutationem detrahet? aut quispiam negabit Deo, quod singuli in nobis fieri experiētiā docemur quotidiani? non panis in nobis vertitur in carnem, vinum in sanguinem? non herbarum ac tot fructuum discrimina, tot pisces, tot reliquarum rerum propè innumerū genera uno stomacho cacabo, uno hecate igne, in nobis eunt in carnem, in sanguinem? & dubitabimus an à potenti manu Dei panis in carnem, vinum mutari possit in sanguinem? mutatur proinde panis & vinum in carnem & sanguinem; & eadem diuinâ voluntate pascitur homo carne & sanguine.

Vide, ad quanta te vocet Deus: ad quam mensam, quem XVIII. cibum. potes singulis diebus pasci hac carne, potari sanguine. potes, ut ita dicam, singulis diebus transire in Deum, guidari Deo, potari Deo. nec desinit tamen post hæc omnia diurnis criminibus animam contaminare, hic concupiscentiā carnali in illicita ruere, ibi sæcularibus illecebris irretiri; alibi vniuersam sæculi procellam tamquam è iucunditatis pocolo haurire. & Deus interim non desinit monere, minari, rogare, ut mundam illi pectoris cui domum serues, quò se ipse cum caelestibus donis lubens volens inserat, totumq; Deum immittat. erigere, & peccatorum fluctibus mersum extolle caput, & ad diuinæ clementiæ portum propera. Protendit manus Deus ad ignoscendum facilis, tantum utere hac felicitate diuinitus concessiâ, & frequenti tanti cibi & potus usu,

Se homo
Ven. Sacra-
mento
mundum
vitæ mu-
ditie pra-
stet.

Noxia pelle. nec hic satis est Deum suspiciari, & peccata interim peccatis inadiscicare: quasi si quis saluâ castitatem matrimonio violet, saluâ pietate parenti venena temperet. nam talis quid exspectet, quam ut saluâ veniâ in gehennam detruditur, dum saluo metu peccat? quoniam immo, quicumque hic est, quid aliud quam diuinq̄ ia nos illudit amor? quid aliud quam beneficia in se Dei contemnit, & propinatam vltro salutem negligit? Quid exspectas? potes hic frui Deo, potes cælestibus diuitari donis: potes pacatā vitam ducere, molestiarum, tempestatum & internorum fluctuum ignorare: potes in altissima pace viuere: potes animorum voluptatibus circumfluere, totusque innatare gaudijs: potes Deum hic habere patrem, amicum, sponsum: quid exspectas iudicem? potes ad eò Deum habere in cibum & potum, & in his mensis omni die deliciari. At vide ne è cælesti hoc cibo haurias venena: ne factus araneus è tam nobili flote, tam medico, tam odorato, exsugas toxicum. Facit hoc, quisquis grauiore oppressus dilecto mensam hanc accedit, factus Iudas, qui Petrus & Ioannes esse debebat. imitare magis apes, quæ ex omni flore mella sungen, etiam è venenatis, quo magis è grato & amico: & è cælesti hoc cibo virtutum suge mella. Quid vilibus delectaris seculi huius delicijs perituri? potes in hac mensa frui æternis, quid altilia circumspicies, & alieniorbis aues, alterius maris pisces, alterius regni feras, quæ raritate suâ nobilitent mensas, sola peregrinitate pretiosas? quid iuuat domesticarum carnium saporem novi alicuius orbis aromatibus adulterare? aut quò tantâ curâ saginâ corpora vitiantur? aut fors iuuat Aufidum lurconem, Æsopi filium, Apicios, Rufos, Vedios imitari, & Euangelicum Diuitem: sed Lazarus in sinu Abrahæ est, Diues in tormentis, vt alternas malorum & bonorum vicess æmula tertiibutione compensent. At durum nimis illud Divitis: *Mitte Lazarum, ut intingat extremum digne-
sui in aquam, ut refrigeret linguam meam, quia crucior in hac flamme.*

*durius etiam illud: Recordare quia receperisti bona in vita tua, & La-
zarus*

*Ex Bucha-
ristia hau-
rienda me-
dicina, non
toxicum.*

16.16.

& quis familiariter mala: nunc autem hic consolatus, tu vero cruciaris.
 durissimum, quia aeternum; & pro vilibus ac momentaneis mensis ignes aeternos. Hic pasci illis, & modico pasci, ut flammas pascas aeternas! O nimis fatuum, materia velle fieri ignium aeternum,
 aeternorum, ut perituri mensarum delicijs fruaris! potes cælestibus frui Dei manu paratis, in quibus Deus ipse cibus, Deus ipse potus. quis cibus componi Deo potest? quis potus? fruere oblato cibo, fruere Deo tuo. Non melius, non nobilius satiare te potest Deus, pane & vino? aut quæ compatrio statui potest inter panem, vinum, Deum? quæ fercula, quæ pocula, etiam Cleopatrica & Æsopica, conferri possunt Deo? Aude, quidquid animo lubuerit, sperare. non Deus omnibus his maior est, non nobilior, non suauior, non præstantior, non deliciosior, non infinitum maior, melior? Co-
 gita opes, honores, gaudia. non innumeris modis maiora hæc in Deo, quam in omni omnino re creata? non diuitiae in eo maiores, non dignationes, non sincera gaudia? aut non opes omnes, honor omnis, gaudium verum omne, ab illius manu? potes has cælorum opes, honores, delicias, perpetuò pectori circumferre. potes cælo hoc continuò frui, absint tantum scelera, adsit cibi huius, & potus frequentatio; & summa omnia polliceri audeo: adeoque & cælum ipsum. Non, quisquis animo circumfert Deum, cælum circumfert, qui solus cælum statuit? nam locus, & ampla illa cælorum spatia, quid nisi spatia, sine Deo sunt? beare hæc neminem possunt: non magis quam spatio atria & porticus, aut latè iacentes campi, int' ambulatoriū suum. & quis non fatuum dicat, qui, cum possit, nolit inscribi cælo; qui que exilia magis cælorum amet, quam beatarum mentium fortunata contubernia? stolidior etiam est, qui, cum possit, nolit frui Deo; non illius opibus, honoribus, delicijs. quæ omnia uno cælesti hoc pane ac vino clauderentur.

Prope deinde ex se huius magnitudine insipientiam tuam XIX.
 memori nihil maius dari potest, ne ab ipso quidem Deo, cum nihil

Inest Ven.
 Euchari-
 stiz, quid-
 quid mun-
 dus polli-
 cetur, sed
 nobiliore
 modo.

Deus in eā nihil esse maius possit Deo, qui totus in hoc Sacramento datur: non pars aliqua Dei. in diuisus Deus est: aut totus conceditur, aut negatur totus. dimidiari non potest. vt portento proinde simile sit, te post toties frequentatum cibum hunc & potum, manere tibi similem. Manent non raro animæ vulnera, vetera, nota; & scientissimo fruēris chirurgo, quem nullum vulnus latere, nulla effugere curatio potest. permanent mentis tuæ in ualestidines, & mortem de propinquio minantur; & peritisimo hīc donaris medico, quem nulli fallere morbi possunt, nulla medicamenta fugere. Laboras densissimā cælestium ignorantia, & altâ sacerdotum nocte premeris, tenebris vndeque obfessus; & solem omneque beatorum lumen pectore circumfers.

**Omnium
malorum
medicina
hoc in Sa-
cramento
inuenitur.**

**Ea tamen
cur ali-
quando
non porci-
piatur, su-
mens in
caus. est.**

mōres omnis cælestis gaudij expers; & cælorum donaris gaudio. pauperes, & diuinorum donorum elegantissimus; & omnium donorum largitorem, omnemque cælestium thesaurum pectore claudis. iaces honorum indigus, ignominiâ plenus; & omnium honorum auctōrum vniuerso dignitatum suggestu, tecum habitat. Vno potes esse Deo minor; & non raro inter omnia creata minimus, vilissimus es. ad hanc vilitatem te ducunt peccata. potes propè omnibus cælorum disfluere gaudijs; & tristitijs tamquam stagno circumdatis, viuisque in perpetua mentis iactatione, tamquam fluctuum pila & spuma, & tempestatum ac ventorum ludus; & potes in altissima pace fortunatam vitam ducere, omnis veræ pacis Domino factus contubernalis. Iactaris æmulationibus magnorum, parium; contemptū miserorum, & diffiden- tiâ quâdam in omnes, inuoluerisque suspicitionibus tamquam nubibus; nec vlt̄a quiesanimo, non die, non nocte; anxiaque peruigili non faro curâ ducis suspiria, hīc negatæ rei, ibi alteri concessæ; alibi speratæ, alibi desperatæ; & interim omnium bonorum parente, omnium conditore, pasceris & potaristi. Quid hīc dicam? impedimentum in cælesti hoc dono nullum est: vineit, quidquid vbiique est; magnitudine, bonitate, robore, clementia, benignitate, comitate, maiestate, potentias reli,

reliquisque omnibus: & tamen fructu illius destitueris. in te ergo impedimentum est, vt tanti medicamenti, tam potentis, tam certi vim non experiaris; tanti gaudij magnitudine non perfundaris; tantorum donorum, opum, honorum naufragus iaceas; tot mœroribus, suspicionibus, æmulationibus, dissidentijs circumfluas; tanto sole cælestique lumine non inclarescas. Mira omnino res, & portento simillima. pasceris cælesti hoc pane, quo saturari orbis posset vniuersus; & esuris. potaris hoc vino, quo restinguiri omnium cælo terrâq[ue] sitis posset; & arescis siti, adeoque in tam prodiga cælestium mensa, sub tam augusto cibo potuque fatiscente, inediâ & siti consumeris. & cum toties diuino hoc flumine proluaris, arescis totus, testæ quam homini similior. circumstagnaris diuinis his fontibus, & dum vndique fluminibus natas, sitis Tantatus, eo infeliciar, quo, cum sedare sitim possis, nolis. emarcuit in te animorum robur, & congelidata longè lateque iacent membra; cum omnis cælorum virtus potentiaque tecum-habitet, nobilissimæque illæ cælestes flammæ, quibus Cherubim & Seraphim; & quidquid cælo clauditur, melioribus ignibus ardet. cingis pectore omne cæli gaudiū, & quidquid ibi cælum facit, complecteris; & interim mœrces, & ignoras gaudia, & cælum apud te nullum est; & prænuntia inferni sunt, & mors minatur, & fecat stamina, & Iudex ceruicibus imminet; & mille mortis circumvolant genera, & infrâ ignis est. sed & omnis hora dubia, omne momentum est, & agitur de æternitate, felici, in felici. & è decem millibus vix yñus aut alter beatitate donatur. reliqui æternum inqoluuntur ignibus, semper vrentibus, numquam perimentibus. Et inter haec omnis propè cogitatio tua de sâculo venit. prima corporis, postrema cura animæ & Dei est. studia omnia tua corpori simulantur, nulla cælo. sudor omnis tuus corpori fluit, sudorum nescia mens iacet. sollicitudo omnis, ingenium, industria, labor, mensæ, pocula, cibus, stratus, vestes, odoramenta, pecuniae, dignitates, voluptas, reliquaq[ue] generis huius.

Cur sum: res multi
inferno addican-
tur.

corpori ancillantur: cælum solum audit. quid responsum
Iudici?

- XX.** Excute h̄c ingratitudinem tuam, qui tantorum diuinorum bonorum donorumque immemor, neglector & contemptor, sæculo huic totus immergeris. quæ qui facit, non diuina contemnit? qui, duobus contraria & pugnantia suadentibus, alterum audit & sequitur, non alterum contemnit?

Matt. 6.

Bona Eu-
charistie
gustare
volenti,
non suat
amanda
terrena.

Audiamus Scripturam: *Nemo potest duobus dominis seruire: aut enim unum odio habebit, et alterum diligit; aut unum sustinebit, et alterum contemnet.* Qui ergo monentem, suadentem inimica & diuinis consilijs contraria, mundum sequitur & carnem, odisse & contemnere debet Deum, cum seruiat sæculo & mammonæ, non Deo; corpori & illicibus sæculi & carnis suasionibus, non diuinis monitis, non consilijs. & post hæc quid speras? aut à quo præmia? O, si saperes & intelligeres! Si Sacramenti huius præstantiam caperes, si sæculi sponsiones vanas, solo verbo grauidas, rebus inanes, nec ultra verba diuites, nec ultra labra narantes, dubias, fallentes, bonorum viadas; aliò verteres cogitationes, studiaque tua: omnemque voluptatem tuam, delicias omnes in cibi huius potusque sumptione poneres. è qua sperare h̄c magna, alibi maiora posses: altissimâ h̄c animorum pace frui, alibi gaudijs diffluere æternis, opibusque honoribusq; æquè æternis. Quæ si cogitates, aliam longè vitam institueres, moresque ad tanti Sacra-menti puritatem & magnitudinem componeres: magna sæculi huius negligeres, ut alterius sæculi magnis æternum do-nari & frui posses: arderes deinde hoc cælesti igne, de quo il-
Luc. 12. lud ipsius Domini: *Ignem vera mittere in terram, et quid volo nisi ut accendatur?* inebriareris torcularis huius musto: de quo illud Prophetæ: *Torcular calcavit Dominus virginis filia Iuda.* ut inebrietur ex eo quotquot virgine & purâ mente ad mensam hanc accedunt; quotquot eversis antè fordibus penitentiæ scopis, mundam pectoris sui domum tanto hospiti præbuerint; quotquot omnes retro damnationis suæ titulos me-

Tren. 1.

Quinam
ea percipi-
piant.

melioribus oculorum fluminibus eluerint; quotquot offen-
 so Domino satisfecerint, & proda^ctæ antè saluti se reforma-
 uerint. Saturareris etiam hoc pane & roborareris: nam si Elias
 in fortitudine subcinericei panis & aquæ ambulauit *quadra-*
Reg. 19.
ginta diebus & noctibus usque ad montem Dei Horeb: quid non
 faciet Christianus in robore cœlestis cibi huius, qui est ipse
 Deus, & non iam panis, non vinum, sed vini & panis conditor
Quomodo
Sacramen-
tum hoc
hominem
roboret.
 Deus? non omnibus diebus noctibusque vitæ suæ omnibus,
 ambulare securus & indefessus meritè poterit in fortitudine
 eibi potusque illius; donec peracto hoc vitæ suæ cursu, perue-
 niat ad montem Dei Horeb, ad Ierusalem in excelso positam,
 ad cœlorum montes, ad domum Domini in monte Sion con-
 stitutam? Illustrareris hoc lumine, nec vlt̄rā noctes, & tene-
 bræ retrò. nam cùm unus Deus cœlorum lumen sit, nec aliis.
 ibi sol, nec luna alia, nec administræ stellæ; sed Deus omnia,
 innumeris modis plus luminum, quām omnia simul lumino-
 sa corpora diffundens; quanto facilis modicum humanum
 pectus collustrabit, qui amplissimacœlorum atria momento
 illuminat? ut mirum sit ex tanta vicinitate tanti solis non in-
 ardescere humanum pectus; & ex opposito solis sui non ena-
 sci in lunam. & cùm diuinus ille sol infinitū splendore & lu-
 ce solem nostrum elementarium superet, quo modo non nos
 è tam propinqua vicinitate, infinitū magis elementari lu-
 nā lucemus? Iam si è colloquio Domini, cornuta fuerit fa-
 cies Mosis, tantaque vndique luce aspersa, vt inuelatam illam
 & detectam intueri Israel non auderet; non mirum, nos, quos
 non cum Mose verbo, sed seipso Deus dignatus est, non to-
 totos illucescere, & mutari in solem? Iam, cùm pascaris & pote-
 ris Deo, non transires in Deum, aut in te Deus? Est h̄c illud
 Augustini: *Cibus sum grandium: cresc, & manducabis me. nec tu me*
Ex eius
sumptione
homo vel-
ut deifica-
ri debetur.
mutabis in te, sicut cibum carnis tua: sed tu mutaberis in me. Qui
manducat meam carnem, & bibit meum sanguinem, in me manet, &
ego in eo; qui manducat me, vivet propter me. Cùm dicit Domi-
 nus: *Et ego in eo; videtur quasi mutari in hominem, aut inha-*
bitare.

bitare homini. sed & cùm dicit: *Vivet propter me, credas Deum* homini vitam largiri, & animæ vices in homine subire. Deum: quasi in hominis animam transeat Deus, & munere illius in homine fungatur, vitam illi, quâ destituebatur, dando, & meliore quadam vitâ, ac quasi animâ nobiliore, quam humana, animando. Ingens dignitas hominis, nullo calamo exprimenda, nullo ore enarranda, nullâque adeò mente effingen- da; vt mirari nemo meritò deberet, si post cælestem illam mensam, hominē suum exueret homo, & induceret cælestem: mirarique meritò omnes debeant, manere, qui fuerat, hominem; nec in cælestem post cælestem mensam transire; post diuinum pastum & potum, non dico angelicum, sed diuinum, à vicino Deo fastigium non induere.

XXI.

Exodi 33.

Christia-
nis plus in
hoc Sacra-
mento da-
tur, quam
olim Mosi
omne bo-
num vi-
denti.

Cant. I.

Audax olim habitum dictum Mosis ad Dominum: *Osten- de mihi gloriam tuam*. cui Dominus: *Ego ostendam omne bonum tibi*. addit: *Non poteris videre faciem meam*. Subiungitur caussa: *Non enim videbit me homo, & vivet*. quid ergo: *Videbis poste- riora mea*. transeuntis nimirum Dei, eminus ac quasi à ter- go, ex auersa parte gloriam visurus, non ab anteriore: imò vmbram quamdam diuinæ gloriæ, non ipsam gloriam. solet enim vmbra corpus suum sequi. vmbram ergo, ac quasi de- ciduam quamdam diuinæ gloriæ partem vedit Moses; ipsam gloriam, tamquam plenum solem maiestatis diuinæ, videre non potuit: vedit verò reflexum quoddam diuinæ gloriæ lu- men. & audit tamen: *Ostendam omne bonum tibi*. Quid ergo dç Christianis dicemus, quibus ipse Deus factus est cibus & potus? quid de illis, qui non postergatam vident gloriam Dei, non gloriæ vmbram, aut reflexum quoddam lumen magni solis; sed ipsissimum magnum cæli Numen, omnem- que illius gloriam, lumen omne toto circumferunt pectore? & cùm Deum omnem sinu circumferunt, viuunt; quin & nobiliore in ipso, quam in se, vitâ viuunt. audentq; cum spon- sa: *Dilectus meus mihi, inter vbera mea commorabitur*. Non inter vbera commoratur, qui in Christiano pectore commoratur? qui

qui factus est huic cibus & potus? Et illud: *Sub umbra illius, quem Cant. 2.
desideraueram, sed*. Förs gloriari de hac umbra posset Moses. Sed addit sponsa: *Et fructus eius dulcis gutturi meo*. Vides hīc a-
liquid supra Mosem. magis in sequentibus: *Introduxit me in
cellam suam*, cùm Moses in foramine petræ statuatur, & obij-
ciatur illi dextera Domini, ne videre illum possit. At sponsa Quas an-
introducitur à sponso, Deo suo, in cellam, & amplexus pati-
tur diuinos. *Dextera illius amplexabitur me*. adeoque & oscula. ^{Quæ an-}
^{mæ Chri-}
^{stus hic}
^{præbeat}
^{delicias.} *Osculetur me oscula oris sui*: sed & vbera. vnde enim sciret, *Melio-* ^{Cantic. 2.}
ra sunt vbera tua vino, fragrantia vnguentis optimis; nisi vberi-
bus fota fuisset, vberibus lactata? & vnde illud: *Memores vbe- ibid.*
rum tuorum super vinum; si vberum inexperta fuisset? & quo-
modo vbera componere vino posset, & anteferre vino, vbe-
rum ignara? Quid? quòd audiat sponsa, anima Christiana, à
sponso Deo suo: *Surge, amica mea, speciosa mea, & veni: columba Cant. 2.*
mea in foraminibus petra, in cauerna maceria. Nihil verborum ho-
rum ad Mosem: fuit tamen in foraminibus petræ. Sed audi
sponsum nostrum: *Ostende mihi faciem tuam, sonet vox tua in Cant. 2.
auribus meis: vox enim tua dulcis, & facies tua decora*. Quid horum
ad Mosem? Addit maiora. *Quam pulchra es amica mea, quam pul- Cant. 4.
chra es!* pulchriora sunt vbera tua vino, & odor vnguentorum tuorum
super omnia aromata. Subiungit: *Vna est columba mea, perfecta mea*. ^{Cant. 6.}
& admiratione tactus exclamat: *Que est ista, que progreditur
quasi aurora consurgens, pulchra ut luna, electa ut sol?* A quo hæc
habet sponsa, nisi à sponso suo? cuius cibo & potu pasta, au-
roræ, lunæ, soli componitur: & admirationem excitat ipsi
sponso Deo. Atque hinc illa amantis verba: *Quam pulchra es, Cant. 7.*
& quam decora, charissima, in deliciis: statura tua assimilata est palmae,
*& vbera tua botris. guttur tuum sicut vinum optimum, dignum di-
lectorum ad potandum*. A delicijs mensæ Domini sponsi sui, delicijs
affluit sponsa. nec mirum, si vbera assimilentur botris, cùm
pasta sint botris & vino sponsi sui. vnde illa: *Botrus Cypri dile- Cant. 1.*
ctus meus mihi. Nec mirum, si guttur sponsæ componatur vino
optimo, cùm nobilissimo cælorum vino toties dilutum fue-

Cant. 7. rit. Quibus prouocata sponsa audet inausa omnibus Mosai-

cis & retrosioribus etiam fœculis. *Veni, dilecte mi, egrediamur in-*
agrum, videamus si floruerit vinea : ibi dabo tibi vbera mea. Audax
 dictum : sed cum esset Deo plena , pasta Deo , potata Deo ,
 quid mirum si offerat illa Deo , à quo toties haec vbera lau-
 data? Iam, cum toties potata vino Deo, nil nouum, si in vi-
 neam floruerit , & protulerit botros : si pro lacte vinum vbe-
 ra dilecta fluxerint ; si propinet , quod ante hauserat vinum .
 Nec mireris sponsæ vbera vinum fluere. virginum hoc casta-
 rum est. lac si fuerent, non redolerent sponsum, sed maritum.

Zach. 9.

nunc vinum fundunt, cuius meminit Propheta. *Quid bonum-*
& quid palchrum eius, nisi frumentum electorum, & vinum germi-
nans virgines? Verè frumentū electorum panis Domini: quo
qui pascuntur, non moriuntur in æternum. audi ipsum : Si

Ioan. 6.

qui manducaverit ex hoc pane, vivet in æternum : & panis quem ego
dabo, caro mea est pro mundi vita. Subiungit : Qui manducat meam
carnem, & bibit meum sanguinem, habet vitam æternam. Non quod
morti omnibus semel natis debitæ, obnoxij non sint. addi-
tur enim : Et ego resuscitabo eum in nouissimo die. non resuscitaret
nisi mortuum . sed quod qui manducat Domini carnem, &
bibit sanguinem, habeat in se vitam æternam ; carnem nimi-
rum & sanguinem Dei vivi, & carnem viuam, & viuum san-
guinem nulli morti addictum, carnem etiam æternam : cum
qui manducant dignè, manduent in vitam æternam. æter-
nam enim felicem vitam operatur haec caro in ijs qui illam
dignè sumunt. Ac licet omnes resuscitandi sint in die Domi-
ni magno, die nouissimo; impar tamen resuscitatio haec erit.
eos enim, qui dignè pasti sunt hac carne, resuscitabit in vi-
tam beatam; reliquos in infelicem. Frumentum ergo elec-
torum hic panis est. Sed & viuum hoc germinat virgines. nec de-
alio vino commode capi potest. viuum enim tantum abest
ut virgines germinare soleat, ut è virginitate sua educere vir-
gines consueuerit, cum ferè libidinum incentiuum vinum
fit. sed neque in veteri Testamento virginitas commendata.

Et germinat virgi-
nes.

aut.

Vinum no-
lac fundit
sponsa
dilecta.

Eucha-
ristia est pa-
nis vita &
viuificans.

aut nota: ad nō qui proinde Testamenti virginēs allusissē videtur Propheta. in quo postquam vinum hoc gustarunt virginēs nostræ, perpetuā sē virginitate sacrarunt. hinc non vno loco ingentes solitudines in domicilia virginum versæ; & quæ antē erant loca deserta & sterilia, germinarunt virginēs, & virginum fœcundissima facta sunt: à potato nimirum hoc vino-sanguine. Et quid mirum si virgo sanguis de virgine sanguinē natus, germinet virginēs? semen enim sanguis hic Domini est. quod immisum in terram bonam fructum adfert non dissimilem sibi. virginēa nimirum germina à virgine semine nascuntur, virginēi frutices, flores, arbores, fructus. naturam enim seminis sui sortiuntur enata: & quæ non sortiuntur, licet non raro laudata, à semine tamen suo degenerant. Beatæ nimis animæ, quæ vino hoc ab adolescentia sua potato, maturitatē suam vni seruarunt Deo intactam, Deo sponsatæ, maritatæ. quæ meritò illud Sapientiæ dicere possunt: *Venerunt mihi omnia bona pariter cum illo.* Quid bonorum cap. 7: non veniat cum summo bono? aut quod abesse possit bonum à bonorum omnium vnicō fonte; à quo, quidquid bonum, habet quod bonum sit; nihil boni habiturum nisi ab illo, à quo vno fluit quidquid vndique bonum. Quæ inter has animas numerari potest, audet cum sponsa dicere: *Inueni quem cant. 3: dilegit anima mea: tenui illum; nec dimittam, donec introducam illum in domum matris meæ.* Non dimittat, sed adhæreat illi semper. beata si fecerit: si semper implexa dilecto suo, dicere possit semper: Ego dilecto, & dilectus meus mihi: mutua inter vbera commorabimur; facti mutuum nobis domicilium, mutuum reclinatorium, mutua vbera. addatque cum illa in Canticis: *Quis mibi det ut deosculer te?* & post audacia oscula, dicat intrepidata: *Dabo tibi poculum ex vino condito, & mustum malorum granatorum meorum.* Propinabit dilecto suo poculum è vario virtutum genere condito; sed & mustum granatorum suorum: musteam nimirum & effervescentem caritatem, & præ ardore rubentem. Aut sanè sponsi sui sanguinem, sibi propina-

Et summa-
ti omne
adfert
bonum

cap. 8.

**Memoria
passionis
quām Do-
mino sit
grata.**

tum, propinat sponsō, vt memoriā passionis suā in amorem sui illum prouocet. neque enim potest sponsa quidquā gratius sponsō offerre, quām vt memorem se ostendat passionis illius, gratāque illam memoriā colat. nam & ipse gaudet ac quasi exultat vulneribus, quæ etiam à Patris dextris sedens circumfert in amoris nostri restationem. Et vide quid viderit

Apocal. 19. Ioannes. *Vestitus erat ueste aſterſa ſanguine, & vocatur nomen eius, Verbum Dei.* Delectari illum credas sanguine. non mirum. eò quod nos sanguine, cælo parauerit; sanguine, humani generis debitum exfoluerit, cælum refrauerit, de hoste triumphum duxerit, omnes iustitiæ numeros expleuerit, Patri nos reconciliauerit, æternæ morti eripuerit. Hinc etiam post illa

Isiae 63.

Prophetæ verba: *Quare rubrum eſt indumentum tuum, & uestimenta tua ſicut calcantium in torculari?* respondet: *Torcular calcaui ſolus;* in columna, ſub corona spinea, in gestatione crucis, in cruce ipsa. In quibus omnibus expreſſum eſt medicum illud mustum, quo & morbi à nobis pulsi, & heredes ſcripti ſumus cæleſtium bonorum, à quibus excideramus. mustum etiam, quo inebriantur fideles, maximè qui ſponsæ nomen merentur, & admittuntur ad cellas ſponsi, vulnera nimirum illius, etiamnum patentia. quibus, tamquam malogranatorum ſucco febres, ſic noxij animorum noſtrorum morbi diſpelliri, ignefq; ac nociturae vitiorum & peccatorum flammæ reſtingui ac perimi poſſunt; denique quidquid æſtuat in nobis ſaluti contrarium, medicā lateris aquā deæſtuari; quidquid ni- mio frigore concretum, ſanguinis ardoribus degelidari po- test. Ita vndique medicam in vulneribus ac morbis noſtris dexteram porrigit Christus noſter in torculari ſuo, quod pro nobis calcauit; cum ipſe illo non egeret morborum inex- pertus, nec angeli vulnerum ignari, nec dæmones omni æ- ternū ſpe exclusi: nobis ergo torcular medicum muſtum ē nobilissimis calcatis botris expreſſit. etiam poſt lapſum, non ſeptimum, fed ſeptuagesimum ſeptimum, ipſo Domino teſte. Atque hinc forte illa ſponsi verba, ad ſponsam, quæ à ſemita ſponsi

**Vulnera
Domini
ſunt apo-
thecæ ſa-
lutaris.**

sponsi sui declinauerat. *Reuertere, reuertere Sulamitis: reuertere;* *Cant. 6.*
reuertere, ut intueamur te. quare faciem tuam auertis à me? Ni-
mirum peccata auerterant: & ad castissimi sponsi vultum cru-
bescebat. cuius tamen prouocationibus animata, audet et-
iam ipsa: *Reuertere: similis es tu, dilecte mi, caprea hinnuloque ceruo-* *Cant. 2.*
rum. qui fugientes ferè post terga respiciunt: Imitari hos cre-
das Deum, qui etiam dum peccatis abigitur à nobis, frequen-
tes diuinę bonitatis suę ad nos oculos flectit, si fortè redeamus
in viam, à qua aberraueramus. Quin & stat ad aberrantis o-
stium, & pulsat, & aperiri sibi depositit. nec hoc de die tan-
tum, sed & de nocte. atque hinc illi *caput plenum more, & cincin-* *Cant. 5.*
ni guttis noctium; dum quærit aberrantem sponsam ouem, vt
reddat ouili. ac licet vocata sponsa & ad se reuersa, dicere au-
deat, *Manus mea stillauerunt myrrham, pœnitentia nimirum o-* *Cant. 5.*
pera; & *Pessulum ostij mei aperi dilecto meo.* addit tamen: *At ille*
declinauerat, atque transferat: quæsiui, & non inueni illum: vocaui,
& non respondit mihi. Ita solet non raro quærendū se præbere,
vt & mœrorem de lapsu augeat, & amorem accendar. aduer-
sa etiam intercurrere permittit, verbera, vulnera, & bonorum
& diuinarum, in pallio, ablationem. Quæ omnia fatetur, quæ
quærebat, non ignara tamen vbi esset, cum rogata, *Quò abiit* *Cant. 5.*
dilectus tuus? respondet, *Dilectus meus descendit in hortum suum;* *Cant. 6.*
ad areolam aromatum, ne pascatur in hortis, & lilia colligat. Ad hor-
tum suum, in quo sponsas suas areolas aromatum, omnium
virtutum generibus odoratissimas reperiat: in quibus pasci-
tur, & lilia colligit; virginum nimirum flores, quæ alium vi-
num ignorant, maturitatemque suam illi vni intactam serua-
runt. quæ nec scopis vñquam Lazari, nec Magdalena egue-
runt crinibus: nec concupiscentiā carnali tactæ, aut sœcula-
ribus illecebris irretitæ, totas se vni Deo sponsas sacrarunt:
Nec desperat interim, aut succidit animo, licet pœnitentiæ de- *Eius re-*
bütrix sit. nec erubescit pœnitere, memor nihil stolidius esse, *uerentis*
quam si, cum ad delinquendū dispanderis frontem, ad pœni- *spes & fa-*
tendum subducas. decurrit proinde ægra ad medicum: & post *cietio.*

oculorum flumina, capillorum spongiam, sternitur primò ad pedum oscula, inde se erigit ad manuum, denique etiam ad oris. & veteris obliqa vitæ totam induit sponsam, nil verita priora mortis opera, nil damnationis suæ titulos sponsi sui

Ezech. 48. musto derafus; innixa verbis illius, quem amat. *Nomen ciuitatis ex illa die, Dominus ibidem:* ex die conuersionis suæ.

XXII. Illud fortè magis etiam mirandū, cùm admirabundæ quæ-

Cant. 8. runt animæ Deo plenæ: *Quæ est ista, que ascendit de deserto, de-*
Deo quo-
modo illa-
suo inni-
tatur. *deliciis affluens, innixa super dilectum suum?* Nam licet hoc de Dei
 matre intelligi videatur debere; de quacumque etiam ani-
 ma Dei sponsa intelligi videtur posse. quæ de deserto, de cor-
 de antè sterili & deserto, veniens, delicijs, postquā cælesti pa-
 ne & vino pâsta fuit, affluit. non ab alio, quâm ab eo, qui ci-
 bum potumq; hûc cælestibus delicijs impleuit. & amore lan-
 guens, discipulum, quem diligebat Iesvs, imitata, innititur

Cant. 8. dilecto: & cui alteri sponsa quâm sponso? cui ille: *Pone me ut*
signaculum super cor tuum, ut signaculum super brachium tuum: quia
fortis est ut mors dilectio. Quando certius imponi potest cordi,
quâm in hac cœna? & quid certius cibo & potu imponitur
cordi? iam, quod validius cordi signaculum, quo roboratur
 contra omnia procurrentia, & hostiles conatus omnes, cor-
 pore & sanguine Domini? aut quo signaculo magis firman-
 tur brachia, per quæ fortitudo designatur? Et fortis omnino
 ut mors dilectio est. quæ ipsâ superior morte, mortem primò
 in Christo, & exinde in tot Martyribus vicit, triumphumq; de
 omnium ante Christum triumphatore duxit, etiam ante
 maturam matrimonio ætatem. Nemo mirabitur, qui cogita-
 uerit, *lampades eius lampades ignis atque flamarum esse.* quas
 nec extinguere, nec obruere flumina possint, adeoque nec
 mare totum. Minus etiam, qui audiuerit inferno amorem
 componi: quin & illius ignes, amoris flammis vinci & extin-
 gui posse; ut ne sentiantur quidem inferorum ignes, à corde
 amore Dei inæstuante. potentior enim hic ardor illo est, va-
 lidior hic ignis illo. Ut proinde benè Christianum omnem

Amer-
morti &
inferno cur
compona-
tur.

mo-

moneat Chrysostomus. Cogita, quali sis insignitus bonbre, quali Homil. 6.
 mensa fruariis. quod angelis videntes horrescunt, neque libere audent ^{ad popul.}
 intueri propter eminentem inde splendorem; hoc nos pascimur; huic nos
 runimur, facti unum Christi corpus; & una caro. Quæ posset ho- ^{Mensa Eu-}
 mo vouere maiora? ipsum enim cælum & beatitudinem æternam, ^{charistica}
 non aliquo modo infra hanc mensam est? fruimur ibi aspectu ^{cælesti be-}
 magni Dei, fruimurque aspectu corporis & carnis Domini. ^{atitudini}
 at hic pascimur carne & sanguine Domini, & magno Deo. ^{confertur.}
 Ut mirum sit, non colliquescere nos totos, & ite in Deum totos, ^{Rapt ea}
 quoties huic cælesti mensæ accumbimus. mirum, non ^{hominem}
 dico, rapi cum Paulo in tertium cælum, sed in cælorum sum- ^{surgum in}
 mum, cum summum cæli Numen pectore circumferamus. ^{cælum.}
 ut non debeat deinde mirum nobis videri, si animæ sanctæ,
 vi carnis & sanguinis, & inæstuantis amoris impulsu, non ra-
 rò ad multos pedes pendulae in aëre hæserint, euolaturæ ad
 cælorum summa, ni corporis mole impedirentur. quin ma-
 gis mirum videri debeat, non omnem Christianum in omni
 Eucharistica sumptione, supra aëra ferri, & inferri cælo.
 nam si aues alis ferantur per aëra, nec raro supra id quod plui-
 tur & tinxitur; quomodo non Christiana anima amoris sui
 alis, amatiq[ue], quem circumfert, potentia, deuolat in cælum,
 æternum amato iungenda? aut validiores alitum alæ amo-
 ris sunt? quid? non angelus Habacuc portauit capillo ^{Dan. 14.} capit[us]
 sui, posuitque è Iudæa in Babylone supra lacum, vt paratiū mes-
 foribus prandium ferret Danieli? quo pasto, restituit eum con-
 festim in loco suo. & minora poterit amor, à cælesti Domini
 cibo & potu haustus? minora Deus, quem pectore claudi-
 mus, Babylonico angelo? iam, non Elias, currū igneo, igneis ^{4. Reg. 21.}
 equis, ascendit per turbinem in cælum? nec obstitit illi aut cor-
 poris moles carnea, aut equi, aut currus igneus. & obesse
 poterit homini caro hæc, Deo suo pasta? non potentior i-
 gneis equis & currus Deus, ad euhendum, supra quidquid vi-
 detur, hominem? ô, si par cibo huic & potui amor occupasset
 hominem; quantis disflueret gaudijs, quanto potiretur para-
 diso;

diso, & quanto extra cælum frueretur cælo! quanto dein animorum firmaretur robore! quid in illum caro, mundus, quid inferorum arma possent? quid possent in armatū Deo? Nunc labimur, & vix dies sine lapsu ducimur Dei manu, & labimur, & nusquam ferè pedem certò figimus; ambulamusque inter arenas tamquam inter lubrica; inter planissima, tamquam de præcipitio in præcipitium perpetuo saltu feramur. & cùm pectore claudamus Deum, ignoramus Deum; inscriptique diuini corporis & sanguinis heredes, & in possessionem missi, exclusi ab hereditate videmur, & à possessione turbati, & exules Dei. O, quando meliora? quando in salutem, & veste vndique nuptiali induiti accumbemus mensæ? ô nimis dura sententia in omnes indignè accumbentes! nimis fortunata in omnes dignè accedentes! & interim tam breue est quod viuimus, tam longa æternitas. ô nimis longa in pœnis, nimis fortunata in præmijs! hanc habere possumus. mensa hæc dabit, si pro dignitate accesserimus. sin secùs, audiemus infiustum illud: *Ligatis manibus & pedibus eius, mittite eum in tenebras exteriores: ibi erit fletus, & stridor dentium.* O, si non æternum! at nimis verum illud: *Ibunt hi in supplicium æternum,*

Indigne ad eam accedentes agne luent æterno.

Marc. 22. *iusti autem in vitam æternam.* & illud: *In ignem inextinguibilem: ubi vermis eorum non moritur, & ignis non extinguitur.* qui quos absunit, non exurit; sed dum erogat reparat, in pœnam nutritiens. ne mireris. nam & montes vruntur, & durant: quo magis nocentes, & Dei hostes? & non dissiliunt superbissimæ rupes ignis intrinsecus fœtæ? &, quod pœnarum perpetuatem probat, cùm dissiliant & deuorentur, numquam tamen finiuntur. neque corpora tantum, sed & animas penes inferos torqueri, Diuitis & Lazari probat exemplum.

Sacerdotū quanta sit dignitas.

Homil. 83. in itali. XXIII. E quibus omnibus, sacerdotalis dignitatis maiestatem colligas. tangit hanc Chrysostomus. cum enim dixisset: *In humanus accedat nemo, nemo crudelis & immisericors, nemo prorsus immundus;* ad sacerdotes hæc subdit: *Ad vos sermonem conuertere necessarium est: ut multo cum studio hæc dona distribuatis. Non parua vobis*

vobis int̄minet ultio, si quemquam illius culpe consciū, huius mensa
 participem esse concedatis: sanguis eius de manibus vestris exquiretur.
 Sine quis dux militiae sit, sine prefectus, sine Princeps diadematē co-
 ronatus; indignè autem accedat, prohibete. maiorem illo potestatem ha-
 beris. propterea vos Deus hoc insigniuit honore, ut talia decernatis.
 Magna dignitas, potentia magna. dignitas supra regiam, po-
 tentia supra angelicam. cùm ad sacerdotis verba, è pane &
 vino, caro Christi & sanguis statuuntur in altari. ante enim
 prolationem verborum Christi, panis erat & vinum. vt pri- & pote-
 mūm consecratoria verba sacerdos protulit, non iam panis ^{stas.}
 & vinum, *corpus est Christi*. Magnum omnino: sed tamen illi ^{Amb. li. 4.}
 facile, ad cuius vnum verbum *fiat*, vniuersus è nihilo stetit ^{c. 4. de Sar-}
 orbis. & è cuius etiamnum vnius vi verbi, & solis videmus ^{ram.}
 conuolutiones, & diem mori in mortem, & funestari mundi
 honorem, & amissam lucem lugeri; & rursus cum suo cultu,
 dote, sole eamdem orbi reuiuscere: & stellarum redacci
 radios quos dies extinxerat, & lunæ redornari specula, nascenti
 tis incrementa, decrescantis deliquia: hyemes reuolui & aesta-
 tes, verna & autumna cum suis vicibus & fructibus, arbores-
 que vestiri post spolia, & flores denuo colorari. idque ex vi
 primi illius verbi. Quamquam quis hæc miretur in Deo? hoc
 tamen admiratione non caret, ad sacerdotis voluntatem pro-
 nuntiantis verba Christi, panem in carnem, vinum in Chri-
 sti verti sanguinem. quasi sacerdotis voluntati obsequeretur
 Deus, & se sisteret ad imperium eius. Quid sunt omnia pro-
 digia cum hac re comparata? quid Moysis virga, atque ex hac
 coluber ad' magicarum virgarum dracones, qui corpora Pha-
 raoni videbantur: sed Moysis veritas, mendacium deuora-
 uit. quid flumina & aqua sanguis? quid cyniphes, muscae, ra-
 nae? quid mors omnium animalium Ægypti? quid tonitrua,
 fulgura, grando? quid vlcera? quid locustæ, & palpabiles tene-
 bræ? quid mors omnium primogenitorum Ægypti? quid ad
 vilis virgæ nutum proscissum mare, & sicco, Israeli, vestigio,
 intestino itinere transmissum? & sub eiusdem virgæ nutu, re-

deunte naturâ, Ægyptius exercitus vndarum concordiâ ob-
rutus? quid fons, percussâ petrâ? quid ad tubarum clangorem
Ierichuntina prolapsa mœnia, & vadosus Israeli Iordanis? quid
reducta umbra retrorsum decem gradibus in horologio A-
chaz? quid Naaman Syrus Iordanis lotus? quid Giezi leprâ te-
ctus? quid oleum Elisei? quid Sunamitidis filius matri redditus?
quid clausæ triennio nubes ad Eliæ preces, quid apertæ?
quid hydria farinæ, & lecythus olei, & Sareptanæ viduæ fi-
lius vitæ restitutus? quid eiusdem coruus? quid reliqui mor-
tui ad vitam reuocati, à Petro, Paulo, alijs? quid huius semi-
cinctia, quid illius umbra? quid cæci, claudi, paralytici, dæmo-
niaci, surdi, muti, leprosi valetudini restituti, si sacerdotum
potentiam cogitemus? Nam hæc omnia in homines, in ele-
menta, in creata denique iuerunt. solus sacerdos in ipsum
Deum. Arbitris sacerdotis imperio subiacere Deum: cùm
ad paucula illius verba se sistat altari. Ingens omnino, & om-
nibus retrò sæculis inaudita potestas & dignatio. vt hinc col-
ligas, quâ vitæ morumque integritate esse debeat ille, cuius
*Quæ in iis
vitæ puri-
tas requi-
gatur.*
nutui paret Deus: cuius puritatis & castimoniæ, qui mani-
bus suis versat Deum, qui toties pascitur & potatur Deo: qui
cum magno Melchisedecho, non panem & vinum, sed Deum
ipsum sub panis & vini specie, cælesti offert Patri, in pecca-
torum expiationem: qui non veteris legis sacerdotum more,
oues immolat & boues, sed vñigenitū Dei filium, Isaaco infi-
nitum nobiliorem: idque in amicam crucis Christi recorda-
tionem, & gratitudinis testationē. Quæ omnia non possunt
non Deo esse gratissima. nam quid Salomonis hostiæ pacifi-
cæ, boum viginti duo millia, ouium viginti & centum mil-
lia in dedicatione templi Domini? quid holocausta Noë de-
cunctis pecoribus & volatilibus mundis, quæ odoratus est Do-
minus in odorem suavitatis? vt his motus diceret, *Nequaquam ul-
tra percutiam omnem animam viventem sicut feci.* quid denique
*Victime
quam of-
ferunt di-
gnitas &
præstantia.
Gen. 8.*
oblationes Abel, quas obtulit de primogenitis gregis sui, & de
adipibus eorum, ad quas respexit Dominus? quid, inquam, hæc
omnia,

Gen. 4.

omnia, & quidquid ullum sæculum obtulit in sacrificiū Deo, si cum incruentis altaris nostri sacrificijs componantur? aut quid omnium illorum offerentium dignitas, ad vnius sacerdotis nostri, cuius manibus coæternus Dei filius cælesti Patri offertur, in expiationem scelerum omnium, pacificamq; victimam nos inter & Deum, cùm ante merita staret indignatio, & in nos omnes odium? quaque vnâ, nomina retrò omnia, quibus post primordiale primorum parentum delictum tenebamur, dissoluta sunt, cælique tot sæculis clausi reserati. Quid? quòd priora sacrificia omnia, vix umbra augusti huius corporis censeri possint; & non nisi emortua magni huius sacrificij signa fuerint. vt hinc sacerdotes omnes, ad quam vocati sunt dignitatem agnoscant, moribusq; illam exprimant.

Nam quo dignatio illorum maior, hoc grauior delinquentes pœna manet: & quo sacrificium quod offerunt, augustius ac diuinius, hoc vitæ illorum improbitas grauioribus subiaceat supplicijs. Sanè si Aaronis filij Nadab & Abiu, quòd in thuribulis suis alieno vñi fuissent igne, ab immisso à Deo igne deuorati fuerint; quid fiet illis qui impuris toto pectore ignibus, in alienas inæstuant vel domesticas? ijsdemque cordis sui penetralibus & meretricem stabulant & Deum? ijsdemque inuercundis ac sacrilegis manibus vtrumque pertractant; bis fornicarij, bis adulteri, bis incestuosí, feminæ & Deo? ijsdemque labbris amicant Deum & alienam, tamquam rediuiui Iudæ, osculo venerantes Christum & Synagogam? Quid verò fiet de illis, qui eâdem mente & manibus idolis seruiunt & Deo? qualis est omnis, Apostolo teste, *avarus, quod est idolorum servitus.* Grauis censura, vt pecuniæ subseruire, sit idolis seruire. Et quam pauci intactum ab hoc vitio pectus manusque circumferunt! hinc iam nullus Ecclesiasticorum beneficiorum modus aut finis. saturari pecuniarum sitis non potest, non solet. vt grauis sit error illorum, qui putant expleri illum bibendo posse: cùm ab ipsa cōpia sitim mutuetur. Et moriendum interim: fors cras, fors hodie. & sistendi Iudici, ex-

Hoc no-
mine, de-
litorum
in iefis
castigatio
erit maior.

Ephes. 5.

torres; inuestes, incomitati. Sors dura! vbi tunc fatigatae cug-
fibus Alpes? vbi Romana limina, ab ultimo propè sole pedi-
bus trita, auaritiâ duce? vbi beneficia beneficijs innexa? vbi
Canoniciatus Canoniciatibus inædificati, pensione cæmeto &
calce? vbi, vt giganteos expleamus stomachos centimani ali-
cuius Briarei, nullo non raro Ecclesiæ emolumento, necessi-
tate nullâ, Archiepiscopatus, Episcopatus, Abbatia, Purpu-
ræ tamquam filo assuti? Ridebant olim Tertullianus, Cypria-
nus, Hieronymus, quod vno filo mulieres villarum immitte-
rent pretia, adeoque & decies sestertiū in fererent: & gracili-
aurium cuto Kalendarium, teneraque ceruice saltus & insulas
circumferrent. quid dicerent, si è Bethlemici stabuli heredi-
tate, ex vno collo, nullo aut per exiguo Ecclesiæ bono, in-
gentia aureorum millia dependentia viderent, insaturato et-
iamnum stomacho, & Affer in clamante, & ad noua semper
fercula manum porrigente, nullâ præsentium saturitate, nul-
lo subsequentium fastidio? Et moriendum tamen. fôrs hac
horâ. & sumus tribunali nudi: nec è tantis opibus quidquâ
super. quære hîc Archiepiscopatus, Episcopatus, Abbatias,
Canoniciatus. ne integendo quidem corpori, post omnem
purpuram, vilem lacernam inuenies. & tamen beatum dixit:
populus, & pars orbis maxima, cui hæc sunt. O quantum ab-
errasti, Christe, à sœculi prudentia! quæro peregrinus excipi à
te hospitio, in quo fulgurent laquearia auro, in quo marmo-
ra & penicilli de proximo luxuriaæ current negotium, & æta-
tes requietas, & in modestiæ portum subductas, nouis, pro-
frigore, accendant ignibus: & Bethlemi offers stabulum. quæ-
ro Tyrio & coccino parietes tectos: & offers domicilium.
boum. quæro thalamos ebore & auro ad mutuam inuidiam.
fulgentes: & offers præsepio. quæro lectos & culcitrae purpu-
râ radiantes, Indicâ testudine perlucidas, plumâ congerie tu-
midas, sericâ veste floridas: & offers fœnum. quæro puluillos
alterius orbis plumâ fartos: & offers stramina. quæro in te
purpuram, quæ homine suo longiore syrmate, multiplici con-
tubu-

Plura sa-
cerdotia
non am-
biant.

¶ Christi-
nascentis
& morien-
tis pauper-
tatem in-
veniantur.

tubulatione dependula, quasi in contemptum purpuræ, latè longeque confluans, terram verrat: & vilem ostentas togam, pauperis matris tuæ manibus textam. quæro deinde mensam, & in illa alterius maris pisces, alterius cæli aues: & offers cascolos rusticâ oblatos manu, castaneas, & fauum mellis, & inempta poma. quæro vina quinto retrò aut sexto Pontifice nata: & offers aquam, & pressi cyathum lactis. Ludit hîc aliquis error. aut tu, Christe, aut non vñus aberrat à cælo & vero. Nil dico: nisi, Moriendum. fors hoc momento. cogitet hîc secum quisque nostrûm, quem vellet, morte iam iugulo insedenti, cum prudentia in summo est, imitatum fuisse Christum, an sæculi prudentes. de æternitate res agitur. Non addam plura: ne me damnet cum Christo mundi sapientia. quamquam damnari cum hoc, inter beneficia meritò numerandum.

Iam quid fiet de sacerdotibus illis, qui inebriantur *vino*, in ^{Ephes. 5:} *quo est luxuria?* Apostoli verba sunt, non mea. qui sæculi potentes ad bibendum, tamquam ex æquo, prouocare non cœribescunt. & magnam in eoponunt gloriam, si compotores omnes suos vicerint, cum vincantur ipsi à dolijs? & audenter nataente adhuc stomacho hesterno vino, ad Christi altaria properare: & erubescente ad sacerdotales hesternas mensas sole, gloriari tamquam de re magna. quām vereor ne hoc gaudium nimis magno veniat luendum! Et interim virgine adhuc saliuâ, ad tanti sacrificij oblationem accedere vult Ecclesia sacerdotes. quæ talis esse potest, in stomacho subfarto vino, & adhuc de nocturno cibo cruditante? Sanè, quanto pollutioris mentis, & viuacioris cordis simus, ante pabulum & potum, cum hesterna ieunia aut Danielis, aut Pauli ad Timotheum cœnas, stomachus loquitur; quām cum totum interioris hominis domicilium, escis stipatum, vinis inundatum, decoquendis inæstuat sordibus, sciunt omnes. Et quid ego de talibus dicam? Non olim manducauit populus, & cœpit ludere, & perijt? lusum Scriptura nisi inuercundum.

non notasset. & quis recordetur Dei, cùm propè à nocturno vino, ipse sibi etiam tum homo excidat? ô, si cogitarent apud inferos conuiuia in Diuite æternū cruciari! quo magis in sacerdotibus. Non sint ex his plurimi, quibus stomachus templum, altare venter, quibusque omnis fides æstuat in culina, spes in ferculis iacet, charitas in æquandis feruet poculis. hinc quo quisque obsonandi pollucibilior, calicibus instructior, hoc maiorem laudem meretur. Et moriendum interim; & de æternitate non multò pòst ferenda sententia, ab eo qui contumeliam passus: cuius altaria, pridiana, ore proditore, redoluerunt vina. taceo reliqua. Et iaculantur hæc scandala in plebem, & primi ad delinquendum extendunt manum, immemores illius: *Qui scandalizauerit unum de pusillis istis, qui in me credunt, expedit ei ut suspendatur mola asinaria in collo eius, & demergatur in profundum maris. Et, Væ homini, per quem scandalum venit.* Res parua mola & mare est. magna nimis, quæ hæc sequitur, in numquam morituris ignibus, æternitas, in qua aquæ gutta, stillante digito, negatur ardenti. Cauete sacerdotes: quo enim maior dignitas vestra, hoc delinquentibus poena maior. miserum, quia ferè æterna! ô fallar! & cælo dominii, quod de penetrati pectoris huius voueo.

Pios sacerdotes quæ maneat gloria & cælo præmium.

Sacerdotū potestas.

Quo verò poena grauior improbos, impuros, virtutisque ac Dei naufragos, hoc castos piosque sacerdotes, & honor in terra maior, & præmium cælo manet maius. nam quorum respondet vita dignitati, quam non laudem mereantur, quam non capiti coronam? vt nulla non gratia floris, nulla non lætitia frondis, nulli non palmites, rosæ, violæ, vites, lauri, populi, oliuæ, oleastri, hederæ, spicæ, nullumque non aurum, Indicæque gemmæ, inculpati sacerdotis vertici, iure meritoque debeantur. Sanè ipsis angelis in veneratione integros vitæ, scelerisque puros sacerdotes esse, dubitare nemo potest, qui concessam illis à Deo potestatem considerat, vt quorum nutui cælum ancillare videamus. cùm ad horum euinculationem, euinculari cælo peccata; ad nodationem, nodari,

Chri-

Christus ipse, quo certiorem pollicitatorem, fidelioresque sponsorem habere non possumus, clare testetur. vt leue iam sit imperasse olim Iosue stationem soli, si cum sacerdotum potentia, toti cælo imperantium componatur. Accedit panis & vini, in Christum primordiale, primogenium Dei Patris Verbum transmutatio. vt supra quidquid angelus in cælo audit, sacerdotis potentia & dignatio se extendat. vt dici possit, omnia famula esse sacerdotis, cùm cælum, ac Deus ipse famulare sacerdoti videatur. Iam, cùm diebus singulis pascatur ac potetur Deo, quid dici, quid excogitari potest augustinus? aut quid magis, humano more, pariari potest Deo, quām toties, non dico cellis potari, non vberibus lactari, sed toto quaqua pasci Deo? vt portento simile sit, non totum sacerdotem ire in Deum, aut non concorporari, vt ita dicam, Deo: non cum Cherubinis & Seraphinis, adeoque & maioribus in accendi amorum flammis. Nam quid fornaces omnes, ignes omnes, si cum amoris diuini ignibus conferantur? vt per omnia miraculo simile, in ipso altari non collique scerere sacerdotem Deo: nec decinerari inter hæc sacrificia, cælestium amorum ignibus, mille modis Babyloniâ fornace maioribus. Ut hinc videas, quantus honos sacerdoti à sceleribus intacto debeatur, ad cuius genua & pedes diademata & sceptræ, & omnis nobilior purpura, si exsolui vinculis velint, accidere debent. Olim Macedo nodum, quem manibus non poterat, soluit ferro. Sa-
 cerdos verò nodos omnes, etiam angelis ipsis inenodabiles, exsoluit verbo. nil hîc opus securibus, aut ense. verbo *Absoluo*, vincula omnia, etiam paradiſo nata, dissoluuntur. & vt olim Fiat verbo steterunt omnia: sic sacerdotali verbo *Absoluo* euinculantur omnia, licet cælorum compedibus irretita tene-nerentur. Quid? quod angelinon semel sacerdoti sacrificium obeunti, famulabundi astiterint, vt variarum gentium vernacula docemur historiâ. Ut ex his discas, quantâ venera-tione digni sint, quos beatæ illæ cælorum mentes non vno cultu venerari non dubitarunt, cùm opimam illam cæle-stem.

Eorum
potestas in
peccatis
dimitten-
dis.

stem hostiam, de corde pudico, de anima innocentis offrarentes viderent.

CAPUT III.

De oratione in horto.

Luc. 22. **E**GRESSVS ibat secundum consuetudinem in montem olivarum: & anulus est ab eis, quantum iactus est lapidis: & positis genibus procidit in faciem suam, orans: Pater, si vis, transfer calicem istum à me. verum tamen non mea voluntas, sed tua fiat.

I. Considera in Christo salutis nostræ sitim; quæ ad notissimum illum proditori locum trahit, ut pro nocentibus innocens animam ponat, ouemque aberrantem per montes requirat & saltus, & humeris reducat. Confer deinde hunc horum cum paradiſo: vide damna, quæ ex hoc nata; bona, quæ ex illo. confer Christum cum Adamo: imprudentiam huius, cum amore in nos Domini: mala, ex illo secula; bona, ex hoc. vide deinde cui plus debeas, & quem merito imitandum tibi proponas.

Paraturus se ad subeundam passionem, dat se in orationem Dominus. ut discamus illius exemplo, rem nullam magnam aggredi, nisi oratione præuiā. cuius defectu ferè pleraque nostra infortunatum fortinatur effectum; cùm deſtituantur his armis spiritualibus, quibus muniri dicta factaque nostra aduersus diabolicas incursionses solent. Et contingit plurimum, ut qui res solâ humanâ prudentiâ munitas aggrediuntur, solam etiam humanam prudentiam patiantur comitem: quæ cùm præuidere fortuita non possit, sæpè illorum incursione labatur. at qui res ab oratione aggrediuntur, diuinam prudentiam sociam sentiunt: quæ nec errare, nec fortuita, quamuis innumera, ignorare, quare nec falli potest. Plena sunt omnia exemplorum, in nouo, veteri, Testamento, eorum, quibus res, consulto prius Domino, felicissime successerunt: ut &

Oratio
operibus
omnibus
præmit-
ienda.

& eorum, quibus, non consulto antè Deo, infelicissimè eueniunt. Anna Helcanæ retrò sterilis, oratione fœcundatur. Moyses contra Amalecitas oratione pugnat, & vincit. Iosue, oratione præmissâ, stationem elementis imperat, vt debellat Amorrhæos. Dauid, quoties iturus ad bella, Dominum consulit, nec fallitur. non consulit Saul, & excidit regno simul & vitâ. Iosaphat sibi & exercitibus Iudæ & Israelis aquam in deserto impetrat, & victoriam in Moab. Ezechias decurrit ad Dominum; & nocte illâ ab angelo centum & octoginta quinque Assyriorum millia cadunt: sed & oratione quindecim extendi sibi vitæ annos impetrat. Machabæi ante prælia decurrut ad Deum: votisque illorum respondet Deus.

Quid? quod Centurio needum tinctus exaudiatur. Sed & Apostoli sufficiunt aliquem in Iudæ locum orationem præmittunt; & ante manuum impositionem septem Diaconis, orationem fundunt. idem factum legimus, cum Petrus & Iohannes Samaritanis conuersis Spiritum sanctum concedi impetrant. nam neque à reliquis Apostolis mittuntur, nisi oratione præuiâ, neque Samaritis fidelibus manus sine oratione imponunt. neque Petrus vinculis eripitur, nisi præcedente Ecclesiæ oratione. de Saule etiam & Barnaba habemus illud: lemnantes, & orantes, imponentesque eis manus, dimiserunt illos ad opus ad quod à Sp. sancto euocabantur. Videmus orationem magnis semper rebus præmitti. Quid? quod Christus ante quatriduani Lazari ad vitam reuocationem, orationem præmittit. In novo verò Testamento, qui nobilissimas ab hostibus relatas victorias legerit, ab Eugenio, à Cosroë, à Wandalis, à Totila, à Saracenis, à Russis, ab Hungaris, à Radislao, à Mauris, videbit prolixas fusas antè ad Deum preces à Theodosio, Heraclio, Belisario, Narsete, Catacalo, Ladislao, Henrico Aucupe, Wenceslao, ab Alfonso, Ramiro, Ferdinando. ut quisquis es, imiteris hos magnos Imperatores, Reges, bellici Duces, Apostolos, Christum.

In cuius in horto oratione quinque quasi membra imitanda

K.

Oratio
nihil nota
caelitus
impetrat
uit,

Rebus ma-
gnis sem-
per præ-
mittenda.

Christus
oratus
solitudine
queritatis.

tanda nobis intuemur. Primo, Separationem ab alijs; quasi in-
nuat solitudinem orationi amicam: quæ siue pœnitentis, siue
amantis sit animæ, solitudinem postulat. in qua & liberiora
trahuntur suspiria, & licentiū profluunt lacrymæ, audacio-
resque exurgunt voces. siue enim ad pedes corruas cum Mag-
dalena, lauans lacrymis, tergens osculis; siue manu apprehen-
das cum Petro incipiente mergi; siue latus tangas cum Tho-
ma; siue recumbas in sinu cum Ioanne; siue ad cælum raperis
cum Paulo, & audis arcana illius, quæ non licet homini lo-
qui; siue ab vberibus pendeas cum inclamante: *Meliora sunt
vbera tua vino, fragrantia vagantis optimis;* siue ab ore cum
Cant. 4.
lætabunda sponsa, & intrepidè inuitante, *Fauis distillans la-
bia tua, mel & lac sub lingua tua;* siue amica depositat collo-
Cant. 2.
quia, & audeat, *Sonet vox tua in auribus meis: vox enim tua dul-
cis, & facies tua decora: anima mea liquefacta est, ut locutus es;* siue
Cant. 1.
denique tota iam illius non veratur dicere, *Fasculus myrrha-
Solitudinis
bona.*
detectus meus mibi, inter vbera mea commorabitur; solitudo ma-
gnam materiam præbet liberrimatum locutionum, quas a-
liorum præsentia comprimit, ac intra labia perimit, magnam-
que partem venustatis adimit & amoris, minuitq; huius ignes
ac suffocat. vt proinde non immerito Rex magnus moneat:
Psal. 133.
In noctibus extollat manus vestras in sancta, & benedicite Dominum.
Psal. 118.
*& prouocat exemplo suo. Mediâ nocte surgebam ad confitendum
Nocturnæ
precies quā
viles.*
*tibi. & ibidem: Memor fui nocte nominis cui. Non poterat cer-
tior ab omnibus separatio esse, quam nocturna, cum alcuna
vbique silentium, & liberrima cum Deo loquendi facultas*
Psal. 76.
*estibus remotis, & alibi. Mediatus sum nocte cum corde meo, &
exerciebar, & scopebam spiritum meum. Mundabat tamen
spiritum orationum ac meditationum scopis, mundareque
Ibidem.
interiorum animæ suæ domum reddebat Deo. & *In die tribu-
lationis moe Deum exquisi, manibus meis nocte contra eum, &
non sum deceptus. Noctibus remedia querit, & robur contra
aduersa. nec falsus est. Ita grata nocturnæ precies Domino,
quia ferè feruidiores & puriores. Monet nos etiam Ieremias:**

Con-

*Confурgo, laude in nocte, in principio vigiliarum: effunde sicut a- Thren. 2.
quoniam cor tuum ante conspectum Domini. Sub initium nocturni
temporis, sepositis testibus, cum liberè, remoto pudore, ef-
fundi per lacrymas cor posset, neque enim quidquam certius
cordis intima testatur. loquuntur enī omni verbo certius
lacrymæ. Aperit etiam consuetudinem suam Isaías: Anima mea Cap. 16.
desideravit te in nocte: fad & spiritu meo in pectori meis de manè
vigilabo ad te. In oratione nocturna desiderauerat anima illius
Deum: in illa enim offeruerunt desideria, cùm incaluit ani-
ma, & in celum usque vota iaculantur. Addit matutinas in
oratione vigilias. ita non contentus nocturna oratione, ad-
iungit matutinam. Ieremias etiam lacrymas: Deducant oculi cap. 14.
mei lacrymam per noctem. liberiores enim sine teste fluunt. & in
persona Christi nostri: Plorans plorauit in nocte, & lacrymæ eius Thren. 1.
in maxillis eius. Nusquam magis quam in horto, nusquam pro-
fusiūs, cùm non in solis lacrymis staret amor, sed sudorem
profunderet & sanguinem, omnium in salutem nostram pro-
digus. Sed & sponsa nocte querit dilectum. In lectulo meo per Cant. 3.
noctes quæsui quem diligit anima mea. non pedibus, non mani-
bus, sed oratione sponsum quæsuit, quem sentiebat abesse;
aut non sentiebat adesse. Quid? quod & sponsus noctibus
querat sponsam. atque hinc caput eius plenum est rore, & tunc Cant. 5.
timi eius guttis noctium. Prouocatque dormientem sponsam,
vt sibi aperiat: Aperi mihi, soror mea, amica mea. cùm nullum sit
nocturno tempore cōmodius ad libera interanimam spon-
sum Deumque sponsum miscenda colloquia.*

Secundo, *Humilitatem.* duplicem hīc vides. Præcedentem Humilita-
ac quasi animam disponentem. hīc illæ præuiæ pedum lo- tem qua-
tiones & oscula. comitantem, cùm se toto corpore proster- lem Do-
nit in terram, ut arbitris omnium omnino peccatorum esse
maximum. Nec mirum: cùm omnium peccata circumferret
solus. aptauerat enim humeros huic oneri, cuius pondere
oppreffus jacebat. Sciebat quantum ponderis humilitas ora- minus ora-
tioni adderet, qui dicebat: *Oratio humiliantis se nubes penetrat.* Eccl. 35.

- Psal. 101.** & alius: *Respxerit in orationem humiliam, et non spreuerit precem eorum.*
Cap. 9. & vere magna verbo & opere Iudith: *Humilium est manus
fuctorum semper tibi placuit deprecatio. Fudit preces, & ausa post
Oratio humiliis quā sit potens.*
- Gen. 18.** *Sciebat hoc Abraham cùm diceret: Loquar ad Domini-
num moum, cùm sim puluis & cinis, deprecaturus pœnam So-
domæ debitam. tantumque potuit humiliis deprecatio, vt ve-
niam post tot immania scelera impetraret, si decem iusti int-
tot vrbibus tantoque populo reperti fuissent. Iunxit humili-
tatem, quantam nemo, precibus Christus noster. quæ co-
maior fuit, quo maior erat qui se humiliabat. Cuius submis-
sionem imitati, Magdalena, cùm pedibus prosternitur; Pe-
trus, cùm foras rubore plenus prodit, & flet amare; Publicanus,
qui oculos non audet ad cælum tollere; Dauid, cùm se
cinere aspergit; Ezechias, cùm cilicio induitur; Niniue, cùm
triduano se ieiunio macerat. Tu quid facis, post tot diuini-
**Oranti ad-
ferenda
humilitas,
si impetra-
re petita
velit.** Numinis offensiones? quâm erectus, quâm securus ambulas? quanta fiducia tui? quibus submissionibus aut præludis ora-
tioni, aut comitaris? & siccis oculis vides cæli terraque Do-
minum, conditorem, primum incubantem terræ; nec rubore
tangeris, nec miseratione, nec metu, cùm nouis indies scele-
ribus, quantum in te est, non prosternis tantum, sed & calcas
illum pedibus. Quid sperare post hæc possis, quid verori de-
beas, perfacile intelliges. te consule, & excute mores tuos;
orandiisque consuetudinem. Christus pro te oraturus, in faciem
prosternitur: tu in eaussa tua quid facis? vbi submissio? vbi in
terram illisio? vbi seria pœnitudo? vbi propositæ emendatio-
nis executio? vbi animus orationi intentus? intuere mentis
euæ euagationes, oculorum, aurium. vide corporis compo-
sitionem: an non sæpè ludenti quâm oranti similior? habi-
tusve tuus reum exprimat, an aliud? Prosternitur deinde Chri-
stus in faciem, peccatorum pondere pressus. idem reperies in
crucis baiulacione, ita noster Atlas sub scelerum nostrorum
onere*

onere facit, nos ad scelera erigitur, & laudem etiam ab illis venamur.

Tertio, *Fiduciam*. quâ fatus, nomen inclamat Patris, nobis in exemplum habes fiduciæ huius documenta in Iosue, cùm imperat elementis: habes in Elia, cùm ignibus imperat: habes in Daniele, cùm claudit ora leonum: habes in Eliseo, cùm mortuum reuocat: habes in Moysè, cùm aduersus Amalec orationibus in occasum præliatur: habes in Anna sterili, cùm Samuelem impetrat. Imitare. sed primò mores. Inde iam aude. animos Deus addit. Petite, & dabitur vobis; querite, & erimus: Matt. 7. nictis; pulsate, & aperietur vobis. omnis enim qui petat, accipiet, & qui querit, inuenit; & pulsanti aperietur. Auget fiduciam: *Ficerum* Matt. 18. dico vobis, quia si duo ex vobis consenserint super terram de omni re quamcumque petierint, fiet illis a patre meo, qui est in celis. & fortius: Amen dico vobis, si habueritis fidem, & non blasphemaveritis, non scilicet Matt. 14. de fidelia facietis, sed. & si monti huic dixeritis, Tolle, & iactu te in mare, fiet. & omnia quecumque petieritis in oratione credentes, accipietis. Absit dubitatio, & impetrabis. ita tamen, ne impedimenta injiciant peccata. Quia si sustuleris, nil tam arduum, quod non impetraveris. etiam mare scindes cum Moysè virgâ; flumina cum Elia & Eliseo, pallio; etiam vel his implebis rore, & siccabis cum Gedeone; & reduces umbram in horologio terrorum decem gradibus cum Isaia; & corrident muri Iericho, & siccabis fluente Iordanis cum Iosue, & per arenam alucum siccoc transibis pede. nihil arduum fidei, nihil in Deum fiduciæ. non nimibus & cælo imperat Elias siccitas, & pluviis nil magna fidei, nihil in auctum.

Quarto, *Constantiam* & persecuerantiam. ad quam monemur à Domino, in persona mutuatitios panes nocte ab amico perentis: & in persona mulieris Chananæ, quæ post constantes precos, adeoq; & importunas, audire meruit: *O mylier*, Matt. 15. magis est fides tua: si ac tubi ficit vis. & in parabola iudicis mostestas viduæ precer expletis. Illud validissimum, cùm ipse Deus diuīs precibus nectus inclamat: *Dimitte me, ne irascar* Exodi 32.

Fiducia
oranti ne-
cessaria, &
dubitatio
abicienda.

*in fatorum meorum contentient, & dederim. At tandem calidissimarum
precum importunitate, placatus est Dominus, ne faceret malum
quod locutus fuerat aduersus populum suum. De Apostolis illud ha-
bemus.*

*Affor.1. Eratis persequentes & minime in oratione. Discute ani-
mum tuum, & vide inconstantiam tuam. & in mente feliciter
persequenti spendori coronati & victoriam. vide animos
tuos languidos & fastidiosos, tardos ad orationem inicia, co-
leres ad finem. & aliud disce à Domino, & audi exprobra-*

Matt.26. tecum: Non potuisse tu a bora vigilare mecum? addit: Vigilare es &

*Luc.22. rante ut non intreris in temptationem. & alibi: Vigilare omni tempore
orantes, ut digni habeamus fugere ista omnia, que futura sunt, &
fure antefatum hominis. Omni nos tempore vigilare vult; per-
seuerare nimis in vigili oratione, tum ut non succumba-
mus tentationi, tum ut futura effugiamus mala, & alterius
faculon non moririas peccas euitemus. Docemur huc Apo-*

*Affor.2. stolorum exemplo, de quibus illud, Erant quotidiane perdurantes
viximenter in templo. Vides constantiam mutuae concordie
iunctam, quae satis sunt ad quiduis à Deo impetrandum. &*

*Tbren.3. monemur a letemia. Bonum est praestolari cum silentio salutare Dei.
speratam à Domino ac desideratam salutem praestolari, con-
stantemque se in illa exspectatione præbere, non rædio vinci,*

*Hab. 2. nec spe cadere. unde etiam illud Prophetæ: Si moram fecerit,
exspectatio istum: quia veniens veniet, & non tardabit. Fortiter Ju-
dith increpat Oziam & sacerdotes, quod certos dios videren-*

*Cap.8. tur praefixa esse Domino. addit: Dicamus flentes Domino, & fer-
cundam voluntatem suam sic faciat iubilatum misericordiam suam
exspectemus humiles consolationem eius. Pulchre Hieronymus:
ad Euseb. Memini me clamanter diem crebrè sanctificum nobis, nec prius à pe-
ccatis cessasse verberibus, donec rediret Dominus in penitentia tranquilli-
tas. O, ubi nostra preces? ubi constantia in illis?*

*Opus istum Dei voluntatem se resignet. Quinquies, Resignationem voluntatis superim diuinam. nobile
hic exemplum habemus quod imitetur. Pater, si vis, transfor-
matum istum à me: verum tamen non mea voluntas, sed tua sit. Non
possimus peccare, si ad hanc regulam nostris dirigamus. quid
enim*

enim si nosla petamus, vellamus concedit quid; si non pro futuras Audi quid petat A postolus, quid referat. *Datus est mihi 2.Cor.12. bi similes carnis mea angelus Susanus, qui me solaphizat. propter quod ter Dominum rogavi, ut discederet a me. Et dixit mihi: Sufficit tibi gratia mea: nam virtus in infirmitate perficiatur. Et audiunt alii: Nescitis quid petatis. Et cum Moyses amore populi sui progre-^{Marc.10.} fuit, audierit, Dimitte eis hanc noctam; ante, si non facis, dolo me de li-^{Exodi 32.} bro suo; audit: Qui peccaverit mihi, delabo eum de libro meo: tu au- tem nade: Et cum idem pro sorore leprâ percussa deprecatur Dominum, dicens: Deus, obsecro, sana eam, audit: Separetur septem Num. 4. diebus extra castra, & postea reuocabitur. Et cum Saulen fugeret Samuel, dicit Dominus: Usquequo tu ligas Saul, cum ego proiece-^{1.Kig.16.} rim eum ne regnet super Israël? In omni ergo oratione diuine prouidentia, sapientia, & in nos amori, res nostras omnes committamus. nemo certius nostra dirigit, nemo felicius errare in optatis, votiuisque precibus nostris possumus. Et o, quoties ludit error! errare in delectu & return executionibus non potest Deus. Quid? quodd gratis illae sint preces; ^{Oratio se resignan-} quæ cum plurimum habent submissionis, & fiduciae, & fidei, & ardoris, tum rem vniuersam prudentiam illius infinitam, bo-^{tis, Deo quæm gra-} nitati, & in nos amori permittut. Habet imitante Magistrum Apostolum: Domine, quid me vis facere? & monentem Augu-^{stor.9.} stinum: Corrigenda est voluntas tua ad voluntatem Dei: nec rivo^{In psal.33.} luntas Dei curwanda ad te; & reditum habebis cor. illi enim sunt rebelli corde, qui voluntate Dei in hac vita sequuntur. Et in eundem senten-^{serin. in} sum Bernardus: Voluntatem sequamur Dei, non nostram: nostra ^{conserv.} voluntas, voluntas Dei sit: non sit nobis voluntas contra propria, que a Dei voluntate difficiat. Non fuisset alia Adamii, non tenere-^{S. Pauli.} mur misero paradisi delicto; nec in uno parente nascitemur prævaricatores, nec cælo excluderemur antè heredes, infeli-^{g. ven.} cis exiliij progenies. Quanta ex una obedientia transgressio nemala! nemo hæc explicet. o, non fuisset deliciarum, inobe-^{g. ven.} dientia hortus, viueremus fortunati. nunc vt nos nobis redi-^{g. ven.} deret, valuit Christus in hoc obedientia horto primorum paren-*

parentum inobedientiam reparare. ut sicut Hieronymo testic, è voluptatis horto prævaricatio egressa est, ita à Gethsemani horto, redemptio nostra ortum habet. & qui inter flores perierat, inter flores inueniretur.

II.

Audi Euangelistas. Capit pauore & tædere; contristari, & mæsus esse. Pauor timoris est: tædium lassitudinis ac nauseæ, ac suscepçæ, at promissæ rei pœnitentia: dolor præsentis aut furi malij recordatio. Pauet trepidatq; ad oblatas animo, subiectasque oculis pœnas. ad quarum indignitatem innocens, & Deus, perhorrescit, trepidatque ut homo; ne quidquam illi humani defuisse arbitremur: tædioque quadam afficitur, nauſeaque quadam super tot millium damnandorum multitudine, quibus frustrafuturæ erant omnes in Christo pœnæ, & apud quos nulla tantorum beneficiorum reponenda foret memoria: quin adeò per contemptum, ac quasi per risum, propeque ut fabulam, aut veterem aliquam historiam, transi-
turi essent omnem grauissimorum in Christo tormentorum seriem. tædet verò etiam illum, ut olim, cùm vidisset, quod multa malitia hominum esset in terra, & cuncta cogitatio cordis intenta esset ad malum omni tempore, pœnituit eum, quod hominem fecisset in terra. Et talitus dolore cordis intrinsecus, Delebo, inquit, hominem. pœnitet enim me fecisse eos. Ita credas pœnituisse Dominum, & suscepti in se hominis, & pœnarum pro delictis, & exsolutionis pro debito, propositâ sibi plus quam barbarâ ac feroci hominum ingratitudine. Videtur etiam nauseâ quadam ac tædio ductus, fuisse super vltro susceptis à se pœnis, quatum infinitum mille modis premium tam exiguae saluandoruportioni profuturum esset. tæduisseque propè illum initi certaminis, è quo victoria referenda tam paucis profutura foret in libertatem. Ac nauſeasse in primis videtur super tempentibus Christianis, de quibus aliquando: Quia tepidus es, & nec frigidus, nec calidus, incipiam te euomere ex ore meo. Nihil enim Deo, Christiano tempore magis ingratum, quod ostendit vomitus significatione: quo nihil in humanis fœdius. nec quidquam nau-

*Merc. 14.
Matt. 16.
Cur Do-
minus in
horto pa-
ueat, con-
tristetur,
trepidet.*

*Cur enim
tæderit.*

Gen. 5.

Apor. 3.

morsabundo ac reicitio excogitari stomacho abominabilius potest.

Mæror verò qualis quantusque fuerit, exprimunt hæ vo-
ces: *Tristis est anima mea usque ad mortem.* Non puduit hoc fa-
teri Deum. quis nostrum in mæroribus non erubescat ad
hanc confessionem? ut videoas discrimen inter submissionem
diuinam, & fastum nostrum.

Mærorum verò in Christo caussæ varia. Primo, poenarum
varicias & magnitudo oculis illius subiecta, vincula, risus,
sputa, flagra, spinæ, crux, clavi, lancea, mortisque genus atro-
cissimum, insolentissimum, ignominiosissimum, maximeque
pudendum.

Secundò, ab amico populo inferenda. hinc illa querentis
verba: *Popule meus, quid feci tibi, aut quid molestus fui tibi? Ego* Micb. 6.
plantaui te vineam electam, omne semen verum: quomodo ergo con- Irem. 2.
uersa es mihi in prauum vinea aliena? Si inimicus meus maledixisset Psal. 54.
mihi, sustinuissim utique: ego si is, qui oderat me, super me magna locu-
tus fuisset, abstoidisse me forsitan ab eo. tu verò! Eadē de te dici co-
gita in omni scelere: & vide quid respódeas. Intuere deinde &
percurre Iudaico populo beneficia concessa. testes Amorhei,
Chananæi, Pherezæi, Iebusæi, Hethæi, Heuæi, Amalecitæ,
Assyrii, Ægyptij, mare rubrum, aqua de saxo profluens, de cæ-
lo manna, columna nubis, Palæstina lacte & melle fluens, re-
lati de hostibus longè Israele potentioribus triumphi; cùm
nunc sub Moysè & Iosue Reges vnum & triginta cum exerciti-
bus suis propè ad internacionem deleti; nunc sub Gedeone, à trecentis, Madianitarum supra centum & viginti millia cæ-
sa; alibi etiam sub Asa decies centena Æthiopum millia cum
Rege suo Zara, vt ne nuncius quidem cladis superesset, dele-
ta. & non in castris Sennacherib nocte vnâ centum octoginta
quinque Assyriorum millia ceciderunt? non sub Achab Sy-
rorum centum millia die vnâ: taceo Iudam, Ionatham, Simo-
nem Machabæos, qui minimâ manu maximos exercitus
fuderunt. testis Apollonius, Gorgias, Lysias, Timotheus, Ni-
canor,

Quantus
hic eius
mæror
fuerit.
Matt. 26.

Quæ eius
causæ.

Quæ in
Israelem
Deus con-
tulerit be-
neficia.

canor, Bacchides, Cendebaeus, Syri, Arabes. tacco innumerās
minimā ferē manu victorias à varijs Iudæorum Regibus, ac
in primis Dauide, vno Deo vincente, relatas. Quo magis post
tot beneficia sensit Christus gentis suæ, è qua nasci voluit, in-
gratitudinem. quæ res immensūm mœrorem illi auxit, la-
crymas prouocauit, sudorem elicuit, sanguinem excuslit.

Christia-
norum, re-
pudiato
Israele ad-
optatorum
in filios, in-
gratitudo
Christum
contristat.

Heb. 6.

Tertiò, creuerunt hæc in Christo, consideratione populi
Christiani, quem vniuersum in filium adoptauerat, neglectā
gente suâ, è qua natus. nec contentus adoptasse, & cælorum
heredes scripsisse, coheredesque suos statuisse, corpore etiam
sanguinéque suo pascere voluit, & quam à virginē matre car-
nem sanguinemque mutuatus fuerat, eamdem Christianis
largiri; quique virgine sanguine & lacte pastus à matre fuerat,
nos virgine suâ carne & sanguine ut mater filios pascere. ma-
iora dare non poterat Deus. Atque interim non satis fuit
Christianis semel mortuum Christum: sed Apostolo teste,
Rursum crucifigentes sibi metip̄sis filiam Dei, & ostentui habentes.
nousi nimirum post tot prærogatiwas sceleribus iterum ite-
rumque milliesque crucifigentes. Quæ cùm intueretur Do-
minus, non potuit non mœroribus vndique circumfluere &
crescere.

Item pec-
catorum
numerus
& fœditas.

Quarto, peccatorum numerus & fœditas. cùm obijcere-
tur menti illius quidquid orbe sceleris commissum, quidquid
committendum. inde offensi Numinis magnitudo, nobilissi-
marumque animarum ad Dei similitudinem factarum, per
sclera depressio ac deturpatio. Et verò infinita magni Dei
maiestas, bonitas, prudentia, clementia, iustitia, tam barbare
& inuercundè à tot sceleribus spreta, conculcata, non po-
tuit non horrorem incutere iniuriæ parem. qui eo maior erat,
quò proprius & Dei, & iniuriarum in illum magnitudinem
agnoscebat. Iam animæ nobilitas vni cælo natæ & Deo, tam
fœda deformatio commiserationem prouocabat, nullo cala-
mo exprimendā. è Dei filio, imagine, cælestium herede, man-
cipium fieri diabolo diuini nominis hosti iurato, & num-
quam

quam moriturum pœnarum heredem, vel solâ miserandum cogitatione est. Vide ad quæ te per peccata abiicias. quæ, si conçussum à Deo foret, hominem videre, disfumperetur mœdius, cùm & animæ suæ fœditatem, & irrogatam Deo iniuriam intueretur. Ut proinde non mirum sit, Christum, qui non vnius, sed animarum omnino omnium sceleribus inquinatarum turpitudinem, & illatas ab omnibus Deo iniurias, aut adhuc inferendas, coram intueretur, mœroribus deictum fuisse, & tantum non morte oppressum, animamq; illi dolorum magnitudine expressam.

Quintò, damnandorum numerus, saluandorum paucitas oculis illius obiecta. Optabat saluos fieri omnes: nec tamen libertatem homini inditam cogere volebat. pendebat pretij à se numerandi magnitudinem, quæ innumeris partibus debiti magnitudinem vinceret. & videbat in plerisque sperato frumentu caritatum, idque solâ supinâ hominum negligentiâ aut improbitate; aliorum ignauia, aut etiam contemptu: & frustra sanguinem fundendum. neque nobilissimi diuini sanguinis prodigâ profusione, neque præmiorum magnitudine, neque æternarum pœnarum atrocitate mouendos: non minis, non amoribus; non prece, non terroribus; non spontaneis invitationibus, fortunatis aut infelicibus rerum successibus, non vtroneâ munera largitione aut repulsâ.

Sextò, ingratitudo. quæ post innumera beneficia largissimâ manu porrecta, creationis, conseruationis, redemptionis, ac particulatim in singula capita plurima, altius animum penetravit. quo enim augustiora & illustriora ac plura beneficia, hoc grauius ingratitudo ferit: magis etiam cùm vtronea beneficia sunt, & nullis præuis promeritis erogata. qualia Dei sunt. Et quid cadat aut grauius aut acerbius in generosam mentem, quam amare, nec redamari; benefacere, & contemni; immemoremq; præteriorum beneficiorum viuere, neglectorem præsentium, contemptorem futurorum? quid durius, quam, vbi in amatum erogaueris opes, spreueris honores,

res, prodegeris vitam, ingratitudine percuti? & quidem quādo hæc cadunt in Deum ab hominie. Quo enim contempta aut neglecta persona maior est, & quæ contemnit minor, hoc illatæ crescit iniuriaæ magnitudo. vnde factum ut, singulorum propè infinitas ingratitudines cùm clare intueretur Dominus, nec vlla illum fugeret, accresceret mœror, pro multitudine ac ingratitudinis magnitudine infinita, infinitus te consule, & vide quantâ merito ingratitudine notari debeas. & gratos in postorū pro ingratis animos præbeas, & mœrorum horum in Deo tuo causam tolle: & senties benignam illius profusamque in te manum. Sed & imitare Dominum monentem. *Diligite inimicos vestros, & benefacite, & mutuum date, nihil inde sperantes; & erit merces vestra multa, & erit filij Altissimi, quia ipse benignus est super ingratos & malos.* vnde illud de Domino: *Pascet & potabit ingratos, & adhuc amara audiet.* Potat, cibat indies. sed & lacrymis, sudore, sanguine potauit, & hostes passus est. misera omnino ingratitudinis conditio, & barbaria; & cuius nemo misereatur in tormentis. Bene de illo Sapientis: *Ingrati spes tamquam byernalis glacies tabescet, & disperget tamquam aqua superuacua.* Ne sis ex illis, ne serò ingemiscas, & non profuturas fundas preces.

Matris excrucianæ
dolor præmissus, filii
in horto cruciat.

Septimè, dolor, quo videbat matrem affligendam, & vñque ad cordis intimum excruciam, siue dum occurreret fatigenti sub cruce, siue cùm astaret pendenti, & ultimum illud triste Vale à filio acciperet, & filio daret, omni mutuo filij & matris solatio excluso; cùm nihil neque filius à matre, nec à filio mater solatij acciperet, sed mutuis mœroribus mutuus creceret mœror: neque solatium à matre filius admitteret, ne quid detraheretur passioni & pretio; neque matris solatium largiretur, ne, cùm in illa mitigaretur ac leniretur mœror, minueretur præmium: simul etiam ut laboranti in omnium salutem filio, mater etiam aliquam partem, tamquam Euangelicæ viduæ æra minuta duo, conferret in nos omnes.

Octa-

Otaudò, accedebat mœror ex præuisa negatione Petri, cui addixerat, *Super hanc petram edificabo Ecclesiam meam, & porta inferi non præualebunt aduersuram: & tibi dabo claves regni cælorum.* Hæc petra, hoc Ecclesiæ fundamentum ad ancillæ vocem labitur. & negationem iurciurando confirmat, negatque se illum nosse, à quo erat petra constitutus, & cuius vices in Ecclesiæ fundamento subibat. sed & ille labitur, cui tot sæculis clausi regni cælorum claves tradit. *Quis sine clavis intraret? & quis sperare ab eo claves poterat, qui magistrum, à quo claves acceperat, negasset, & nescire se illū diceret, à quo acceperat? aut quo modo negantem magister discipulū nosse vellet aut posset?* Videre grauem hunc lapsum amicissimi sibi sine ingenti mœrore Christus non poterat.

Nonò, noua etiam mœroris cauilla, Apostolorum fuga. Delegerat hos ex orbe toto: & deseritur ab ijs, quos unicos habebat. assciuerat sibi illos in denuncianda orbe toto fide socios; & destitui se videt ab illis, & promulgandæ fidei instru- menta collabacere, beneficiorumque immemores aduersis irruentibus, defluere. Quid prudenter sperare posset ab alijs, cùm post tot beneficia, tot documenta, tantorumque miraculorum ac virtutum ostensionem, diffugiant. Apostoli? ut non mireris mœrem hinc creuisse.

Decimò, amor, quo cælestem Patrem tot sceleribus offendit prosequebatur. qui cùm hîc Dei magnitudinem, ibi scelerum statueret; illic infinitam Dei bonitatem, & in nos omnes beneficia innumera; ex altera parte immemores acceptorum beneficiorum animos nostros, criminumque im- mensitatem; quadam mentis condolentiâ ferebatur in Patrem; tot quasi sceleribus oppressum; ac quadam indignitate in homines, quos nulla bonitas, nulla Patris clementia, nulla munificentia, auocare à malo, prouocareq; ad bonum; auertereq; à vitijs, & ad virtutis studium impellere potuisset. Pugnabat ergo in Patrem amor cum indignitate scelerum nostrorum; & ex hac lucta mœror nascebatur in pectore il-

lius qui patiebatur. cùm verò esset amor Filij in Patrem infinitus, ex quadam humanarum in illum offensionum immensitate, mœror nascebatur infinitus, par nimis amori Filij in Patrem.

Amor
quoque il-
lius in ho-
minem.

Vndecimò, amor, quo hominem complectebatur, & in cuius gratiam & salutem carnem & sanguinem à virgine matre mutuatus fuerat. illum sanè necesse est fuisse infinitum, cùm assumptio carnis humanæ à Deo non potuerit opus esse, nisi amoris infiniti. Sanè descensus ab immenso Deo in hominem spatum quoddam continebat infinitum; & infinita dignationis diuinæ in humanam carnem è terra figulatam depresso, quamdam in se infinitatem cludebat. Hunc amorem cùm intueretur Christus, simulque vulnera, morbosque innumeros nostros, æternasque pœnas, quibus addicti, non poterat non ingenti dolore concuti: eo magis, quo vulnera infinita nostra, sua fecisset; debita nostrâ, sua; pœnas nostras, suas; quibus exsoluendis se parabat.

Peccatorū
mag-
ni-
tudini dolor
in Christo
repondere
debebat.

Duodecimò, cùm venisset Christus, vt peccata nostra clueret, parem peccatis contritionem, & individuum contritioni comitem dolorem elicere debuit. cùm verò peccata essent innumera, respondereque illis dolor deberet; facile videmus, quantus esse dolor debuerit, vt peccatorum magnitudini pariari posset. Cùm verò legamus, non unum, solâ super peccatorum suorum magnitudine contritione extinctum subitò; quantu putamus mœrem in Christo fuisse, qui non unius, sed omnium hominum sceleris circumferret, & parem omnibus sceleribus dolorem pati vellet; maximè, cùm nimis nosset peccati malitiam, & offensi Numinis dignationem?

Pudoril-
lius mœ-
rem au-
geos, vnde
enatus.

Decimotertio, pudor etiam mœrem fortiter auxit, cùm videret se totius humani generis sceleribus auctum & oppressum. quæ res, vt erat fœdissima, horribilissima, non poterat non ingentem in Christo innocentissimo verecundiam in oculis Patris cœlestis angelorumq; omnium constituto prouocare; cùm è Dei filio, videret se tot scelerum reum. Future etiam

etiam muditatis pudor, ingentem in castissima illius mente pudorem prouocabat. è quo deinde dolor & mœror, &c, quæ hunc securè sunt, lacrymæ, sudor, sanguis.

Arque hinc mœror ille magnus, cuius meminit Propheta: III.
Magna est velut mare contristio tua: quis medebitur tui? Et ipse Do- Thren. 2.
 minus: *Sustinui qui simul contristaretur, & non fuit;* & qui consola- Psal. 68.
 tur, & non inueni. Hinc illæ lacrymæ mœroris testes, integri-
 que adeò lacrymarum fontes, quibus non genas, finum, vul-
 tum, sed terram rigat. vt merito inclamet, *Desecrunt pre lacry- Thren. 2.*
mis oculi mei, consturbata sunt viscera mea: effusum est in terra iecur
meum. Et Propheta: *Plorans plorauit in nocte, & lacryma eius in ma- Thren. 1.*
xillis eius: non est qui consoletur eum ex omnibus charis eius: omnes
amici eius spremunt eum, & facti sunt ei inimici. Vbi lacrymæ
 tuæ? non deessent, si amares, si doleres. neque enim defue-
 runt Magdalenæ, non Petro, non Regi. *Laborauit in gemitu meo,* Psalm. 6.
Lanabo per singulas noctes letitum meum; lacrymis meis stratum meum
rigabo. Et, *Fuerunt mihi lacrymae meæ panes die ac nocte.* Sic docuit Psal. 41.
 amor purpuram flere & sceptræ, & ipse de se testatur: *Cibabis Psal. 79.*
nos pane lacrymarum, & potum dabis nobis in lacrymis in mensura. Lachrymis
 Disquire lacrymas tuas. & vide quām lento cadant stillici- peccata
 dio: quām antē siccantur, quām ora tetigerint. & in sceleribus ipsi elua-
 tuis flumina vomit lacrymarum magnarum Deus. Et tu siccis- mus, cūm
 oculis vides has lacrymas in sceleribus tuis. quid faceres in a- calacry-
 licenis? non merito cum Ieremia inclames; *Quis dabit capiti* Ierem. 9.
meo aquam, & oculis meis fontem lacrymarum, & plorabo die ac
nocte? & quid potes minus quām pro Saluatoris fontibus fon-
tes reddere in re salutis tuæ, & cum Propheta dicere animæ
tuæ? Deduc quasi torrentem lacrymas, per diem & noctem: non des Thren. 2.
requiem tibi, neque raseat pupilla oculi tui. Nam si ab innocentie
 tot cadant lacrymæ, quantas decebit cadere à nocente? si sce-
 lerum tuorum pretium sunt lacrymæ Dei, quale erit tuum?
 si sine illis ablui non potuerunt fordes animæ tuæ; quomodo
 abluentur sine tuis? aut innocens, reus stabit & damnabitur,
 & absoluetur reus? aut, quod etiam maius, mercedem post
 scelera

scelera sperabit, pretio alieno? Certè angeli pacis amarè fleuerunt vel solâ miseratione; tam prodigè lacrymis terram fluminante Deo; & te nec commiseratio illius, nec amor, nec scelerum immanitas, nec æternorum tormentorum discrimina, nec cælorum infortunata exilia mouebunt? nec rupea corda tua dissoluétur in lacrymas? Vide deinde hic tam largior illacrymantem Dominum, quod magnis omnino videtur opus fluminibus, adeoque & mari magno, ad peccatorum orbe toto cluendas fordes. Quamquam tanta lacrymarum Domini dignatio fuerit, ut vel lacrymula vna satis esset etiam maioribus cluendis. amoris tamen magnitudo, non contenta guttis, flumina fudit. Denique propone tibi ob oculos, in omni mortalis delicti proritatione, illacrymantem copiosè Dominum, & per illas suas te lacrymas obtestantem, ne te perditum eas, tantumque amori tuo & suo concedas, ut pedem retrahas, nec te crudelis dominæ iugo immittas. Non dabis tantum precibus? non dabis tanti in te benefactoris, patrisque ac Dei tui lacrymis? non dabis tam propè perdite te amantis amori? barbarum omnino & saxeum tibi necessum pectus sit, quod tam amicæ amantis non emolliant lacrymæ. & quid post hæc speras, post tantarum contemptum lacrymarum? post Dei tui lacrymas calcatas tamquam aquas? & quas audiendas putas lacrymas aliquando tuas, si has contemnis? Et fleuerat antè Dominus super Lazarum, fleuerat super Ierusalem. quanto nunc potiore iure super vniuersum genus humanum, superque innumera illius scelera, ignibus punienda æternis? cum peregrinum saluandorum intueretur numerum, damnandorum maximum; & post tot lacrymas, tantumque proacti pro nobis sanguinis, ingratitudinis tantum.

IV.

Amor has
Christo
elicit.

Creuit exinde Christo mœror, creuit amor. qui non contentus oculorum laxasse nubes, totum corpus oculum fecit vnum, tamquam nubem vnam, ut quaquâ illius parte, fontes, torrentes, flumina, maria diffuerent, iustitiæ explendæ, siti

siti nostræ restinguendæ, amori testando. Duos autem aggères in latentis Oceani perfregerat amor. non potuit hinc stare, per-
rupit aggeres omnes. ô amor! Et quid tu rependis amori? si
non aliud, ama. quid facilius amore? quid iucundius, lætius,
dulcior? pro tot sceleribus, quibus toties inferorum pœnas
commeritus, nihil aliud depositi quām amorem, quis non mi-
retur? non cogimur ad oculorum faciles imbræ; minùs ad
totius corporis flumina. ama, & explesti iustitiam, & debitum
exsoluisti. nec plura depositit Christus tuus. Si paria mœrori-
bus suis, paria lacrymis pro te fusis exigeret, non gaudio ple-
nus exsilire deberes ad illa, & vim oculis ac corpori facere?
quid? si maiora imperaret tot criminum reo, non amplecten-
da conditio foret benigna & clemens? nam quæ sunt hæc ad
æterna? nunc, cum nihil imponat præter amorem, quid com-
mererit te arbitraris si neges amorem? Et quæ tam barbara feri-
tas, quam non mitigent tot amoris flumina? etiam belluas
flexas legimus ad lacrymas; omnium etiam ferarum imma-
nissimas. & nos immaniores ac efferaiores omnibus, stabimus
inconcussi ad totius Christi corporis fletum vnum? etiam ru-
pes & saxa, lenta & mollia exedunt stillicidia: & in carne cor-
da nostra nihil poterunt tot imbræ toto cælo fusi? quæ hæc
duritia & inclemensia est? & post hæc promittimus nobis
cælo magna? & inambulamus post tantam barbaricem & im-
mitatem tamquam securi de salute? ô non fallamur æternū?
nam hinc falli, ferendum: æternū falli, durum nimis. Discu-
te hinc te ipsum, vitam, moresque tuos. vide scelera, quæ lacrymas.
& tui ipsius iudex esto. exime te scelere & ingratitu-
dine, si potes. si negatae lacrymæ, repende amorem, quem
semper potes.

Non stetit hinc dolor, non stetit amor, Euangelistâ teste. V.
Nam factus in agonia, prolixius orabat. & factus est sudor eius, sic-
ut gutta sanguinis decurrentis in terram. Viliores enim amoris la-
crymarum fontes sunt: nimisque hinc serpunt sudorum flu-
mina, lentiusque fluunt, quām ferat ardor. effuderat quid-

M

quid

Luc. 22.
Sudorem
sanguinem
e Christi
corpo
expressa-
mor, & in-
terior luc.

quid lacrymarum capiti, quidquid sudorum corpori: reliquus erat sanguis, altè venis reconditus. qui timoris & mœroris repercussu obfederat corda. Impatiens amor carceris, & insolens tegi, & ad fugam indignabundus, recusit fugientem, & venis carceri suo excuslit tam copioso fluxu, vt crederes ostia omnia sanguinei Oceani disrupta, quidquid diuite venarum reconditorio condebatur, effudisse; nihilque seruasse, vel vitæ tuendæ, vel flagris, vel clavis. Nihil inausum amori, nihil clavsum; nec vlla illi vis resistat. ita dum amat, & horret animus, generoso conatu erumpit ad magna. nec audaciæ illius quidquam imperium. omnia infra animum illius sunt. vis magna amoris! & sæculis omnibus inaudita, excutere sanguinem in testationem amoris, excuslit hunc pugna, quæ inter amorem, & mortis timorem intercesserat. cumque ingens diuinæ iustitiae cum misericordia luctatio insurrexisset; illâ pro æquitatis ratione omnium peccatorum deletionem funditus exigente; hac scelerum omnino omnium pro diuinæ bonitatis immensitate condonationem; miscuit se medium Christus, & utramque virtutem amplexus, utriusque desiderium in se expleuit, cum vadom se interposuit, premiumque iustum dignumque ad exsoluenda debita obtulit, lacrymas, sudorem, sanguinem; quibus quidquid erat peccatorū elueret, & quod misericordia optabat, hominem Deo conciliaret. Iacta hæc initia in horto, finita in cruce. ac licet solus in horto fusus sanguis satış esset ad omnis debiti exsolutionem; noluit tamen hīc amor stare, addidit columnam & crucem: vt gloriari misericordia posset, plus amorem dedisse, quam è rigidissimæ iustitiae lege debebatur. Vis mœroris magna nimis.

Tbren. 1. ut merito inclamat, *O vos omnes qui transitis per viam, attendite, et videte si est dolor sicut dolor meus.* Adde, si est amor sicut amor meus. Corpus enim Domini instar vñæ torculari sub-torculari nesciit, cum intrâ sustentaretur mœrore, supra premitetur passionis expressum. amore, excuslit inlacentem humorem vñæ nostræ magnæ. *Cant. 1.* hinc sponsa: *Borrus Cypri dilectus meus mihi.* Nemo miretur, cum

Misericor-
diz & iu-
stitez in
Christi a-
nimô lu-
statio.

cum ipse de sedicat: *Ego sum vici verus, vos palmaries.* Addit: *Si quis ian. 15.*
in me non manferit, mitteret vos sicut palmas, et arces, et colligent
eum, et in ignem mortem, et ardor. Et alibi: Ego quasi virtus fructi- *Ecli. 24.*
ficiam suavitatem odoris. transire ad me omnes qui concupiscitis me,
et a generationibus meis implemini. Vide vitem, botrum, vinum,
& inuitantem amantes. Et fons proprius ad rem nostram. Con- *Ecli. 15.*
summatio fungens in ara, amplificare oblationem excelso Regis por-
texie manum suam in libatione, et libauit de sanguine suo. effudit
in fundamento altaris odorem diuinum excelso Principi. Perpende
singula: non magna ara horeatis, & nobilis in illo cruenta vi-
ctima? non excelsus Regi, Deo Domino? non libauit de san-
guine uxoris nobilissimae? non effudit in fundamento altaris,
cum effudit in horto, fundamento crucis? non odorem diui-
nium sanguinis sui nobilissimum effudit excelsus Principium
Principi? Odoratusque est Dominus odorem suavitatis, ut nequaquam *Gen. 8.*
ultra malediceret terra propter homines; cum in sanguine dilecti
Filiij sui, non præteriorum solum, sed & futurorum accepisset
preium delictorum.

O, quò rapis amaritem amor! & quid est amare, si hoc non
est amare? arbitris ipsum Christi sanguinem amoris nostri
impatientem, non ultra voluisse claudi venis, sed vi facta ef-
fracto exsiliuisse carcere, vt homini se coniungeret quem ad-
amabat: aut sanè è mœroris, horroris, amoris lucta, disruptis
venis aggeribus, profudisse per plana sanguinem. Consule hic
languorem & temorem tuum. vide quid debeas, quid repen- Sanguis
efulus
Domini
oculis
nostris
prolicet
lacrymæ.
das: ubi sanguis tuus mœroris aut amoris? immo ubi sudor? ubi
lacrymæ? quæ omnia si negata nobis, animo hac saltem pro-
fundamus, cum tam longe absimus à rebus. aut, si nec animo
quidem, quid exspectandum? Sanè si damnatorum, & ma-
gnitudinis pœnarum horror, tamquam iniecta vndiq; noua-
cula, excussit sanguinem; quid facient inferni horror, mise-
randa pœnarum genera, ignis æternus, & quæ illi sociantur?
moueat te pœnaruim æcerbitas, si non moueat amor. quam
quam si ad omnes scelus mortiferum, videoas fundentem san-

guinem, aut paratum fundere Christum tuum, & miscen-
tem preces sanguini; quomodo non erubescis ad patrandi
criminis cogitationem? vide quid non meritò timere debeas
post tanti sanguinis contemptum. Perpende hīc etiam Dei
Christus
nobis plus
quam ma-
ter fuit.
in nos benignitatem. matres amamus, & meritò. pascimur
harum lacte. At quanto matribus maior mater Deus, qui pa-
scit sanguine; & pro lacteis, sanguinum præbet vbera? & sta-
mus ignavi, & oblata negligimus, & magis delectat noxijs &
venenarijs mundi inhærere vberibus, quam saluantibus Dei.
vide quid responsus sis in magno die Domini, cùm Chri-
stus præ magnitudine scelerum tuorum & offensi Numinis,
non scindat, veteri more, in testationem doloris, vestimenta-
sua, sed corpus uniuersum; ut è clausis ante venis, nunc resera-
tis, tamquam perfractis aggeribus, vnde disflueret san-
guis. & nos interim inter non aliena, sed sclera nostra, vix-
lentum anno integro trahamus susprium, vixque uno ocu-
lorum stillicidio irremus genas. sudor, & sanguis, & in pre-
cibus agonia ignorata nobis.

VI. Redit ab oratione, & à lacrymarum, sudorum, sanguinum-

balneo Deus: & inuenit dormientes Apostolos. ad quos Do-
Matt. 26. minus: *Sic non potuistis una horā vigilare mecum? vigilate, & ora-
te ne intretis in temptationem.* Tepor & somnolentia nostra re-
dargitur in re nostra. *Spiritus quidem promptus est, caro autem
infirma.* Agitur de animæ salute, de æternitate præmiorum:
ac pœnarum: & nos frigemus ac tepemus; aut, tamquam de-
alieno corio agatur, ignavi stamus spectatores, breui fôrs ra-

Tepor in
propria fu-
lute pro-
curanda,
sollicitudi-
nis anxiaz
mundano-
rum intui-
tu excu-
siendus.
piendi, & infelicitis tragœdiæ non postrema pars futuri. Qui
sæculo seruiunt, vide quâ diligentia serantur ad opes, ad ho-
nores; quo feruore rapiantur in caussa votorum suorum: quæ
non perferant incommoda: ad quæ se non abiijcant, aut ad:
quorum non genua: quas non noctes iungant diebus: idque:
totum ob fugitiwas opes, fallaces honores, volaticum gau-
dium. Nos in æternitatis periculo altum derrimimus; & porri-
genti Domino dexteram, manum negamus, aut retrahimus,

aut

aut non extendimus. Et monemur tamen à Deo: *Ecce venio Apoc. 3.*
sicut fui, et nescies quā horā veniam ad te. & nos interim secusi-
indormimus saluti. Addit: *Beatus qui vigilat, et custodit vestī Apocal. 16.*
menta sua, ne nudus ambulet, et videant turpitudinem eius. desti-
tutus nimirum virtutum indumentis, ut peccatorum illius.
turpitudo cum ingenti rubore pateat omnibus. Monet in-
camdem sententiam apud Euangelistam. Vigilate, (nescitis e- Marc. 13.
nim quando dominus domus veniat: serò, an media nocte, an gallo
cantu, an manè) ne, cùm venerit repente, inueniat vos dormientes.
quod autem vobis dico, omnibus dico; Vigilate. serò itur ad vota Vigilandū
& preces, quando dormientes & improvidos oceupauerit. nobis in
Terret nos Apostolus: Vigilate, quia aduersarius vester diabolus negotio
tamquam leo rugiens circuit, quaerens quem deuores. Miserum, ob- animz.
rui à leone dormientem. nam vigilans præcauere mala po-
test, dormiens non potest. & vide circumcuntis diaboli vigi-
lias, & studium, & quanto ardore leorum more in incautam:
feratur prædam. ille vigilat in interitum; nos dormimus in sa-
lute. disce à Rege, quid facias. Deus Deus meus, ad te de luce vigilo. Psal. 62.
Seiuit in te anima mea, quam multipliciter tibi caro mea. Beata litis.
vigilijs adnexa. Sequitur Regem Propheta. Anima mea deside- Isaia 26.
rauit te in nocte: sed & spiritu meo in precordiis meis de manè vigila-
bo ad te. Credas respondere Dominum: Qui vigilant ad me, in- Pron. 8.
uenient me. Felix qui inuenierit; & cum amante dicere possit:
Inueni quem diligit anima mea: tenui eum, nec dimittam. Beatus, Cant. 3.
qui non dimiserit. sed & ille felix, qui eum eadem dicat: Ego Cant. 5.
dormio, et cor meum vigilat: vox dilecti mei pulsantis: Aperi mihi:
foror mea, amica mea, columba mea, immaculata mea: quia ca-
put meum plenum est rore, et cincinni mei guttis noctium. Pulsat Do- Gestie ad
minus, paratus intrare ubicumque inuenierit cor vigilare. & hominem.
fororis, & amicæ, & columbæ, & immaculatæ nomine digna- ingredi
tur vigilante animam. Caussam addit: Quia caput meum plenum Deus.
est rore. non plenum fuit caput in suprema illa nocte lacry-
marum rore? non vniuersum corpus illius sudoribus, dum
quaerit quem diligit anima illius? & non cincinni illius ple-

ni sanguinum guttis copiosè in terram defluentibus, dum sollicitè eripere tentat animas nostras è laqueis venantium, & faucibus leonum? Magna miseratio: sed quæ vigilantes

Ecli. 39. depositit. Hinc fortè illud monitum: *Cor suum tradet ad vigilandum diluculo ad Dominum qui fecit illum, & in conspectu Altissimi deprecabitur.* Addit animos. *Qui de luce vigilauerit ad illum, non laborabit: assidentem enim illum foribus suis invenerit. cogitare ergo de illa, sensus est consummatus:* & qui vigilauerit propter illum, citò securus erit. quoniam dignus se ipse circuit querens, & in viis ostendit se illis hilariter, & in omni prouidentia occurrit illis. De æterna Sapientia illi verba, de Verbo æterno: de Christo nimis summa nostro, qui assidet foribus cordis nostri. imò illius hæc sunt:

Apocal. 3. *Ego sto ad ostium, & pulso: si quis audierit vocem meam, & aperuerit mihi ianuam, intrabo ad illum, & cœnabo cum illo, & ipse mecum.* Poterant homini à Deo sponderi maiora? Stare illum ad ostium, pulsare, ac quasi supplicem fieri Deum homini? & quid facilius quam pulsanti aperi? Sequitur inde ingressus, & mutua cœnatio. cœnare Deum cum homine, cum Deo hominem! hæc promitti, nec aperiri! felix cœnatio! beata anima, facta conuia Deo! & non beatior, quæ Deum habet conuiuam, & epulatur cum illo, & ineptiatur, & dat illi poculum ex vino condito, & accipit è manibus illius mustum malorum granatorum? Sed & vbera illi præbet, & illius fugit: & ab

Cant. 1. vberibus ebria inclamat: *Meliora sunt vbera tua vino, fragran-
tia unguentis optimis.* & vicissim præbet sua. Atque hinc illæ amantium voces: *Vbera tua sicut botri vineæ;* & *odor oris tui sicut malorum.*

Cant. 7. Quem non prouocent amica hæc Dei ad animam verba? Quid? quòd Domini sponsi sui prouocata verbis au-

Ibidem. deat: *Veni, dilecte mi, egrediamur in agrum, ibi dabo tibi vbera mea.* Anima hæc creata Deo? ô quòd assurgit anima? & ad quæ sedemittit Deus? ô anima! ô Deus! hæc sperari posse, & negligi? Quis credit hunc nexum & familiaritatē intercedere posse inter Deum & animam, tamquam sponsi & sponsæ, mariti & coniugis, & negligi à nobis? tantum quæ non fieri animam

mam Deum ex hac mutuorum vberum coniunctione, potatione, & negligi? o vbi mens nostra?

Post ternam fusam orationem, post lacrymas, sudorem, VII.
 sanguinem, *apparuit illi angelus de celo, confortans eum.* Nobis haec
 confortatio facta: vt discamus per orationes, maximè iteratas
 & fiduciâ plenas, aut concedenda quæ petimus, aut meliora
 quam petimus; aut robur cum Paulo ad resistendum, quo
 premimur, malo. Quod euenisse videtur Domino: nouas ni-
 mirum illi vires accessisse, cum alioqui, humano more, non
 videatur anima stare potuisse cum hoc mœrore sanguinem
 totis venis excutiente. Opus h̄c fuit viribus supra humanas.
 quas accepisse h̄c piè credere possumus: alioqui effunden-
 dam cum sanguine animam. nam cum plurimi mœrores ac-
 celerauerint hominibus mortes, ac in ipso mœrotis puncto
 finire vitam coegerint; nulli tamen sanguinem corpore toto
 excusserunt. vt magnitudinem doloris videoas, & miseratio-
 nem in te prouoces, & dolorum caussam peccata tollas.

Applicari h̄c poterunt interiores animæ sensus, ad prodi- VIII.
 gum Christi sanguinem copiosissimè in horto pro salute no-
 stra fusum. Ac Primò, mentis oculis intuere sanguinem latè ^{sanguis}
 sparsum, & quaquâ parte effusum, nec corpus tantum & ve-
 stes, sed & vicinum agrum irrigantem, fœcundantem: vt spe-
 rare possis steriles animæ tuæ agros, & infœcundam cordis ^{Domini}
 glebam fœcundâ hac cœlesti pluviâ & rore fœcundandam.
 Perpende quis hunc sanguinem fundat, quo modo, cui; &
 elice ex his affectus admirationis, amoris, gratitudinis; &,
 quantum humana imbecillitas Dei gratiâ adiuta potest, imi-
 tationis.

Secundò, auribus animæ internis audi erumpentis & ex-
 cussi sanguinis strepitum, in modum perruptis aggeribus pro-
 ruentis fluminis. cogita h̄c non Abelis sanguinem vindictam
 inclamantem, sed Agni immaculati cœlestis Patris miseratio-
 nes, & clementia fontes implorantem, vt bibat ex ijs omnis
 sitiens. Audi deinceps orantem, & è penetrali cordis suspiria iacu-
 lantem,

Luc. 22.
 Ab angelô
 cur se pas-
 sus sit Do-
 minus cō-
 fortari.

Sanguis
 Domini
 toto cor-
 pore pro-
 fluens me-
 tis oculis
 intuendis.

Audiendus
 hic inter-
 nis aurî-
 bus in ter-
 ram decur-
 tens.

lantem, quibus tot seculis obfirmatos secat cælos, & aditum exulantibus ab ijs parat, & obduratum in vltionem cor Patris emollit. audi ingementem super impoenitens cor tuum. &, si non potes aliud, compatere: magis verò imitare.

& interiori
odoratu
eius fra-
grantia
percipi-
da.

Cant. 1.
Gen. 27.

Tertiò, odoratu percipe fragrantiam odoris sanguinis & lacrymarum; & non cum Magdalena vnguento domum repletis, sed orbem totum, cælum totum. Imitare illam. *Curremus in odorem vnguentorum tuorum.* & insequere odoratissimum hunc magni sanguinis odorem. memor etiam illius: *Ecce odor filij mei, sicut odor agri pleni, cui benedixit Dominus.* Si enim in admirationem odoris vestium Jacob correptus Isaac inclamauit, & benedictionem addidit; quanto magis cælestis Pater in admirationem odoris sanguinis Filij raptus, benedicet nobis quibus hic sanguis fluxit? quanto etiam magis vnuſquisque nostrum admiratione tanti odoris tactus, in maximas gratiarum actiones prorumpere debet simul & in imitationem?

Ephes. 5.

Memor denique illius Apostoli: *Christus dilexit nos, & tradidit semetipsum pro nobis oblationem & hostiam Deo in odorem suavitatis.* Nullus potest odor esse suauior, nullus Deo gratiор, nullus hominibus salutario, sanguine Christi Iesu. de quo illud vere dici potest: *Odor vnguentorum tuorum super omnia aromata.* Pasce sæpè animam memoriâ odoris huius; maximeq; in Missæ sacrificio.

Eiusdem
sapor no-
bilis.

Cant. 8.

Quartò, animorum interno gustu. nullæ deliciæ hoc sanguine & lacrymis nobiliores: nullæ magis explent famem, sedant sitim. hinc illæ exsurgunt desideratissimæ mentium ebrietates, cum in cellam vinariam dilecti sui dicitur sponsa, cum audit amicam illam vocem: *Dabo tibi poculum ex vino condito, & mustum malorum granatorum meorum.* Nullum condimentum nullaque mistura gratiор sanguine, sudoribus, lacrymis Iesu nostri: nullum granatorum mustum, sanguineo Christi musto. Beata anima, quæ hoc musto potatur, & dice-

Cant. 1.

re potest, Fasciculus myrrhe dilectus meus mihi, inter ubera mea comorabitur. &, Labia eius lilia distillantia Myrrham primam.

Cant. 5.

O, si

O, si eternum inter vbera nostra commoretur fasciculus ille myrrae è sudoribus, lacrymis, sanguine conflatus dilecti nostri ut audiamus: *Veni in hortum meum soror mea sponsa, messui* Cant. 5. *myrrham meam cum aromatibus meis: comedi fauum cum melle meo,* bibi *vinum meum cum latte meo. comedite & bibite.* Verè messuit in horto hoc myrrham doloris magni cum aromatibus amoris sui, & spe salutis nostræ, comedit fauum cum melle, babitque vinum cum latte suo, cùm vedit fructum profusi sanguinis sui, fructumque lacrymarum & sudorum suorum.

Quinto, tactu interiore mentis, ut dicere securè possis: *Dilectus meus mibi, & ego illi. & illud: Sub umbra illius, quem de-* Cant. 2. *fideraueram, sed, & fructus eius dulcis gutturi meo: fulcite me floribus,* sipayte *me malis; quia amore langueo, ex interno contactu illius.* Quàm nobile ex eo animam sibi parate balneum oporteat. Strue deinde tibi nobilissimum balneum è nobili mistura hac sanguinis, lacrymarum, sudorum, quibus innatet anima tua, lauetur, & super niuem dealbetur. Ac in omni peccato decuras ad hæc natatoria, Siloë mille modis meliora: quibus ab animarum lepra, omniisque animæ morbo munderis. Immerge huic felici balneo totus. tibi enim fluxit hic sanguis, tibi manauit sudor, tibi ceeiderunt lacrymæ. aut sanè corde tuumquam spongiâ collige quidquid hîc fluit; & animo reconde in medelam, in robur, in gaudium.

C A P V T . IV.

De captiuitate Christi in horto.

CONSIDER A illa Euanglistæ: *Tunc abiit Iudas ad principes sacerdotum, & ait illis: Quid vultis mihi dare, & ego vobis cum tradam? At illi constituerunt illi triginta argenteos. Triginta argenteis Christum à Iuda vendi: ab Apostolo Dominum, & iuratis hostibus vendi, ac tantillo pretio orbis pretium vniuersi, cuius una sanguinis gutta cælos terrasque infinitis superabat modis? Quanta iniuria hîc inuritur cælesti Patri, cuius* I. *Matt. 26.*

N filius

filius tam vili venditur pretio? quanta Filio, & Spiritui sancto? quanta matri Virgini, angelisque & mortalibus omnibus? Vide deinde quoties tu vilioribus Dei filium vendas, foedâ non rarò, & volatricâ, & momentaneâ voluptate. quâ virginem, negligis sanguinem pro te fusum; eligis voluptatem; & quod in omni grauiore peccato fit, iterum, quantum in te est, crucifixis Dominum, secas flagris, perforas clavis. vide denique, quomodo Christiani omnes perhorrescant ad Iudeum nomen, ad illius ingratitudinem nullo calamo exprimendam. & perpende an in te demerita minora, quam in Iudeo: immo an non maiora, necdum enim Iudeus fluxerat sanguis, necdum patuerant vulnera, nec crux posita, clavi, lancea. è quibus perfacile colliges ingratitudinis tuæ magnitudinem, quæ à beneficiorum magnitudine & multitudine desumi solet. & indignaris interim Iudeus, qui duodecim aureis, aut sanctè triginta argenteis magistrum vendiderit. tam vili Deum? cum tu non rarò illum aureo, quantum in te est, vendas uno. qui sapientia graue crimen committis, ne viuis aurei iacturam facias. & pluris facis aureo spoliari, quam offendere Deum.

II.

Matt. 26. Quo modo peracta oratione, quam se roborauerat, animumque firmauerat, dicat, *Surgite, eamus; ecce appropinquit qui me tradet;* & occurrat Iudeus & Iudeis, præparatis ad vincula iniicienda: ut discas, Primò, animum per orationem ad aduersari parare, nec aliam esse viam certiorem. disces hoc etiam à Sanctis omnibus, qui Christum suum imitati solâ oratione mentem armarunt; illâque solâ omnibus inferorum potestatisibus superiores steterunt. neque res villa umquam tam fuit ardua, quam oratio non vicerit. Testis mihi Elias, cum nubibus pluviâ, & caelo præcipit ignem: Eliseus, cum leprosis donat sanitatem: Petrus, cum claudio restituit pedes; Paulus, cum mortuo vitam: Zacharias, cum Ioannem impetrat; Daniel, cum hebdomadarum abbreviationem; Ninus, cum denunciati exitiij depulsionem. Secundò, ut videas, quam generoso animo virtuose se Christus pro salute tua aduersarijs obijciat: quam vero igna-

Iudeus proditoris ingratiudine maior est Christianorum peccantium.

Oratione animus ad pericula corroborandus.

Quamq[ue] aeroſe ſe Domingus pro nobis in pericula conciat.

agnoscere tu & tecipidè pro salute tua aduersa subeas; quām frācto & molli animo obuenientia mala suscipias; quām pertinacit prospora ambias; quanto studio secundis inuigiles; quāto sudore commodis, opibus, honoribus: quamque nulli parcas labore; ut hæc consequaris, quæ plerumque animæ noxia; illa autem fugias, quæ menti in primis salutaria sunt. Tertiò, perspende hīc illud Ioannis, post quinque virorum millia quinque hordeaceis panibus, & duobus piscibus pasta, IESVS
cum cognovisset, quia venturi essent ut raperent eum, & facerent Iean. 6.
 cum Regem, fugit in montem ipse solus. Fugit dignates; occurrit aduersis: regium nomen fugâ auertit; vincula vltrò amplexatur: fugit amicos; occurrit hostibus. Quantis hīc docemur! quām pauci imitamur! quis nostrūm oblatos vltrò fugit homines? quis ambit aduersa? quis auersatur dignitates? quis amplectitur opprobria? quis illas fugit, hæc querit? & tamen errare in delectu suo Christus non potest. errat qui ab illo recedit.

Sequitur in Euangelista: *Simon Petrus habens gladium eduxit eum, & percussit Pontificis seruum, & abscidit auriculam eius dexteram.* Intuere Petrum eximentem gladium, quasi in propugnationē Domini sui, & amputantem auriculam crudelis & impij serui: monentem deinde Dominum, & restituentem auriculam hosti. Habes hīc Primò, generosum Petri animum, & inter armatos interritum in caussa Dei; nec intuentem hostium numerum, sed caussæ bonitatem. Habes etiam zelum, sed prudentiâ destitutum, qui armis tueri vult eum, à cuius manu vniuersa hæc pendet machina: cuius imperio stetit, eodemque momento citius redigi in nihilum potest. vt scias ea quæ Dei sunt, non ferro, sed moribus, vitæ exemplo, salutaribus monitis, precibus, lacrymis stabilienda. Sic inermes & exarmatos suos mittit Deus, & tamquam agnos inter lupos, ne animarum conuersionem, potentia, nobilitati, robusti, aut humanæ sapientia, sed Dei solius potentia & prudentia tribueremus. Secundò, monentem Dominum, &

Petri Apō.
stoliæ De-
mino pro-
pugnando
ardor.

arma imperio remouentem, Petrique imprudentiam redarguentem, qui suis viribus amoueri diuina decreta sperabat posse. eiusdem temeritatem, qui se vnum tantis armatis obijciebat. simul ut discamus, non in repellenda iniuria, sed in ferenda salutem positam; nec ferro hanc parari, sed mansuetudine & animi submissione. Tertio, beneficium præstitum hosti crudeli & ingrato: vt, Christi exemplo, non amicis tantum, aut benefacientibus gratos nos præstemus, nec munera tantum in bene de nobis meritos conferamus; sed in eos etiam. qui hostili in nos sunt animo: vt nimirum malefacta benefactis compensemus; pro contumelia, gratiam; pro dolis malis, mentem explicatam & candidam; pro damnis illatis, dona; pro minis, appreciationes bonas; pro detractionibus, laudem reponamus. Præcessit exemplo Dominus in cruce, cùm pro crucifigentibus oraret: *Pater, dimitte illis: non enim sciunt quid faciunt.* Imitatus præuentem Stephanus, cùm interfaxeum imbrem, *Positis genibus clamauit voce magnâ, Domine, ne patinas illis hoc peccatum.* Fecerunt idem, quotquot Christum secuti. Te hîc examina, vide quo animo esse soleas in amicos, quo in hostes; an beneficia illis, an hostilia his reponas, pro fraudibus fraudes, pro damnis damna, mala pro malis, & deteriora etiam pro leuioribus; an verò Christi exemplo mala bonis remunereris.

IV. Audi verba Domini ad Petrum. *Calicem, quem dedit mihi Pater, non vis ut bibam illum?* Quibus nos docet, persecutionum calices à cælesti Patre venire. homo persequitur? sed imperio hoc magni Dei, aut illius fit permissu. vtrumque tamen in salutem tuam, gloriam ipsius. Et sanè mitius mala feremus, si cogitauerimus à benigni patris manu venire. non potest tam clemens pater, qui affectu mater est, & indulgentior matre mater, mala immittere in mortem: immittit in vitam. à patris proinde ac matri manu & pectore si accepérimus, non accipiemus dolentes, non reluctantibus; accipiemus lubentes. Insurgant hostes, & deteriores his amici & domestici, in quos fors

Benefacię
dam tam
inimicis
quam ami-
cis

Luc. 23.

Act. 7.

Ioan. 18.

Aduersa à
Dei manu
immittun-
tur.

fors magna tua extant promerita; si cogitaueris amicâ hæc patris dexterâ, matris vberibus prouenire, cum gratiarum actione excipies venientia, qui scies nihil à tam benigna manu & pectore prouenire posse nociturnum.

Pespende illa: *Omnis qui acceperint gladium, gladio peribunt.* V.

Domino nimis viuanda relinquenda, & ipse retribuet. VI. *Matt. 16.*

de hîc, iudicia Dei & sæculi quâm inter se pugnant. nos acceptâ quacumque iniuriâ, insurgimus in iram & vindictam: & inglorius ille habetur & ignavus, qui illatam iniuriam in vindicatum transit: illegenerosior qui nihil patitur inultum, & pro verbo ferrum reponit. At tu tecum cogita, cuius iudicia certiora, tutiora, prudentiora, Dei an sæculi. & imitari non pigeat eum, qui prior omnem iniuriam insigni mansuetudine expungit. cogita deinde, cuius præmia potiora. & certa incertis, tuta intutis, æterna perituris præfer: & verere sententiam magni Dei, in caussa, ut videbatur, iusta, cum vim vi repellere Petrus conaretur, & ferrum stringeret pro Domino iniuste oppresso. Quid hîc dicat nobilitas omnis; quid aulæ purpurata mancipia? non ad omne ferrum, ferrum stringet? imò non omni viro nobili ad minus urbana verba, manus capulo propior? & non inter ignacos numeretur, qui nudum irrepellsum transeat verbum? imò qui non ferro & sanguine illud putet vindicandum? Hinc illa inferno nata plaeita, Ferrum non alio quâm ferro, iniuriam alapâ, alapam baculo, baculum solâ vitâ posse medicari. nec satis esse, si conuicium conuicio, alapam alapâ, baculum baculo expungas. neque enim contenti sunt paribus repurguisse, maius aliquid necessum accedat malo irrogato: alioqui non stabit læso suus honor, nisi maiorem iniuriam acceptâ intulerit. nam & reparanda illata iniuria est, & noua infligenda, si audire vir nobilis velit, si inter generosos numerari, si non inglorius haberet. Christe, quanto discrimine tua & aulæ disiunguntur placita! disce, Christe, ab his sæculi prudentibus, quid faciendum in omni calumnia, quid in accepta iniuria. monita hîc damnantur.

Vindicta
de iniuria
non sumenda,
exemplum Do-
minis

Aulicorum
& nobiliū
axiomata
de iniuria-
rū vltione.

tur tua , damnantur consilia & facta. ignarus autem moris es: nescis quid deceat sanguinem nobilem. nec mirum: paupere natus matre, fabrum passus patrem , qui scire aulæ recondita potuisti ; quibusque modis damna reparari possint honoris & gloriae? Mirum inter præcepta digito Dei scripta , non fuisse illa nobilitatis placita. ignorabat fôrs Deus, quid imperandum, quid permittendum nobilitati. Æquè mirum , non adnumerari illa inter diuina consilia. destituebatur fôrs Deus sæculi nostri prudentiâ; & discere potuisset , quid consulendum nobilitati, si illam in consilium vocasset. O fatui! verum honor. ignorabat nimirum Deus , quid cuiusque honori debetur; aut quid quasi iure suo gloria , quid nobilitas deposceret. At durum, illatam iniuriam non repercussam transire. graue etiam , rusticè, aut infra genus suum compellari ; minusque benevolè, ciuiliter ac urbanè haberi. molle forte fuit Christo & suaue, pro sceleribus nostris tam pudenda & atrocia ferre. Sed quid dicturus est mundus, si ignauam generositatem viderit in vitro nobili , si vltro ignoscentem , si nullam vindicem manum extenderit, si nullum in iniuria sanguinem aut dederit, aut hauserit? generositas nimirum & laus erit ex vindicta. nemo hoc à Christo, nemo à Deo didicit. an nobilitas nostra, Deo, & generosior Christo est? aut illa, quid esset nobilitas, quidque hanc deceret, sciuit; nesciuit Deus , qui generositas huius, nec præcepta dedit , nec consilia. Aut sanè ignauus Deus est, qui pro maledictis benefacta reponi voluit; pro alapa alteram maxillam ; pro persecutoribus process; pro odio amorem? & generosa nobilitas nostra est , quæ pro malis non paria, sed deteriora iubet reponi; nec pro dente tantum dentem, pro alapa alapam, sed vitam imperat eripi? Quid futurum, cum sederit Deus iudex, nobilesque steterint rei? quid responsuri Deo? adferent in sui defensionem , aulæ leges? aut se malè purpuratis purpuratorum tuebuntur placitis, contra accusantes dæmones, iudicantem Deum? O quam diu stolidis inhæremus, præsentium amatores, futurorum aut ignari,

ignari; aut contemptores, quanto prudenter Dei hic amplectimur imperia, sequimur consilia, ut aliquando illius manus coronemur æternum; quam nobilitatis inhæremus manus, quæ cum mille nostri induant difficultatibus, tum in omni reuam excludunt celo, spoliante sperata gloriâ, & Meritis diuersa iniuriarum remissionis & victionis.

autquam morituris intuoluunt ignibus, quibus fatua illa sæculi generositas, stolidæque purpurata leges, non flammis tantum, sed & ignominiâ cruciatur & iactatur æternâ? misera generositas, quæ omnium risai, cachinnis, contemptui, in sumquam minuendis, numquam mitigandis exponitur ignibus! Felix secularis & aulici honoris, & purpuratorum consiliorum neglectus, qui nobilitatur æternum, laudibusque moribusque prædicatur æternum; Deoque adeò ipsi in felicissima æternitate commensuratur ac pariatur æternum! Iam quæ generositas clarior, quæ certior? non illa, quæ proxime assimilatur Deo? & non illa de propinquo illi assimilatur, quæ consilijs inhæret diuinis, quæque illius generosissimis vestigijs tamquam generosus miles generosè insitit, nusquā ab illis pedem deflectendo? Quæ vero nobilitas maior, quæ illustrior? non illa, quæ propinquior Deo, quæque proprius mores illius exprimit, & plus de illius vita, dictis factisque, quam de humanis mutuatur? Iam vitam intuero, dicta factaque Christi, Dei tui; vide quam longe ab omni aulica vita, moribus, placitis absit: & veram nobilitatem moresque ex Dei cui nobilissima vita moribusque disce. & imitari non pudent eum, à quo præmiari desideras & speras. ab illoque nobilitatem disce, à quo omnis celo terraque vera nobilitas nata. Quæ denique securior veriorq; prudentia est? illâne quæ diuinæ, an quæ humanæ prudentiæ innititur? quæque diuinis consilijs, an quæ humanis, vitam moresque suos accommodat? & quæ ex his falli, quæue in errorem imitatores suos ducceleret & potest? aut quæ nec aberrare à vero, nec in fraudem alios impellere consuevit, aut potest? prior humana est, altera diuina. Quæ rbi tacitus tecum perpenderis, perfacile

vide.

videbis, quam sequi debeas, quam amare.

Homicidae
quam gra-
ues hoc in
mundo
dederint
pernas.

Vide deinde, & consule Scripturam, quomodo res cesse-
rit illis qui in proximum ferrum strinxerunt, aut quacumque
viâ sustulerunt. vide Cainum profugum, Iezabelis canes, A-
chab in omni posteritate punitum, nec nisi cum semine illius
cessasse ferrum. audi Nathan post Vriæ mortem ad Dauidem:

2. Reg. 12. *Non recedet gladius de domo tua usque in sempiternum.* vide Ab-
salonem pendulum de querco, tribusque lanceis confixum
post Amnonis cædem. intuere Ioab post Abner & Amasam,
nec inter altaria, Salomonis iussu, tutum. vide Alcimum post
1. Mach. 9. cædem sexaginta virorum, morientem *cum tormento magno.*

Andronicum post Oniæ cædem, iussu Regis purpurâ exutum,
ac in eodem loco perpetrati facinoris cæsum: Menelaum ve-
rò mortis Oniæ auctorem, imperio Antiochi Eupatoris cine-
ribus viuum insepultum. Et non Saul post cædem Achime-
lech & sacerdotum, & intentatam mortem Dauidi, Philisti-
norum, suo, & precario adolescentis Amalecitæ ferro cadit?
non Abimelech post septuaginta fratrum suorum cædem,
muliebri, & armigeri sui manu iacet? non Athalia post cæ-
dem filiorum Regis, iussu Ioiadæ sacerdotis occiditur? ut per-
rarò siccâ morte vitam hanc finiant, quialicnum sanguinem
circumferunt.

VI. Perpende deinde ista: *An putas, quia non possum rogare Patrem*
Matt. 26. *meum, & exhibebit mihi modò plusquam duodecim legiones angelorum?* At tu memento, vnum ex his olim percussisse in castris

4. Reg. 19. *Aßyriorum centum & octoginta quinque millia.* Et vide quanta pa-
Deum ti-
mentes ab
eo prote-
guntur.

Et vide quanta pa-
rata sint subsidia timentibus Deum. vt bene Eliseus, & verè,
cùm rex Syriæ exercitus sui robore urbem Dothan cinxisset,
puero denuncianti responderit: *Noli timere: plures enim nobis-
cum sunt, quam cum illis.* cumque orasset Eliseus, aperuit Dominus
oculos pueri, & vidit, *& ecce mons plenus equorum, & curruum igne-
orum in circuitu Elisei.* Magna omnino consolatio virorum bo-
norum, qui tam propinquas sibi habent auxiliares & tutela-
res Dei copias: vt proinde nec saceruli, nec inferorum poten-
tiam

tiam vereri debeant. Monemur etiam, in omnibus difficultatibus quacumque manu moris, spem omnem in Deo reponere, nec quidquam metuere illo auxiliante, cum certi de voluntate Dei simus, qui numquam deserit sperantes in se, nec destituit spem suorum, nec frustratur. Vide quid tu facias in aduersis: an ad humana præsidia, an ad diuina decurras: an spem in homine & ingenij tui viribus, opibus, robore; an in Deo reponas. Vide deinde, quanti sub humana spe perierint: quanti, vnde auxilia sperabant, interitum inuenient: quanti delusi ab homine: quam pauci vero subsidia, quæ sperauerunt, repererint: quam denique infidam humanam amicitiam experti fuerint. contrà, quam neminem Deus sefellerit, nullius spem deluserit, nulliusque fiduciam infregerit. Considera denique hic exitum in prudentia sua & viribus, Regumque potentia spem suam omnem ponentium. vide Herodem, Antiochum, Tryphonem, Bacchidem, Holofernem, Sennacherib, Benadad, & omnium propè Regum Israël, & Iudæ. Regum partem longè maximam, Pharaonem, Reges Amalec, Amorrhæorum, aliorumq; plurimorum. vide è contrà Abrahamum, qui in trecentis decem & octo vernaculis de quatuor Regibus victoriam refert. vide Moysem, qui solâ in Deum spe & oratione Amalecitas fundit: Iosue vero quinque Amorrhæorum Reges plebeio pede calcantem: Gedeonem Zebec & Salmana Reges sternentem, cum ante Madianitæ centum & viginti armatorum millia è suis desiderassent: Samsonem in asini mandibula victoriam à Philistæo referentem: Machabæorum vero perexiguâ manu Gorgias, Lysias, Timotheos, Nicanores, Apollonios superatos. & non à tribus Iudæorum millibus centum & viginti armatorum millia Antiochiæ cæsa? non Machabæus Ionathas duobus, nec pluribus sociatus, prolapsam in campo Asor restituit pugnam, victoriam reportauit: non alter Ionathas Saulis, uno armigero comite, ingenitæ Philistæorum agmina ausus aggredi, consanguineo ferro prostrata vidit? taceo reliquos populi illius. Christianos vero

Q

si

Reges-pij
caelitus vi-
ctorias
sunt con-
secuti.

si cogitaverimus, nullo negotio videbimus quid in Deum fiducia potuerit. Docebit te hoc Constantinus Magnus in Maxentium, Gallicanus in Licinium, Theodosius in Maximum, Heraclius in tres Cosrhoë duces, Belisarius in Persarum Ducem Myrthanum, Narses in Gothorum Regem, Ioannes Comnenus in Scythes, Wenceslaus Bohemiæ Dux solo cilicio & cruci armatus in Radislaum Gurinensem Principem armis & robore praefidentem; Pelagius, Alfonsi, Raimundi, Ferdinandi, fortunati Iberorum Reges, in Mauros; deaque Habsburgensis Rudolphus, in cuius in Deum fiducia & pietate, duodecimum iam Austriacum Imperatorem ætas nostra numerat. Plures in omni quâ patet orbis gente inuenies, quos sola in Deum spes magna texit, sola armavit: quibus pro clypeo fides, amor vero & in Deum veneratio, & in Dei Matrem cultus pro telo fuit. atque hinc nobilissimæ inter Christianos natae victorïæ, quas nulla tacebit posteritas, nulla ignorabit, nulla illaudatas transmittet.

Considera etiam proprius illa verba Domini: *Plusquam duodecim legiones angelorum.* Videlur enim allusisse ad duodecim Apostolos, quasi pro singulis Apostolis, singulas angelorum legiones numeraret. & addit *plusquam:* quasi plures euocare legiones in subsidium posset. Quæ res magno bonis omnibus solatio esse merito debet. Nam si vera sunt, quæ Dominus apud Marcum: *Omnia possibilia sunt credenti.* & quicumque dixerit huic monti, tollere & mittere in mare, & non habitarerit in corde suo, sed crediderit, quia quodcumque dixerit, fiat, fiet ei. & apud Iohannemetiam fortius, *Amen, amen dico vobis, qui credit in me, opera que ego facio, & ipse faciet, & maiora horum faciet;* facile videas etiam agmina angelorum, petenti; & legiones numquam defuturas, etiam cum fide imperanti. nam si montes obsequuntur & mortui, non & angeli? &, si euocare plusquam duodecim angelorum legiones potuit Christus, poterit & omnis ille qui credit in Christum, cum maiora etiam credentibus, Christi ore, promittantur, quam ipse operatus est. Discimus hoc

Angeloru
subsidia
adsum co-
rum opem
petentibus

Marc. 9.

Marc. 11.

Ivan. 14.

hoc exemplis magnorum visorum, qui nos fiducia in Deum monent. quid enim non magni videmus in Moysè, quamdiu fiducia sterit? ubi cespitare illa cœpit in terra deserti, exclusus cum fratre à promissionis terra est, quantum vero fiducia Iosue fuerit docet sol homini obsequens, quā Elias, cum nubibus impetrat & Jordani. eadem habes in discipulo illius, cum magistri pallio aquas diuidit, & siccō flumen transit vestigio, & Syrorum exercitum cæcitate percurrit. Plurima genitris huius habes in Regibus & Ducibus Christianis. & plenissimæ exemplorum fiducia huius magnæ in Deum, sunt vixit Sanctorum propè omnium. magnorum etiam Principum & Regum: qui hac uia saepius, quam viribus aut exercitus sui robore nobilissimas à longe potentioribus hostibus victorias retulerunt: qui maiore in Deum Deique Matrem quam in armis fiducia, terrorem hostibus intulerunt, triumphos reportarunt.

Intuere occursum Christi & Iudæ. & audi illum: *Amice, ad VII. quid venisti & perpende mansuetam Domini correptionem.* *Matt. 26.*
 Amicum vocat proditionem & hostem, iauitatem suauibus his verbis ad meditati sceleris pœnitudinem. nullæ hic minæ, nullæ dignæ sceleri pœnæ, nullus Eliæ ignis, nulla Ananias mors, nulla Elymæ cæcitas: sed blanda & materna competatio in aberrantem filium, in ouem perditam. Sed frustra amica monita. ita cum ad profundum scelerum venerit peccator, nullius reducitur blandimentis. O time, quisquis peccatum peccato in ædificas; ne, qui nunc audis, Amice, quò ruis? quò te is perditu? numerens inter illos, quibus dicetur, *Disce-* *Matt. 25. dite à me, maledicti, in ignem eternam, qui paratus es diabolo & angelis eius.* Audiamus nunc magis Dominum, & aperiamus pulsanti. illius enim illa sunt: *Si quis audierit vocam meam, & aperi-* *ape-* *Apoc. 3. ruerit mihi ianuam, intrabo ad illum, & cœnabo cum illo, & ipse me-* *tum.* Vide ut audire in manu nostra sit, & aperire. quod si non esset, frustra diceret, *Et aperuerit, si aperire non posset. aperire ergo potes & administrare pulsantem, & sequi inuitantem ad*

Quām a-
micè Do-
minus Iu-
dam com-
pellet, &
benigne
habeat.

O 2 cœnam.

cœnam. sequamur proinde: ne, si neglexerimus, audiamus eum faruis, *Nescio vos.* Misera ignoratio, quæ cadit in illos, qui h̄c ignorarunt vocantem Dominum, quique neglexerunt. Duo h̄c studiosè perpendenda. magna, dum vita super,

Miseratio Domini erga peccatores. miseratione Domini, in parabola mulieris, & drachmæ deperditæ, in pastoris & ovis aberrantibus, & humeris reductæ, in filiis prodigi stolâ & annulo induiti, & conuiuio excepti; in historia

Matthæi à telonio ad apostolatum, Zachæi è publicani munere, Pauli è persecutore, Magdalena ex indulgentiore vita, latronis è latrocino vocati. Nec contentus Dominus his miserationis exemplis, addit lacrymas. hinc illa:

Videns cinitatem fleuit super illam. caussam tradit: *Quia si cognouisses & tu, & quidem in hac die tua, quæ ad pacem tibi, nunc autem abscondita sunt ab oculis tuis.* Non fleuit super lapides & ligna; sed super animas aberrantes à via salutis. vnde unusquisque sibi dictum putet, Si cognouisses, quæ ventura post hanc vitam tibi, & quidem in hac die tua, die reconciliationis, veniat & meriti, quæ ad pacem tibi æternam, ad tranquillitatem etiam & animi pacem in hac vita. nunc autem abscondita sunt ab oculis tuis, intercipientibus veritatis lucem peccatis, quæ tamquam densa nubes, aut grauis nebula foliis excludunt radios, noctemque adducunt. Habes etiam lacrymas Domini in morte Lazari.

Ivan. II. *Et lacrymatu est Iesus.* Cogita per mortem hanc, animæ mortem designari, corporis morte infinitis modis deteriorem, quam quisque nostrum in omni peccato mortali sibi accersit. quæ cograuior est, quo anima corpore nobilior est.

VIII. Vide osculum, quo Iudam dignatus est Dominus. & ad Domini in dit, *Juda, osculo filium hominis tradies.* Proprio compellat nomine, in testationem benevolentiarum, & quò proditorum molliat pectus, ac intentati cognitionem sceleris inducat. Sed

Luc. 22. *Prou. 18.* verum nimis est illud: *Impius, cum in profundum venerit peccatorum, contemnit: sed sequitur cum ignomina & opprobrium.* Et quod poterat Christus certius interim amoris signum dare osculo?

Cant. L. hinc illa sponsæ verba: *Osculetur me osculo oris sui.* In summa felici-

Hicitatis optatae signum, osculum petit: quasi satianda, si osculum retulisset. atque hinc illa vota: *Quis mihi d^et te fratrem meum fugientem r^ubora matris mea, ut inueniam te foris, & deosculer te, Et iam me nemo despiciat?* Inuenit Dominum Iudas fortis, osculoque potitus est. sed non sponsa. at contraria, impertitus est Iudas osculum Ioab, qui exercitus ductorem Armasam, dum per osculum mentitur amorem, incautum peremisit. Faciunt hoc hypocritae omnes, factuli huius politici, simulatores, qui oculis, ore, vultuque toto, signisque amorem spirant & loquuntur, cum intus hatent odij.

Adulatores
Iudei perfidi-
miles sunt.

Faciunt hoc adulatores omnes, qui sub laudum velamine, tamquam osculis amorem mentientibus, incautos interimentur. illabuntur his suauiter, & sapientum etiam mentes occupant. qui licet sciant mentiri adulantium oscula, testesque ipsi sint sibi, longissime se abesse a laudibus, quas illi sub blando verborum falcino, tamquam venena melle tineta & saccharo, propinant; tamen etiam falsa quae eunt in laudem, iuuat audire: & titillatur his animus, male licet sibi conscientius. Bene de omni adulazione Seneca: *Similis amicitiae est: nec imitatur tantum illam, sed vincit;* verborum nimirum lenocinio & fraude: ut meretrices molli lasciuaque impudentia, castarum matronarum sinceros coniugales amores. Caue, cum cogitaueris illud Cypriani de adulazione. *Arridet ut semper, blanditur ut fallat, illicit ut occidat, extollit ut deprimeret.* Quanta mendacia, & quam noxia venena sub mellitis verborum latent dulciolite sciebat hoc Plinius, cuius illud: *Nihil insidiosius melle venenato;* & alibi: *Blanda complectens ingulat.* Quare prudenter monet Sapiens: *Si te labefauerint peccatores, ne acquiescas eis.* Sub hoc vberc Prou. t. venena latent, quae pro lacte toxica propinant. ut benè proinde cuius ante memini Plinius. *Quod oleum est muscis, formicis, ac reliquis ferè insectis, que oleo peruncta moriuntur si in sole ponantur;* hoc est adulatio Principibus, quā in exitium trahuntur. Nce illis tantum, sed & omnibus: nisi quod nocentius hoc malum Principibus, a quibus in uniuersa regna diffunditur. Merito ergo

ergo de adulacione Basilius. *Blandissima est operum depredatrix,
succunda animarum hostia, tinea virtutum, locusta redens fructum*

*psal. 140. speratum. ut sapienter dixerit Rex magnus : Corripet me iustus
in misericordia, & increpat me: oleum autem peccatoris non impinguet caput meum.* Fit hoc secundum Gregorium, cum demulceret

pro. 27. mentem fauor adulantis. Quare audet Sapiens: Meliora sunt vulnera diligentis, quam fraudulenta oscula odientis. Illa sunt in salutem, haec in interitum: illa properant in medelam, haec in sanguinem: illa in emendationem & profectum, haec in deceptionem & ruinam osculo doloso tecum: ista medentur ut medicina ferro & ignibus, haec ridente vultu officiosè plurimos occidunt. ut facile videas diligentis vulnera, fraudulentis preferenda osculis.

Faciunt idem illi etiam omnes, qui sub veste & signis hominis Christiani & religiosi, Dei hostes sunt. Quod sit, quoties grauioribus irretiti peccatis tenentur. hi enim cum velte, verbis, signis, Dei amorem ostentent, factis hostilitatem profitentur. quos vide an non meritò inter Iudæ socios adnumerare debeas. simul etiam cogita, quid vereri debeas, & meritò super talibus metuere. Super quibus audi querentem iam o-

*psal. 54. lim Dominum: Si inimicus meus maledixisset mihi, sustinuisse
vrique: & si is qui oderat me, super me magna locutus fuisset, abscondisse
me forsitan ab eo. tu vero homo unanimis, dux meus, qui simul*

*psal. 40. cum dulces capiebas cibos. Et alibi: Homo pacis meæ, in quo speravi,
qui edebat panes meos, magnificauit super me supplancementem.*

psal. 27. Addit graues in hos omnes interminations. Qui loquuntur pacem cum proximo suo, mala autem in cordibus eorum. de illis secundum opera eorum, & secundum nequitiam adinventionem ipsorum. secundum opera manuum eorum, tribue illis: reddre retributionem eorum ipsis. Perpende hic quas impropriationes exspectare à Deo debeas, post innumera beneficia partim tibi cum alijs communia, partim singulatim in te collata: quâ deinde verecundiâ afficiendus, quo rubore in oculis omnium: quibus etiam pœnis ingratitudo tua ferienda. Percurre beneficia singula. crescit in

*Hypocritæ
Iudæ sunt
socij.*

Ingratitudo nostra quomodo à Deo suggesta.

in singulis ingratitudo, & cum hac pœnæ. hinc illud: *Vae tibi Matt. 11.*
Corozain, vae tibi Bethsaïda: quia, si in Tyro & Sidone factæ essent
virtutes, quæ factæ sunt in vobis, olim in cilicio & cinere pœnitenti-
tiam egissent. Es tu Capharnaum usque ad cælum exaltata, usque ad Luc. 10.
infernum demergéris. Quia, si in Sodomis factæ fuissent virtutes, quæ Matt. 11.
factæ sunt in te, fortè mansissent usque in hanc diem. Vnusquisque
 hic nostrum sese excutiat, videatque quæ pro sceleribus cili-
 cia reposuerit, quem cinerem capiti insperserit: cogitetque
 non tantum diuinorum subsidiorum subministratum Sodo-
 mæ, quot sibi. è quibus quid meritò vereri debeat, per facile
 colliget. Vide denique, quām multi longè te inferiores scelere,
 æternis adiudicati ignibus, vrantur æternū. quām multi
 nullo monitore adiuti, nullis domesticis externisque exem-
 plis ad meliora prouocati, ob peccata, tuis numero & ponde-
 re inferiora, crucientur æternū. quām multi vix centesimâ
 diuinorum in te beneficiorum collatorum parte suffulti, ob
 duo aut tria peccata grauiora, tormentis addicti sint æternis;
 non addicendi, si vel decimâ beneficiorum in te collatorum
 parte præuenti à Deo fuissent. Quo magis & metuere iure de-
 bes, & ingratitudinem tuam accusare, & vitam in meliorem
 mutare. Quod si non feceris, cogita quas impropagationes à
 Deo, à dæmonibus, à damnationum socijs æternū exspecta-
 re debeas: & quas post tot neglecta beneficia pœnas, & quan-
 to illis grauiores. aut quid in excusationem adferte possis, qui
 cùm longè pluribus beneficijs donatus fueris, pluribus te ta-
 men grauioribusque sceleribus commaculaueris.

Audi Dominum: *Tanquam ad latronem existis cum gladiis & IX.*
fustibus comprehendere me. cùm quotidie vobiscum fuerim in templo, Matt. 26:
non extendisti manus in me: sed hæc est hora vestra, & potestas te- Luc. 22.
embrarum. Et queritur alibi apud Prophetam Dominus: Popu- Mich. 6.
le mens, quid feci tibi, aut quid molestus fui tibi? respondē mihi. quia
eduxi te de terra Ægypti, & de domo seruientium liberaui te. Ego Jerem. 2.
plantaui te vineam electam, omne semen verum. quomodo ergo con-
uersa es mihi in prauum vinea aliena? Considera huc primū sæ-
culi:

Morum
sæculi dili-
gentia &
industria
pudorem
incurvit in
re salutis
negligen-
tibus.

culi prudentiam, diligentiam, industriam. nocte veniunt, ve-
niunt armati, nec quidquam relinquunt intentatum, quò
proposito sibi improbo fine portantur. Secundò, quàm lon-
gè nos in re salutis à prudentia & diligentia sæculi huius si-
mus. quàm illi diligentes in perituriis & corporum suorum
commodis: quàm nos ignavi in rebus æternis, & animarum
nostrarum. Tertiò, quàm illi nulli rei parcant, non opibus,
non corpori, non animæ, ut fruantur optatis: contrà quàm
nos repentes, & in salute paranda socordes ac atuari, cùm pau-
cis sæpè opibus, non magno labore æternam parare nobis be-
atitudinem possimus, ignesque excutere ac propulsare æternos.
Perpende hæc verba: *Hæc est hora vestra, & potestas tenebrarum.*
Sæculi po-
testas po-
testas te-
nebrarum
est.

quasi hora & potestas sæculi, sit potestas tenebrarum: & qua-
si sæculi potestas veniat à potestate tenebrarum. Ita, dum bo-
ni pijque obruuntur, contemnuntur, iactantur, facultatibus
exuuntur, inglorij viuunt, omnibus contemptui & risui, ex-
ilioque ac morte afficiuntur; à potestate tenebrarum hæc na-
scuntur. misera sæculi potestas, quæ à tenebrarum & infero-
rum potestate suam mutuare cogitur; non habitura potesta-
tem, nisi ab illa mutuaretur.

Peccantes
in clamanti
Deo aures
obturban.

Perpende etiam propriùs illa: *Popule meus, quid feci tibi?* re-
censet dein beneficia, quòd potentius moueat, & ab impiè co-
gitatis reuocet. O quoties eadem audiuimus, cùm pulsantibus
animum temptationibus, & iam iam lapsui propinquai mone-
mur à Domino? quoties post iterata peccata inclamat? *Quid
feci tibi?* reuocatq; in memoriam concessa beneficia, & spon-
det plura & maiora? & repellimus monentem, quoties è du-
rissima inferorum erepti seruitute, & in libertatem, solâ Dei
manu, vindicati; vltro nos induimus seruituti, vltroque nos
induimus compedibus, spretâ libertate cælesti, renunciantes
Deo, impioque nos dæmonum sacramento obstringentes?
quod in omni mortali peccato euenire solet. Perpende etiam
hæc verba: *Ego plantavi te vineam eleam.* Deo, & felici æterni-
tati plantati fuimus. excidimus voluntate nostrâ vtroque.

Omne

Omnis fenum verum, & bonum, inditum & inseminatum nobis. admisimus zizania volentes, & per hæc suffocauimus semen bonum. indeque conuersi sumus in prauum. peccata peccatis accumulando, facti sumus in vineam non dilectam, nec Domini sabaoth; sed vineam alienam, remotissimam à vinca Domini. de qua Propheta inclamat: Quid est quod debui ultra Isaia 5. facere vinee meæ, & non feci ei? an quòd exspectavi ut faceret vnuas, & fecit labruscas? Imò quid potuit facere, quod non fecit? Vitam hic moreisque tuos perpende. vide quanta iam inde à prima ætate tibi fecerit Dominus. & an non pro exspectatis bonorum operum vnis, produxeris labruscas? quid exspectas nisi illud interminantis? Ostendam vobis, quidego faciam vineæ ibidem. meæ: auferam sepe m e i u s , & erit in direptionem: diruam maceriam eius, & erit in conculationem. ponam eam desertam. Non eu eniant hæc nobis. ne audiamus quod de ligno vitis huius. Ecce Exch. 15, igni datum est in escam: utramque partem eius consumpsit ignis, & medietas eius redacta est in fauillam. Et illud. Quomodo lignum vi- ibidem, tis inter ligna siluarum, quod dedi igni ad deuorandum: sic tradam ba bitatores Ierusalem, & ignis consumet eos, eò quòd prevaricatores exti terint. Ad unumquemq; dicitur, quod ad habitatores Ierusalem: Quis poterit habitare cum igne deuorante? quis habitabit cum Isaia 33. ardoribus sempiternis? sunt hæc præmia peccatorum.

Audi eumde: Quem queritis? responderunt ei, IESVM Nazarenū. X.
Dicit eis IESVS: Ego sum. vt ergo dixit eis: Ego sum; abierunt retror- Ioan. 18. sum, & ceciderunt in terram. Quanta vis verborum Domini: nec Verbo Do mirum verbo hoc cecidisse, quo uno cælum & terra, & quid- minus ad uerbarios quid his continetur, steterat. quo etiam uno, cùm voluerit, in antiquum suum nihil, quidquid creatum est, redeat. cuius in terram prosteruit. etiam illud. Videns fici arborem, & nihil in ea nisi folia tantum, ait Matth. 21. illi, Numquam ex te fructus nascatur in sempiternum. & arefacta est continuo ficalnea. Non eu eniat hoc animæ nostræ, ne arefact ad verba Domini, ne morte moriatur secundâ, nullâ prece re parandâ. Nec nouum illud Deo. hinc illud: Percussit de Bethsa- 1. Reg. 6. mitis, eò quòd vidissent arcam Domini. & percussit de populo septua-

ginta viros, & quinquaginta milia plebis. Irreuerentia magna indubie in hoc visu intercesserat: alioqui in salutem potius, quam in interitum hic aspectus fuisset. Discutiamus cōscienciam nostram, & videamus, quoties nos, non in arcam Domini, sed Dominum ipsum inuenierabundi in templis intueamur, & timeamus exitum deteriorem. Quid? quod, cum Core, Dathan & Abiron opposuissent se Moysi & Aaroni, secundum Num. 16.

Irreuerentur in eum
ruimus
dam peccamus.

ta sit manus Domini magna, & dirupta terra sub pedibus eorum, & aperiens os suum, devorauit illos cum tabernaculis suis, & vniuersa substantia eorum: descenduntque vivi in infernum, operti humo. Quoties nos non in inferiore scelere offendimus & insurgimus in Dominum, transgredientes mandata illius? qui si non sanguinat, ut in Core, ipso sceleris momento; quam verendum, ne tarditate & pœnæ dilationem grauitate compenset. Cumque murmurasset populus super morte Core, egressus ignis sanguit in illum. Fuerunt autem qui percusi sunt, quatuordecim milia hominum & septingenti. Nec cessasset ignis, nisi accessissent preces Moysis & Aaronis. Quot exsurgunt murmurationes nostræ? quoties erigimur in Superiores? quoties imperata negligimus, damnamus? quoties consilia contemnimus, facta, dicta reprehendimus? nec tamen, ideo quod mors nulla sequatur, scelus nullum, aut minus est: nec minor nos manet ignis. Jam, si ad initissima hæc verba, teste Augustino, *Ego sum; impios deiicit, quid indicaturus faciet? quid regnaturus poterit, qui moriturus hoc potuit?* Simile aliquid evenisse legimus Paulo,

Affor. 22. quod hic Iudæis, ad illa verba: *Ego sum Iesus Nazarenus, quem tu persequeris.* ad quæ tremens, stupens, cæcus corruit. O si; quoties peccandi sese offerunt occasiones, illa ad Paulum reuocemus in memoriam: *Ego sum Iesus Nazarenus, quem tu persequeris!* vide quem offendas. Saluatorem, Patrem, Iudicem, Deum;

Christus
Iudeus quo
in maledi-
ciosi falaci-
na verbo-
rum lucet.

à quo omni momento vita tua penderatque utinam tantum in auribus nostris Domini verba, quantum in Pauli operentur. Et verò cum armata Iudæorum manus ad lenissima verba cadat retrorsum tamquam fulmine percussa, quid futurum ad illa:

illa: *Discedite à me, maledicti, in ignem aeternum?* Hinc illa damnatio Matt. 25.
 nandorū verba montibus, *Cadite super nos; & collibus, Operite nos.* Luc. 23.
 Eadem habes apud Oseam. *Dicent montibus, Operite nos; & collibus, Cadite super nos.* Et in eamdem sententiam apud Isaiam. *Et cap. 10.*
introibunt in speluncas petrarum, & in voragini terrae, à facie formidinis Domini, & à gloria maiestatis eius, cùm surrexerit percutere terram. O si, dum viuerent, cum ijs, quiegentes, angustiati, affliti, *Hebr. 11.*
Etsi, quibus dignus non erat mundus, in solitudinibus errassent, & speluncis, & cauernis terre; peritum mœrem delegissent, sponte camque modico finiendam egestatem; & poenitentiae speluncas, amoris cauernas; maturassentque è saeculo fugam aeternam profuturam: nullas in die Domini magno, non profuturas petrarum speluncas quererent, aut voragini terræ. Habes vero etiam diei illius hotorem fortius expressum à Domino apud Lucam: *Erunt signa in sole, & luna, & stellis, & in terris pressura gentium præ confusione sonitus maris & fluctuum; arescentibus hominibus præ timore, & exspectatione, que superuenient variis in orbi. Nam virtutes calorum manifestabuntur: & tunc videbunt filium hominis venientem in nube cum potestate magna & maiestate.* Quid omisit horroris, qui solis, lunæ, stellarum, maris, fluctuum stuporem, sœua murmura naufragiorum prænuncia & deliquia narravit? quid omisit timoris, qui arescentes dixit homines solo metu, qui exsuccida membra, emedullata ossa, corporaque tota vitali humore suo naufraga in uno arescenti verbo dixit? quid omisit ad terrorem, qui cælorum robora ac virtutes natali loco mouendas, orbemque vniuersum in nobilissimis suis partibus collidendum non obscurè narrauit? Hoc mirum, quidquid hic denunciatum horroris ac terroris, à filio hominis venire. quem cùm in passione videamus oves & agnum, & ovem & agnum tantum; in die illo extremo videbimus contenebrantem cælos, collidentem terras, cælestiaque robora eneruantem, orbemque totum quasi sede suâ pellentem. non miraberis, si cogitaueris in illo die iudicem, & iudicem tantum. In passione vides reum; scelerum tamen

Judicii dies nostrorum, non suorum reum: in die illa, tot prædictionibus, tot antè sæculis deceantata; nullis precibus, lacrymis, votis flentibus Iudicem. ante cuius tribunalia moueri nescia, commiserari nescia, nulla videbis discrimina purpuræ & sagi; non sceperi & lagonis; non doctæ & indoctæ mentis; non diuitis & pauperis; nondomini Regis, serui. sola enim virtus ibi discriminatur, solis meritis demeritisque discernimur pariamur reliquis. Dura nimis sors Regum, Principum, sæculi magnorum, diutium, nobilium, doctorum, ineruditæ, egenæ, vili, & toties pedibus calcatæ æquari plebi. vera tamen nimis dum viuimus, versamur in hac mundi scena, in qua singuli partes suas tuentur, ille Regis, domini, docti, diuitis, nobilis; alter serui, mancipij, indocti, pauperis, ignobilis. certinâ per mortem reductâ, redimus ad priora, ad animæ & corporis paritatem, ad unum patrem & iudicem, filij & rei, perfectæ scenæ rationem reddituri, præmiaque aut poenas relatuæ. Hic vides non inferiora præmia aut poenas à scenæ magistro referre, qui rusticum & seruum benè maleue expressit, quam qui nobilem & Regem. eadem in illa Domini die repries. sed & cum, qui hinc Deum fecutus monenter, suadentem, serui personam sustinuit benè, regiâ non raro inter cælestes æternaturâ donandum coronâ; cum non pauci Regum seruitutem seruient omnium infelissimam, numquam inter æternos ignes deponendam. mutat nimirum tribunal illud Domini, theatrum & scenam; & è dominis seruos, è seruis dominos statuit: præmiat seruos, puniat dominos. Beatis serui, quorum præmia felici commensurantur æternitate! infelices domini, quorum poenæ infelici commensurantur æternitate! Meminit diei illius Ioël. *A facie eius contremuit terra, moti sunt cœli: sol & luna obtenebrati sunt, & stelle retraxerunt splendorē suum.* Addit alibi, *Et Dominus de Sion rugiet. Paucis multa, & quæ meritum omnibus incutiant horrorem, & ad meliora prouocent. Quò se hinc vertat homo? abdet se terræ? contempsit terra. abdet cælo? commouebuntur cœli. confugiet ad solem? frustra.*

*Cap. 2.
Eum præ-
nuntiavit
Prophetæ.
Cap. 3.*

serà sperat lucem, cùm exulet ab hoc lux omnis. ad lunam? sole noctescente, nequidquam spores à luna, quæ lumen omne suum mutuatur à sole. ad stellas? frustra iam stellæ splendore destitutæ. Et rugitus Domini quæm non horrorem ineuictæ sanè rugitus leonum omnium, balantium ouium vox est, ad rugitum iudicantis Domini. contremiscuat minora animalia ad rugitum leonis: ad Dei verò terra, cælum, sol, luna, sidera, inferorum potestates, & quidquid cælo & terris magnum. hinc nulla iam diademata, sceptra ac purpura nullæ: opes, potentia nullæ. ad cuius indignantis vocem ferrum, æs, chalybs, instarceræ medijs in fornacibus fluit, ut aquam arbitreris situlâ effusam: & quidquid firmum magnumque, ut ardente sole niues, colliquescit. Audiamus alium: *Nigrescere* Eccl. 32.
ficiam stellas celi: solem nube tegam, et luna non dabis lumen suum.
omnia luminaria celi mærere faciam super te, et dabo tenebras super
terram tuam, dicit Dominus. Quantus horror nigrescentibus stellis, subducto sole, subtracto lunæ splendore, mœrentibus omnibus celi luminaribus, cùm solæ tenebræ inambulant terras? quanto prudentius dum viuimus mœremus & desfemus peccata nostra, no scerâ cum celi luminaribus mœreatmus pœnitentiâ! Et non mirum, mœrere celi luminaria super perituro homine, hominémque solum mœrorem ignorare & lacrymas in causa capitî sui. Meritò inclamat hîc Iocel: *Vlulate* Cap. 2.
in monte sancto meo, conturbentur omnes habitatores terre: quia ve-
nit dies Domini, quia propè est dies tenebrarum et caliginis, dies nubis
et turbinis: ante faciem eius ignis vorans, et post cum exurens flam-
ma. Dabo prodigia in celo, et in terra, sanguinem, et ignem, et va-
porem fumis: sol conuertetur in tenebras, et luna in sanguinem, ante-
quam veniat dies Dei magnus et horribilis. Leuiores lacrymæ sunt:
vulnare nos vult, quia venit dies Domini, iudicantis Dei, &
omnium cordium abdita scruntatis & detegentis, orbe teste
& inspectore. Ad quæ hîc consurget homo? ad ignem præce-
dentem, nulli parcentem, omnia vorantem? ad subsequentes
flamas. omnia exuentes? ad solares tenebras? ad lunam san-

Cap. 1. guinante? ut proinde bene Sophronias: *Dies iræ dies illa, dies tribulationis & angustia, dies calamitatis & miseria, dies tenebrarū & caliginis, dies nebulae & turbinis, dies tubae & clangoris.* Quid magis ad metum, ad stuporem, ad horrorem? quid ad vitæ in melius emendationem? & repescimus interim; & nullum peccandi finem facimus: & ludere & conuiuari, & deliciari lubet: nec aliud. & ramen omni momento dubij stamus de morte, de iudicio, de æternitate. Aliud habemus à Davide. *Cor meum conturbatum est, & formido mortis cecidit super me: timor & tremor tenebrarū super me, & contexorant me tenebrae.* Hæc Rex. & nos securi inambulamus, erectâ cervice, pulso metu, honoribus, opibus, voluptatibus innatantes, tamquam æternaturi in illis. & in medio cogitationum harum rapimur impropositi ad cerebrum, nebulæ, turbinis & caliginis diem. Describit nobis diem

Psal. 54. illam nobili calamo Ioannes. *Ecce terra motus magnus factus est. & sol factus est niger tamquam saccus cilicinus: & luna tota facta est sicut sanguis: & stellæ de celo ceciderunt super terram, sicut fucus emitit grossos suos, cum a vento magno mouetur. & celum recessit sicut liber inuolutus: & omnis mons & insulae de locis suis mota sunt: & Reges terræ, & Principes, & tribuni, & diuites, & fortes, & omnis seruus & liber, absconderunt se in speluncis, & in petris montium: & dicunt montibus & petris; Cadite super nos, & abscondite nos à facie sedentis super thronum.* Quis vel sola seriæ cogitatione non contrémiscat totus ad solis noctem, mortem lunæ, stellarum lapsum, cælorum fugam, montium & insularum secessionem; Regum, diuitum, pauperum, dominorum, seruorum tremorem & fugam parem; & communia omnibus latibula, speluncas, & exelatas montium petras? Et discriminem in his nullum. nam quod discriminem à nuditate, & spelunca, & petrarum crutis? & quis discriminabit eos, quos sola nuditas vestit, sola spelunca tegit, solus horror & timor cingit? Iam quis nostrum feret Iudicis oculos sedentis super thronum? quanta mutatio, iudicis, & rei; agni, & leonis; benignissimi & ad se ultra inuitantis, & seuerissimi & à se repellentis? quanta, *Venite ad me omnes,* qui

Apocal. 6.

Matt. 11.

qui laboratis & onerati estis, & ego reficiam vos; & Nescio vos? &, Matt. 25.
 quod grauius, Discedite a me, maledicti, in ignem aeternum, qui pa- Ibidem.
 ratus est diabolo, & angelis suis. Ut videoas, quantum sit discrimin
 inter sanguinem in horto, columnâ, cruce copiosissimè fun-
 dentem; & ignibus adiudicantem aeternis. O qui haec cogitet,
 patientem & terrentem, inuitantem & repellentem, aman-
 tem & perdentem, præmiantem & punientem; non ample-
 etetur amantem, & partibus se flammis studijsque excitabit in
 amorem & sequelam: ut, cum hic amauerit, & secutus præ-
 euntem fuerit, præmiantem sentiat patrem, non sentiat pu-
 nientem iudicem? Hæc volumus, dum legimus. auolant de-
 inde cum lectione pia vota, & ad nuperum ingenium reuerti-
 mur, ad sæculi mores, & fatua nimis consilia aeternum peri-
 mentia: negligimus vero Dei monita aeternum beatitia. O, si,
 dum tempus patitur, euoluamus sapientiam nobiscum verba
 illa terroris plena! Ibunt directè emissiones fulgorum, & tamquam sap. 5.
 à bene curvato arcu nubium exterminabuntur, & ad certum locum
 insilient. Et à petrofa ira plena mittentur grandines, excandescet in
 illos aqua maris, & flumina concurrent duriter. Contra illos stabit spi-
 ritus virtutis, & tamquam turbo venti diuidet illos: & ad erenum
 perducet omnem terram iniquitas illorum. Et illa alterius validif-
 fima in terorem & horrorem. Vlulate, quia propè est dies Domini- Isaia 13:
 ni: quasi vastitas à Domino veniet. propter hoc, omnes manus dissol-
 uentur, & omne cor hominis contabescet, & conteretur. torsiones &
 dolores tenebunt: quasi parturiens, dolébunt: unusquisque ad prox-
 imum suum stupebit: facies combustæ vultus eorum. Ecce dies Domini
 veniet, crudelis, & indignationis plenus, & iræ furorisque, adponen-
 dam terram in solitudinem, & peccatores eius conterendos de ea. quo-
 niā stellæ cœli, & splendor earum, non expandent lumen suum: obte-
 nebratus est sol in ortu suo, & luna non splendebit in lumine suo. &
 moliebitur terra de loco suo, propter indignationem Domini exercituum,
 & propter diem iræ furoris eius. Hæc qui cogitet, neque ullam
 certam vitæ horam spondere sibi certò possit, peccabit, cum
 claudi his terroribus omne peccatum ipso quo perpetratur
 mo-

Hic nobis
 iugiter
 præculis
 habendus.

momento sciat posse? & quò tunc nobis opes, quò honores?
Malach. 4. Ecce enim dies venies succensa quasi caminus: & erunt omnes superbi,
& omnes facientes impietatem, stipula, & inflammabit eos dies rueniens, que non derelinquet eis radicem & germen. nec memoriam
quidem eorum, nisi in ignibus numquam morituris: in quibus semper erunt stipula, semper flammarum materia.

XI.

Ioan. 18.
Magnam
suorum
Dominus
curam ge-
rit.
Luc. 21.
Matt. 20.
Luc. 12.

Pergit Iesvs. Si me queritis, finite bos abire. Vide quantâ tenetur curâ suorum. quæ res excitare nos debet in magnam fiduciam, cum sciamus verum illud, *Capillus de capite vestro non peribit.* & illud, *Vestri autem capilli capitis omnes numerati sunt:* ut nullus sit in obliuione coram Domino. Et plena est Scriptura exemplorum. vide Moysen, Dauidem, Abrahamum, Iacobum, Iobum, Tobiam, Mardochæum, Iudith, Samuelem, Sannam, Danielem in leonum lacu, tres pueros in Babyloniam fornace, Eliam in persecutione Iezabelis, Apostolos, Martyresque omnes. quos si aliquando sibi reliquit, ac quasi destituit Deus, numquam tamen destituit in interitum. permisit, fateor, iactari in hoc æquore tribulationum magnarum; numquam tamen permisit sorberi. permisit calçari, rideri, vinculis cōstringi, cædi, ignibus vri, forcipibus excarnificari, plumbatis contundi, securibus subijei, millèque tormentorum generibus cruciari; sed in salutem, in gloriam. permisit hīc ignobilem vitam trahere, malis iassari, opprobijs & contumelijs tamquam montibus insepeliri; sed in præmiationem nullo æuo ponendam, nullo minuendam. Quæ res meritò animos addere nobis debet ingentes, & in imitationem illorum in hac vita accendere, quorum exitum & coronas amamus.

XII.

Matt. 16.
Zach. 13.
Marc. 14.
Apostolo-
rum fuga
quid nos
doccat.

Intuere Apostolorū fugam, iuxta illud Euangelistæ, Tunc discipuli omnes relicto eo fugerunt. & prædictionem Domini: Percutiam pastorem, & dispergentur oves. Cum præfidenter nimium dixisset Petrus, *Etsi oportuerit me simul commori tibi, non tenegabo.* & exinde reliqui. Similiter autem & omnes dicebant. Disce Primo, metuere. metus salutis caussa, præfidentia lapsus: illum pru-

prudentia, hanc temeritas comitatur: dux ille ad securitatem,
 hæc ad interitum. Disce Secundò, in solo Deo spem ponere,
 non in homine, aut robore tuo: monente Prophetâ; *Maledic.* *Iacob. 17.*
*E*ius homo, qui confidit in homine, *E*ponit carnem brachium suum, *E*ad
*D*omino recedit cor eius. erit enim quasi myrica in deserto, *E* non vide-
 bit cùm venerit bonum: sed habitabit in siccitate in deserto, in terra
salsuginis & inhabitabilis. Contrà verò, *Benedictus vir, qui confi-*
dit in Domino, & erit Dominus fiducia eius. *E*rit quasi lignum,
quod transplantatur super aquas, quod ad humorem mittit radices
suas. *E* non timebit cùm venerit eftus: nec aliquando definet facere
fructum. Fatui omnino, qui confidunt in homine, cùm nemo
 sibi certa promittere de aliena voluntate possit. Et non innu-
 meris propè exemplis docemur, infido fundamento inniti,
 quisquis alienæ voluntati innititur; cùm nulla propè arundo
 tam varijs agitetur ventis, quam hominis animus, omni flexi-
 bilior arundine? è minima cauſa, ex amore exſurgit in odia:
 imò, è nulla cauſa, è benefica manu in ferrum & sanguinem.
 Quid: quòd plures ferè viros magnos consanguineo magis,
 quam extero cecidisse ferro reperias: vt nec fratri, neque adeò
 coniugi fidi possit. Stolidior etiam est, qui in robore suo, vir-
 tute, eruditione, prudentia, solertia sua, spem omnem ponit.
 mille intercurrentia hanc fecant: improbae aliorum volunta-
 tes, aduersa studia, æmulationes, amor sui, alieni odium, alia-
 que his similia. Ille prudens est, qui in solo Deo spem omnem
 ponit. nemo hunc falleat, nulli doli cuertent, nulla subuertet
 prudentia. neque enim vlla comparari diuinæ sapientiæ po-
 test. Propone hîc exempla illorum, qui in Deo spem omnem
 suam posuerunt. plenæ sunt sacræ Litteræ, plenæ omnium
 temporum historiæ. cogita Dauidem; ac inter Christianos,
 Reges ac Principes plurimos. propone etiam exempla illorū,
 qui sibi viribusque suis præfidentes miserè perierunt. ac inter
 Principes ac Reges cogita Nabuchodonosorem, Baltassarum,
 Herodem, Holofernem, Antiochum. de quo Scriptura: *Qui 2. Mach. 9.*
sibi videbatur etiam fluitibus maris imperare, & montium altitu-
dines.

In solo
Deo spes
ponenda.

*dives in flatera pendere, & sidera celi contingere se arbitrabatur, cum
nemo poterat propter intolerantiam factoris portare: ita ut de corpore
impij vermes scaturirent, & odore illius ac factore exercitus grauare-
tur.*

Abdie 2. *Atque hinc etiam illa Prophetæ ad Edom: Superbia cor-
dis tui exaltit te, habitantem in scissuris petrarum, exaltantem solium
tuum: qui dicas in corde tuo, Quis detrahet me in terram? si exaltatus
fueris ut aquila, & si intersidera posueris nidum tuum; inde detrahant
te, dicit Dominus.* Hinc etiam ad illum, qui dixerat: *Anima, ha-
bas multa bona posita in annos plurimos; requiesce, comedere, bibe,
epulare;* dicit Dominus: *Stulte, hac nocte animam tuam repetunt a-
te; que autem parasti, omnis erunt?*

XIII. *Intuere dein illud Euangelistæ: Cobors & tribanus, & mini-
stri Iudeorum, comprehendenderunt LESVM, & ligauerunt eum: & ma-
nus insecerunt in eum, & tenuerunt eum. Ut verum illud h̄c fue-
rit Prophetæ: Circumdederant me canes multi: concilium malignan-
tium obsedit me. More nimirum canum insultantium prædæ,
sic irruerunt efferi in Dominum. Et sicut exulant victores ca-
pta præda, ita barbaro effusi gaudio sunt, capto Domino, de
quo dictum bene: Circumdederant me vituli multi, tauri pingues
obsederunt me: petulcâ nimirum vitulorum insolentiâ, & fero-
ci taurorum immanitate, qui parcere non didicerunt. Addit-
Psal. 21. *Aperuerunt super me os suum, sicut leorapiens & rugiens: sicut esu-
riens, soloque rugitur suo obuia quaque exanimans. Vide in-
quo horum numero, an in omnium inueniaris: an tamquam
canis redreas ad vomitum scelerum, semel per poenitentiam
electorum: an tamquam vitulus fatuæ iuuentutis, nullo bo-
norum ac malorum delectu, in obuia rapiaris, ac deteriora-
ferè deligas: an tamquam taurus pinguis recalcitrare soleas
monitis diuinis, toto impetu in fœdas corporum voluptates
protuens: an tamquam leo, superbiæ ac feritatis in alios iu-
bas excutias: an denique tamquam venator prædæ, sic tu no-
Iudeorum *capientium* **Domini** *in gratitu-
do.* *vincula, per noua sclera, Domino iniicias. Examina h̄c
propius insolentem Iudeorum immitatem. cogitā Iudeos,
populum electum ex omnibus; beneficia dein Dei in illum.***

per-

percurrit educationem ex Aegypto, scissum mare, manu pluviā, promissoris terram lacte & melle fluentem: & pro his vincula, manicas, compedes, petulantes risus, scuriles iocos, immanes in terram illusiones, fœdas proculeationes.

Quæ omnia non tam à Iudeis, quæ à sceleribus suis nata.

nec hoc semel, sed tories quoties nouis sceleribus Dei mandata transgrederis. quod qui facit, calcare Del mandata cetero
setur pedibus: adeoque quantum in se est, Deum ipsum. Hic cogita, quis tu, quis Deus. simul peccatorum excute grauitatem, à quibus hæc patitur cæli terraque conditor Deus. In-

tuere deniq; de summo cælorum triste hoc in Vnigenito suo spectaculum videntem cælestem Patrem, angelos omnes. co-

gita tandem, quæm scuerâ sententia percussurus sit Pater illos omnes, qui non contenti semel in magnō suo filio vinculis

sæuisse, nouis in dies per nova crimina sæuiunt. Vide autem, quantis tu peccatorum vinculis tenearis, quæm miseram scelerum seruiturem seruias, quantis magnorū criminum compedibus tenearis, quibus misere anima compedita iacet, facta mancipium hostis tui. ut merito dicere cum Propheta possis:

Funes peccatorum circumplexi sunt me. longè validius quam David.

Cuius ratione quæri hæc potest, quare non disrupte vincula Christus noster Samsonis more? Responseri potest. Primo, alligatum fuisse Christum vinculis

peccatorum nostrorum, quæ solo illius sanguine dissolui poterant: cum solo sanguine æs alienum graue, quo per peccata tenebamur, & pro quo spoponderat Christus, solus posset, ut iustitia satisficeret. Secundo, alligatum fuisse Christum amore nostro vinculis, à quibus nemo vere amans dissolui cipie-

qui magis magisque illigari illis vult: quisquis amat, maxime verò Christos, qui per hæc amoris vincula, peccatorum, quibus iam inde a paradiso tenebamur, soluit vincula. nam &

fractus vinculum Christi, disruptio vinculum fuit nostrum: rursum fuit: ita ut quibus Christus alligatus fuie vinculis, ijsdem foliati nos fuerimus; non solvendi, nisi illigatus illis ipse pri-

-10.-A

Q² fu-

Cur vincula Christus non disrupte.

Ligatur cum amor nostro.

Digitized by Google

Google

fuisset. & vt Samsonem per ultimam ligationem, quā se nimius amor prodidit, vires deseruerunt: ita Christū nostrū per amoris vincula robur destruit, vt ē leone de tribu Iuda factus sit agnus. & Samson quidem licet causam vinculorum dederit, non amauit tamen illa: ac quamvis fatuo quodam amore vires suas detegendo, captiuitatis suæ causam dederit; non amauit tamen carceres, nec volens se in illos, nec in hostium se suorum manum vtrō coniecit. Christus & vinculorum causam dedit, cùm debitum omne nostrum, cui vincula debebantur, in se suscepit; & amauit, quæ ambiuerat, vincula, & propter quæ carne vestitus, cælo, vt ita dicam, exulauerat. nec fatuo Christus, sed prudenti generis humani amore, vires suas aperuit, cùm uno verbo vniuersam Iudæorum armatam cohortem illisit terræ. nec tamen vltra lapsum hunc vti viribus voluit, sed vtrō ligandas manus præbuit; & ne frustrarentur, cùm effugere posset, hostibus occurrit; ac, ne in aliquo discipulorum fallerentur, ipse ante suos processit, & vtrō compellauit, & in Iudæam plexus ruit. Sed & Samsonem post capillorum præcisionem verè vires destituerunt: Christum numquam vires destituerunt. mansit idem robur inter vincula, flagra, crucem, quod antè; sed se posuisse visus est in horto robur omne, sequè illo post orationem exuisse. non quòd verè exuerit, sed quòd illo, toto passionis tempore, cùm posset, vti voluerit, nisi ad maiora ferenda. Neque ob aliam causam vincula Christus induit, quām vt nos peccatorum, quibus tentebamur, vinculis exueret, magnis omnino, & nimis verè vinculis. Meminit horum Sapiens: *Iniquitates sue capiunt impium, & funibus peccatorum suorum constringitur.* O nimis peccatorum funes graues! nullis tam potentibus constrictus olim Samson, siue à populo, siue ab vxore sua: nullique malefici tam arcte vinciūtur, quām impius peccatis. Nec funibus tantum, sed & catenis stringitur peccator. Sciebat hoc Augustinus: *Mortiferā suavitate trahebam catenam meam, solus timens, & quasi concusso vulnere repellens verba benè suadentis tamquam manum soluentis.*

Peccata illum strinxerunt magis quā funes.

Prov. 5.

O nimis peccatorum funes graues! nullis tam potentibus constrictus olim Samson, siue à populo, siue ab uxore sua: nullique malefici tam arcte vinciūtur, quām impius peccatis. Nec funibus tantum, sed & catenis stringitur peccator. Sciebat hoc Augustinus: *Mortiferā suavitate trahebam catenam meam, solus timens, & quasi concusso vulnere repellens verba benè suadentis tamquam manum soluentis.*

Acci-

Accidit hoc propè omnibus peccatoribus, qui peccatorum, quibus illigati tenentur, catenas cum quadam sensuum dulcedine trahunt. ac licet mortiferæ sint, delectat tamen illis constringi: ipsisque delectantur vinculis, tamquam si quis venenario delectetur poculo, cui mellis aliquid permistum aut saccari: non, quod venena placeant, sed quod mella placent & saccarum, licet mortiferum secum vechant. Allusio ad illa vinclula David. verba illius sunt: *Dirupisti vincula mea: tibi Psal. 125. sacrificabo hostiam laudis, & nomen Domini invocabo.* Ideo offert hostiam laudis, quia peccatorum illius à Domino disrupta erant vincula, & donatus libertati, vindiciâ Domini manu, ut meritò inuocet vindicis sui nomen. imitemur.

Per vincula etiam Christi, à veteris legis vinculis exsoluti sumus. de quorum duritia Petrus: *Quid tensatis Deum, imponere ingum super cervices discipulorum, quod neque patres nostri, neque nos portare potuimus?* lugum verè ferreum, durum, immite: cui ferè perpetua illigata erat commissatio mortis, non dilatæ, sed delicto iunctæ. Docebit te hoc Scriptura vetus, in omnibus propè Regibus Israel. intueri dein populum illum; vide pec-
cantem, sed peccato pœnam inhærentem. Nadab & Abiu filij Aaron offerunt coram Domino ignem alienum: *egressusq; ignis à Ipsi quâm Leuit. 10. Domino devorauit eos.* Surrexit exinde murmur populi quasi dolentis *Num. II.* pro labore: *& accensus ignis Domini devorauit extremam castrorum partem.* nec finem fecit, nisi ad preces Moysis. Non, post fastidium mannæ & coturnicum escam, percussit Dominus popu-
lum plagâ magnâ nimis? Et manent adhuc monumenta concupiscentiarum, vbi sepultus est populus carnis audissimus. Non, cùm Maria soror Moysis obmurmurasset fratri, *apparuit can- dens leprâ quasi nix?* Non, cùm Core, Dathan, Abiron oblocuti essent Moysi & Aaroni, *dirupta est terra sub pedibus eorum,* & Num. 16. aperiens os suum devorauit illos cum tabernaculis suis *& rniuersa substantia eorum, descenduntque viui in infernum, operti humo?* & iam mulieres & paruuli murmurationū ignari. Accessit murmuratio populi super morte Core & sociorum: & secutus im-

Vinculus
soluit nos
a vinculis
legis.
Acter. 15.

Ipsa quâm
rigida &
seuera.

- missus ignis à Domino, quem solæ Mosaicæ preces extinguerent.
- Num. 16.** re potuerunt. Fuerunt autem qui percussi sunt, quatuordecim milia & septingenti. Cæso dein Chananaeo obloquitur Israel, & misit Dominus in populum ignitos serpentes, solo ænei serpentis asperitu medicandos. Accessit ingens vniuersi Israelis in Domum obmurmuratio: sed graui eo ipso momento sententiâ percussi à Deo.
- Num. 14.** Omnes qui numerati estis à viginti annis & supra, & murmurastis contra me, non intrabitis terram promissam, præter Caleb & Jósus. Et non vigintiquatuor millia fornicantis populi in filias Moab vnâ plagâ corruebunt: audi Scripturam.
- Num. 25.** Fornicatus est populus cum filiabus Moab, & occisi sunt viginti quatuor millia hominum. Non quasi viginti tria millia post vituli adorationem Leuiticis obturcata gladijs diuinæ iræ litauebunt? non ipse Moyses & Aaron audiunt? Quia non credidistis mihi, ut sanctificaretis me coram filiis Israel, non introduceretis hos populos in terram, quam dabo eis. Quid? quod vnius Achan transgressionem vniuersus Israel luerit, & ob pallium coccineum, ducentas siclos argenti, regulamque auream quinquaginta siclorum, è spolijs Iericho anathemati à Domino subiectis seruata, Israel hostibus suis terga verterit? Grauia omnino hæc in illa lege, quæ nihil habebat paternum; sed dominum loquebatur & servum. vnde illud Pauli: Nolite iterum iugum servitutis contineri. cum contrà lex noua nihil sonet nisi patrem & filium. Vnde illa
- Matt. 11.** Christi nostri: Venite ad me omnes, qui laboratis, & onerati estis, & ego reficiam vos. tollite iugum meum super vos, & discite à me, quia mitis sum, & humilis corde: & inuenietis requiem animabus vestris. Iugum enim meum suave est, & onus meum leue. quia onus & iugum patris & matris: cum veteris legis, esset onus & iugum domini, non patris, non matris. nil mirum, cum lex vetus esset timoris, non amoris: illa seruorum, hæc filiorum: illa iustitia, hæc gratia. quare & factum, ut vincula illorum essent seruorum, nostra filiorum. Et monemur de his ab Apostolo.
- Coloss. 3.** Super omnia autem hæc, caritatē habete, quod est vinculum perfectionis: & pax Christi exultet in cordibus vestris, in qua & vocari estis in uno

Fuit seru-
lis, noua
filialis.

Gal. 5.

Matt. 11.

Coloss. 3.

vno corpore. Nobile amoris vinculum, sed amoris Christi, qui gaudiorum causa est; & per quem vnius corporis membra mutuo colligamur sub vno capite Christo, in quo vinculum & nodamur vinculis gaudiosis. Beata anima, quæ illigata Christo, sponsa sponso, indissolubili illi æternum vinculo Christum. Vincula propter In epist. Christum. ad Epbf. cap. 4.

Echristam, illustrius est, quam siue Apostolum, siue Doctorem, siue Euangelium esse. Si quis Christum dilegit, is nouit, quid sit quod dico: si quis erga Christum amore, ut ita dicam, insanit & ardet, is nouit, quæ sit vinculum virtus. Nec multò post: Hic itaque prius habebit, optione datā, vincula ferre propter Christū, quam calos inhabitare. illud forsitan illustrius etiam est, quam sedere ad dexterā ipsius, honestius, quam sedere super duodecim thronos. etiam si nullam haberet mercedem res illas, hoc tamen solum, magnum est præmium, hæc multa retributio, quod ista mala propter dilectionē feruntur. Nec multò. Non ita beatum duco Paulum, quod in paradisum raptus, atque quod in carcere coniectus est: non ita beatum, quod verba audiret ineffabilia, quam quod vincula sustinuit. Quod tanti sint hæc vincula, tam amica, tam illuftria, tam optanda, fecerunt vincula Christi, sine quibus nil magnū continerent vincula nostra: à quibus post Christi vincula ne exsoluerentur, tot Martyrum, tot Virginum millia, mortem prælegerunt vitæ, contemptum dignitatibus, paupertatem opibus. Felicia vincula, quæ cælum repleuerunt, infernum vacuarunt, mundum bearunt. Allusisse ad hæc vincula videtur Propheta. *In funiculis Adam traham eos.* addit: *In vinculis osee ii. caritatis.* Vinculis nimirum passionis, quæ fuerunt suprema caritatis vincula: cum nullus amor componi amori in nos Christi possit. Quod dicat, *In funiculis Adam traham eos;* dictum verè, tenebamur enim arctissimè colligati funibus peccati Adami: quos cum nulla vis creata soluere posset, suscepit eos in se Christus noster, passione suâ exsoluendos, traxit vero nos ad se in funiculis Adam; cum se nobis per carnis assumptionem colligauit; imò nos soluit, se ligauit. & dederant funiculis Adam causam funiculis caritatis, cum ad illos soluendos, caritatis

ritatis funiculis ab ipsa caritate illigatus fuerit Dei filius. vt
 Oſe ii. autem Dei in nos affectum videas, præmittit: *Portabam eos in
 brachiis meis.* De ijs verò agi, quæ post Christum natum in le-
 ge noua acciderunt, ex ijs quæ præcedunt, videas, cùm dicit:
 Ibidem. *Ex Agypto vocavi filium meum.* Post cuius euocationem, quæ
 àntè dixi, subiunguntur, vt Prophetam videas ad Christi tem-
 pora & legem nouam respexisse.

XIV. Intuere hîc etiam Christi mansuetudinem. de quo verè il-
 lud: *Oblatus est quia ipse voluit, & non aperuit os suum: sicut ovis ad
 occisionem ducetur, & quasi agnus coram tondente se obmetat, &
 non aperiet os suum.* Obtulit enim se vltro, & occurrit vltro quæ-
 rentibus, excitauitque in occursum discipulos dormientes;
 & sicut ovis ad occisionem ductus, ac quasi ignarus mortis,
 Iterum. II. ac sicut agnus mansuetus, qui portatur ad victimam. Nullæ hîc
 querulæ voces, nullæ lamentationes. crederes in alieno cor-
 pore Iudeos sœuire: crederes sarcinâ lanarum, agnorum mo-
 re, à detondentibus liberari, nec sentire vincula in mortem
 itura. Vide quâ tu mansuetudine aduersa feras, quâ innoxius
 ferres vincula, quâ te patereris duci ad iudices hostes. Si ad
 verba imparatus es, quid essem ad vincula? si ne nocens qui-
 dem illa ferres, non mille modis promeritus, quid faceres in-
 nocens? Considerari hîc possent Martyrum exempla, qui se
 Aitor. 5. vltro carceri, vinculis, tormentis obiecerunt, gaudentes cum
 Apostolis, quoniam digni habiti sunt pro nomine Iesu contumeliam
 pati: tum demum Beatos se arbitrantes, cùm pro illius gloria
 vri, secari, mori possent. at tu vide, quis tibi ad patiendum
 pro Christo & peccatis tuis animus: quantâque licet prome-
 ritus impatientiâ aduersa tuleris: quantâ verò indignatione ra-
 piaris in auctores, & in quâtas exsurgas iras, & vindictæ cogi-
 tationes. Nec contenti tantum mala pro malis, cùm non raro
 Luc. 6. pro bonis mala reddamus, longissime ab illo Domini: *Diligite
 inimicos vestros: benefacite his qui oderunt vos: benedicte maledi-
 centibus vobis, & orate pro calumniantibus vos. & erit merces ve-
 stra multa,* & eritis filii Altissimi, quia ipse benignus est super ingratos

¶

Es malos. Signa hīc vides filiorum Dei. Primō, diligere inimicos; Secundō, benefacere illis qui nos oderunt; Tertiō, benedicere maledicentibus; Quartō, orare pro calumniantibus. Animum tuum hīc consule. vide an hæc in te reperias, an non contraria magis signa filiorum Dei: & cogita, cuius filij sint, qui alia à Dei filijs signa circumferunt.

C A P V T V.

*De iis qua euenerunt Christo in domo Anne
Eg Caipha.*

AVDI Euangelistam. Et adduxerunt eum ad Annam primū: I.
A erat enim sacer Caipha, qui erat Pontifex anni illius. Inde duxerunt eum ad Caiphām Principem sacerdotum, ubi Scribe et seniores convenerant: erat autem Caiphas, qui consilium dederat Iudeis, Quia expedit unum hominem mori pro populo. Vide quo modo sibi blandiantur peccatores in rebus pessimis: quo modo in gratiam Caiphae illudant Christo vinc̄to apud Annam. Quantum gaudium impijs è communicatione scelerum est? sed evenit illis illud lob: *Laus impiorum brevis est, & gaudium hypocritae ad instar puncti: si ascenderit usque ad celum superbia eius, & caput eius nubes terigerit; quasi sterquilinum in fine perdetur: & qui eum viderant, dicent, Vbi est? velut somnium auolans non inuenietur, transiet sicut visio nocturna.* Verè ad instar puncti ac momenti vnius gaudium peccatoris est, si cum æternitate cōponatur. misera peccatoris conditio, lugens fatuitas, qui ob tam brevia æternis excidit felicitatibus, æternaque ob momentanea hæc mercatur tormenta. & verò dictum bene: *Si ascenderit usque ad celum superbia eius, quasi sterquilinum in fine perdetur.* Infelix altitudo, quæ in sterquilinum desinit, & cuius gloriæ ac magnitudinis finis, stercus est. infortunata commutatio magni decoris, in vilissimum stercus. Quidquid decor omnis velut somnium auolet: & hæc tamen volatice

Peccatoris
felicitas &
gaudium
vanum est
& breve.

R

som-

somnia quantos perdunt? ô nimis fatui, qui ob somnia facta delectationem & magnitudinem, æternis se spoliant bonis!

Matt. 26. Sequitur in Euangelista. *Principes autem sacerdotum, & omne concilium, quarebant falsum testimonium contra Iesum, ut cum morti traducerent. Ita solent nocentes, cum veris non possint, falsis obruere criminibus, iuxta illud Sapientiae: Circumueniamus istum, quoniam inutilis est nobis, & contrarius est operibus nostris, & improperat nobis peccata legis, & diffamat in nos peccata discipline nostræ. grauis est nobis etiam ad vindendum, quoniam dissimilis est alius vita illius. tamquam nugaces estimatis sumus ab illo, & abstinet se à viis nostris tamquam ab immunditiis, & prefert nouissima iustorum. contumeliam & tormento interrogemus eum, ut probemus potentiam eius.*

Improbis
dolis cir-
cumue-
niunt pro-
bos.

*Quam scitè saeculi mores describit! & non indies dolis malis circumueniri videmus probos? inutiles propè hi politico statui videntur. & cum contrarij sint improbis, vitæque probitate improbitatem horum damnent, deprimere aut omnino de medio tollere conantur. Factum in Domino à Iudeis; fitque indies in ijs qui Domini vestigijs infistunt. Iam, quam verè dicunt impij de iusto: *Abstinet se à viis nostris tamquam ab immunditiis.* Et quid certius quam meras immundicias esse impiorum vitam? intuere proprius, & videbis. ubi omnia discusseris: fôrdes reperies. quid enim aliud cibus, potus, mensales deliciæ, voluptates? quid aliud argentum, aurum, gemmæ? quid honores fugitiui & fallaces? addunt: *Prefert nouissima iustorum.* Quid enim sunt nouissima iustorum altûs, quam felicis æternitatis initium? quid nouissima impiorum? quam infelicis æternitatis principium? & quid peritura opes, honores, voluptates impiorum, ad æternatura nouissima iustorum gaudia? Sequitur: *Probemus patientiam eius.* Ita satanas expetijt probare patientiam Iob, Iudæi Christi Domini. cogita quot modis, per dura vincula, inuercunda ludibria, immaniaque verbera probarint. & vide quam tu in aduersis patientiam ostendas, & quam longè absis à Christi tui mansuetudine & patientia.*

Con-

Considera hīc tandem Caiphæ verba : *Expedit vnum hominem mori pro populo.* ita est. nam hic ni mortuus esset, moreretur ^{Expedit Christum mori pro populo,} omnis populus, & morte moreretur æternâ omne hominum genus. huius verò morte viuimus. Admiranda omnino res, morte vnius viuere omnes , à cuius nuda vita frustra vitam sperare poteramus, poteramus à morte. mortuus ergo nobis est in vitam: vixisset in mortem. ita granum frumenti & semi na omnia, nisi moriantur, non viuant in herba, arboribus, folijs, floribus, fructu, culmo, spica, grano. Confer Dominum cum frumenti grano & semine: & vide, quæ quantaque enata sunt illo mortuo , solâque morte illius fœcundissimâ in omne omnino genus hominum.

Sequitur ad trinam ancillæ & seruorum interrogationem, II.
 trina Petri negatio, iuxta illud Domini: *Non cantabit hodie gal- LUC. 22. lus, donec ter abneget nosse me;* cùm Petrus nimia fiduciâ sui plenus dixisset : *Etsi omnes scandalizati fuerint in te, ego numquam scandalizabor.* Quàm instabili innititur, qui suæ fiduciæ innititur! ô nimis semper noxia præfidentia! timor, & quædam diffidentia sui, salutaris. vt verè dictum : *Principium sapientiae, ti- MATT. 26. mor Domini: fatuitatis principium, præfidentia. &c, Timor Domi- Præfiden- ni, disciplina sapientiae: & gloriæ precedet humilitas.* hanc illa se- tia sui quæ maxi- quitur. sed audet Iob : *Ecce timor Domini, ipsa est sapientia.* non mè est noxia: & timor, salutaris. PROU. 9. initium tantum, sed sapientia ipsa. & adeò plenitudo sapientiae PROU. 15. est timere Dominum, & plenitudo à fructibus illius. quin & radix Ibidem. sapientia est timere Dominum: & rami illius longævi. denique, corona sapientiae, timor Dei. Quid? quòd non sapientia tantum, sed & fortitudo à timore. *In timore enim Dominis fiducia fortitudinis.* vt Ibidem. declinet à ruina mortis. Præseruat à morte timor, maximè æterna. vnde illud : *Timenti Dominum bene erit in extremis, & in die Euli. 1. defunctionis sue benedicetur. & benè David: Timor Domini sanctus, PSAL. 18. permanens in seculum seculi.* facit enim in omne sæculum permanere cultores suos. Atque hinc salutaris eiusdem depreca-

- Psal. 118.* *tio: Confige timore tuo carnes meas.* nimisrum, ne fiduciâ nimia sunt
eant in interitû. In solatium deinde timentium illa Sapientis.
- Ecli. 1.* sunt: *Timor Domini gloria, & gloriatio, & laetitia, & corona exultationis.* ergo gloria & laetitia, & cordis exultatio à timore. Addit:
- Ibidem.* *Timor Domini delectabit cor, & dabit laetitiam, & gaudium, & longitudinem dierum.* à timore enim peccatorû fuga. nam *timor Domini expellit peccatum.* à cuius expulsione gaudiū: ab hoc dierum longitudo. nam cùm *animus gaudens et atem floridæ facit, spiritus tristis exsiccat ossa.* à tristitia verò festinat mors à gaudio vita. Animat
- Ecli. 2.* denique timentes Sapiens: *Qui timetis Dominum, credite illis, & non evanescabitur merces vestra: qui timetis Dominum, sperate in illum, & in oblationem veniet vobis misericordia: qui timetis Dominum, diligite illum; & illuminabuntur corda vestra.* Mercedem, oblationem, misericordiam, illuminationē timentibus promittit:
- Ecli. 25.* vnde etiam audet: *Timor Dei super omnia. quare beatus homo, cui donatum est habere timorem Dei: cum timor Dei initium dilectionis eius sit: immo, timor Dei sicut paradisus benedictionis.* Cùm omnis benedictio Domini à timore illius profluat; ac quoddam iuge sit conuiuum delicijs spiritualibus plenum, cor timore Domini cinctum: qui etiam instar validissimi propugnaculi est, quarcentur hostes, remouentur pericula, reparantur damna. Caruit timore hoc Petrus, quod illi lapsui caussam dedit.
- In quo illud considerandum. more primi parentis nostri, prolapsum Apostolorum principem. nam vt ille per mulierem, sic hic per ancillam cecidit: ille blanditijs illius cessit, hic interrogationibus: ille ad preces, hic ad præsentiam & quamdam familiaritatem. vt discas mulierularum vitarum præsentiam, colloquia, blanditias, curiosas inuestigationes. de quibus illud: *Ne attendas fallacie mulieris. nec des mulieris potestatem anima tuae, ne ingrediatur in virtutem tuam, & confundaris.* Testis, ô nimium, Adam, Dauid, Salomon, Samson: fallacia enim mulieris super omnem fallaciam. nam & à muliere initium factum est peccati, & per illam omnes morimur. Ut prudenter proinde moneat: *In medio mulierum noli commorari: de vesti-*
- Mulierum familiaritas fugienda, quia periculosa.*
- Prou. 5.*
- Ecli. 9.*
- Ecli. 25.*
- Ecli. 42.*

vestimentis enim procedit tinea, & à muliere iniquitas viri. Factum
 in Apostolorum primo, ut illius exemplo edocti, mulierum
 familiaritatem fugiamus. nec fidamus illi, de qua non veretur
 Sapiens: Melior est iniquitas viri, quam mulier benefaciens. Virni- *Ibidem.*
 mirum palam hostis, melior & tutior est, ac magis etiam o-
 ptandus: quia facilius & certius præcaueri mala, quæ professa
 minatur hostilitas, possunt; quam muliebres dolii, qui sub be-
 nefactorum velamine teguntur. caue. ridentes oculi, frons
 serenata, blandientes genæ insidias struunt. sub melleis ver-
 bis absinthia propinuantur. ne fide. *Pedes eius descendunt in Pro. 54.*
 mortem, & ad inferos gressus illius penetrantur. ducunt enim in mor-
 tem blanda illius verba, & anitæ mortem: inde ad inferos.
 Nimis hoc discimus in Apostolo. ad quem euerendum usus
 est diabolus feminâ: vt, quod per se desperabat, per mulierem
 consequeretur. Fecerat hoc non multò antè in Ioanne præ-
 cursore Domini, cuius caput in uercundæ puellaris faltatio-
 nis pretium vedit. magnum omnino caput, quod in uercun-
 dæ puellæ in uercundior. mater Herodiano præferet regno.
 Fecerat olim in Iosepho, quem cum muliebres blanditiae in
 domini sui lectum allicere non possent, odium coniecit in
 vincula. Tentauit idem in Christi in terris Vicario, & consecu-
 tus est quod voluit: impulit in Domini sui negationem. Po- *Femina'*
 tens nimium semina est, quæ vel solo aspectu necat, omnia ba- *quam po-*
 silisco potentior: cum non de propinquuo tantum, sed & de *tens advi-*
 longinquo per oculorum nubes venenata iaculetur fulmina, *ros sub-*
 solis viris noxia. Quin adeò intuere Iudith, & in hac mulie-
 bria contra viros arma. *Lavit corpus suum*, & *vnxit se myro opti-* *Iudith 10.*
 mo: vide corporis arma. *Discriminauit crinam capitis sui*, & *impo-*
suit mitram super caput suum: vide galeam. *Induit se vestimentis*
 incunditatis sue: vide loriam. *Induitque sandalia pedibus suis*: vi-
 de ocreas & calcaria. *Affumpsitque dextralsola*, & lilia, & annulos:
 vide armatas manus. *Cumque intrasset ante faciem eius*, statim ca-
 pitus est in suis oculis Holofernes: vide vincula iniecta maxima mi-
 liæ duci. *Et ingressa stetit ante faciem eius*: cor autem Holofernis *Iudith 11.*

concessum est. vide trementem veteratum bellatorem ad aspectum feminæ: & quem nulla vicerant virorum agmina, vicit femina.

Pro. 7.

Quare prudenter monet Sapiens: Ne abstrahatur tu rei illius meos meos, neque decipiaris semitis eius: multos enim vulneratos deiecit, & fortissimi quique interficiuntur ab ea. Vix inferi domus eius, penetrantes in interiora mortis. O, nimis multos deiecit vulneratos, nimis multos iam inde à paradiſo mori tradidit; ut plures orbe toto viri feminineis oculis, ore, manibus, quam gladio ceciderint: plures absorpsent mulier, quam maria omnia, flumina omnia. Et verè viæ inferi domus eius, cum ad inferorum poenas per delicta deducat; & plures fors à femina, quam ab omnibus alijs vitijs viros infernus possideat. Et vero quis non credat Salomoni muliebrium armorum omnium experto? Addit de viro muliebribus blanditijs irretito:

Ibidem.

Statim eam sequitur, quasi bos ductus ad victimam, & quasi agnus lasciviens, & ignorans quod ad vincula stultus trahatur, donec transfigat sagitta iecur eius: velut si avis festinat ad laqueum, & nescit quod de periculo anima illius agatur. Vides virum in manu feminæ, victimæ bouem, & agnum, vinculorum mancipium: vides sagittis illius transfixum, & laqueis irretitam auem; & rerum ignarum, & vicinæ mortis. ut non immerito Ecclesiastes:

Cap. 7.

Inueni amariorem morte mulierem, que laqueus venatorum est, & sagena cor eius, vincula sunt manus illius. qui placet Deo, effugiet illam: qui autem peccator est, capietur ab illa. Quæsiuit num quid

Ea proinde
cauenda.

esset morte amarius. inuenit mulierem: quæ laqueus virorum est, sagena cor eius. cauete viri. magis, quia manus illius vincula. Nemo ergo curiosius admittet aut intuebitur illa, qui non amat vincula. Sed & quisquis placet Deo, & cuicunque placet Deus, effugiet mulierem. solâ fugâ arma illius flaccescunt, iacentque omni robore destituta. Quid? quod sola victoria in fuga sit. mirum pugnæ genus. cominus hunc hostem aggredieris, cadis; fugis, vincis; resistis, periclitaris. salus in pedibus est. Et sanè exercitatissimus in hac palestra nos serio monet. Ne attendas fallacie mulieris. nouissima illius amara quasi

Pro. 5.

quasi absinthium, & acuta quasi gladius biceps. Pedes eius descendunt in mortem, & ad inferos gressus illius penetrant. Initia blanda, ut mella & saccarum; quæ in fella desinunt & absinthium. Non simplici gladio, sed bicipiti mulierem comparat. quacumque enim parte virum ferit, vulnerat. pedes illius, pedes mortis. gressus illius ducunt ad inferos. caue quisquis credis Salomonis. & quis non credat? monet alibi: *Vt erueris à muliere a-* Prop. 2. *liena, & ab extranea, que mollit sermones suos: inclinata est enim ad mortem domus eius, & ad inferos semita ipsius. omnes qui ingrediantur ad eam, non reuertentur, nec apprehendent semitas vitaे. Fuge sermones molles: ferrum emolliunt & chalybem, & adamanta virorum pectora dissoluunt. semitæ illius, mortis & inferorum sunt. nemo ingrediens ad alienam, viuus redit. ingressus est enim, quisquis ille est, semitas mortis, non vitaे. Quid? quòd vel à solo muliebri aspectu nos terreat. Virginem ne conspi-* Eul. 9. *cias, ne fortè scandalizeris in decore illius. Subiungit: Auerte faciem tuam à muliere compta, & ne circumspicias speciem alienam. Additionem. Propter speciem mulieris multi perierant, & ex hoc concupiscentia quasi ignis exardescit. Didicerat hoc in Dauide patre suo, & in se. Sequitur: Speciem mulieris alienæ multi admirati, reprobi facti sunt: colligimus enim illius quasi ignis exardescit. Quis prudens amet ignes? quis ardere hac flammâ volet, quæ ad inferorum dicit flamas? & monet: *Cum aliena muliere ne sedeas o-* Ibidem. *mino: ne fortè declinet cor tuum in illam, & sanguinetuo labaris in perditionem. Hæc ille Rex, cuius meritò exemplum terrere nos debeat. maximè cùm accedat Petrus, & quidem in ancilla.**

Notandum autem hic per ancillam intelligi posse, quam circumferimus, carnem, quæ fortiter spiritui resistit, ut Eua Adamo, Dalila Samsoni. Sanè, quamdiu Eua, tamdiu perget suadere; quamdiu Dalila, tamdiu adlaborabit, ut perdat Samsonem: sic quamdiu caro, tamdiu spiritui reluctabitur. quis maior Adamo, Samsone fortior, Salomone sapientior & tantos tamen mulier & caro expugnant. Iam, Dauid nisi lacrymis & cinere crimen diluisset; & Franciscus nisi niuibus & glacie ignem.

ignem extinxisset; & Benedictus nisi calorem spinis suffocasset; fors nec Dauidem, nec Franciscum, nec Benedictum Ecclesia haberet. quin, nescio an Paulum Gentium Apostolum narraremus, nisi precibus & gemitu angelum Satanæ, à quo colaphizabatur, auertisset, stimulumque carnis sua continuis orationibus retudisset. Imitare, & deprime exsurgentem carnem: nec patiaris te vinci à Seneca, cuius illa sunt: *Maior sum, & ad maiora genitus, quam ut mancipium fiam mei corporis.* Pudeat Christianum vinci ab Ethnico. Inter stolidissima mundi huius numerat Ecclesiastes: *Vidi seruos in equis, & principes ambulantes super terram quasi seruos.* Fit hoc, cum imperat homini caro, mulier viro. Turpe, seruum imperare domino, ancillam dominæ turpius, corpus animæ, quod ad famulandum & ancillandum spiritui, non ad imperandum, datum. Ut hinc degeneres illorum agnoscas animos, qui cum imperare deberet, obsequuntur; facti è dominis serui.

Petrus ad
ancillæ vo-
cem Do-
minum
negat.

In aula vi-
uere cum
primis pe-
riculatum,
& cur.

Ecclesiastes 49.

Notandum deinde Petrum, qui in atrium Principis sacerdotum ab ancilla admissus fuerat, ad ancillæ etiam vocem Christum negasse, & negasse non nisi in domo Principis: vt videas infidam & intutam viris timentibus Dominum, aulam esse, quam plerique ingressi, vel vitæ, vel honoris, vel animæ iacturam fecerunt. vitæ, Baptista; honoris, Michæas; animæ, Petrus. Sed Christus ipse, non alapâ cælus in palatio Annæ? non blasphemij sibrutus in domo Caiphæ? non vitâ spoliatus in domo Pilati? Non in domo Caiphæ obruitur sputis? cæditur palmis? In domo Herodis luditur vt fatuus? in domo Pilati cæditur flagris? coronatur spinis? adiudicatur morti? ô, fuge aulam, & aulæ mores, quisquis Deum amas. non times, cum audis? *Præter Dauid, & Ezechiam, & Iosiam, omnes peccatum commiserunt: nam reliquerunt legem Altissimi Reges Iuda.* In Regibus vero Israel nemo stetit in lege Domini. prævaricati sunt omnes. & quid speremus ab aula? nam si hæc Reges, quid reliqui? non ferè Regum mores, aulam sequentium regula sunt? non quo quisque illis similior, hoc gravior? & non morum simi-

Similitudo animos iungit, dissimilitudo disiungit: & quo modo intactum se ab aulicorum vitijs custodiet, qui medius inter illa viuit? quis picem tetigit, nec retulit picem? quis ardentis manu prunas tenuit, & integrum retulit? quis carbonarium ingressus, sine puluere & sordibus egressus est? inspice proprius. Quod vitium aulâ exulat? quod non fixit in illa sedem? castum esse & audire, pudori est: humilitas, ingloria est: temperantia, fatua est: candor animi & verborum, simplicitas est. circumuenire socium, solertia vocatur: mentiri, vrbanum. omnes fallere, prudentiae: nulli fidere, prouidentiae: omnes suspectos habere, securitatis: nulli animum recludere, sapientis est: omnibus detrahere, generosi animi: maledicere omnibus, fortis est: euolare ad ferrum, etiam nulla datâ occasione, viri est: alieno toro insidiari, matronarumque ac virginum pudicitiae incumbere, elegantiæ quoddam genus est: omnia spondere, nil largiri, aulicæ comitatis est: commodis, opibus, honoribus suis, quacumque viâ, æquâ aut iniquâ, studere, etiam cum amicorum euerstione, sodalium depressione, bonorum deiectione, innocentium damnatione, viri est ad rempublicam nati: priuata sua publicis anteponere, adeoque hæc perdere, ut tua euehas, industriæ est: omnes infra te habere, neminemque superiorem, hæc demum summa felicitas est. Quacumq; demum ratione hoc consequaris, iustâ an iniustâ, piâ an impiâ, probâ an improbabâ, iuxta habendum. satis est consecutum esse. & quis inter tales diu versans, probitatem, quam intulit, extulit? Taceo aulicas mulieres Charybdes & Scyllas virorum, à quibus ferè omnis pudor exulat, omnis revercundia imbecillis animi est: omnis lasciuia quo impurior, hoc ingeniosior: verba quo minus casta, hoc aulâ digniora: oculi manusque quo liberiores, hoc venustiores. & quisquam putet se integrâ naui purpurata hæc enauigare posse maria? maximè Religiosus aulicorum fluctuum inexpertus?

Redeamus ad Petrum. *Conuersus Dominus respexit illum. Varium in Scripturis legimus aspectum Domini, in bonum, in*

S

ma-

*Luc. 22.
Deus vi-
det in be-
nū bonos,
& malos
in malum.*

- malum; in humiliationem, in exaltationem; in dispersionem,
 & collectionem; in præmiationem, & punitionem; in repro-
 bationē, & electionem; in misericordiam, & iustitiam; in ter-
 rorem, & amicationem; in seueritatem, & benignitatē. Est hīc
Cap. 11. illud Geneseos: *Descendit Dominus ut videret ciuitatem eō tur-
 rim, quam edificabant filii Adam.* & ut fastum deprimeret, con-
Gen. 18. fudit omnium linguas. Et illud: *Descendam eō videbo, utrum
 clamorem qui venit ad me, opere compleuerint, an non.* Sequitur:
Gen. 19. *Dominus pluit super Sodomam & Gomorrham sulphur & ignem,* &
*subuertit ciuitates has, & omnem circā regionem, vniuersos habi-
 tatores urbium, & cuncta terre videntia.* Grauis libidinis poena,
*cūm nec paruulis parcitum, nec vrbibus, nec terrae, nec flumi-
 nibus, nec vicino mari.* Meminit aspectus huius Dauid. *Qui
 respicit terram, & facit eam tremere: qui tangit montes, & fumigant.*
Terrenis affectibus opibusque immersis mentibus terrorem
*incutit; fastuosos & iracundos, qui submissionem & mitita-
 tem mentiebantur, tangit, & fumigant, cūm aduersis quatit,*
*cūm minationibus permittit obrui, cūm deprimit, & inexspe-
 cta mala immitit.* Meminit & Iudith: *Respice castra Assyrio-
 rum nunc, sicut tunc castra Ægyptiorum videre dignatus es,* quando
*post seruos tuos armati correabant, confidentes in quadrigis, & in equi-
 fatu suo, & in multitudine bellatorum.* Sed affexisti super castra eorū,
& tenebrae fatigauerunt eos. tenuit pedes eorum abyssus, & aquæ
operuerunt eos. Sic fiant & isti, Domine, qui confidunt in multitudine
sua, & in curribus suis, & in contis, & in scutis, & in sagittis suis, & in
banceis glorianter. Factum ut petijt. viderat olim Dominus ex-
 ercitum Israelis in salutem, cūm exsurgentibus vtrimeq; tam-
 quā in montes fluctibus, sicco mare vestigio tutum Iraeli iter
 præberet. vedit deinde in sequentem Pharaonem in interitum,
 cūm reductis fluctibus infespultus cum vniuerso exercitu suo
 est mari. Quod verò sub Moyse Ægyptijs, factum est sub Iu-
 dith Assyrijs: nisi quòd ibi Pharao fluctibus, hīc Holofernes
 militiæ Assyriorum Princeps, muliebri ceciderit manu. Ha-
Dant. 32. bes minas videntis Domini in cantico Moysis: *Abscondam fa-
 ciens*

citem meam ab ois, & confiderabo nouissima eorum: generatio enim
 peruersa est, & infideles filij. Ignis succensus est in furore meo, & arde-
 bit usque ad inferni nouissima. congregabo super eos mala. foris ua-
 stabit eos gladius, & intus pavor. Euenetunt hæc omnia Israeli
 auertit ab eo Deus oculos patris; assumpsit iudicis. exuit mi-
 sericordiæ; induit iustitiae. cōsiderauit infelicissima nouissima
 eorum, cùm non igne tantum furoris Domini, sæculi huius,
 sed alterius æternum succensi, facti sunt numquam morituri
 ignis non-moritura materia; ardebuntq; usque ad inferni no-
 uissima, quæ æternitati cōmensurantur. mala verò quæ tulit
 Israel, nimis orbi nota, factus fabula omni genti & regno, du-
 rissimâ vndique seruitus oppressus, omnique libertate exu-
 tus. De Core verò, Dathan & Abiron Scriptura: *Vidit Domi-* Eccli. 45.
nus Deus, & non placuit illi, & consumpti sunt in impetu iracundie,
 dehincente sub pedibus terrâ, quæ aperiens os suum, deuorauit il. Num. 16.
los cum tabernaculis suis, & uniuersa substantia eorum: descendere-
 runt quæ vivi in infernum. Pressus verò ab hostibus & circum-
 sessus vndique, orauit Ezechias ad Dominum, dicens: *Aperi oculos Iaia 37a*
tuas, Domine, & vide; & audi omnia verba Sennacherib, quæ misit
ad blasphemandum Deum viuentem. Vidit Dominus. & nocte il-
 lâ angelus percussit in castris Assyriorum centum octoginta quinque
 millia. Orat etiam Iob: *Respice cunctos superbos, & confunde eos, & Job 40.*
 contere impios in loco suo. Hinc illud Ecclesiastici: *In peccatores cap. 50.*
 respicit ira illius. Et illud Prophetæ: *Oculi Domini super regnum Amos 9.*
 peccans, & conteram illud à facie terre. Factum in pluribus regnis,
 quorum vix nomina nota; & è florentissimis olim regnis soli-
 tudines natæ. Iuda & Israel nos docent. Iam David cùm di-
 xisset: *Oculi Domini super iustos, & aures eius in preces eorum;* addit: Psalm. 33.
Vultus autem Domini super facientes mala, ut perdat de terra me-
moriam eorum. De patrio verò & benigno aspectu Domini, est
 illud Ecclesiastici: *Oculus Dei respexit illum in bono, & erexit eum cap. II.*
 ab humilitate ipsius, & exaltauit caput eius. Factum in Abrahamo,
 in Iosepho, Moysè, Iosue, Gedeone, alijs. Quia in re meri-
 tò virginum prima gloriatur: *Quia respexit humilitatem ancille Luc. I.*

- Eccl. 34.** *sue: ecce enim ex hoc beatam me dicent omnes generationes. Ut iure dicat Sapiens: Oculi Domini super timentes eum, protector potentia, firmamentum virtutis, regimen ardoris, & umbraculum meridiani, deprecatio offensionis, & adiutorium casus, exaltans animam, & illuminans oculos, dans sanitatem, & vitam, & benedictionem. Magna omnino sunt hæc, & vera, & discimus omni omnium ætatum.*
- Psal. 112.** *historiâ teste. Vnde etiam illa Prophetæ & Regis: Quis sicut Dominus Deus noster, qui in altis habitat, & humilia respicit in celo. & in terra? suscitans à terra inopem, & de stercore erigens pauperem, ut collocet eum cum principibus populi sui. Eadem habes in cantico Annae Elcanæ: Suscitat de puluere egenum, & de stercore elevat pauperem: ut sedeat cum principibus, & solium glorie teneat. Tenuit solium Dauid, de quo ipse: Elegit Dauid seruum suum, & sustulit eum de gregibus oviuum, de post factantes accepit eum. Cuius illæ ad Psal. 17.*
- Psalm. 32.** *Deum preces: Respice in me, & miserere mei. Fac mecum signum in bonum, ut videant qui oderunt me, & confundantur. Non mirum has ire ad Deum preces, cùm ante dixisset: Oculi Domini super metuentes eum, & in eis, qui sperant super misericordia eius. Et, Oculi Domini super iustos, & aures eius in preces eorum. & illud: Domine, quando respicies? restitue animam meam à malignitate eorum.*
- Iacob. 10.** *Atque hinc illud Sapientis verum nimis: Qui timent Dominum, erunt in oculis illius. Quid? quod audiebat Moyses de Domino:*
- Deut. 32.** *Custodiuit quasi pupillam oculi sui, Israelem nimirum. imò audet Psal. 16.*
- Zach. 2.** *Rex: A resistentibus doxtere tua custodi me, ut pupillam oculi: Audaciæ huic causam dederat Dominus apud Prophetam: Qui tetigerit vos, tangit pupillam oculi mei. Posse maiora sperari, voci maiora? imò quis auderet ascendere ad pupillam oculi magni Dei, nisi prior ipse affirmando inuitasset, & audere docuisse? Sed fere oculi Domini singulari prærogatiuæ eunt in humiles & pauperes. vnde illud: Respexit in orationem humilium, & non sprexit precem eorum. Nimirum, excelsus Dominus, & humilia respicit; & alta à longè cognoscit. de propinquo humilia & oculo benigno, oculo patris; alta & fastuosa à longè, à quibus bonitatis illius manus longissimè absunt.*
- Sed*

Sed & ipse Dominus apud Isaiam : *Ad quem respiciam, nisi ad cap. 66. pauperculum, & contritum spiritu, & tremontem sermones meos? Quibus prouocatus inclamat Dauid: Respice in me, & miserere mei, Psal. 24. quia unicus & pauper sum ego. respice inimicos meos, quoniam multipli- canti sunt.* Nisi malis in persona Christi hæc dicta, qui verè unicus patris sui, matris suæ: illius ab æterno, huius in tempore: & verè huius unicus, tum quòd solus ab hac matre, tum quòd unus à matre virgine, unus à Spiritu sancto, in virginem utero, viri ignaro, è virgine carne & sanguine figuratus. Nec pauper tantum, sed quotquot fuerunt pauperissimus. disces hoc in cruce, in columna, in aliena sepultura, in vestium spoliatione, in vita vniuersa. cuius inimici multiplicati; cum orbe toto, præter matrem & pauculas mulierculas, nullum repausisset in amore constantem. vel enim inimicos expertus est omnes, vel amicos profugos. Decurrit etiam ad Domini oculos Propheta Baruch. *Respice, Domine, de domo sancta tua in nos, cap. 21. & inclina aurem tuam, & exaudi nos: aperi oculos tuos, & vide afflictionem miseramque euersi populi conditionem, ut miserearis, & patris dexteram porrugas, non extendas iudicis. Ita videmus orantem Regem: Aspice me, & miserere mei, secundum Psal. 118. iudicium diligentium nomen tuum; filiali more diligentium, ut experiatur patris manum, mattis vbera, sponsi oscula, non indignantis iudicis.*

Paternis hisce oculis *conuersus Dominus respexit Petrum.* vt *Luc. 22. antè Matthæum, Zachæum, Publicanum, Magdalenum, & post Saulum. Qui recordatus verbi Domini, egressus foras, fleuit a-*
mare. Oblitus omnium erat Petrus, etiam eorum, quæ pau- Petri post
lapsum la.
cylas ante horas prædixerat nimium confidenti Dominus. Et crymæ se.
perstitisset fôrs in negatione, nec nouisset Ecclesia Petrum; na- penitentia.
prior Petri meminisset Dominus, & conuersus ad illum fuif-
fet, & animû pulsasset fortibus monitis. nec fleret Petrus, nisi lacrymas excussisset Dominus. ille enim qui meminisse docuerat, docuerat & flere. & è corde Apostoli sui, quod negationibus in saxum obduruerat, medicos elicuit fontes nouus.

Moyles; meliore amoris & amoris sui virgâ rupea corda percussions. Disce hîc quâm nihil possimus sine Domino, sine prævia illius & comite gratia, qui secundum Apostolū super-

- 2. Pet. 5.* *bis reficit, humiliat autē dat gratiā.* vt proinde meritò moneat: *Humilitas minigitur sub potenti manu Dei, ut tuos exalteat in tempore visitationis: omnem sollicitudinem vestram projicientes in eum, quem ipsi cura est de vobis.* Ab humilitate gratia. imò humilitas elicituā gratiæ diuinæ est: superbia gratiæ fugatrix. Vis ergo Dei gratiam, sine qua opus bonum nullum, cùm secundum *1. Cor. 3.* Paulum, *non sumus sufficiētes cogitare aliquid à nobis, quasi ex nobis, sed sufficiētia nostra ex Deo sit.* & alibi, *Nemo posset dicere, Dominus Iesus, nisi in Spiritu sancto: vis, inquam, gratiam diuinam? humilitatem ama, & amplectere.*

*Consortia
malorum
africant
contagio-
nem.*

Disce hîc denique, Petrum non cecidisse nisi ex improborum confuetudine, vt verè nimis dictum: *Corrumpunt bernes mores congressus mali.* Neque quidquam tam validè, aut à virtutibus, & à Deo auocat; aut ad vitia ducit & rapit. paulatim enim, etiam in valentissimis & optimis, irrumpunt è vicino improbi mores; & tamquam venena afflatus suo perimunt incautos, vt de sola vicinitate periculum sit. Disce demum quicunque aliquando fecutus es Apostolum labentem, sequi pœnitentem. ac si non puduit peccare, non erubet remedium ab oculis depositare, à quibus fors mutuatus es delictū. Quid cessas aggredi, quod scias mederi tibi posse? irrationales animæ, medicamenta sibi diuinitus attributa in tempore agnoscent. ceruus sagittâ transfixus seit sibi dictamno mendendum: hirundo si excæauerit pullos, nouit illos rufus de sua oculare chelidonia. tu concessam tibi à Domino exomologesin præteribis, quæ Petrum apostolatui suo restituit? Vide illum super uno delicto amarè flentem, & ab oculis medicamenta poscentem, à quibus in Principis sacerdotum domum erat abductus. imitare: ac super innumerabilium peccatorum tuorum consideratione, totas oculorum nubes dissole, qui tota non semel illorum atria in delictum expandisti.

*Exomolo-
gesi dele-
cta prioris
vitæ macu-
la.*

disti. intimoque cordis dolore super offendit toties Numine tactus; cum magno Propheta inclama, *Quis dabit capiti meo lacrimam?* Jerem. 9. aquam, *Ego oculis meis fontem lacrymarum;* & plorabo die ac nocte, qui nullam prope diem, noctem nullam sceleribus vacuam transiui? quis mihi dabit aquarum flumina, adeoque & maria, quorum fluctibus diluam solis peccatis fœcundæ animæ meæ maculas? Vide dein scelera, quæ Babylonium Regem regno destituerunt; vide lacrymas, quæ restituerunt. & audi Davidem post Bethabeam & Vriam, potum fletu, & panem cinere miscentem: *Laboravi in gemitu meo, lauabo per singulas noctes lectum meum: lacrymis meis stratum meum rigabo.* Vide hinc regias post delictum lacrymas: & quantas arbitraberis, quæ regio lauando sufficerent lecto, nec hoc vñâ nocte, sed noctibus singulis? quantas quibus rigari tamquam imbre posset stratum? & confer peccata tua cum illius, lacrymas cum illius. Et ne putas noctes tantum lacrymis impendisse; addit: *Defecit psal. 30. in dolore vita mea, & anni mei in gemitibus.* Vbi est dolor tuus? & anni tui gemitibus fœcundi? Nec his contentus, *A voce, in psal. 10. quicunque, gemitus mei adhaesit os meum carni meæ.* Addit causam: *Quia cinerem tamquam panem manducabam, & potum meum cum fletu miscebam.* O quis nostrum post delicta cinerem panem manducat? aut cui vñquam post peccata factus cinis est panis, in veri doloris testationem? quis potum suum fletu miscuit, & plus de lacrymis bibt? cui præ magnitudine doloris offensi Dei adhaesit os carnis? Pergit Rex magnus: *Afflictus sum, & psal. 37. humiliatus sum nimis: rugiebam à gemitu cordis mei.* cor meum cōturbatum est, dereliquit me virtus mea, & lumen oculorum meorum & ipsum non est tecum. O, cuius peccatoris lacrymæ rugitum expresserunt? cuius irrugijt cor à mœrorum magnitudine? aut quem virtus viresque destituerunt doloribus lassatum? quem desererunt lumina fletibus emarcida? Et Regia interim hæc vita & lumina sunt; priuata nostra. egrediamur lacrymas; videamus reliqua in Regum maximo. *Operui in ieiunio animam meam,* psal. 68. & posui vestimentum meum cilicium. Atque hinc illud Scriptu-

xx:

2. Reg. 12. ræ: Jejunavit David ieiunio, & ingressus seorsum, iacuit super terram.
Quis docuerat purpuram ieiunare, cilicio vestiri, incomitatem iacere & solitariam, nec alium lectum quam terram nosse?
ille qui Ezechiam docuerat saccum induere; qui Achab post idolatriam, & necem Nabuchaz per suaserat ieiunare, & cineribus inspergi; qui Israelem post delictum in aquatione apud Masspha per ieiunium purgabat; qui Ninius triduanum ieiunium, preces & lacrymas suaferat, ut a denuntiato a profugo Iona exitio liberaretur. Magnus nimis Deus, cuius etiam post delicta miserationes sunt magna. qui cum punire deberet iudex, remedia proponit clemens pater. Non pudeat quisquis haec peccator leges, magnos omnino Reges imitari, qui non erubuerunt ad lacrymas, ad cilicia, ad humicubationes, ad cineres, ad saccum: & palam etiam testati sunt dolorem, qui palam peccauerant. Accipiamus etiam remedium a Propheta, & deducant oculi nostri lacrymas, & palpebra nostra defluant aquas, si forte misericordia Dominus, & debeat iniquitates nostras: & iam non recordetur amplius peccatorum nostrorum, quibus iram illius meruimus. Et audiamus cumdem consilientem: Deduc quasi torrentem lacrymas, per diem & noctem: non des requiem tibi, neque taceat pupilla oculi tui: effunde sicut aquam corrutum ante conspectum Domini. Ut cum eodem dicere ex vero possis: Defecerunt pra lacrymis oculi mei, conturbata sunt viscera mea, effusum est in terra iecur meum. Beata confortatio, qua tranquillitas surgit magna. Beati oculi flentes, replebuntur gaudio: & quae flumina fuderunt mœrorum, fundent gaudiorum: & quae biberunt ora dolorum fontes, bibent exultationum. Beata viscera quæ turbantur super delicto suo. fruentur enim exinde pace magna: & post timorum fluctus, amorum succedit malacia magna. Felices, qui ut aquam effundunt cor suum cum Magdalena pedibus Domini, facti balneum amatori suo. Fortunati, qui profundunt in terram iecur suum, facti scabellum pedibus Christi sui. Optatae pupillæ, quibus nulla hic, non diebus, non noctibus, quies, ut requie potiantur æternâ:

Post dolorem pro delictis sequuntur spiritus gaudia & consolations.

Thren. 2. *Deduc quasi torrentem lacrymas, per diem & noctem: non des requiem tibi, neque taceat pupilla oculi tui: effunde sicut aquam corrutum ante conspectum Domini. Ut cum eodem dicere ex vero possis: Defecerunt pra lacrymis oculi mei, conturbata sunt viscera mea, effusum est in terra iecur meum. Beata confortatio, qua tranquillitas surgit magna. Beati oculi flentes, replebuntur gaudio: & quae flumina fuderunt mœrorum, fundent gaudiorum: & quae biberunt ora dolorum fontes, bibent exultationum. Beata viscera quæ turbantur super delicto suo. fruentur enim exinde pace magna: & post timorum fluctus, amorum succedit malacia magna. Felices, qui ut aquam effundunt cor suum cum Magdalena pedibus Domini, facti balneum amatori suo. Fortunati, qui profundunt in terram iecur suum, facti scabellum pedibus Christi sui. Optatae pupillæ, quibus nulla hic, non diebus, non noctibus, quies, ut requie potiantur æternâ:*

terrhâ : in qua omnia lacrymam clementia siccabit diuina.
iuxta illud Domini apud Isaiam: Ecce ego creo cælos nouos, & terram nouam: & non erunt in memoria priora, & non ascendent super eam. sed gaudebitis & exultabitis usque in sempiternum, in his que ego creo: quia ecce ego creo Jerusalem exultationem, & populum eius gaudium. & exultabo in Jerusalem, & gaudabo in populo meo, & non au- dierunt in eo ultra vox fletus, & vox clamoris. De inhabitatori
bus verò Ierusalem illius nouæ habemus apud Ioannem. *Abs-*^{Apocal. 21.}
terget Deus omnem lacrymam ab oculis eorum: & mors ultra non erit, neque luctus, neque clamor, neque dolor erit ultra; quia prima abierunt. & apud eumdem: Hi sunt, qui venerant de tribulatione apocalypsi magna, & lauerunt stolas suas, & dealbaverunt eas in sanguine Agni.
ideo sunt ante thronum Dei, & seruunt ei die ac nocte in templo eius:
& qui sedet in throno, habitabit super illos. non esurient, neque fu- tient amplius; nec cadet super illos sol, neque ullus estus: quoniam Agnus, qui in medio throni est, reget illos, & deducet eos ad fontes fons aquarum, & absterget Deum omnem lacrymam ab oculis eorum.
Lauantur stolæ innocentiae primæ primordiali paradisi crimi- ne sordidatæ, baptismi salutari balneo. Lauantur stolæ no- centes secundæ, proprijs criminibus fœdatæ, pœnitentiae Sa- cramento, densis cordis suspirijs, oculorum imbribus, siue cum Petro amaris, cum Davide prodigis, cum Magdalena humilibus, cum omnibus dolentibus & amantibus. Lauan- tur demum stolæ sanguine, & dealbantur Martyrum sanguine, & super niuem hac purpurâ dealbantur. Tantum potest Christi sanguis, per quem suspiria, lacrymæ, cinis, cilicia, san- guis possunt, quidquid possunt. ab illo enim uno pretium, honor, dignatio, merita defluxerunt.

Considerandum hîc in hoc Petri Apostolorum principiis
lapsu ad ancillæ vocem, illud Ieremiæ: Quomodo obscuratum est aurum, mutatus est color optimus, dispersi sunt lapides sanctuarij capite omnium platearum? filij Sion incliti, & amicti auro primo, quo- modo reputati sunt in vasa teste, opus manuum figuli? Verè magnus ille Apostolus, de quo Dominus ipse, Tu es Petrus, & super hanc^{Matt. 16.}

T petram

Granitas
& torpitu-
do lapsus
Petri.
Thren. 4.

petram ædificabo Ecclesiam meam; & portæ inferi non præualebunt aduersus eam. & tibi dabo claves regni cælorum, & quodcumque ligueris super terram, erit ligatum & in cælis; & quodcumque solueris super terram, erit solatum & in cælis; ad vnius ancillæ vocem factus est vas recteum, & opus manuum figuli, opus fragile: quid enim fragilior testa? Et quidem in manu non Iahel aut Judith, sed vilis ancillula? nec opus fuit clano & malleo, aut Holofernis pugione; sed vna ancillulae voce confracta illa petra est, super quam ædificanda erat Ecclesia, & contra quam nil valituræ erant inferorum portæ, & cuius illa vox nimis fiducia: *Et si aportuerent me simul commori tibi, non te negabo:* ille ipse ad primam mulierculæ vocem, negat. Verè obscuratum est aurum, & mutatus est color optimus Apostolorum Principis: & amictus auro primo, primæ Apostolicæ dignitatis, obscuratus est ut vas figuli, & corrupt, & splendor illius desit; & obnebratum est primum Ecclesiæ luminare, & Apostolicum illud sedis nobile; immo Apostolici firmamenti sol magnus versus est in noctem, in tenebras. ut meritò miremur vnam feminam nebulam tantù luminis obscurare potuisse; vnamque ancillarem nubem totum solem Ecclesiæ mundique potuisse eripere. Quam magnam eclipsim muliebris hæc luna: dedit soli! quantum verò exemplorum ex una Apostoli negatione haurire possumus, & debemus? quam nobis exemplum, nimis magna præfidentia hæc habemus? & quam nimis ve-

rum illud Prophetæ? Maledictus homo qui confidit in homine, & ponit carnem brachium suum, & à Domino recedit cor eius. erit quasi myrica in deserto, & non videbit cum venerit bonum; sed habitabit in siccitate in deserto, in terra falsuginis & inhabitabili. Verè enim maledictus & infelix nimium, qui recedit à Deo, & diuinam fiduciam vertit in humanam, & pro brachio & oslibus innitiatur carni fragili. quid neglectius myrica in deserto? quid homine in homine spem ponente? tamquam si quis domicilium figat in deserto pluviâ & rore destituto; aut in terra falsuginis, aut in medijs inaccessis rupibus omni subsilio destitutis, in-

Non est fidei de domino in homine.

inhospite loco, in quo nullum nec à celo, nec à terra solatium, nulla fecunditas, sed sterilitas æterna. Bene hic, vt semper, Augustinus: *Vbi sunt illa verba: Quare non possum te modo sequi? animam meam pro te ponam. hecine est sequi magistrum, se negare discipulum? siccine anima pro Domino ponitur?* Vbi tam scria, & toutes repetita promissa? ô nimis è nobis fragiles! Elegerat in vi-
carium suum Christus Petrum, gloriæ illum sue participem fecerat in monte, lauerat pedes, corpore & sanguine suo pa- uerat, monuerat periculorum. omnium obliuiscitur Petrus, sibi ad modicum relictus. Quò fortitudo, & sibi relicta san-
ctitas corruit? nullus locus tutus: è cælo cadit Lucifer æter- nū puniendus; è paradiſo Adamus etiam in semine exclu- dendus; ex Apostolorum collegio Iudas fune finitus; ad ancillæ vocem Vicarius Christi. Et quis post hæc viribus suis & constantiæ fidat? time, & spera. audacia periculis adiacet: prudens metus. contemnentibus pericula, discrimina comi- tantur: cautis & sollicitis minus longè periculorum, securita- tis plurimum est.

Iam, quām dubia, quām incerta humana omnia, quām o-
mni momento pendula! quām varia semper Principum gra-
tia, magnorum fauor, fortunæ lusus! quām certa plurimo-
rum odia, æmulæ mentes, etiam fratribus & sororum! quām
ingrata ferè peccora beneficijs tuis insepulta, & inconstantes
amicitiæ! quām pauci personam, quām multi fortunam tuam
sequuntur, mutandi cum eadem! Iam, omnium sæculorum &
nationum exempla non satis docent, quām instabili pede &
fundamento nitantur, quicumque alieno fauori, viribus, po-
tentia innituntur? pleni sunt omnes libri, omnium gentium
vernaculæ historiæ: vt è triginta, quos aut Regum, aut po-
pularis fauor ad summa aut magna sustulit, vix unus siccâ
morte animam in suorum sinu posuerit. Onimis notæ regno-
rum secures, venena, funes, exilia! vt verè dicere possim, fa-
tuitatis quoddam magnæ genus esse, in quocumque demum
hominum spem ponere: ac nefcio an maius illorum, qui spem

Hominis
fragilitas

Humanæ
omnia
quām in-
certa &
dubia.

T 2 suam

PIAE EXERCITATIONES

Quam omnem in opibus, honoribus, viribus, eruditione, eloquentia, forma, gratia sua ponunt de quibus vere dici potest,

Isiae 36. Confidunt super baculum arundineum confractum: cui si innixus fuerit homo, intrabit in manum eius, & perforabit eam. Quid enim sunt opes & honores, robur, eruditio, eloquentia, forma, gratia, aliud quam baculus arundineus & fractus? quam enim fugiant hæc omnia, quam citò dominum suum destituant, quam instabili pede firmentur, quam dum adulantur, mentiantur domino suo, quam ab illis doli & fraudes & insidiæ struantur domino; ignorare non potest quisquis præteritorum memor est. Ut ille proinde prudentissimus haberi debat, qui spem omnem suam in uno Deo posuit. quique extra hunc nihil sperat, nihil metuit. non alienis fauoribus, non suis; sed unius Deigratiæ, amori, robori innititur: nihilque sibi ab aliena manu spondet, nihil à sua promittit; sed ab unius virtutis, & Dei dextera. tutissimus hic erit, &, quidquid euenerit, prosperum, aduersum, cum à manu Dei & parentis sui acceperit, non indignabitur, nec ad lamenta se muliebria projicit, nec se supra fortunam suam extolleat. sciet enim nihil à lenissima Dei manu euenire potuisse, non optandum, non in salutem & gloriam. Fecisset hoc Petrus, ignoraremus Principis Apostolorum casum. quamquam nobis cedisse censeri possit: ut, cum viderimus nimirum sibi praefidentis capitis nostri lapsum grauem, praefidentiam fugiamus, tamquam certissimum magnarum venenum animarum, & cum timore operemur salutem nostram. eò magis, quod post omnem lapsum grauiorem, meritò vereri debeamus, ne nos destituat Dominus in manu consilij nostri; subtrahat auxiliatricem manum suam, quam tamen unâ & solâ exfurgere post lapsum possumus. memores Prophetæ: *Conuerte me, & conuerter; quia tu Dominus Deus meus.* postquam enim conuertisti me, egi pœnitentiam: & postquam ostendisti mihi, pereussi femur meum. confusum, & erubui, quoniam sustinui opprobrium. Non meritò videantur hæc magni Apostoli verba? audi Lucam post trinam

Domino solo subleuante à lapsu refugimus.

Ierem. 31.

Petri

Petri, & quidem iure iurando confirmatam negationem. *Et cap. 26.*
conuersus Dominus respexit Petrum. & recordatus est Petrus verbi
Domini, Quia priusquam gallus cantet, ter me negabis. & egressus for-
ras Petrus, fleuit amare. Non fuisset recordatus Petrus, nisi con-
uersus Dominus aspectu illum suo monuisset, & pulsasset il-
lud cor negationibus obduratum; monitorumque suorum
memorem fecisset, & præfidentiam tacitus accusasset. Quid
hic dicam? silebo; an dicam? non habuisset Ecclesia Petrum,
& ignorassemus nomen Apostoli, si non respexisset Dominus
Petrum: & iaceret iam Petrus cum Dathan & Abiron dam-
nandis nominibus, ni conuertisset se Dominus prior ad Pe-
trum. O, quid nos speremus? in illo, à quo conuersus est Pe-
trus, sperare possumus omnia: extra illum, frustra omnia. ut
*in clamare cum Davide possimus & debeamus: Saluum me fac, *Psal. 11.**
Domine, quoniam defecit sanctus. magnus nimirum ille Aposto-
*lorum princeps; & quidem post verba Domini: Simon, Simon, *Luc. 22.**
ecce satanas expetivit vos ut cribraret sicut triticum: ego autem ro-
gavi pro te, ut non deficiat fides tua. Et tamen post ingeminatam
Simonis vocem, quod magni in illum Domini affectus fuit,
postque preces pro illo fusas, cadit Simon. agnosce præfiden-
tiae malum, & fuge. Quòd si verò quidquam in hoc genere
*peccatum, audi Prophetam: Deduc quasi torrentem lacrymas, per *Ibren. 2.**
diem ac noctem. non des requiem tibi, neque taceat pupilla oculi tui.
*Vt dicas cum eodem Propheta, Defecerunt præ lacrymis oculi mei, *Ibid.**
conturbata sunt viscera mea. & discas, Petro duce, amarè flere, vt
sequaris erubescentem & flentem, qui imitatus es cadentem.
*vt post lacrymas audire cum eodem mercaris: Amas me? & re- *Ioan. 21.**
spondere ex vero possis: Domine, tu omnia nosti: tu scis, quia
amo te.

Disce hic etiam in Petro, quām labili fundamento nitatur, *Homine*
*quisquis innititur homini. Petrus post tot prærogatiias, tot *qui nititur,**
*in illum Domini beneficia, corruit magistro deserto. Stete- *cor.**
rat cum Christo in monte Thabor, inter coniuia Zachæi,
Matthæi, Pharisæi, Canæ Galileæ, in panum multiplicatione,

agni Paschalis esu, miraculorum operatione. nimirum, secunda hæc erant. & quis non amet esse mensarum socius? quis destituat dominum seruus in prosperis? quis inter fortunata non præferat amici nomen? at ubi aduersa ingruunt, magis si obruunt, euolant fortunarum nostrarum amici. hirundines cogita & ciconias, æstatis amicas, inimicas hiemis. Hinc illa Iobi: *Fratres mei preterierunt me, sicut torrens qui raptim transi in connubibus.* Et, *Necessarij mei recesserunt à me.* recedente fortunâ. nil mirum. erant amici fortunæ: quare & cum illa recesserunt, qui comitati illam fuerant. Factum in Petro, qui secundam Domini fortunam secutus, aduersam fugit. immo in hac Dominum negauit, & quidem ad ancillæ vocem. Quid faceret, si accederent vincula & tormenta? In nunc, & fide post Petrum homini, quantumuis amico, & spera in aduersis subsidia, Petro ad mulierculæ verba magistrum, & quidem præsentem, negante. In solo Domino spem pone: ille vñus non destituet inter aduersa. magis etiam aderit, animos addet & vires. Ab homine etiam amicissimo, etiam post summa beneficia, si speras, falleris. ne fallaris; ne spera. sed ab illo solo, qui neminem fecellit, quique inuocantibus semper adfuit; & omnem humanam spem vicit, omnem superauit. nam si Petrus, qui è pescatore fundamentum statuit à Christo Ecclesiæ & caput, ad vilissimæ mulierculæ vocem, magistrum, Dominum,

In aduersis
amicis pau-
ci manent.

Iean. 11. Ioannam omnium nomine dicentem: *Eamus & nos, & moriamur*

Matt. 26. *cum eo.* Audimus Petrum: *Etiam si oportuerit me mori tecum, non te negabo.* Subditur: *Similiter & omnes discipuli dixerunt.* Nec multò, occurrunt armati Iudæi, vincula Domino inijciunt; & ca-

Ibidem. dunt animis Apostoli, & Euangelistâ teste, *discipuli omnes, re-*

Marc. 14. *lēto eo, fugerunt.* & alio: *Tunc discipuli eius relinquentes eum, om-*

Psal. 87. *nes fugerunt.* Respexisse ad hæc videtur Propheta Regius: *Elo-*

gasti à me amicum & proximum, & notos meos à miseria. vt enim

Cap. 19. *insonuerunt vincula, fugerunt Apostoli.* Et Iob. *Abominati*

sunt

fuit me quondam consiliarij mei; & quem maximè diligebam, auer-
sus est me. Non tibi videtur digitum intendisse in Petrum,
qui negationem iuramento firmauit? sequitur: *Fratres meos
longè fecerunt à me; & nisi mei quasi alieni recesserunt à me. Dereliquer-
nunt me propinquū mei; & qui me noverant, oblii sunt mei. Inquili-
ni domus mea, fecerunt alienum habuerunt me, & quasi peregrinus fui
in oculis eorum.* In nullum hæc verius ceciderunt, quam in
Christum.

Considera, quo modo Dominus rogetur à Principibus sa- III.
cerdotum, tanquam reus criminum multorum. sed & omne
concilium querebat falsum testimonium contra Iesum, ut eum morte
traderet: & non inuenierunt, cum multi falsi testes accesserent. Ut merito
Propheta conqueratur. Aperuerunt super me os suum omnes inimi- Thren.2.
ci tui: sibilauerunt, & tremuerunt dentibus, & dixerunt: Deuorabimus.
en ista est dies, quam exspectabamus: inuenimus, vidi mus. Ad perden- Fallsa testi-
dum innocentem aperuerunt os suum, dicentes: Venite, & per- monia in
cutiamus eum lingua, & non attendamus ad universos sermones Christum
eius. & acuerunt linguas suas fecerunt serpentis: venenum aspidum sub proculdu-
labijs eorum. Quid? quod ipse Dominus in persona Prophetarum gnantibus.
suorum conqueratur. Dixerunt inimici mei mihi, & qui cu- Ierem.18.
stodiebant animam meam, consilium fecerunt in vnam, dicentes: Deus
dereliquit eum; persequimini & comprehendite eum, quia non est qui
cripat. Et alibi: Vim faciebant, qui querebant animam meam: & Psal.70.
qui inquirebant mala mihi, locuti sunt vanitates, & dolos tota die
meditabantur. Quæ cum in Christo vidi mus, ne miremur, si
post innocentissimum nocentes (neque enim unius tantum
peccati rei.) eadem patiamur à fortunarum nostrarum amicis.
Pergit queri Dominus apud Prophetam suum: Exacuerunt ut Psal.63.
gladium linguas suas, intenderunt arcum rem amaram, ut sagittent
in occulus immaculatum. Nulli magis Iudeis, qui exacuerunt ut
gladios linguas suas in Christum. Meminit huius Dauid: Gla- Psal.36.
dium euaginaverunt peccatores: intenderunt arcum suum, ut deiciant
pauperem & inopem, ut trucident rebus cordé. Et alibi in eamdem
sententiam: Peccatores intenderunt arcum, parauerunt sagittas suas, Psalm.10.
ut.

ut sagittent in obscuro rectos corde. Quis pauperior Christus docebit te hoc Bethleem, præsepe, Ægyptus, crux. quis corde rectior? disces hoc totâ ipsius vitâ. Habes etiâ apud Ieremiam simile Dauidi: Extenderunt linguam suam quasi arcum mendacij,

et non veritatis. Addit: Docuerunt linguam suam laqui mendacium; ut iniquè agerent, laborauerunt. Subiungit: Sagitta vulnerans linguam eorum, dolum locuta est. Meminit huius Oseas. In me cogitauerunt malitiam: facti sunt quasi arcus dolosus.

Non in passione tantum, sed in omni vita Christi. Ita tentant Pharisaorum discipuli cum Herodianis Christum super censu Cæsari soluendo: Sadducæi de resurrectione: legi doctor de primo mādato: Scribæ & Pharisaei super muliere adultera: Sadducæi & Pharisaei super signo de cælo: Pharisaei super vxore dimittenda è quacumque causa. Addit Euangelista: Hoc autem dicebant

Ltan. 8. Matt. 22. tentantes eum, ut possent accusare eum. Et alius: Pharisaei consilium

Matt. 12. inierunt ut caperent eum in sermone. Etidem alibi: Excuntes Pharisaei consilium faciebant aduersus eum, quomodo perderent eum. Ad Psal. 63. quæ allusisse videtur Dauid. Firmauerunt sibi sermonem nequam, mendacem, & qui ibat in damnationē, in flagra, in mortem.

Addit: Scrutati sunt iniquitates: defecerunt scrutantes scrutinio. Plani defecerunt, cùm quærerent in Christo delicta propria, quæ in illo esse non poterant, cùm nulla iniquitas in Deum cadat: aliena si quæsissent, reperissent innumera. omnium nostra, etiam sua. Posuerat enim Dominus in eo iniquitatem omnium nostrum. Quare etiam vulneratus est propter iniquitates nostras, attritus est propter scelera nostra: dicente Deo, Propter scelus populi mei percussi eum. quia iniquitates eorum ipse portabit, & ideo cum sceleratis reputatus est. quia scelera & peccata multorum tulit. Imò omnium, cùm dederit semetipsum pro nobis, ut nos redimeret ab omni iniquitate. Bene Petrus: Qui peccatum non fecit, nec inuentus est dolus in ore eius: peccata tamen nostra ipse tulit in corpore suo. & Ioannes. Apparuit, ut peccata nostra tolleret, et peccatum in eo non est. proprium nullum, nostra infinita. pro quibus

I. Cor. 15. dedit semetipsum, mortuusque est pro peccatis nostris. non pro suis, quæ

Innocentia
Dominii ex
se, sed no-
stra pecca-
ta in selu-
enda sus-
cepit.

I. Iaia 53.

Tit. 2.

I. Pet. 2.

I. Iwan. 3.

Gal. 1.

I. Cor. 15.

quæ omnia e nulla erant. ipsius tamen aliquo modo dici poterant nostra; cum sua ipse illa fecisset, assumendo in se omnem pœnam peccatis debitam, sponsoriumque nomen suum apud cælestem Patrem interponendo, ad vniuersi debiti exsolutionem. Quare verissimè à Petro & Ioanne dictū, peccata illum nostra tulisse; & à Paulo, pro nostris mortuum, ut eximeret nos debito, quo tenebamur. Non intelligebant hoc Iudei. Si enim cognovissent, numquam Dominum gloria crucifixissent. 1. Cor. 2. Vnde etiam illud Petri: Scio quia per ignorantiam fecistis; sicut & 4. Cor. 3. Principes vestri. Crassa omnino & grauis fuit hæc ignorantia, quæ non eximebat Iudeos à peccatis. Nam virtus Christi integritas; doctrina cælo hausta, delata cælo; miraculorum insitata portentositas, quæ imperio fiebat; non prece; Prophétarum prædictiones; nimis magni testes erant Messia toties promissi. sed velata erat Iudeorum facies, ut, quæ videbant, non viderent: non audirent, quæ audiebant. & perstat etiamnum velamen illud, quo tamquam densâ vndique nebulâ obnubilantur, soleque miserationis & diuinæ cognitionis destituantur. Et certè densissimum debuit esse Iudaici populi velamen in passione Domini, cum multo ante tempore præmediati nil reperirent, quod Christo obijcerent: nil quod inter mendacia, vel apud ipsos iudices hostes, vel minimæ verisimilitudinis speciem præ se ferret, cum tamen reus ad omnia taceret. Tanta est vis innocentie, tanta veritatis; ut, cum damna-re Christum Principes vellent, è diu licet ante præcogitatis accusationibus, ad damnandum accedere non auderent. accusabant hostes: sedebant iudices hostes. tacebat ad obiecta, licet falsissima, reus; nec tamen ad ferendam, quam totis animis desiderabant, mortis sententiam descendere sanguinis Christi sitientissimi iudices audebant. Quid hinc cogitasse credimus Dominum innocentissimum & reum, omnis delicti ignarum & vinclatum, ante Iudaici populi Principes nocentissimos & iudices? & accusari ab ijs, quos innumeris beneficijs effecerat: & accusari falso, & à testibus ad accusations falsas

Falso à Iudeis accusatur, & per falsos testes.

subornatis. quos etiam verisimile est pecuniâ ad id inducere, non secus ac Iudam; & post Christi mortem sepulcri custodes. hi, ut veritatem alto silentio premerent: illi, ut veritatem per falsas accusationes oppugnarent, innocentiamque falsarum obiectionum ponderes & multitudine obruerent.

Psal. 108. Quid inter hæc cogitasse credamus Christum, nisi illud Prophetæ? *Os peccatoris, & os dolosi super me aperatum est. locutus sum aduersum melingua dolosa, & sermonibus odio circumdecerat me, & expugnauerunt me gratis. pro eo ut me diligerent, detrababant miseri: passerunt aduersum me mala pro bonis, & odium pro dilectione mea.* Lingua omnino dolosa & hostili oppugnarunt Dominum. Verum in innocentem cadere crimem non poterat. Expugnabant vero gratis, cum causam expugnationis nullam Dominus dedisset, qui innumeris illos beneficis affecisset, in tam varia morborum curatione; singularique benevolentia & amore præuenisset, amore & benevolentia sua indignos. quomaius beneficium elucebat, quod in hostes profundebatur. At illi omnia immemores, pro benefactis mala reponebant, & communis studio dignum aliquid accusatione & damnatione querebant. Atque hinc illa sunt: *Cencilium malignantium obsecrit me.* Addit Propheta de Domino: *In maluerunt aduersitate viri pacis tua; qui comedunt tecum, ponent insidias subter te. Fauxum Domino. Euenit idem sequentibus Dominum. obsiderent ab improbis, opprimuntur, cuereuntur, etiam ab amicis.* iuxta illud: *Tradet autem frater fratrem in mortem, & pater filium: & insurgent filii in parentes, & morteos afficient:* *& critici odio omnibus hominibus propter nomen meum.* causam addit: *Si de mundo fuissetis, mundus quod sum erat diligenter: quia vera de mundo non eris, sed ego elegi vos de mundo, propterea odio vos mundus.* Plenæ omnes Martyrum historiæ persecutionum harum sunt. & experientiam nimirum docemur quotidianâ, eos qui sacerculo renunciarunt, & vni Deo vivunt, ferè ingloriam hinc vitam ducere, & risui suis esse & odio, & calumnias ab eiusdem vitæ fratribus sororibusq; partib; quorum vivum solarium Dominus.

Illorum
hac in re
ingratitu-
do.

Psal. 21. *Atque hinc illa sunt: Cencilium malignantium obsecrit me.* Addit Propheta de Domino: *In maluerunt aduersitate viri pacis tua; qui comedunt tecum, ponent insidias subter te. Fauxum Domino. Euenit idem sequentibus Dominum. obsiderent ab improbis, opprimuntur, cuereuntur, etiam ab amicis.*

**Iusti op-
primun-
tur ab in-
justis.**
Matt. 10. *Tradet autem frater fratrem in mortem, & pater filium: & insurgent filii in parentes, & morteos affident:* *& critici odio omnibus hominibus propter nomen meum.* causam addit: *Si de mundo fuissetis, mundus quod sum erat diligenter: quia vera de mundo non eris, sed ego elegi vos de mundo, propterea odio vos mundus.* Plenæ omnes Martyrum historiæ persecutionum harum sunt. & experientiam nimirum docemur quotidianâ, eos qui sacerculo renunciarunt, & vni Deo vivunt, ferè ingloriam hinc vitam ducere, & risui suis esse & odio, & calumnias ab eiusdem vitæ fratribus sororibusq; partib; quorum vivum solarium Dominus.

Joann. 15. *omnibus hominibus propter nomen meum.* causam addit: *Si de mundo fuissetis, mundus quod sum erat diligenter: quia vera de mundo non eris, sed ego elegi vos de mundo, propterea odio vos mundus.* Plenæ omnes Martyrum historiæ persecutionum harum sunt. & experientiam nimirum docemur quotidianâ, eos qui sacerculo renunciarunt, & vni Deo vivunt, ferè ingloriam hinc vitam ducere, & risui suis esse & odio, & calumnias ab eiusdem vitæ fratribus sororibusq; partib; quorum vivum solarium Dominus.

ad

ad quos dñes illa Dei sponsio: *Beati qui persecutionem patiuntur M. 5.*
propter iustitiam, quoniam ipsorum est regnum cælorum. Nihil poterat opulentius promitti. nec dicit, Erit; sed, Est. emerunt nimis hi illud persecutionibus & aduersorum tolerantia. Beata commutatio, prudens emptio: pro periturorum contemptu, æternasibi parare regna, nullo æuo minuenda. Imitare, quisquis hæc legis.

Vide dein Dominum reum. & discimen simul cogita rei & iudicis: illius modestiam & mansuetudinem; huius in die elementorum collisionibus prænotando, terrores ante quem aliquando hi nunc iudices; & omnis potestas sæculi, purpura omnis, diademata omnia, & quidquid hinc doctum, prudens, magnum, stabit tremebundum, in exspectatione ferendæ sententiaz æternaz. Disce hinc cum innocentia hoc reo pati, ut securus iudicis sententiam excipias: imitare illius in persecutionibus mores, ut donari ab illo æternum cælorum regno possis: & gaude contemni, rideri, damnari à sæculo, ut corone ris ab illo. gaude hinc etiam poenas cum illo subire innoxias, mercede cumulandas & remunerandas æternâ. gaude haberi nocehis, si Deo tuo sis innocens. sat magnâ mercede donaberis æternâ, si generosa cum illo mente sustuleris aduersa. quæ inter secunda magis ad numerare debes, quam inter aduersa; ut à quibus prosperrima tibi in altera meliore vita spondere potes. Nec iudicium expuesce mundi huius; expuesce Dei. sed neque illius laudibus extollaris; extollere Dei. neque fauores illius venare; venare Dei. nec iudices sæculi huius metue, qui occidunt corpus, animam autem non possunt *Matt. 10.* occidere; metue iudicem Deum, qui potest & corpus & animam perdere in gehennam. Sentiant de te, quotquot orbis habet, male: si sentiat bene Deus, beatus: miser, si illi sentiat bene, male Deus. Fallacia enim sæculi iudicia; falli in suis non potest Deus. dubia illius & incerta; indubitata & certa Dei sunt. fugitiua & volatica illius; æternatura Dei. delige: in manu tua est.

Dominus
coram ini-
quis iudi-
cibus man-
suetudo.

IV. Sequitur: *Vnus affistens ministrorum dedit alapam Iesv. Interrog. 18. rogauerat Annas Iesvm de discipulis, de doctrina. De illis al-* tum Domino silentium, quos nec prodere volebat, nec quæ laudem mererentur, narrare poterat. *d'octuñæ suæ narratio-*

Alapa Dominius per-
cuitur;

vni & blasphemis Deus.

Alapa ir-
rogatio quam sit probrosa.

alapam maximum. Simul cogita, qui sint qui Dei faciem cädant. blasphemari, periuri, superbi. quorum scelerata pro alapis Deo sunt: neque enim minor irrogatur iniuria Deo criminibus illis, quam inuercundâ seruili manus percussione. Quam ergo poenam mereri credes tales; aut quam sententiâ arbitraris percutiendos? aut quam denique tormenta sceleribus his paria reperiri poterunt? Certè, si humana pensamus, longè apud sæculi æstimatores morte grauior alapa est: sed neque illatam hanc iniuriam illâ putant reparari poenâ posse: magis etiam, si viro nobili illata fuerit; quo magis, si filio Regis. quid dicemus de Dei filio? Et sclera interim illa tam familiaria nobis sunt, quam non rarò cibus & potus, ut propè per ludum sceleram fundamus, & laudem etiam non rarò ex il- lis venemur.

V. Videamus quid responderit Dominus, acceptâ tam atrociori iniuriâ. *Si male locutus sum, testimonium perhibe de malo: si autem beno, quid me cedis?* Non poterat cum Paulo hunc cætitate percutere; cum Petro morte? & non merebatur grauiora, quam Sodoma & Gomorrha, quam Core & Dathan, tam barbarum facinus? Cogita quid tu reponas, non dico pro alapa, sed pro verbo minus commodo, liberiore, insolentiore? Video ad Petri vocem; *Cur tentauit satanas cor tuum, mentiri te Spiritus sancto, & fraudare de pretio agri?* Ananiam cadentem & exspirantem: & ad eiusdem Apostoli vocem: *Quid conuenit vobis tentare Spiri- tū?*

Dinan. 18. Dominii alapæ cæsi mite re- sponsū, & patien- tia:

Autor. 5.

ritum Domini ecce pedes eorum qui seperierunt virum tuum, ad
 osium, & efferen te; infelici Ananiæ infelicem vxorem cor-
 ruentem; & quæ marito fuerat mendacij socia, infortunari
 funeris sociam factam: ut quos eadem iuxerat iniquitas, iun-
 geret pena, præsentibus in horrorem, posteritati in exem-
 plum. Audio Paulum Ananiæ, cum præcepisset astantibus sibi 18.1.23.
 percutere os eius, dicentem, Percutiat te Deus, paries dealbate. Au-
 dio Ieremiam, cum percussus esset à Phassur sacerdote, inter-
 minantem percussori Babylonios carcetes & mortem. Audio
 Ionam irascentem super hedera, quæ exaruerat. Audio Job
 maledicentē diei, quâ natus; nocti quâ conceptus. Dies ille ver- 1ob.3.
 satur in tenebras, & non illastretur lumine: noctem illam tenebrosus
 turbo possideat. Lego de Moysc mortalium mitissimo, Iratusque ^{Exodi 3.2.}
 valde, proiecit de manu tabulae, & confregit eas ad radice montis, in
 quibus scriptura Dei erat sculpta. quid peccauerant tabulae, pec-
 cante populo? Audio Dauidem: Montes Gelboë, necros, nec plus ^{2. Reg. 1.}
 via veniant super vos, neque sint agri primitiarum. quid, rego,
 peccauerant montes caelo in montibus Saule? Audio indigna-
 bundum Eliam imperantem nubibus, ne pluant. & non pluit 1ac. 5.
 annos tres & menses sex. Audio etamdem imperantem ignibus
 in Principes quinquagenarios duos ab Ochozia submissos,
 & descendit ignis de caelo, & devorauit duos Principes quinquagena- ^{4. Reg. 1.}
 rios, & quinquagenos qui cum eis erant. Audio Elizeum maledi-
 centem pueris; Egressi quo sunt duo viri de saltu, & lacerauerunt ex ^{4. Reg. 2.}
 eis quadraginta duos pueros. grauis poena in pariuulos, nec aliud
 inclamantes, quam Ascende calce. Et audierunt hi omnes, vihi
 magni & sancti: mitior longè Christus noster; qui nil aliud ^{Ipse mitior}
 quam iniustæ & barbaræ percussionis causam depositit. Tu ^{Sanctis}
 hic cogitamores tuos: quid reponere innocens soleas acceptâ
 iniuriâ; imò, quid nocens. & tamen, quis tu? quis Christus?
 Intuere discrimen inter Christi & saeculi mores. & imitari non
 pudeat eum, qui falli in iudicio suo non potest, nec erubesce
 ad patientiam, ad mansuetudinem, ad mititatem, ad mode-
 stiam; erubesce ad vindictam, ad iram, ad ferram, ad arrogan-
 tiæ.

tiam. Quod quo: facilitus facias, cogita reposita ad illa, cælo
præmia; ad hæc, inferorum tormenta. Et vt nihil aliud sit, co-
gita te placitum Deo, si vestigia illius generosus miles calca-
veris. ira & vindicta de sæculo sunt: mansuetudo & patientia
de cælo. non errabis, cælestibus insistendo: errare potes, sæculi
mores imitando. delige proinde prudens, pro dubijs certa.

VI. Audiamus interrogata summi Pontificis, & responsa Christi.

Marii 14. *Sti. Summus facendo interrogabat eum: Tu es Christus filius Dei benedictus? Iesvs autem dixit: Ego sum. Summissus facendo scindens vestimenta sua, ait: *Audistis blasphemiam: quid nobis reditum? qui omnes condenauerunt eum esse rem mortis. Et ceperunt quidam conspuere eum, & ruelare faciem eius, & colaphis eum cedere, & dicere er: Prophecyza. & misericordia lepidi tui cedebant. Damnatur ut blasphemus. nihil**

blasphemiz nota
Domino
impingitur, & con-
spicitur. *poterat grauius dici in Deum, quam esse blasphemum Deum;*
*nihilque grauius, quam damnare illum falso arrogatae deita-
tis, & damnari ab homine Deum tamquam iniurium Deo.*

Leuis. 24. *Vetus lex erat: Qui blasphemauerit nomen Domini, morte mortatur.*

*Lapidibus opprimet eum oravis multando, fuis ille ciuis, siue peregrinus
fuit. & ibidem: Edut blasphemum extra castra, exponant omnes
qui audierunt, manus suas super caput eius, & lapidet eum populus
uniuersus. Vides legem. prævaricatores huius Iudei sunt. la-*

blasphem. 7. *pidare Christum debebant, & sequi legenti, si blasphemera
putabant: Fecerunt hoc in Stephano, quem ejientes extra ca-
stra lapidabant, ut blasphemum. ut Christum novo mortis*

genere damnarunt. Addunt damnationi sputa, alapas, risus.

Isaia 50. *vt verum illud esset: Corpus meum dodi percutientibus, & genas*

meas vellentibus: faciem meam non auerti. ab increpantibus, & con-

*spueribus in me. Quid foedius, inhumanius, ignobilius conspu-
tatione? hinc illud Job: Abominantur me, & longè fugiunt a me,*

*& faciem meam conspuere non querentur. Signum abominandæ
rei consputatio est. Sed & vilissima ferè mancipia alapis cædi-*

Faciei Do.
minice
velatio tria
nos docet. *mus, non est alaparum percussio ingenuorum. Scurrilis etiam*

faciei velatio est, quæ tria in se quasi mysteria recludit meritò

perpendenda. Primo, omnem peccatorem, quodam dicendi modo,

modo; Dei faciem velare, quo liberius & sine tantorum oculorum rubore peccare poshit. Et sane quisquis gratius peccat, tamquam in exerci aut velati Dei praesentia peccat. nam si videneam & praesentem cogitaret, quæ tam impudens audacia satis esset ad peccandum? Secundo, velare in omni feci lere omnem peccatorem faciem suam, ne omnia videantem videat, ac sine rubore voluatur per peccata, ad quæ erubesceret, si videret quem offendiceret. quo ergo peccet liberius, nec terreatur, aye rquocetur à crimine magni Nostri nis praesentia faciem velat. Erat videtur tenebras quartæ quædam peccantem, quasi illis excludat oculos Dei & iudicis. vix enim quisquam palam peccar, & in oculis omnium fugit magis oculinam aliam praesentiam, & videri non vult. ita etiam, ut tertorem amoucamus, plororum obsecrum vultum, & nos ipsi, si quid monstruosum aut pauculum fesse obieccerit, vultum auertimus. Tertio, relatio vultus Christi indicat nobis miserandum illud damnorum votum, cum in magno illo damnationis die, per terrorē iudicis Dei, monstrosim preceabuntur integri, yallibus infepeliri. Tu vide, quidribi hīc agendum, quæ vita instituenda, ne inter hos aliquando infelix numeretis.

Cogitet denique quisquis Christi est, quid totâ illâ nocte. VII.
ab insperisimis militibus, seruis, principijs percessus sit. nullum insolentiam ac crudelitatis genus omisso, nulli verecum diæ parcitum. & dum seniores molliter decumbunt, & in stratis suis lasciuiunt, insonam Christus dicit noctem, dominum impudentiarum ac feritatum materia; dum singuli, ut ingeniosi, impudentia & facilia est, ne quis exfatigare iniudicium oculos feritibus parant, eorum maiorem a senioribus laudem relatur, quo plus saevitiae attulerint? Cogita vero quidquid crudelitatum potes, quidquid ullus seculo vlla tyrannus inuenie in pœnam, in vindictam certoque tibi persuadcas, omnem impudentiam ac feritatem, unde hac nocte, in via leviter, scilicet deponitam. Debet autem hoc expiationis

Quæ sit
Dominus
nocte vita
sua fratre
mâ ab in
solentibus
militibus
ludibrijs
passus.

tioni scelerum nostrorum, ut nimis pro diuersorum criminum varietate, varia per illum, qui in se illa suscepereat medicanda & exsoluenda, tormenta decurrerent. quo diuinæ iustitiae per omnia scelerum genera lœsa, per omnia etiam pœnarum genera fieret satis: & superarent etiam offensam meritam, ne queri de misericordia iustitia diuina posset, quasi gratuita crimini remissio foret.

Viri sancti
aduersis
iactantur.

Simile quid vſuuenire videmus in discipulis & imitatoribus Christi. iactantur h̄ic aduersis, omnium propè ludus & fabula: nec quies illis vlla; non dies, non noctes pacat, succedentibus sibi aduersis, ac quasi mutuo catenarum more innodatis. Dum interim s̄eculi huius amatores prosperis inuoluntur, ac propè infepciuntur; secundisque omnibus tamquam puluinaribus ac mollibus culcitrīs incumbunt, aurum tenuis immersi, quasi securissimi de futuris, exultabundi de præsentibus, gratulabundi de præteritis: nihil denegantes corpori, delicijs & voluptatibus innatantes, omnibusque circumseSSI ac vallati opibus, honoribus, commodis. Nihil noui. prædixerat hocantē Dominus: *Amen, amen dico vobis, quia plorabitis & flebitis vos, mundus autem gaudebit: vos autem contristabimini, sed tristitia vestra vertetur in gaudium: & gaudium vestrum nemo tollet a vobis.*

VIII. Illud etiam graue, non ad vnius iudicis, sed ad quatuor, Dominaum ductum tribunalia: & in tribus, Annæ, Caiphæ, Pilati, damnatum; ab Herode illusum. ita in vnius damnationē conueniunt sacerdotes, iudices, Reges: vt ab omni hominum genere damnaretur, qui ad omnium peccata expianda venerat.

Ab omni
hominum
genere
Dominus
damnatur.

Eadem reperies in ijs, qui s̄eculo renunciantes Deo soli vivunt. quorum plerumque vita moresque dissimiles, reliquos in æmulationem, inde in odium, contemptum, detractionē, persecutionem prouocant: nec s̄eculi tantum Principes, omnipotens ac honorum amatores, sed & sacerdotio non vtilimos, patiuntur aduersarios: & à quibus sperare laudem & auxilia debebant, iaueniunt contemptum & damnationem.

C A 2

C A P V T VI.

Accusatio in domo Pilati, & Herodis.

AVDIAMVS, quid dicat Euanglista: *Manè factò consilium in-*
tierunt omnes Principes sacerdotum, & seniores populi aduersus
IESVM, vt cum morti traderent; & *vinclum adduxerunt eum, &*
tradiderunt Pontio Pilato præsidē.

Intuere hīc Christum reum, Pilatum iudicem, Iudæos accusatores. ô quis credat stare Deum reum criminum magnorum? iudices & accusatores esse homines? creaturam de cœatore suo quæstionem instituere? quasi olla exlurgat in figurum, statua in artificem, in pictorem pictura. *Quis nostrū seruum ferat accusatorem, non dico iudicem?* & tulit cæli terra ræque conditor, quos è terra sibi figulauerat seruos, accusatores & iudices. Quantum discriminis inter arrogantiam nostram, & submissionem Dei? & nocentissimi interim nos, & mille per crimina mortes promeriti; & innocentissimus Deus. Quid? quòd nec pares quidem feramus iudices, ac vix superiores, licet nocentes. quid faceremus innocentes? Consulamus animum. quis nostrū vel leue verbum transit irrepercussum? quis imitatur agnos? quis non canes & lupos? & dentem pro dente reddit? imò, quis non leuem iniuriam graviore putat remunerandam? quis non ignauum credit & inglorium, intactam contumeliam transire? quis non gloriosum & virile, contumeliam maiore repercutere? vt etiam de nominis honore periclitetur, quisquis quacumque causâ iniuriam acceptam pari aut maiore non vindicauerit. Aliud hīc discimus à Christo nostro: cuius si præmia & regna volimus, imitandi mores sunt: à quibus quantum degeneramus, tantum à præmijs excludimur.

Sistamus præsidi Pilato cum Christo, & audiamus iudicij formam. Adducunt IESVM in praetorium: *& ipsi non introierunt,* vt *Ioan.18.*

X non

Dominus
passus est
se iudicari.

I.

II.

non contaminarentur, sed ut manducarent pascha. Contaminari timent à loco: non timent ne contaminentur ab effusione innocentis sanguinis. Quàm nimis multos Iudæis similes repries, qui in externarum quarundem cæremoniarum obseruatione cùm religiosissimi sint, intus natant odijs, dolisque malis obruunt innocentès, falsisque criminacionibus euertunt æmulos, vt per eorum ruinam, viam sibi sternant ad optata. quàm multi pietatem & innoceptionem foris mentiuntur, sceleribus intus omnibus obsessi, & dum homines fallunt specie recti, & virtutis quadam ostensione, non cogitant omnia intuitentem & falli nescium Deum. Non ingrediuntur prætorium Iudæi, ne contaminati arceantur à manducazione paschæ. innoxia nimis agni manducatio, innoxiam mentem exigebat. at quàm longè aberrant ab hac, qui innocentissimi Agni sanguini insidiabantur, imò qui palam barbaram sitim suam profitebantur? Discat tamen hic Christianus longissime ab omni cötaminatione esse in cœlestis Agni manducazione. discatque non tantum scelera vitare; sed quidquid sceleris cuiuscumque vel tenuem umbram refert. discat denique non manducare, quamdui vel minima cordi contaminatio adhæret, ne in iudicium sibi & damnationem manducet. Benè ad hunc Scripturæ locum August. O impia & stulta cecitas! habitaculo videlicet contaminarentur alieno, & non contaminarentur scelere proprio: alienigenæ iudicis prætorio contaminari timebant, & fratris innocentis sanguinem fundere non timebant. Ad quantam cæcitatē æmulatio, inuidia, odium ducut, & quàm densis tenebris integunt possessore suum! fatui, prætorio contaminari, innocentium non contaminari sanguine: parieribus commaculari alienis, non commaculari scelere proprio? vt integunt odia scelera, & subducunt improbitatem oculis, nimis post care luendam! Quid? quod ferè, qui semel odia gustarunt, immoriantur illis. adeò graue est ponere quod semel imbabitum est. quo magis fugienda hac pestis, quæ possessorum suum cæco itinere ducit ad interitū; vt antè perisse se sentiat, quā credat.

Au-

*Multi par-
tia religio-
nē cauent,
& in ma-
gna impin-
gere non
verentur.*

tom. II.

Audiamus Pilatum. Exiit ergo Pilatus ad eos foras, & dixit: III.
 Quam accusationem adfertis aduersus hominem hunc? Benè, & bo- Ioan. 18.
 ni hīc iudicis munere functus. audiamus Iudæos: Responderunt
 & dixerunt ei: Si non esset hic malefactor, non tibi tradidissimus eum.
 Quæ hæc barbaries? inaccusatum, inauditum damnari vo-
 lunt. O cæcus nimium liuor! quis credat ad hanc impuden-
 tiā viros doctos, principes populi, sacerdotio claros deue-
 nire potuisse? ad quid non rapit æmulatio? noxiū volunt;
 quia noxiū esse vellent. & damnari volunt; quia damnatum
 vellent. Quàm multos videoas Iudæorum imitatores: qui solā Iudices nō
finant se
corrupti.
 potentia, ratione nullâ, iudices conantur impellere, in quam
 partem volunt; & sententiam præscribunt, & deberi hanc,
 non æquitati, sed potentia & gratia suæ putant. Nihil dico
 de illis, qui pro ratione pecuniam deferunt; pro causæ iusti-
 tia, munera. quamquam priores plus sonent barbarum; sub-
 missione plus secundi. Dixit ergo eis Pilatus: Accipite eum vos,
 & secundum legem vestram iudicate eum. Prudenter iudicium de-
 clinat Pilatus: nec inaccusatum & inauditum vult indicā
 causā damnare: nec potentia cedit aut gratia. Dixerunt ergo ei
 Iudæi: Nobis non licet interficere quemquā. Lex iubet lapidari bla-
 sphemum: & morte vult puniri plerosque diuinorum præce-
 ptorum transgressores; & negant Iudæi se posse interficere
 quemquam. Audiamus Stephanum. Durâ cervice, & incircum- aor. p.
 cisis cordibus & auribus, vos semper Spiritui sancto resistitis: sicut pa-
 tres vestri, ita & vos. Quem Prophetarum non sunt persecuti patres
 vestri? & occiderunt eos, qui prænunciabant de aduentu Iusti, cuius
 vos nunc prodtores & homicida fuistis: quia accepistis legem in dis-
 positione angelorum, & non custodistis. Et non illi ipsi non multò
 post ejcidentes extra ciuitatem, lapidabant Stephanum, inuocantem &
 dicentem: Domine Iesu suscipe spiritum meum? & nunc negant se
 posse interficere quemquam. Et non interficiunt qui indicā
 causā volunt interfici? qui clamant, Reus est mortis? & secun- Matt. 26.
 dum Marcum; qui omnes condemnauerunt eum esse reum mortis? Cap. 14.
 Aut fôrs Paschalis eos festi religio terrebat, ne occiderent, qui

Iudei Do-
minum
damnantes
se dicunt
innoxios,
sed van-

iam illum damnauerant ut reum mortis? aut mitius est lin-
guâ occidere quam ferro? aut sceleris minoris est innocen-
tem capere, vincere, cædere, accusare, ad mortem deposcere,
quam occidere? aut minoris barbarie & impudentiæ est illu-
dere, alapis percutere, vellere, conspuere, quam ferro perime-
re? aut leuioris criminis est falsò innoxiū accusare, ad crucem
deposcere, quam cruci affigere? aut denique minus contami-
natur, qui dolo malo, falsisque denuntiationibus, odionatis,
alium in sanguinem alterius impellit, ipso percussore, aut iu-
dice, fraudulentis in alterius necē machinationibus inducto?

IV.

*Luc. 13.
Quæ in
Christum
crimina
confingat.
Iean. 12.*

Vide, ut varia adducant Iudæi. Primo, *Hunc inuenimus sub-
uertentem gentem nostram.* Secundo, *Probibentem tributa dare Ce-
sari.* Tertio, *Dicentem se Christum Regem esse.* Audiamus popu-
lum. *In crastinum autem, turba multa, quæ venerat ad diem festum,*
cum audissent quia venit Iesus Ierosolymam; accepérunt ramos pat-
marum, & processerunt obuiām et, & clamabant: *Hosanna, benedictus
qui venit in nomine Domini, Rex Israel.* Aliud ergo sensit de Christo populus, aliud Pharisei. E factis dein Christi euincamus
accusationis huius falsitatem. venerant submissi à Ioanne, ut
quaererent, an ipse esset qui venturus erat. referunt: *Ceci vi-
denter, claudi ambulant, leprosi mundantur, surdi audiunt, mortui re-
surgent, pauperes euangelizantur.* Si hoc est subuertere gentem;
subuertit Dominus. si beneficijs innumeris onerare, adeoque
& obruere, est perdere, perdidit Dominus. si reuocare ab era-
toribus, ab improbis moribus, à necessiarum rerum ad salu-
tem ignoratione, est in fraudem inducere; induxit Dominus.
si ex omni omnino orbe diligere Iudæam gentem, ut amicam,
ut cælo præ reliquis adoptatā, è cuius semine & sanguine car-
nem sibi & sanguinē mutuaretur Deus, est fallere & deprime-
re; fecellit & depressit Dominus. si supra quidquid ubique est,
erigere & extollere, est subuertere & conculcare; subuertit &
conculcauit Dominus. Considerare hic possumus sæculi mo-
res. si quis pius, modestus, honorū opumq; neglector, huma-
narum rerum contemptor, vitiorum hostis, rigidior æquita-
tis.

*Pij seculo
secundum de-
spiciens &*

tis assertor, Ecclesiastici iuris propugnator, simulationis ignar-^{contem-}
rus, candoris cultor; Reipublicæ natus non est, non gubern-^{ptui:& cur-}
nationi, non consilijs dandis, non muneribus publicis ob-
cundis. Quid? quòd tales risui & contemptui ferè sint, nec
ad ullam Reipublicæ partem admittantur. verentur enim,
quorum interest, ne pietate, æquitate, candore, reliquisque
virtutibus politicum Reipublicæ statum magis carent,
quàm firment & stabiliant.

Transcamus ad secundum accusationis caput. audiamus **V.**
Lucam. Querebant Principes sacerdotum & Scribe mittere in illum ^{Luc. 20:}
 manus: & obseruantes miserunt infidatores, qui se iustos simularent,
 ut caperent eum in sermone, ut traducerent illum principatus & po-
 statis Praesidis. & interrogauerunt eum: Licer nobis tributum dare Cæ-
 dari, an non? dixit ad eos: Ostendite mihi denarium. cuius habet ima-
 ginem & inscriptionem? dixerunt ei: Cæsaris. & ait illis: Reddite ergo,
 quæ sunt Cæsaris Cæsari, & quæ sunt Dei Deo. Quanta in vna re
 scelera! Primò, mittere manum volunt in innocentem. Secun-
 dò, submittunt infidatores. Tertiò, sub specie boni & iusti
 scelera sua tegunt. Quartò, dolo circumuentum tradere me-
 ditantur Praesidi. quod quo faciant cōmodius, ac quasi igna-
 rum impellant ad infidias, ad laudes proſiliunt. Magister, sc̄i. ^{Ibidem}
 mus quia rectè dicas & doces: & non accipis personam, sed viam Dei
 in veritate doces. Quàm vel nolentes testimonium perhibent
 veritati nihil potuit de Christo dici certius, nihil Augustius,
 quàm rectè dicere & docere personam nullius accipere; quod
 iustitia est: viam Dei docere in veritate. quibus scipios dam-
 nant. nam cùm contraria docerent Christo, fateri debent, se
 nec dicere recta, nec docere personarumque acceptores, in-
 iustos nimirum, esse, viamque Dei falsò docere. Verùm aliud ^{Indorum,}
 illi eloquebantur, aliud corde voluebant. verbo laudabant, ^{simulatio-}
 animo damnabant. & in ipsa laude dolos meditabantur; imi-
 tati magistrum suum. *Mitte te deorsum. scriptum est enim, quòd* ^{Luc. 4:}
angelis suis mandauit de te, ut conservet te, & quia in manibus tollent
te, ne forte offendas ad lapidem pedem tuum. Verùm non est sapien- ^{Pron. 21.}

*tia, non est prudētia, non est consilium contra Dominum. ille enīta
est, qui apprehendit sapientes in astutia eorum, & consiliū prauorum
dissipat. per diem incurrit tenebras, & quasi in nocte sic palpabunt
in meridie. O nimis vera! incurrit in tenebras sapientes hu-*

*Stulta se-
culi iude-
cia.* *jus sāculi; & pro luce nebulas, pro meridie noctem ample-
tuntur. O nimis densas tenebras! nimis altam noctem! non*

*i. Cor. 3. sit æterna. ut meritò moneat Apostolus: Nemo se seducat: si quis
videtur inter vos sapiens esse in hoc sāculo, stultus fiat vt sit sapiens.
Sapientia enim huius mundi, stultitia est apud Deum. scriptum est e-
sim: Comprehendam sapientes in astutia eorum. Quām paradoxa
hæc sunt! stultus fieri, vt sapiens sis? quasi sapientiæ mater
stultitia sit, huius illa vtero nata, vberibus lactata. Atque hinc*

*i. Cor. 1. illud eiusdem ex verbis Domini: Perdam sapientiam sapientium;
& prudentiam prudentium reprobabo. ubi sapiens? ubi scriba? ubi
conquistor huius sāculi? nonne stultam fecit Deus sapientiam huius
mundi? nam quia in Dei sapientia non cognovit mundus per sapien-
tiā Deum; placuit Deo per stultitiam prædicationis saluos facere cre-
dentes. addit: Quod stultum est Dei, sapientius est hominibus: &
quod infirmum est Dei, fortius est hominibus. videte enim vocatio-
rem vestram, fratres, quia non multi sapientes secundām carnem,
non multi potentes, non multi nobiles; sed que stulta sunt mundi ele-
git Deus, vt confundat sapientes: & infirma mundi elegit Deus, vt
confundat fortia: & ignobilia mundi & contemptibilia elegit Deus,
& ea que non sunt, vt ea que sunt destrueret: vt non glorietur omnis
caro in conspectu eius. Nimis hæc quotidiana discimus experien-
tiā, & res ipsa, taentibus omnibus, loquitur. Hac mundi sa-
pientiā instructi erant Pharisei; & qui ab illis missi fuerant ad*

*Luc. 20. Dominum. Considerans autem dolum illorum, dixit adeos, Quid me
tentatis? tentabant omnino Dominum, erantque ex illis, de*

*Ierem. 18. quibus Propheta: Venite, & percutiamus eum linguā; & non at-
tendamus ad vniuersos sermones eius. Ad quos illud Apostoli di-
ci potest: Non ambulantes in astutia, sed in manifestatione veritatis.*

*2. Cor. 4. O quām pauci ambulāt in manifestatione veritatis! quām pauci
fronte & ore cordis arcana præferunt! quām pauci aperiunt,
quod*

quod corde claudunt! imò quām Religiosorum pauci! exultat ferè candor; & quo quis candidior, hoc simplicior habetur, & sēculo indignus, inglorius simul & ignavus. ô longè hæc à seruientibus Deo in Religione!

Veniamus ad accusationis caput tertium. de quo Pilatus, omissis prioribus, fōts quòd videret illa nullo fundamento niti: *Tu es Rex Iudeorum?* & apud Ioannem: *Ergo Rex es tu?* re- ^{Luc. 23.}
Ipondit Iesvs: Tu dicas, quia Rex sum ego. Confessus est se Regem, ^{Ioan. 18.}
& addidit: *Regnum meum non est de hoc mundo. si ex hoc mundo*
erit regnum meum, ministri mei utique decertarent, ut non traduceret
Judeis. Inuidiosissima erat obiectio Regium nomen apud Pilatum Cæsareum Præsidem: & videbatur lēsæ maiestatis Christus
tritnen, Regem se facere, cùm præter Cæsarem, nullum ag- quomodo
nosterent Regem Iudæi. nec poterat crimen ullum obijci se Regem
grauius, & quod fortius ad accusati damnationem impelle- diceret, &
ret Pilatum. quæ etiam sola accusatio mouit Pilatum, ad ob- quale eius
iectæ rei veritatem cognoscendam. Et fatetur quidem Christus se Regem. sed addit: *Regnum meum non est de hoc mundo.* nullum proinde hīc crimen in Cæsarem, cuius imperium de hoc mundo erat; cùm Christi, cælestè foret. Agnouerat hoc regnum Prophetæ: *Exaltabo te, Deus meus, Rex, & benedicam no-* ^{Psal. 144.}
mini tuo in seculum, & in seculum seculi. Regnum tuum regnum om-
niam seculorū, & dominatio tua in omni generatione & generatione. Confirmat Gabriel prædictionem Prophetæ: *Hic erit magnus,* ^{Luc. 1.}
& filius Altissimi vocabitur, & dabit illi Dominus Deus sedem Da-
uid patris eius: & regnabit in domo Jacob in eternum; & regni eius
non erit finis. & ante angelum Michæas: *Et tu Bethlehem Ephra-* ^{Mich. 5.}
ta puerulus es in multis Iuda: ex te mihi egredietur, qui sit domina-
tor in Israhel, & egressus eius ab initio, à diebus æternitatis. Nullius Regum egressus à diebus æternitatis, nisi Christi solius. Reliqui etiam Prophetæ omnes tam multa de regno, de domina- tu, de imperio, in hæc tempora Christi futuri dicunt, ut igno- rari legis doctores nō possent, nisi eos obcecassem densissima, quā tenebantur, scelerum nubēs. Verū, quod enim Domi- nus

I. Reg. 8. nus ad Samuelem, *Non enim te abiecerunt, sed me, ne regnem super eos;* dici de Israele hoc tempore potest: Abiecit Dominum, ne regnet super eum. nec cognouit diem libertatis suæ, diem tot antè saeculorum vaticinijs prænunciatum, tot votis optatum, tot lacrymis & suspirijs desideratum.

VII. Vide iterum Pilatum laborantem pro Christo. *Nihil innuenio cause in hoc homine.* Post accusationum tria capita, & Christi responsionem, nihil inuenire se causæ dicit iudex. Innocentem iudex pronunciat, quicumque nullam in reo damnationis vlli causam inuenire se dicit. Factum in Pilato &

Pilatus cum insontem pronuntiat. Christo. innocens ergo Christus iudicio Pilati est: & ex consequenti, nocentes quicumque falsò accusarunt. Iudæi nimis omnes. *At illi nouam ingerunt accusationem, & insinuabant dicentes: Commovit populum docens per uniuersam Iudeam, incipiens à Galilæa usque huc.* O vani! si crimen est docere populum; quid erit non docuisse? si crimen est veritatem discussis tenebris retexisse, quid erit siluisse? & quæ poterat laus maior appendi, quam ignarum futurorum populum docere? quæ maior, quam pulsâ, cui immersus erat, ignorantia, veritatem aperuisse? Sed malebat Pharisæi & legum Doctores, ignorare populum quæ saluti necessaria erant; ignorare discriminatione inter bonum & malum; ignorare virtiorum virtutumque semitas, ne si improbi ipsorum mores populo innotescerent, meritò damnarentur. O quanti orbe toto magni indignè ferunt populum à concionatoribus edoceri? quanti dolent via sua damnari & aperi? quanti populorum oculos rerum ignoratione clausos referari, ac tamquam nebulâ circumfessos, sibi, id est, luci suæ reddi, quò faciliùs magnorum fraudes, impiam vitam, iniustam, improbam, auaras manus, moresque non castos videant? nolunt enim populū doceri, nolunt pulsâ animorum nocte, lucem immitti, ne videant, quæ videri nolunt: nimis probari sua yblunt, etiam scelera; aut sanè ignorari. Quare non ferunt fortius scelera reprehendi, abditaque vitia retegi, ne incurvant in populorum oculos, néve

Luc. 23 habent. Doceri populum bona nolunt impij.

Digitized by Google

habentur quales esse volunt, licet habent sales nolint, quod si quis concionatorum fortius in vita surrexerit, indignus aulâ est; audit imprudens, fatuus, rerum ignarus, incivilis, rusticus, inurbanus, zelo turgidus, discretione vacuus.

Commouerat vero Christus populum docendo, ad meliora Quomodo
Christus
populum
docendo
commo-
uiscit. nimis cōmouerat; ab improbis, ad mores probos; à damnata, ad meliorem vitam; ab inscītia, ad scientiam; ab ignorātione, ad rerum cognitionē; à vitijs, ad virtutem. Felix cōmotio, cūm Deus Saulum mutat in Paulum; cūm oculorum soluit nubes in Petro; cūm illudie purpurā terrā in Davide; cūm ieiunio maçerat in Niniue; cūm cilicio integrat in Ezechia; cūm quadruplum reddit in Zachæo; cūm pectora pulsat in Centurione; cūm oculos dimittit in Publicano; cūm redditum suadet & offensi patris genua in Prodigio; cūm in suspiria, singultus & preces, dura corda resoluit in Manasse; cūm à telonio auocat in Matthæo; cūm fateri palam crimen suum suadet in latrone; cūm balneum pēdibus suis fieri docet in Magdalena, capillos vertit in spongiam, labra in linteum. Fortunata cōmotio! non ferunt hanc Pharisei: damnant. dura enim & grauis illis vitiōrum, quibus incubant, desertio. placentia si dixeris, audient. si cōmodis illorum, libidinibus, honoribus seruientia attuleris, næ tu gratissimus pris, prudens, doctus, & aulâ dignus. si via nullo scalpello rasieris, nullâ verborum nouaculâ secueris, nullo ferro iugulaueris, nullis ignibus adusseris; sed molli spongia leniueris, adeoque & rosis insperferis, violâ inornaueris, & dulci manuum ductu molliueris; magnus eris, & omni purpurâ dignior, omni laude vestiendus, omnium magnorum mensis socius adhibendus, omnibus donis cumulandus, omnium ore & calamo ornandus. Et tamen quis prudens tam mollibus putet curandos morbos? quis æger prudens refugiat asperiorem medicinam in salutem ituram? quis auersetur viles dolores? non horrorem fructus mitigat speratus? non asperam medicam manum qui patitur, mercede post cumulat? non artifices prædicat, & valetudine redditâ saeuas negat?

Y

Eadem

Eadem facienda nobis & imitanda in re salutis, audiendi, & laudandi, & mercede donandi, qui animi morbos aperient, qui generoso medicamine venientibus malis occurunt; qui inueterata mala, cum necessum, ignibus & ferro pellunt. quæ licet desauiant, cum in salutem eant, pro molibus habenda sunt. Nemo graues morbos melie medetur & saccare. fortia mala, & quæ mora sua callami obducent, nouaculam deponscunt.

VIII. Redeamus ad Pilatum, qui ut cognovit quod de Herode potest Christus esse, remisit eum ad Herodem. Herodes autem, viso Iesu, gaudenter validus. & sperabat signum aliquod videre ab eo fieri. Interrogabat autem eum multis sermonibus. at ipse nolidi respondebat. Stabant autem Principes sacerdotum & Scribe constanter accusantes eum. Spreuit autem illum Herodes cum exercitu suo: & illius induitum veste albâ, & remisit ad Pilatum. Conatur à se vertere iudicium de Christo Pilatus, quem mittit ad Herodem. In qua re iterata quedam innocentia Christi confessio est. neque enim misisset, si nocentem putasset. neque difficilem se præbuisset in nocentis damnatione. amouere ergo à se crimen voluit, qui ad alterius iudicium remisit. Gauisus autem Herodes est, viso Iesu non quod studiri vellet, aut documenta in salutem speraret; sed quod speraret signum aliquod ab eo videre. ut expleret nimirum curiositatem suam; non ut impleret peccatus melioribus monitis. Et responderat antea Dominus Phariseis & Scribis petentibus signum: Generatio hæc, generatio nequa est. & alibi: Generatio mala & adulera signum querit: & signum non dabitur ei, nisi signum tone Prophetæ. sicut enim fuit Jonas in ventre ceti tribus diebus, & tribus noctibus: sic erit filius hominis in corde terra. Nequam, malam, & adulteram vocat generationem, quæ querit signa. quorum improba curiositatis satisfacere non vult Dominus. Si petisset Herodes ut Centuriō, si ut leprosi, ut cæci, ut pro Lazaro sorores, ut reguli; forte retulisset. sed, cum videamus petisse ut curiositatem expleret, non ut saluti suæ suorumque consuleret; nihil retulit, nisi

Herodes
eur sit ga-
uissus viso
Domino.

Iug. II.

Maior.

misit in silencio Domini quemdam rerum secundis huius magnarum contemptum, cum dedignatur Christus alloquio angustam rerum curiositatem. Ita factis suis comprobare voluit illud Sapientis: *Abominatione Domini est omnis illusor, & cum sim plicibus fermentatio eius.* Vnde etiam illud eiusdem exultantis & gaudentis, & complacentis sibi in parvulis: *Confitearis mihi Domine cali & terra, quod abscondisti hec a sapientibus, & prudentibus, & revelasti ea parvulis.* celorum numerum magna, & quae ducunt ad aeternitatem gaudia. Atque hinc intermissione illa: *Nisi conuerte fueris, & officiamini sicut parvuli, non intrabitis in regnum celorum.* Addit: *Quicumque ergo humiliauerit se, sicut parvulus iste, hic est maior in regno celorum.* Celorum ergo magnitudo a paruitate nascitur: & ab hac, praemia & celos metunt Dominus, & alibi: *Sinice parvulos, & nolite eos prohibere ad me venire: calum est enim regnum celorum.* Ad in eamdem proprie sententiam: *Beati pauperes spiritu quoniam ipsorum est regnum celorum.* De parvulis spiritu, de submissione se sentientibus, nec atra spirantibus, de simplicibus & rectis corde illi verba. In eamdem sententiam it Apostolus: *Nomine Dei elegit pauperes in hoc mundo, dimitos in fide, & heredes regni, quod reprobata Deus diligenteribus se heredes ergo pauperes & humiles, qui rerum licet inopes sint, diuites tamen fide & virtutibus sunt.* Audiamus alium de se ipso profitentem: *Cum possemus vobis oneri esse, ut Christi Apostoli, sed facti sumus parvuli in medio vestrum, tamquam si nutrix foreat filios suos, ita desiderantes vos, cupide volebamus tradere vobis non solum Euangelium Dei, sed etiam animas nostras: quoniam carissimi nobis facti estis.* Ex magno Apostolo parvulum se facit, & ad nutritiæ se submittit vbera; & magnam animam suam raptam in tertium calum, pro salute suorum projicit. Ingens vis humiliantis se animæ, & simplicis corde, & parui. de quibus illud Servatoris: *Spiritus Domini super me, propter quod unxit me, euangelizare pauperibus misit me, sanare contritos corde; non Herodes, opibus, honoribus, regno magnos, corde sublimes, fastu turgidos, & rerum fidei & salutis magis curiosos,*

Paruitas in
hac vita pa-
rit magni-
tudinem in
celo.

Matt. 18.

Matt. 19.

Mark. 5.

1 Cor. 2.

1 Thes. 2.

Luk. 4.

Y 2. quam

Aulicisci-
re volunt.
& nihil
sacrificare.

quām amantes: quorum studium est, non ſanari, ſed ſcire, & curiositatem expiere, non animo mederi. O quot Herodes aula, nobilitas, ſcientia ſuppeditat, qui in rebus ſalutis plus ſaturandis atribus, quām menti ſtudent! quiq[ue] res fidei inter veteres historias numerare conſuecrūt; tantumq[ue] propè h[ab]itū, quantum illis fidei adhibere ſolent: qui deniq[ue] eum in opib[us] dum t[em]plandis, honoribus parandis, nullis laboribus p[er]percerint, poſtremam ſalutis ſuę curam gerunt! Laudant hi bonos, quorum etiam, lassati voluptatibus ac delicijs, conſuetudine non raro gaudent; magis tamen in admirationem, quām in imitationem: commendant probitatem in alijs, caſtitatem, temperantiam, opum honorumque contemptum; non ſequuntur. & audiē etiam hauriunt bona; ſed ut alſenar conciones etiam amant virorum docterum; ſed audire volunt, nec aliud impellit illos ad h[ab]ec ſola curiositas ingeniōsum magnorum, ſcientias & doctas elocutionis fama: nec alia hos mente, quām quā comedos ac tragēdos adēunt. audiſe, ſcire, delectari volunt; ſequi nolunt. Nescio an melior hiſ ille Herodes, qui licet viñctum teneret Ioannem, tamen audito ea mala faciebat: quamquam victus libidine ad improbae mulieris preces, miſſa ſp[irit]uſtacore præcepit afferri caput eius in diſco, & dedic illud puella, filia Herodiadis, in inuerſuſtā ſaltationis pretium. H[ab]ec ille Herodes in Præcūſſore Domini, mitior alter, qui nullis Iudeorum precibus & accusationibus impelli potuit in ferrum. Dicit tamen innocentem, & pro ſatuor habuit, non pro nocente. Ut exempluſ ſuo probaret illud A[postoli] ſui: Si quis vult sapiens eſſe, ſtultus ſiat: ut ſit sapiens. Videri voluit ſtultus Dominus. quod ut conſequeretur, ad Herodiā interrogata oratione obmutuit, illudi ergo à Rege, à nobilitate, ab exercitu regio voluit.

IX. Excuse h[ab]ec mentem tuam, & vide, qualis haberi velis. contemni cum Christo à Regibus, & ſeculi huius magnis, an laudari. contemptum illorum ames, an gratiam: hanc veneris, an illum ultro acceras. imò an non doleas de contemptu;

gau-

Herodes
delufit
Christum
& pro fa-
mo habuit.

X. 3.

gaudeas de benevolentia. an non precibus, sudoribus, auro,
illorum tibi per varios anfractus fauorem pares: an non do-
lis etiam malis. Aliud vides in Christo tuo. Iudi à Rege & no-
bilitate mauult. quid aliud agerent? laudarent? se necessariò,
vitam moresque suos damnarent. similia namque laudamus,
à dissimilibus auertimur, ne, si hęc claudemus, nos damnemus.
Non sapit mundus, quæ Dei sunt. & ferè denlā tenetut diui-
norum ignoratione. viæque huius & illius adeò inter se pu-
niant, vt amicari inter se non possint. Vide proinde, quas deli-
gas. cùm verum illud nimis sit: *Nemo potest duobus dominis ser-
uire: aut enim unum odiet, & alterum diligit; aut unum adhæret, &
alterum contemnet: non potestis Deo servire & mammone.* Qui a-
amat ergo mundum, odiſſe debet Deum; qui amat Deum, o-
diſſe mundum. qui sæculi adhæret rebus, opibus, honoribus,
voluptatibus; contemnere debet diuina. qui his inhæret, ne-
cessum contemnat sæculi magna. Grauis sententia, & tamen
vera; quia Dei, qui mentiri non potest, nec falli. Quid ergo
dicemus de ijs, quorum omne studium, conatus omnis, co-
gitationes omnes, labor omnis in augendis honoribus & o-
pibus sudat? quid de ijs, quorum vita moresque in corporis
voluptatibus & commodis versantur? Quām pugnant inter
se iudicia diuina & humana! quæ mundus ambit, laudat, se-
quitur, voleat, opes, honores, voluptates, negligit Deus, con-
temnit, fugit, auersatur. Hinc huic amica pro opibus pauper-
tas, quam vlt̄rō elegit; pro honoribus contemptus, quem
sponte ambiuit; prò voluptatibus castimonia, quam unus a-
mauit, & ad hanc, viam primus stravit: secuti Apostoli, disci-
puli, & in vario sexu plurimi, non minore gloria, quam com-
modo. Quid facimus, si odiſſe debemus Deum, qui amamus
opes, honores, voluptates, & sæculi bona? dura nimis in sæ-
culi amatores sententia: & tamen falli nefcia. Quid ergo?
damnandi sæculi amatores omnes? opum, honorum, volupta-
tum amatores omnes? Non damno. sed hoc dico; qui hæc a-
mat, amare non posse Deum. adeoque qui illa diligit, odiſſe

Mundus
non amat
eos & ea
quæ Dei
sunt.

Luc. 16.

Deus vi-
cissim neg-
lit quæ
amat mū-
dus.

debere Deum. Non mea sunt hæc, sed Dei; cui seruire non possumus & mammonæ, opibus nimirum & Deo. minùs, honoribus & Deo, voluptatibus & Deo. Non veniunt hæc à calamo & ore meo: veniunt à Dei.

Differen-
tia etia-
mē
mū-
di doctri-
næ &
Dei.

Intuere hīc etiam discrimen inter aulicam & Euangelicam vitam; inter sacerdotium institutionem, & Dei; inter utriusque monita, consilia, imperia, mores. pauperes, clados, cæcos, paralyticos, omni alienâ opere destitutos, pueros etiam, & ex infima plebe feminas dignatur alloquio; non dignatur Regem. Et ferè frustra Regibus & sacerdotali magnis diuina inclamabis consilia. obsurduerunt enim plurimum ad hæc aures opibus, honoribus, voluptatibus plenæ. vacuas pauperes & simplices ferunt, & mentem inoccupatam, & doceri paratam. non dimittit se facile ad diuinorum consiliorum & monitorum instructionem, mens magna, cum illi aduersentur cogitationes huius. Quæ enim magis inter se pugnant, quam honores, opes, deliciae, cum humilitate, paupertate, temperatia? Quid? quod etiam ad præcepta diuina magnorum obduruerint aures. cum inter magnitudinis suæ magna numerent, quiduis posse, nullius legibus ac imperio subiacere; vt quibus voluntas pro lege, pro imperio, pro ratione sit. ita, dum quiduis posse, quiduis licere putant, quiduis audent. & non minùs durum illis, legibus etiam diuinis subiacere, quam seruitutem pati. quo fit, vt plurima secum impedimenta trahant diuinorum consiliorum ac imperiorum.

X. Te hīc considera, moresque tuos. vide quid velis. videbis, si consideraueris, quem imiteris: Christum, an sacerdoli huius magnos: illius, an huius imitatores. disces hoc, si opera tua diligens scrutator excusseris. Quid studio ac labore tuo ambis? aut ad quæ hæc dirigis? vt placeas Regibus? vt audias magnus? vt potentiaz tuæ habeas admiratores & æmulos? vt cingaris opibus? cumuleris honoribus? Non sunt hæc Christi: nec viæ ad illum. contempsit hæc ille, & alia omnia exemplo suo nos docuit. Quæris mensas, delicias, corporis commoda, foedasse que

Vita Chri-
sti à mun-
di vita dis-
crepauit.

que huius voluptates: alieno insidiaris toro, virginum castitatem: per aliorum ruinam semitam tibi insternis ad magna; non es Christi. cuius qui non est, diaboli est. Vis esse Christi tui? insiste vestigijs illius. vis verè esse magnus, & cælo magnus? contemne sæculi huius magna. Fecit Christus. nec alia via est ad cælorum magna, quam per contemptum sæculi magnorum. gradus hi sunt, quibus concenditur ad illa magna. falleris, si alios quæras. Vide deinde, quid ames; Deo magnus videri, an hominibus. utrisque non potes. pugnant sententijs. nam Deo magni sunt, qui hic parui sunt. & quo quisque hic minor, hoc Deo maior est. Paruitas verò contemptui hominibus est. non amant abiecta, & quasi voluntariâ iniuriâ se abijcentes. non amant parua, neglecta, contempta. amant magna, & magnos opibus, honoribus, potentiam. hos admirantur, illorumque vestigijs insistunt; paria sperantes, & totis animis vauentes. felicitatem deprædicant; & fortunatis potentium progressibus æmuli incumbunt. Christi paupertate, contemptum, modestiam, patientiam, nocturnas diurnasque preces, aut nulli, aut perpauci vltro amplectuntur. Et tamen aberrasse à Christi vijs, aberrasse à cælo est. à quo qui aberrauit, æternum perire. Misera commutatio & fatua, pro dubia & breui peritura sæculi magnitudine, æternum beatam exi magnitudine velle; æternumque infelici in numquam morituris pœnis indui magnitudine velle.

Nihil etiam post plurima interrogata respondit Iesus Hērodii: nullā habitâ ratione purpuræ aut potentiarum, contra sæculi morem. cùm ferè plus fortunæ, quam homini tribuamus; & plus cum purpura, opibus & honoribus cuiusque, quam cum mente loquamur. quare & mutatâ fortunâ, mutantus venerationem: fortunæ non hominum amici. Ó, si hæc res non cadat in iudices, in quorum manibus fortunæ & vita! Benè, eleganter, fortiter in hac re Apostolus Iacobus: *Si Iac. 2. introierit in conuentum vestrum vir aureum annulum habens in ueste candida; introierit autem et pauper in sordido habitu, et inten-*

XI.
Divites
non colen-
di, nec
pauperes
deprimen-
di.
datis

datis in eum qui induitus est ueste praeclarâ, & dixeritis ei: Tu sede hic, bene; pauperi autem dicatis: Tu sta illuc; aut sede sub scabello pedum meorum: nōnne iudicatis apud vosmetipso, & facti estis iudices cogitationum iniquarum? Dum nimirūm iudicium de homine ferimus ex ueste, è decore externo, ex opibus, ex honoribus. quæ extera homini sunt, nec nobilissimam hominis partem animam tangunt, nec dignationis quidquam addunt animæ, nec ornatum vllum. Quid enim nisi iniquarum cogitationū iudices sumus, qui ex externo decore interiora iudicamus? vt si quis è sella, aut superiecta ueste, equi virtutem meriatur. Deterius etiam est, cùm iudices propositæ cōtrouersiæ æquitatem, è partium opibus & dignitate metiuntur. ad quos Dominus: *Non consideres personam pauperis, nec honores vulum potenter. iustè indica proximo tuo.* Non pauperis personam, ne commiseratio te abducat à vero, à iusto; non vultum potentis, ne dignitas, spes, aut metus alioſum te trahat à vero, à iusto. Sed causam intuere, rationum momenta excute, & hæc sola. personarum conditio nihil addit æquitati, nihil adimit. quam qui intuetur, à vero & iusto abduci se facile parietur. Monetque alio loco Dominus iudices: *Audite illos, & quod iustum est iudicate: siue ciuiſ ille fit, siue peregrinus. nulla erit distantia personarum; ita paruum audietis ut magnum: nec accipietis cuiusquam personam; quia Dei iudicium est.* Sepónenda nimirūm magnitudo & paruitas. nec vlla personarum discrimina nosse debet iudex in audiendo, in iudicando. Rationem addit: *Quia Dei iudicium est.* Apud quem personaram discrimina nulla sunt; qui ex vero iudicat, cùm falli non possit. & apud quem nulla veritas, aut pauperis lacernâ, aut diuitis púrpurâ obfuscatur aut tegitur. Dei proinde more sententiam ferre iudices debent, & tamquam rationem reddituri illi, quem nullæ iudicūm cogitationes latent.

*Levit. 19.
Personarū
acceptio
iudici
fugienda.*

Deut. 1.

Cap. 13.

Sequitur apud Lucam: *Illusit indutum ueste albâ.* ad testandam innocentiam Christi nostri. non quod destinatò hanc uestem dederit in innocentia testationem; sed, vt Caiphas antè,

antè, cùm dixisset; *Expedit unum mori pro populo;* non dixerat hoc, quasi Iudaici populi salus illi cordi foret; sed vt Iudæorum Principes faciliùs propositâ populi salute in Christi mortem impelleret. Potens namque ratio videbatur, cùm indicare veller aut pereundum Christo aut populo, melius esse vnum perire licet innocentem, quàm populum vniuersum. Politica omnino ratio; & quam sæculi nostri politici, quibus pro Christiana & Catholica, fides Regia est; pro Catholicæ fidei argumento, argumentum status publici est, amplectuntur. qui, alterutro si excidendum est, antè excidant à fide, quàm à Rege: antè etiam patientur fidem regno eripi, quàm regni statum minui. Fecit ergo Herodes quod Caiphas; ueste Christum induit albâ; non quòd innocentem arbitraretur, aut testari veller; sed vt omnium risui exponeret. quamquam vt Caiphas verè dixit, pro populo Christum mori, ita Herodes ueste hac albâ verè testatus innocentiam sit. nam & apud veteres color candidus absolutionis quædam tessera erat, cùm niger damnationis esset. Testatus ergo colore hoc innocentiam Christi Herodes est; & notissimo hoc absolutionis signo absoluere voluisse videri poterat. Vnde fors etiam recens baptismo tincti candidâ in innocentia & interna puritatis testationem vestiuntur. Quamquam non tam absoluere, quàm illudere, vt dixi, Christo Herodes voluerit. pro fatuo enim illum habuit; qui cùm respondendo ad interrogata eripere se morti posset, mallet tacendo illam subire. Quod apud sæculi prudentes inter fatua recensetur. Prudens nimirum, è politico regula, fortunas, honorem, seque difficultatibus cùm potest eripit. imprudens se in illas coniicit. innocens, reus, prudens, cùm potest, etiam cum hostium damno, morti se subducet: imprudens, vt hosti parcat, securibus se subjicit, quin imò nocens, è politorum regula, quæ ceruicibus imminent suis mala, in hostium suorum, si concessum, ceruices auertet, etiam innocentum. vitamque quorumcumque aliorum, etiam patris, matris, filiorum, quamvis innocentium,

Albus color index est innocentiae, hinc ueste albâ Christus illusus.

Politico axiomata & regulæ.

posthabebit suæ. Patriam colet, sed ita, ut periclitari illam quam se malit. Reges suos amabit, tuebitur, sed saluis fortunis vitaque suâ filiorumque. Fidem Catholicam aut quamcumque aliam, in qua natus aut educatus, si integris fortunis suis possit, si incolumi regno & Rege, propugnabit: si minus, deseret; & se, regnum, Regem, quacumque fide potiorem putabit. Si imperia mutuò sibi aduersentur, Ecclesiastica & Regia; Regis adhærebit, priora negliget. Iustitiam colet, virtutesque omnes, si stare hæc cum regni incolumente possint; si minus, deseret. neminem fallet, neminem circumueniet, nisi patriæ, & suo bono. quidquid iniquum malumque, fugiet, & odio etiam prosequetur, nisi maius regni bonum aliud susserit. hæreticos, Turcas, Tartaros, omnesque à veteri Romana fide alienos, inter hostes numerabit, nisi aliud regni, Regis, domesticumque bonum deposcat. omne bonum reip. regni- que bono postponet. omne malum reip. regni-que bono, admettet. nullumque malum aut iniquum putabit, cui politici status bonitas adiuncta. Regibus ita obtemperabit, vt nihil præ illorum incolumente sanctum, religio nulla, templo nulla, sacra nulla, fides nulla, Euangeliū nullum. neminem innocentem habebit, cuius felices fortunæ, vitaque & dignitas, suæ, Regis, aut reip. obesse possint. omnes nocentes habebit; quorum licet innocentissima vita, sanctique per omnia mores felici reip. statui obesse possent. Factum à Caipha, ab Herode, à Iudæis, à Pilato. qui otanes innocentissimum Christum damnandum putarunt, vt Palæstinæ bene esse, hinc illa politica Pharisæorum principia: *Si dimittimus eum sic omnes credent in eum. & nos & Synagoga nostra auditoribus nudabitur; & infrequentes in templis erimus, in sacrificijs, reliquisque Mosaicis ceremonijs opibusque destituemur, nec villa iam amplius veneratio nostri. Si dimittimus eum, venient Romani, & tollent nostrum locum. exueniunt, in quarum nunc possessione sumus, dignitatibus, opibus, hominumque aestimatione; cogemurque videre Romanos possessores rerum nostrarum.*

*Iudeorum
politica
principia
ad Christū
de medio
tollendū.
Ioan. 1. 12.*

nostarum. & quid reliquum, occupatâ Hierosolymâ, nisi dum exilium? *Quid facimus, quis hic homo nullus signa facit?* Prodigia nimis omnibus inaudita sæculis, quibus ad se fidemque suam populum allicit, auertit à nobis. ut periculum sit, si intactum illum dimiserimus, ne commodis omnibus nostris frustremur, ne negligamur, ne contemnamur, ne honoribus excidamus; cum doctrinam nostram nullis firmare prodigijs possimus; cum ab illo uno vincamur omnes, virtus innocentia, doctrinæ profunditate, miraculorum magnitudine & multitudine. quem etiam videmus imperantem dæmonibus: & non, veterum Prophetarum more, orationibus, sed nudo imperio, omnia morborum genera pellentem, etiam mortuos & quatriduanos verbo reuocantem. Atque hinc etiam illa Caiphæ: *Expedit vobis, ut unus moriatur homo, ne vos periclitemini.* quid statis dubij de innocentia? expedit vobis. quid vos remoratur virtus illius integritas? expedit vobis. quid eruditio, quid prodigiorum vos mouet magnitudo? expedit vobis. quid omnium in illo virtutum vos retrahit congeries? expedit vobis. quamdiu haeretis anxijs, & vos terret iustitia, reuocat æquitas, percellit malum bonumque? expedit vobis, fortunis, dignitatibus, commodis publicè priuatimq; vestris, liberisque ac familiae vniuerscuisque, *ut unus moriatur homo pro populo.* quo tot de innocentia illius disputationes? expedit populo. & hoc ad mortem satis. quo illæ dubitationes, Liceat, non liceat, innocentem pro nocentibus? expedit vobis & populo. quod satis est, vt liceat. quo illi metus, Quid dicturus orbis terrarum in innocentis damnatione? expedit vobis & populo. quod satis est, vt probet orbis terrarum. quam multæ coniuges, serui, amici, promaritis, dominis, amicis vitam posuerunt? quam multos omnis natio vidit Curtios & Decios pro patria cum laude occumbentes? quod illi in se cum laude, vos sine damnatione in alio facietis. *Expedit ut unus moriatur, & non tota gens pereat.* Quo nimis anxiæ sollicitudines super reo innocentem, super sanguine innoxio, super vita incul-

Quomodo
expedire
cessat
Caiphas
Christum
pro toto
populo
mortis

para? expedit vnum mori. & magis vnum mori, quam vniuersam gentem perire, quò illæ obiectiones; Vt etiam leges innocentem damnari, non expedit innocentem damnari, ne tota gens pereat? quò illæ, Moyses & Prophetæ, non consuliūs vnum mori, quam vniuersam gentem periclitari? quò illæ, Deus innocentiae vindicta, & discimus in Vria, in Nabbth, in alijs, non expedit vnum mori, ne vniuersa gens intereat?

Iacob. 7. Hæc politica sacerdorum omnium consilia, imperia, diabolo doctore & magistro: non alio. nam illud, Non licet facere mala, ut eueniant bona, Religiosum suum redolet, longeque abest à politico statu. illud verò: *Noli facere mala, & non te apprehendent. discede ab iniquo, & deficient mala abs te;* consilij est;

Amos 5. nec in Regia causa, aut reip. locum habet. illud autem: *Querrite bonum, & non malum, ut vivatis. odite malum, & diligite bonum;* extra Regiam causam est, in qua malum bonum, & ex-

*Politici-
cipus vergit
in athei-
smus.* tra quam bonum malum est. Ad quæ politica ruis? licebit hac regulâ etiam thura Arabicæ arboris lacrymas, & mesi guttas offerre dijs alienis; etiam placenta Deorum matri, etiam corona Isidi, Iunoni, Veneri, Ariadnæ, Mineruæ, Apollini, Libero, Ioui, Saturnio, Herculi: etiam Israelem & Mahometum induere, Christum exuere. quin & Deo renunciare, si prior renunciauerit Rex, iudicaueritq; hoc politico statui suo conuenire. Ad quæ non-parua è paruis initijs labimur? & ad quæ nos trahit politica prudentia? Lubet hîc querere, cur Petrus fleuerit amarè, qui non nisi vita sua tuendæ causâ negauerat servisse Dominum? si è politicorum nostrorum schola fuisse, etiam risisset, qui tam festiuè suffulsiisset ancillæ & curiosorum manus. Et non fatuæ virgines, quæ ne à puritate exciderent, per omnia tormentorum iuere genera, cum viuere possent, & non raro audire Reginæ, adeoque & Imperatrices, aut Romæ consulares? legimus in Christina, Susanna, Flavia Domitilla, in pluribus. & nō Catharina imperare sub Maximino potuit; si transire in Imperatoriam fidem voluisset? mori casta maluit, & Christi vnius sponsa audire, & datam huic fidem, reli- gionis.

gionis & puritatis, intactam celo inferre. obsecuta Imperatoris fuisse, si politicos nostros audisset. Non fatui Martyres, qui maiorum fidem per securis, ignes, carnificum manus, integrum detulerunt? quin non infreque, cum latere possent, vltro se tortosibus obicerunt, ut amasse credas tormentata. tantum pro fide patiendi desiderium insederat animo. aut dissentient politicos, subduxissent se supplicijs: & rogati, etiam de fide, mentem iniuriam, innegatam tenuiscent, ore jurante, negante. Et tamen non martyriam pala illa est, quæ Dominicam aream purgat; confusum nimirum fidelium aceruum ventilans, & frumentum electorum, à negatorum paleis decernens? At Regij politici nostri, si qua persecutio premat, maximè imperante Rege, vitam, oblata acerrâ, negatione lucrari mallent. ô, si lucentur æternum? sed aut hi, aut errant Martyres. Quid non è politiorū mente merito Achab ambire vicinam sitæ vineam Rex potuit, maximè iusto pretio oblato? non ex eadem mente, petenti & roganti Regi, male negauit Naboth? & non negatio hæc sat iusta causa fuit mortis? & interim quò minz exinde Dei, quò canes Iezabel? Non ex eorumdem politiorum mente Isroboam, ne deflueret Israel, & ad Iudam transiret, erigere altare potuit publici status sui bono? quò ergo vindex in illum, & quidquid ab illo natum, Dei dextera? iam, quid peccauit Saul, cum dilabente populo ad Philistæa agmina, holocaustum obtulit, ut faciem Domini, Samuele absente, placaret? & audit: *Stulte egisti; ne-
quaquam regnum tuum ultra consurgat.* & exinde inungitur David, & Gelbœ monres morte suâ filiorumque funestat Saul. Quid verò peccauerat Ægyptus, quæ imperantem Regem secuta publico regni bono, vt obrueretur aquis? nam si non peccauerat, quod illata pena? & tamen non nisi publico regni sui bono, detinere Israelem Rex volebat; & quidem populum, nativitate suum, Ægyptoque natum. Quid peccauerat Israel, cum præentes imperantesque Reges suos secutus, Regiam fidem coluit, maiorum deseruit? & tamen abducitur, & om-

nium terrarum sit ciuis, verius mancipium. vt iam videas Iudeos palabundos, cæli & soli sui extores, quibus nec adueniarum more patriam terram salutare conceditur. Quid Iuda cum Reges suos à Domino datos sequitur? & migrare tamen iubetur, & Babylonia flumina lacrymis auger, vinculisque suis Regumque suorum debonet. Quid vero Scriptura lay, dat in septem Machabæis filijs matrem, in matre filios, utroque in tormentis, quod à patria fide transire nollent ad Imperatam Regiam fidem; & antè per omnem carnificum manum, Regi iudice & spectatore, matre hortatrice, minutim secari, & torren, & excoqui in sartagine deligerent, quam vel crinaria à patrijs legibus decedere, ad Regias accedere? Quid? quod inter tormenta minas intentent Regi, & audiantur à Deo. Quid Eleazarū commendat, non cunctem, sed deuolantem in mortem; & antè hanc, quam porcinam carnem, amplectentem, damnarent politici nostri, maximè cum solâ simulatione subducere se morti posset, & nollet. quid magnum erat concessas à lege carnes comedere, & pati spargi fuisse porcinam legibus vetitam? in politico animo parua hæc. nam & comedere, Rege imperante, honestum & iustum è politicorum calamo. Quid dicam de magno Mathathia & filijs? qui ne à patrijs legibus, imperante Rege, decederent, etiam ad arma decursere ausi, maximosque Regios exercitus ducesque fundere. ita iacent Nicanor, Timotheus, Apollonius, Gorgias, Trypho, Bacchides, Lysias. Damnent hos, etiam inauditâ causâ, regi politici omnes. in ipsa ara Regium legatum, Iudeumque dijs sacrificantem, populo inspectante, obtruncare, & laudari; ad arma euolare, ferroque se aduersus imperia Regia tueri, quis probabir? Quis Eleazarum Saura per medium hostilem exercitum procurrentem in elephantem, quem putabat, Regium, sequi nobili in posteritatem sepulcro, ferro elephantis ventre dissecto, utroque exercitu spectante condentem, laudabit? Eleazarum nec damno, nec laudo. stupeo ad animos. Hoc interim in omni hac quæstione dico: non intelligere me, quo-

quomodo iniustum iustum audire, falsum verum, nocens in- Res eadem
nocentia, innocensque innocentia dici possit. an quod naturâ an bona
quaquâ sui parte malum, bonum fieri poterit? & res eadem possit esse
bona & mala, iusta erit & iniusta? eadem præmia promerebi- & mala.
tur & penas? eademque fôrs cælo ascribetur, & adiudicabi-
tur flammis? aut alterius rei bonitas probitasque in alienam
influere malitiam improbitatemque poterit, vt quod naturâ.
suâ malum & iniustum, alienâ bonitate & iustitiâ bonum iu-
stumque dici possit? An negligi & violari magni Dei imperia
poterunt, vt Regia expleamus, quoties diuinorum neglectus
aut violatio, politici status bonitatem augabit; aut diuinorum
impletio incrementa illius minuet? aut imperante Rege dissimilis Gal. 2.
imperijs aduersantia, obsequendum erit Regi? maximè si
diuina pugnare cum augmento politici status videbuntur?
an, inclamante Apostolo: *Vnus Dominus, una fides, unum baptisma:* & Rege ex aduerso, Diij plures, multiplex fides, bapti-
finita plura; assentientium astriuenti Regi, si politici regni sta-
tus id exigere videatur? & abiudicandum tunc Apostolo, ad-
iudicandum erit Regi? Quid si dicat Apostolus? *Licet angelus de cœlo euangelizet vobis preterquam quod euangelizamus vobis,*
anathema sit. adhærendum tamen Regi erit, aliud imperanti, aliud euangelizanti? aut anathema Apostolo dicemus, quo-
ties Rex diversum ab Apostolo denuntiauerit? nam Regi, è prius &
quacunque causa anathema dicere, negat omnis schola po-
lititorum. Apostolo ergo, & ipsi adeò Deo, anathema dice-
mas, quoties Rex Apostoli aut Dei imperia, politico statui-
tuo aduersari sūdebat. & stabit tunc Rex Apostoli & magni
Dei iudex. Ad quæ paullatim, ac quæ non sentientes, dilabi-
tiur? dum nimium Regij audire volumus, non audiimus Dei,
non cœli placere Regi volumus, & detrahimus; pluraque
quam vellet, largimur; & damnamus aliud sentientes. Non
satis est, si Regem dixeris: vis etiam Pontificem opt. max.
dici? si non de mendacio erubescat adulatio, rimet faltem
de infusto. & non minor Rex erit, si Pontifex dicatur? ne-
que

que enim sine mendacio talis dici potest, & tamen damnamur à Regijs politiçis, si non superiorem Pontificibus in omnibus Regem dixerimus. & interim mentiri nescio, deridere non audeo. Et quis Rex prudens Pontifex audire volet, & Ecclesiæ caput, & non nisi vno Deo in omnibus omnino minor? quis posse ad quamcumque fidem s̄uos impellere & cogere, & fidei regulam fieri? Quid reliquum, nisi ut Regem pro Deo veneremur? etiam anteponamus Christo, quem non ultimi politicorum nudant regno: nihilque illi iuris, dum viueret, in homines fuisse afferunt. nescio, an non assertionem hanc suam probaturi sint ab Anna, Caipha, Herode, Pilato,

Politicoꝝ, Reges Deo
antefere-
tium in die
iudicij
paꝝ.

quos iudices passus est Christus. Timeant Reges Oziæ, sub Azaria Pontifice, exemplum. quid dicturi in die Domini magno, clementiorum concussionibus prænotato, cùm aduersus nos proferentur politica principia o nimium Regia, signata noꝝ adiutoriorum, non consiliariorum, non præsidum, sed angelorum signis? cùm adferentur politicae propositiones, negatrices fidei & Dei? cùm solo ore & calamo christianizantes, stabunt indefensi? cùm Regibus suis destituti, & Reges illis, cogētur audire quæ nollent? Quid? non olim homo damnatur in mortem ob unius artusculæ vetitam delibationem; & exinde prosiliunt delicta & pœnæ, & percuti qui paradiſi nullum cespitem viderant? Quid ergo dicemus de politici Regijs? quid de ſeculari sapientia, temeraria diuinæ dispositionis interprete? quid de illis, qui ſublimius Apóstolo & omni antiquitate ſapiunt, discipuli, ſupra magistros? quid dicturi in tribunali magni Dei, cui astabimus omnes, rationem reddituri, in primis fidei, quam ſuprauerunt commentitiâ fide Regiâ, virginemque à maioribus traditam politico violarunt adulterio? Cadere hæc in Christianos? niſi quis dicat desperare eos resurrectionem; & animam, vt carnem, putare interibilem, nullaque meliore deteriorè hominem mortuum à mortuo iumento conditione eſſe. non experiantur æternū aliud: quām vereor, ne, qui omnem maiestatem Regiam

Regiam ponunt in quidlibet faciendi, quidlibet imperandi potestate; omnemq; subditorum conditionem in omnia imperata executione, iusta illa, an iniusta, pia an impia, Deo amica an aduersa, aliud, sed serius inclament!

Sequitur in Euangelista: *Et facti sunt amici Herodes & Pilatus XII. in ipsa die: nam antea inimici erant ad inuicem.* Missum enim ad se, ^{Luc. 23.} remiserat Iesvm indutum veste albâ, cui antè illuserat vt fatus. non solet vestis alba designare fatuitatem, sed innocentiam. Et facti exinde sunt amici ad inuicem, Herodes & Pilatus. ciuilis illa Pilati delatio, quâ potestatem de Christo iudicandi fecit Herodi, hunc illi conciliauit, cùm videret aliquid sibi delatum Herodes à Pilato. Quam etiam ciuitatem mutuâ ciuitate compensauit, cùm delatum ad se iudicium remisit ad Pilatum, ne victus fuisse benevolentâ videretur. Quamquam & humanitatis eadem ratio in Herode, quæ in Pilato fuerat, Christi innocentia. quam cùm sensisset Pilatus, & nollerat innocentem damnare; damnationem reiecit in Herodem, quò à se innocentis damnationē auerteret, & in Herodem conijceret, siue damnationis culpam, si damnaret; siue Iudæorum inuidiam & apud Cæsarem accusationem, si absoluueret. Sensit eadem Herodes, vt ferè prudentes sunt filii huius sæculi, in consilijs capiendis expediendisque: & sub humanitatis specie, tamquam priores partes deferret Pilato, remisit quem damnare innocentem nec volebat, nec ex ratione poterat. Quidquid hîc interim interluisit prudentiæ sæculi & humanitatis, pax consecuta est inter inimicissimos Herodem & Pilatum, inter Iudæum & Gentilem. quo significabatur fore, vt Christi morte Iudæi Gentibus iungerentur, nec discrimina vltra nationum essent. nec gens sola Iudæa delecta in salutem; sed in Christi sanguine, qui pro omnibus moritus venerat, tot inter se modis pugnantia iungerentur. Factum est. & in se, quam dederat, benedictionem primus expertus: *Beati pacifici, quoniam filij Dei vocabuntur.* Atque hinc illi post ^{Matt. 5.} magna nomina, nomen maximum. *Parvulus natus est nobis.* ^{Isaia 9.}

Difiden-
tes prius
Pilatus &
Herodes
vndenam
facti amici
ad inuicem.

Per Christi
sanguinem
coalueret
Iudæi &
Gentes in-
ter se.

vocabitur nomen eius Admirabilis, Consiliarius, Deus, Fortis, Paterfatu-
turi faculi. sequitur: Princeps pacis, cum discordiarum princeps

Isaia 48. sit diabolus, ut meritò proinde Propheta dicat: Non est pax
impijs, dicit Dominus. quæ cum à Deo veniat, & ab illo solo;
sperare eam impij diuini nominis hostes non possunt. Sed ne-

**Pax vera
non est
impijs, nec
peccato
obnoxius.** que pax vlla aut tranquillitas esse potest in animo peccatis ob-
noxio, qui intra viscera sua sœuissimarum iactationum per-

Cap. 59. petuam causam circumfert. vnde illud Isaiae: Viam pacis nescie-
runt, & non est iudicium in congressibus eorum. somite eorum incurva-
ta sunt eis: omnis, qui calcat in eis, ignorat pacem. propter hoc elonga-
tum est iudicium à nobis, & non apprehendet nos iustitia. De quibus

Bar. 3. etiam illud alterius: Dereliquisti fontem sapientie; nimirum per
peccata. Nam si in via Dei ambulasses, habitasses vique in pace sem-
perna. Non ambulauit, nec habitauit in pace: quæ longissi-
mè aberrauit à populo illo. vnde etiam monet Prophetam

Iurem. 16. Dominus: Ne ingrediaris domum conuinij, neque radas ad plan-
gendum, neque consoleris eos: quia abstuli pacem meam à populo isto,
dicit Dominus, misericordiam, & miserationes. Scelerata hoc merue-
rant populi illius: quæ causa ablata pacis, & miserationum, &
misericordiarum magni Dei. cum contrà timentibus Domi-
num, & ambulantibus in vijs eius pax promittatur. iuxta illud:

Psal. 28. Dominus benedicit populo suo in pace. &, Hereditabunt terram, & de-

Psal. 36. letabuntur in multitudine pacis. Ut inter diuitissimas Dei spon-
siones, pacis sit maxima, Prophetā denuntiante: Magna erit

Aggei 2. gloria domus istius nouissime plus quam primæ, dicit Dominus. & in

**Paxis vera
quanta
bona.** loco isto dabo pacem, dicit Dominus exercitum. Hinc cælestes illæ

Luc. 2. voces primæ & maximæ, & in re omnium sœculorum maxi-
ma: Gloriam in altissimis Deo, & in terra pax hominibus bona volun-
tatis. Hinc etiam perpetuæ illæ Apostolicæ benedictiones o-

mnium maximæ. ad Galatas 1. ad Ephesios 1. ad Romanos 1.

& 1. Cor. 1. 2. Theffal. 2. ad Philipp. 1. ad Timoth. ad Titum, ad

Philemon. Gratia vobis & pax à Deo Patre nostro, & Domino

Iesu Christo. Easdem appreicationes reperies apud Petrum, Io-

annem, alios. nec vlla solennior Apostolis omnibus, nec fré-

quen-

quentior calidiorque apprecatio. unde etiam monet Paulus. *Idem sapit, pacem habete, & Deus pacis & dilectionis erit vobis.* 1. Cor. 13.
 cum. Confirmat Dominus, & inter supra magna munera, ut omnium maximum, & benevolentie suae in Apostolos suos summa, pacem suam clargetur. *Pacem relinquo vobis, pacem meam* Ioan. 14.
dovebit: non quomodo mundus dat, ego do vobis. Pacem nimis veram, non palliatam: pacem sinceram, non clementiam: pacem animorum internam, non quæ solam superficiem radat: pacem rebus grauidam, non nudis verbis vestitam: pacem cordi innatantem, non inter labra emorientem: pacem plus largientem, quam promittentem; non solis verbis diuitem, *Mundi pax*
falsa est. qualem plerumque mundus ostentat, cum intus sub pulchro pacis nomine, natet odij, dolis malis, mutuis euerstionibus, inuidis conatibus: & cum sub amicis verbis & osculis, Ioabit latet ferrum, saevitum incautos, & nimium fidentes. Fuge hanc sæculi pacem; & time nautarum more, qui numquam magis, quam in alta malacia inuigilant rebus. ut qui meritò suspectam habeant infidi elementi, & momento se exasperant, placidam quietem, sub qua ferè naufragia integuntur, eo innocentiora, quo minus cogitata. De qua sæculi pace hæc. Prophetæ dici possunt: *Decepimus populum meum, dicentes: Pax;* Ezeib. 13. & non est pax, & alterius: *Sanabant contritionem filiæ populi mei* Ierem. 8. *ad ignominiam, dicentes, Pax, pax, cum non esset pax.* & peruenit & 4. *gladius usque ad animam.* O nimis infida sæculi pax! nimis fidax! sequere hanc, quisquis salutem tuam amas: time illam, quisquis exempla vides non profutura domino. & audi monimentum Apostolum: *Pacem sequimini cum omnibus & sanctimoniam, sine qua nemo videbit Deum.* Cùm non sit dissensionum Dominus, sed pacis; & odio habeat dissentientes, & quotquot hostili in se mutuo animo; amet verò pacis studiosos, & quotquot amicâ in se mente. de quibus dictum illud Sapientis: *Qui pacis sneunt consilia, sequetur eos gaudium:* mœror illos Proh. 12. qui hostilia cogitat. nullæ enim inimicitæ sine mœrore, cùm nullæ sint sine liuore & inuidentia, sine vindictæ cupiditate.

Aa 2

Illud

XIII. Illud hîc etiam in conciliatione Herodis & Pilati considerandum, cuius meminit Propheta: *In eo dum conuenirent simul aduersum me, accipere animam meam consiliati sunt.*

*Improbis
conse-
nentiis
communi
hoste sub-
vertendo.*

solere nimirum dissentientes antè improborum, & sæculi amatorum animos coalescere, dum in communem, quem putant, hostem conspirant. ita si quem videant, dignatum ac opum suarum incrementis obstare, communibus in illum animis ac mitionibus insurgunt, omneque studium industriamq; suam in euertendo illo ponunt. non dies, non noctes quieti suæ indulgendo, donec euersum viderint, nullisque in hac re vna parcendo opibus, nullis laboribus. Sed neque aut æquitatis aut communis boni rationem habent. sit probus, sit improbus, in quem insurgunt, pro eodem habent. neque enim illi aut virtutum illius aut vitiorum rationem habent; sed boni sui sperati: opum nimirum & honorum suorum. Quâ viâ ad illa perueniant, iuxta habent. clausus illis aditus per virtutem, quâ destituuntur? scelerâ sibi in subsidium vocant. non sentiunt, nec sperant auxiliares Dei manus, qui improbitati suffragari non solet: decurrunt ad dæmonum auxilia, quibus auctoribus in omne ruunt scelus; nec finē sceleribus faciunt, donec quem sibi improbaque opum & honorum siti impedimento esse arbitrantur, euerterint. Ad quam rem cùm vi- rium non satis apud se deprehenderint, ad aliorum potentiam circumspiciunt, quam in subsidium improbitati suæ vocent, etiam ad eorum, in quos hostili sunt animo: si modò ab his aliquid sperari possit. Indeiam mutuum studium, operæ, animus, in aduersarij euersionem: & amici esse incipiunt, qui hostiliter antè dissentiebant. non quòd amici sint, cùm inter improbos vera amicitia esse non possit: sed quòd mutuas operas conferant in illius euersionem; quo stante, opum & dignatum suarum incrementa desperabant. ad quæ vt viam sibi faciliorem sternant, lubentes omnes vires potentiamque, gratiam, fauoremque suum conferunt. non quòd mutua augme- taament, quæ oderunt; sed vt priorem euertant. inde in se-

mu-

mutuo, clām, palām insurrecturi, donec soli rerum potiantur, aut Principis sui gratiam soli possideant, aut primos honores assequantur, improbitatis suæ socijs exclusis. quos deinde grauiore etiam odio, quām priorem prosequuntur, & perditos volunt: cūm plus sāpē metus ab horum improbitate, quām à prioris virtute nascatur. Accedit, odisse tales scelerū ferè suorum socios solere: nam cūm consciens hos sciant improbarum artium suarum, quibus priorem deiecerunt, verentur ne ijsdem artibus, aut deterioribus etiam, in perniciem alienam vtantur. quare cūm occurrentum malo, quod timent, sibi statuerint: nec modus aliis, quām per euersionem eorum, quos improbarum machinationū suarum socios habuerunt; quidquid improbae industriae habent, in hanc vnam rem impendunt. ita mutuis plerumque improbis artibus cadunt improbi, & qui aditum sibi per scelera, aut illicita, aut aliorū ruinam, ad magna parauerunt. Et ferè videoas eos, qui dolis malis ad aliquorum euersionem, aut suam promotionem vtuntur, infelici exitu percuti. Ita cadit Aman, & in eodem, quod Mardochæo parauerat, ligno cum filijs decem suspenditur, domusque illius Mardochæo traditur. cadit Achitophel manu suâ, fune suo, cūm quas parauerat Dauidi insidias, à Chusai euersas vidit. cadit Menelaus, & iussu Antiochi Eupatoris, Lysimachia impellente, cineribus obruitur, dum regia arma prouocat in Iudam & fratres, spe sacerdotij consequendi. Iason verò summi Pontificis Oniae frater, cūm ab Antiocho Nobili, excluso fratre, pontificatus emisset, ijsdem artibus à Menelao circumuenitur; Menelaus à Lysimacho fratre; hic à sceleribus suis concitato populo interficitur. Ita etiam dum Core, Dathan & Abiron, Aaroni pariari dignitate volūt, miserando exitu terram signarunt. Infortunato etiam exitu infaustum pontificatum suum dolo malo paratum clausit Alcimus. Et non qui Phalaridi æneum fabricatus bouem est, primus in eo mugit?

Sequitur. Pilatus, conuocatis Principibus sacerdotum, & magi. XIV.
Pratibus, & plebe, dixit ad illos: Obtulisti mihi hunc hominem quasi Luc. 23.

A a 3

auer-

Malā viā.
aut arte aliōs sub-
uertentes,
& se pro-
mouentes,
infelicem
exitum ha-
bent.

auertentem populum: & ecce ego coram vobis interrogans, nullam causam inuenio in homine isto ex his, in quibus eum accusatis. sed neque Herodes: nam remisi vos ad illum: & ecce nihil dignum morte actum est ei. Iterata confessio innocentia Christi, in qua damnatur Iudaica improbitas & malitia, & ne excusationem obtenderent, conuocatis sacerdotum Principibus, magistratis, & plebe, palam Christi innocentiam denunciat. Adferit accusationum caput potissimum. *Obtulisti mihi hunc hominem, quasi auertentem populum à Cæsaris obedientia, & legis. Grauiſ omnino accusatio.* Respondet: *Et ecce ego coram vobis interroga-*
gans, nullam causam inuenio in homine isto ex his, in quibus eum accu-
satus. Debeat nimurum probatio. nam si accusare satis ad damnationem fuisset, accusatus Christus erat. sed probari, quod obijciebatur, debuit. & accusatione non probata, absoluendus necessario reus erat. absoluisse iudicandus est Pilatus, qui innocentiam palam testatus est in his, in quibus accusabatur. addit ad innocentia probationē, ad accusationis vanitatem,
Innocentia
Domini
etiam iu-
dices com-
probant nihil reperisse Herodem in Christo dignum morte. Duorum ergo iudicium sententiā absolvitur Christus, Regis & Præsi-
 dis, Iudæi & Gentilis. tum ne quid rigidissimo examini defuisse videri posset, tum ut, qui pro vtriusque populi salute vencat, ab vtriusque etiam populi iudicibus absoluueretur. quo testator innocentia foret in præsens, quæ in omnem exinde posteritatem iret, pro cuius salute semel se Christus ulterius deuouerat.

Ne verò ignorantia suæ causam Iudæus prætexeret, cum videret, & à Romano Præside, & ab Herode Rege, accusationem repulsam, innocentiam probatam; cum perseverarent interim in improba accusatione Iudæi, nec aut sententijs starrent, aut rationem admitterent; commentus aliquid Pilatus est, ut quem nulla aut innocentia aut ratio eriperet, compo-
Matt. 27.
Luc. 23. sitio cum sceleratissimo homine eriperet. *Confueuerat enim Præses populo dimittere vnum vinclatum, quem voluissent. habebat autem tunc vinclatum insignem, qui dicebatur Barabbas. qui erat propter*

pter seditionem quamdam factam in ciuitate & homicidium, missus
in carcerem. congregatis ergo illis, dixit Pilatus: Quem vultis dimittam Matt. 27.
vobis? sciebat enim quod per iniuriam tradidissent eum. Principes au-
tem sacerdotum & seniores persuaserunt populis, ut peterent Barab-
bam; IESVM vero perderent. Iterum ergo Pilatus locutus est ad eos, Luc. 23.
volens dimittere IESVM. clamauerunt ergorūsum omnes, dicentes: Non Ioan. 18.
hunc, sed Barabbam. erat autem Barabbas latro. Dicam hinc me-
ritò cum Ieremia: Obstupecite celi super hoc, & portæ eius desola- Cap. 2.
mini vehementer. duo enim mala fecit populus meus: Me dereliquerunt
fontem aquæ viue, & foderunt sibi cisternas dissipatas, quæ continere
non valent aquas. Verè fons aquæ viue, de quo qui biberit, non Ioan. 4.
sistet in æternum. & fiet in eo fons aquæ salientis in vita æternam.
Vnde illud Isaiae: Haurietis aquas in gaudio, de fontibus Saluatoris. Cap. 12.
Et illud Davidis: Inebriabuntur ab ubertate domus tua, & torren- Psalm. 35.
te voluptatis tua potabis eos: quoniam apud te est fons vita. Hunc Barabbæ
fontem non dereliquerunt tantum Iudei, sed in interitum Christus
prosecuti sunt. & pro hoc viuo æternum fonte, miserrimam collatus
cisternam dissipatam, collisam, rimis vndique obsitam, fordin- posthaber-
bus natantem, latronem Barabbam delegerunt. vt meritò a-
pud Ieremiam queratur Dominus: Facta est mihi hereditas mea Cap. 12.
quasi leo in via: dedit contra me vocem. Non rugitus ille Iudaicus
leonino barbarior & truculentior fuit? Non hunc, sed Barab-
bam. In quo cum vniuersum genus humanum designetur, nil
mirum, si, ut Barabbas promerita morti eripiatur, Christus
illius adiudicetur. nam ut Barabbæ, latrocinio & homicidio no-
bili, moriendum erat, ni Christi eximeretur morte: ita homi-
nes omnino omnes animarum suarum crudelissimi per pec-
cata homicidae, æternæ destinabantur morti, ni morte sua
Christus destinata hominem morti eriperet. Et promeritus
millies homo erat mortem in se, in primo parente. eximere
hunc bonitas optabat Patris: repugnabat iustitia bonitati:
nec sine illius violatione videbatur posse eripi. quarebat pro-
inde cælestis Pater virum, qui interponeret sepem, & staret opposi- Ezech. 22.
tus, contra Deum, pro terra, ne dissiparet eam, & non inuenire.

Quid

Rom. 3. Quid faceret in hac bonitatis & iustitiæ lucta? de legit, quem habebat vnum filium sequestrum & sponsorem. *Quem proposuit propitiationem per fidem in sanguine ipsius, ad ostensionem iustitiae sue, propter remissionem præcedentium delictorum.* iustitiæ nimis expletionem. vt iam non miremur, si vniuersi populi clamoribus eximatur homo Barabbas; destinat morti Christus, qui suâ voluntate morti iam destinatus erat, in vitam & salutem omnium.

*In par hzc
eius cum
illo com-
paratio
fuit.*

Dan. 13.

*Sacerdotū
principām
fūalū plebs
Christum
ad mortem
depositit
Barabbā
dimisso.*

Notanda hîc interim prudens Pilati inuentio ad eximendum morti Christum. quis enim crederet post tot miracula populo ostensa, tantam morum modestiam, benignitatem, humanitatem, non liberandum Christum, compositum cum seditioso, homicida, latrone? Et quid grauius cadere in vnum posset? seditio ad omnes, homicidium ad vnum, latrocinium ad plures spectabat. quid verò excogitari odiosius populo posset, seditioso & latrone? Sed & facile è Scripturæ verbis colliges, primum fuisse populum ad Christi dimissionem, cùm persuaderi debuerit à sacerdotum Principibus & senioribus, vt peterent dimitti Barabbam, Iesvm perderent. de quibus meritò illud dici potest: *Egressa est iniquitas à senioribus, qui ut-debantur regere populum.* Et quæ poterat iniquitas esse maior, quam persuadere populo, vt innocentem, variorum iudicium sententiâ absolutum, & cuius accusationis causam non semel à iudice rogati reddere non poterant, damnari peterent; innocentem, verum homicidam, latronem, seditiosum absolui? duplii vt se scelere inuoluerent, nocentissimi hominis absolute, innocentissimi damnatione. Quid nō potest odium, quando semel mentem occupauit? expleri vult. nec aliam causam habet. iusta an iniusta hæc sit, iuxta habet. satis illi potuisse odium effundere, & inimici saturari malis. Et hi interim sunt, quos Principes, pastores, speculatores, doctores populo suo dederat Dominus. à quibus ab improbis ad proba, ab iniustis ad iusta, ab impijs ad pia, à noxijs ad profutura, duci moneri, eruditri debebat. Sed nimis de his verum illud Pro-

Prophetæ: Speculatoræ eius ceci omnes, nescierunt ruinari: canes Isaia 56.
muti non valentes latrare, videntes vanam, dormientes, & amantes
somnia. canes impudentissimi nescierunt saturitatem: ipsi pastores
ignoraverunt intelligentiam: omnes in viam suam declinaverunt,
vix quisque ad avaritiam suam, à summo usque ad nouissimum. De-
teriores etiam his. neque enim cæci tantum, & muti, & dor-
mientes, & densâ ignorantia obfessi, commodorum suorum
amantes & studiosi; sed impudentissimi veritatis oppugna-
tores, innocentia impugnatores, scelerum propugnatores. ut
verissimum fuerit illud yaticinantis Prophetæ: Tenentes legem Jerem. 2.
nescierunt me, & pastores prævaricati sunt in me. Non potuit præ-
varicatio inueniri maior, quam cum latronem prætulerunt
Saluatori. unde etiam iustitia eiusdē querela. Pastores multi Jerem. 12.
demoliti sunt vineam meam, conculcauerunt partem meam: dederunt
portionem meam desiderabilem in desertum solitudinis. posuerunt eam
in dissipationem, luxitque super me: desolatione desolata est omnis ter-.
ra: quia nullus est qui recognitet corde. Vincam Domini sabaot,
electam vineam Domini, Principes & sacerdotes, demoliti
sunt. dederunt Ierusalem portionem Domini in solitudinis
desertum, cum desolata est ciuitas desolatione deserti à Ro-
manoru exercitu, qui nec pepercit lactentibus, nec lapidi, nec
ligno. & cum residui populi illius per orbem vniuersum infe-
licissimâ dispersione dispersi sunt, facti ludibrium gentibus.
nec ullus est qui recognitet illorum, nisi in derilum & ferrum.
De Principibus verò sacerdotum & senioribus illis, est illud
interminantis Prophetæ: *Vae pastoribus qui disperdunt & dislace-* Jerem. 23.
rant gregem pascuae mee. ideo hæc dicit Dominus: Vos disperdistis gre-
gem meum, & elecistis eos, & non visitastis eos. ecce ego visitabo su-
per vos malitiam studiorum vestrorum. & alterius: *Vae pastoribus* Ezech. 34.
Israel, qui pascibant semetipso: nonne greges à pastoribus pascuntur?
les comedebatis, & lanis operiebamini, & quod crassum erat occide-
batis: gregem autem meum non pascibatis; quod infirmum fuit, non
consolidastis; & quod agrotum, non sanatis; quod confractum est, non
colligastis; & quod abiectum est, non reduxistis; & quod perierat,

Sacerdotū
principes
fuere causa
euerionis
totius gen-
tis.

non quæstus. & dispersa sunt oves meæ, & factæ sunt in denorationem omnium bestiarum. Quis dispersit populum Domini, semen Abraham, nisi Principes sacerdotū, & seniores populi? quis huic persuasit, à tot sæculis denunciato, sperato, Saluatorc, ad latronem & homicidam decurrere? & quæ ex cogitari improbior potuit malitia, quæ tot æstatibus promissum, tot speratum, morte omnium infamissimâ tollere? à quo tamen uno, vna omnium salus, vna Iudæorum gloria pendebat: & sceleratissimum seruare, ut perderent innocentem? Verè insensati & improbi pastores, qui cùm pascere commissum sibi gregem deberent, dissiparunt: cùm seruare deberent, perdiderunt: cùm tueri, deuorandū præbuerunt: cùm erudire, infatuarunt: cùm mederi, vulnerarunt: cùm querere, neglexerunt: cùm monere, prodiderunt. iuxta illud Domini: *Grex perditus factus est populus meus.* Pastores eorum seduxerūt eos, seductione peccati, in innocentis sanguinis impia profusione: cùm homicidam anteposuerunt vitæ donatori, latronem omnium largitori, seditionis reconciliatori, nocentissimum innocentissimo, impurum castissimo, furibundum prudentissimo, hominum denique vilissimum Deo, & creatori maximo, potentissimo, optimo, benevolentissimo.

Cap. 56.

Vides hîc verum illud Isaiæ: *Ipsi pastores ignorauerunt intelligentiam: omnes in riam suam declinauerunt, unusquisque ad auritiam suam, à summo usque ad nouissimum.* Nusquam hoc, quam in Christi causa manifestius: cùm sacerdotio, & legum scientiâ primi, Pharisæi, Scribæ, Seniores, opum & honorum suorum naufragia metuentes, de tollendo è medio Christo consilia iniuerunt. Nec puduit ipsos sacerdotū Principes, populum in Christi sanguinem impellere. vt proinde meritò inclamet Ieremias: *Vlilate pastores, & clamate, & aspergite vos cinere optimates gregis: quia completi sunt dies vestri, ut interficiamini.* O quæ tormenta manent tales! nam ea quæ à plebe perpetrantur, non eunt in exemplum; magnorum eunt. & quo maior quisque, hoc plus præit in sequelam virtutis aut vitij: cùm po-

Sacerdotes
sunt sub-
ditis causa
suum &
perditio-
nis.

Cap. 55.

potentium dicta factaque, populo pro lege sint. Maximè tam
men cùm sacerdotio, aut Ecclesiasticā dignitate clari, duces
ad vicia sunt. neque enim à vero & bono tales aberrare plebs
credit. sequitur hos proinde ex eo quodam impetu. oues co-
gita & pastorem. ducunt in fóveam? hilares in eamdem insi-
liam. in præcipitiis arbitrantur planitem. in vepres & spinas
calcant ut violas. in interitum? amplexantur ut vitam. in ve-
nena hauiunt ut vina. in absinthia & feffa? sugunt ut vbera.
neque enim persuadere sibi possunt, viros tantos in aperta
rae scelera, aut Dcū aut æternitatis obliuionem. Quidquid
in benigniorem ferè partem vicia illorum interpretentur: a-
varitiam parsimoniam, superbiam generosos animos, teme-
ritatem audaciam, prodigalitatem liberalitatem, pertinaciam
constantiam, perfidiam industriam, leuitatem comitatem vo-
cantes. Ita lux illa honorum & purpuræ plebeios obsuleat &
nimos, ut alia omnia, quam quæ sunt, videant & sequantur.
ut proinde grauissima calibus immineant, qui quæ factis, quæ
dictis, ad scelera præeuntes ducunt, & faciem moribus suis ad
illa præferunt. quod copotentius sit, quo quisque maior est.
cùm ipsa magnitudo sat magnam vim ad persuadendum ha-
beat, etiam tacente calamo & ore, loquentibus factis. quæ
omni oratione fortius suadent, & ad imitandum impellunt
validius.

Miramur, cùm hæc legimus, cùm audimus: & in meritam XV.
indignationem insurgimus, & capulo etiam vnicuique Chri-
stiano propior manus in vindictam: cùm nos ipsi in eadem
indies aut deteriora labamur. iniuitat nos mundus, & diabo-
lus ad scelera; dehortatur Christus. prouocant illi ad foedas
corporis voluptates; auocat Christus. impellunt illi ad om-
nia vicia; retrahit Christus. blandiuntur illi, vanisque promis-
sis spondent plurima, perdituri in medio cursu, aut etiam in
limine; monet Christus insidiarum, propositaque infelici æ-
ternitate deterret, animatque æternitate fortunata: ostentat
pericula, aperit insidias, infelicissimo plurimorum exemplo.

Christiani
peccantes
præponunt
diabolum
Deo.

& frustra omnia. retegit dolos, quantaque venena per exiguo integrantur melle clare commonstrat: incertitudinem, breuitatem, fraudes sponzionum secuti edocet. At nos diuinis omnibus spretis monitis, terroribus; promissis; Barabbam deligimus, animorum nostrorum homicidæ & latroni diabolo adhaerentes. huius consilijs, diuinis neglectis, obaudimus: illum inuitantem, & ad interitum rectâ ducentem sequimur. Deum æterna spondentem, præmiantem, negligimus. Et vide quām nos deteriores Iudeis. semel illi homicidam præposuerunt Christo; nos repetitis vicibus, adeoque propè innumeris, diabolum, iam inde ab initio homicidam, iuratumque salutis nostræ hostem, præferimus Christo: illi obtendere aliquid ignorantis poterant ignoti Christi; nos nullam possumus. pro illis neccum fluxerat Christi sanguis; fluxit prodigè pro nobis. illi exemplis destituebantur; nos infinitis propè exemplis siue in spem, siue in terrorem, diuites sumus. & tandem sequimur Barabbam, animarum nostrarum latronem, prædatorem. Vis proprius hæc intueri? inuitat nos diabolus, obiectâ inhonestâ aliquâ specie, in qua momentanea voluptas, longa pœnitentia; gaudij perparva, mœroris plurimù. dehortatur Christus. vincenti præmia spondet æterna, cädenti pœnas imitat̄ æternas, confirmatq; infelicibus exemplis aliorum. accusat ingratitudinem nostram, immemo remque beneficiorum animum. ostentat vulnera etiamnum recentia, & tamquam ab hodierna cruce, clausos, spineam coronam, lanceam, flagra, vincula, sputa. & nequidquam omnia. & Barabbam deligimus, animarum iam inde ab initio homicidam; spretis æternis bonis, opibus, honoribus, voluptatibus; delectis incertis, fallentibus, momentaneis. ut merito extimescere debeamus ad increpantem Prophetam: *Fili⁹ hominum, usque quo graui corde? ut quid diligitis vanitatem, et queritis mendacium?* Misera mortalium conditio. dubia, vana, dolorosa, certis, solidis, æternaturis, neminemque fallentibus anteponere. Ita patimur nos ludi & falli. & quidem ab eo, quem hostem.

*Et nunc
sunt de-
teriores
Iudeis
Christum
Barabb⁹
postponē-
tibus.*

Psal. 4.

hostem scimus & patimur. Atque hinc orat Sapiens: *Vanitas Pro. 30.*
 tem & verba mendacij longè fac à me. Addo. *Fabricatores menda-*
ch, & cultores falsorum dogmatum, longè fac à nobis Deus. hi
 sunt, de quibus Apostolus: *Fuerunt & pseudoprophetæ in populo,* *2.Pet.2.*
sicut & in vobis erunt magistri mendaces, qui introducēt sectas per-
 ditionis, & eum, qui emit eos, Dominum negant, superducentes sibi ce-
 lerem perditionem. *Et multi sequentur eorum luxurias,* per quos via
 veritatis blasphemabitur: & in anaritia fictis verbis de vobis nego-
 ciabuntur: quibus indicium iam olim non cessat; & perditto eorum non
 dormiat. Benè Apostolus. Et qui maiores mendaciorum ma-
 gistrorum, quām qui persuaserunt Iudaico populo consultius esse
 dimittere latronem quām Saluatorem? pro ditorem, quām
 eum, cuius sanguine empti & redempti nos omnes? Et quid
 exspectent hi, nisi interitum æternum? & quæ secta pernicio-
 sior, quām negantium Dominum? Utinam etiam nunc ætate
 nostrâ non sunt, qui insistant vestigijs eorum: qui populum
 tantum columbam, & ignarum fraudum, exemplo & verbo
 ducant in fraudem, & abducant à Deo, adducant ad Barab-
 bam. per quos veritatis via blasphematur, mendacij colitur;
 quique fictis verbis & aliud sonantibus, aliud intus fouenti-
 bus, insidias feliciter infelicibus animabus struunt. Videant
 hi, quām celeri pede, quām certò vindicta Dei properet. Sin
 differat, quām graui poenâ tarditatem compenset. Tales sunt
 omnes, qui verbo aut rebus præstruunt alijs vias ad vitia, ad
 scelera; auocantque à virtutum semita. quique improbis
 impijsque consilijs, aut solâ faculi prudentiâ vestitis, diuer-
 tunt à vero, à bono, à diuinis consilijs & monitis, ab arctiori
 Domini via; & ducunt per mundi campos, per laxa & riden-
 tia illius prata, per luxuriæ nemora, per superbiæ steriles
 montes, per diuinarum tribulos & spinas. & hæc omnia sub
 specie fallacis boni. Ut meritò exclamat Psalmista: *Vani filij Psal. 61.*
bominum, mendaces filij bominum in stateris; ut decipient ipsi de
vaniitate in idipsum. mendaces in æstimatione falsi & veri:
 mendaces in statera boni & mali; ut decipient, ducantque

de vanitate in vanitatem, & per inanum vanitatum acerdes ad infelicia, nulloque æuo mitiganda æternitatum incendia.

- XVI.** Pergit in sententia Pilatus, & conatur dimittere IESVM. *Ac*
Luc. 23. *illi suclamabant, dicentes: Crucifige, crucifige eum. ille autem terciò dixit ad illos: Quid enim malificit iste? nullam causam mortis inuenio in eo. at illi instabant vocibus magnis, postulantes ut crucifigeretur.* Cùm decesset ratio, nec probare possent quæ in accusationem attulerant Iudæi, pro probatione inualecebant vocibus, ut quod ratione impetrare non poterant, importunâ extorquerent vociferatione. magnæ ergo voces pro ratione illis erant, Disce sæculi mores, inconstantiam, non multò antè, idem populus insidenti asino substernebat vestimenta sua, & inclinabat magnis vocibus. *Benedictus qui venit Rex in nomine Domini, pax in celo, & gloria in excelsis.* &, *Benedictum quod venit regnum patris nostri David.* At nunc magnis inclamant vocibus: *Crucifige eum.* Fide iudicijs popularibus: fide fauoribus. & parrem exitum exspecta. O, quot omnium sæculorum exemplis docemur? quot omnium gentium? Nec tot edocti magnorum malis expurgescimus aut sapimus. & post tot secures, vincula, ferrum, exilia, venena, & saginatos in victimam, adhuc fidimus. si è centum fortunæ filijs unus non infelici inter suorum manus morte periret, sequere. Intuere non hos tantum, sed ipsos Imperatores, Reges, magnorumq; exercituum ductores; & vide quām pauci siccâ morte & suâ, ad plures iuerint. Quid tam dubiæ rati salutem tuam credis? quoties vix horæ tres à sceptro ad aliena genua intercesserunt? quoties è Regum latere abrepti, vix vnci reliquerunt quod traheretur? quoties inter carnificum manus raptata purpura, domini sui depurpurata fuit sanguine? quoties populi discripti manibus miseræ tragœdiæ materiam præbuerunt, qui non multò antè iisdem manibus supra quidquid regno natum efferebantur? ut nullus inconstantior Euripus, nulla magis dubia magisque infida maria, populi amoribus sint. Quid? quòd deterior fecerit quisque plus referat popularis auræ; & optimus quisque negligenter.
- In iis cæcutit.*

ligatur? iacent probi, & calcatur pietas plebeio pede, virtus contemnitur. eriguntur improbi, laudatur impietas, placent vitia. Iam, intuere omnes opibus, honoribus, nobilitate claros, adde & scientiā. quām pauci ex omnibus prudentiā, pietate, probitate, virtute magni! imò quām multi ex illis fatui, inuer-
recundi, improbi, impij, & plus vitijs quām honoribus nobi-
liti! Et propriū inspice magnorum omnium vitam, dome-
sticos mores, cubilia, animos; videbis, quām pauci magnitu-
dinem suam virtute pepererint, virtute tucantur: videbisque
quām fatuo munera sua delectu fortuna partiatur. Et nescio,
an non fiat hīc, quod in Regia pecunia in populum sparsa: ē
qua, quo impudentior, ferocior ac stolidior quisque, hoc re-
ferre plus solet. vt portento propè simile sit, opulentum vi-
dere, & prudentem: pium, & dignitatibus circumfluentem.
Contemne proinde humana iudicia, adhærefee diuinis, quā
nec falli in delectu & largitione possunt, nec fallere cōsueue-
runt: adeoq; nec possunt. Hæc sequere, & his stude. conatū o-
mnē, sudoresq; tuos in hoc vnum impēde. non ut fatuis mun-
di opinionibus, sed sapiētibus diuinis habere magnis. errare
diuinæ nefciūt, sciunt æternare. certa promittere mundi ne-
sciunt, perire sciunt. nec aliud; nisi quod quo certius spon-
dent, eo ferè certius fallant. Intuere tantūm quisquis hæc le-
ges, infinitorum propè exemplis edoctus, quām infelici exitu^{Mendax}
sponsiones suas solo plerumque verbo diuites mundus clau-^{est in pro-}
^{misis}
dat. intuere dein, quām ludat in sponsionibus, quām fallat,
quām mentiatur, quām rarò votis & verbis facta respōdeant:
quām infortunata ignium æternitate, momentanea hæc, fæ-
pè nec habita nec data, commutet: quantisque perennatu-
ris in æuum mœroribus fugitiua remuneretur gaudia: quan-
tis non-profuturis lacrymis, inuercundos risus: quantis for-
nacibus numquam extinguendis, numquam minuendis, vo-
laticas corporum voluptates: quantâ numquam moriturâ
pœnarum acerbitate, delicias, mensas, purpuram. Intuere
denique, quantis modica remuneretur Deus; cùm pro raris
lacry-

lacrymis, suspirijs, spontaneis corporis afflictionibus, vitæ castimonia, morum probitate, vtrionca paupertate, æternis donet opibus, honoribus, voluptatibus, purpurâ, gaudijs, delicijs, robore, pulchritudine, prudentiâ.

XVIII. Considera hic illud apud Ioannem: *Regnum meum non est de hoc mundo.* *si ex hoc mundo esset regnum meum, ministri mei utique decertarent, ut non traderer Iudeis.* *Dixit ei Pilatus: Ergo Rex es tu?*

Respondit Iesvs: Tu dicas, quia Rex sum ego. Fatetur petenti Praefi-

Cap. 49. di Christus se Regem esse. de quo illud Isaiae: *Erunt Reges nutrity tui, & Reginæ nutrices tue: vultu in terram demissò adorabun-*

te, & puluerem pedum tuorum lingent. & scies quia ego Dominus, super quo non confundentur qui expectant eum. Cuius alterius fu-

erunt aut Reges aut Reginæ nutritij, quam Christi, quem nu-

trierunt in membris suis, abdicatis etiam opibus, adeoque & totis regnis Christo sacratis? Iam, quem vñquam demissio-

re vultu adorarunt, aut cuius vestigia pulueribus impressa maiore cultu venerati sunt? quamquam & per puluerem pe-

dum vñici filij Dei, ipsum Christi corpus intelligi possit; ad quod venerabundi in terram prosternuntur Regum omnium.

primi. Et quis vñquam confusus est, qui sperauit in Christo Domini? neminem frustratus spe suâ est, fefellit neminem. de

Cap. 52. quo idem Prophetæ: *Ecce intelliget feruus meus, exaltabitur, & ele-*

habitur, & sublimis erit valde. sicut obstupuerunt super te multi, sic

ingloriosus erit inter viros asperitus eius, & forma eius inter filios homi-

nūm. Iste asperget gentes multas, super ipsum continebunt Reges os

suum: quia quibus non est narratum de eo, viderunt, & qui non au-

dierunt, contemplati sunt. Seruum suum vocat Christum Domi-

nus. qui doctrinâ & miraculorum magnitudine supra quid-

quid vñquam exaltatus fuit; sed & eleuatus, & sublimis factus

valde, cum in nomine illius omne genu curuetur. super quo

obstupuerunt populi omnes, illique in primis, qui magnis

vocibus in clamauerant: Hosanna filio David. Quo etiam nemo

vilior, in vinculis, in columna, inter spinas, in cruce factus lu-

librium Israeli & Gentibus. quos tamen omnes innocuo san-

guine

Christus
Rex est; &
eius regnū
quam latē
patens.

Eius ma-
iestas, ma-
gnitudo,
potentia.

guine suo alpersit, sacroque Baptismi lauacro innumeros populos orbe toto lauit. Super quem Reges & terrarū Principes continebunt os suum, sapientiā ac miraculorum illius magnitudine perculti: cùm necdum denunciata fide, necdum auditā, gloriam Christi in portentorum ab omni æuo inauditorum multitudine & claritate viderent, non Reges tantum, sed orbe toto gentes. cùm plerumque antè in discipulis miraculorum Christi starent spectatores, quām mandatorum illius auditores. Et alibi idem Propheta: *Ecce seruus meus, susci- Isaia 42: piām eum: electus meus, complacuit sibi in illo anima mea: dedi spiri- tū meum super eūm, iudicium Gentibus proferet. legem eius insulæ ex- specebant. et in nomine eius Gentes sperabunt.* Proferet iudicium, Matt. 12: vt Rex, vtiudex. sperabunt verò in illum insulæ & Gentes, vt in patrem & redemptorem. Cuius etiam supra quidquid usquam futurum erat, magnitudinem Regius Propheta enarrat: *Ego constitutus sum Rex ab eo super Sion montem sanctum eius, Psal. 2: prædicans præceptum eius. Dominus dixit ad me, Filius meus es tu, ego hodie genui te. Postula à me, et dabo tibi Gentes hereditatem tuam, et possessionem tuam terminos terræ. Reges eos in virga ferrea, et tamquam vas figuli confringes eos.* De Christo indubie hæc sunt, quem constituit Dominus super Sion montem sanctū suum, super omnem Ierusalem cælestem, quique populo Domini denunciaret præcepta salutis & legis nouæ. quem genuerat hodie, in omni nimirum æternitate: in qua quidquid est, ho diernum est, præsens nimirum secundūm omnem rationem sui, non succedaneum, nec per partes aut frusta, sed se toto congenitum. Quod in solum Christum cadere potest; cui etiam Gentes dedit in hereditatem. cùm enim antè soli Iudæi hereditas essent Domini, soli in filios adoptati; adueniente Christo accesserunt Gentes, adoptatæ in sanguine illius, & factæ hereditas illius, quam morte sibi suâ parauerat, emerat- quæ à cælesti Patre suo. Vereque solusque in omnes terminos terræ possessionem suam extendit per fidei propagationē. neque enim illa se vñquam fides latius protendit, cùm nullam

orbis partem intactam reliquerit. Rexit verò illas in *virga ferrea*, & tamquam vas figuli confregit. nam licet iugum Christi suave sit, & onus illius leue, & præ onere veteris Testamenti, molle & dulce; ea tamen vis verborum fidei est, maximè miraculis accendentibus, ut ferreæ virgæ componi possit: omnisque potentia illi comparata, tamquam vas figuli sit. Sed & in *virga ferrea* rexisse dici potest, qui indomitas crudasque Gentium mentes, tamquam figlinum vas, miraculorum magnitudine fregerit, ac in quam voluit partem flexerit. & quid omnis terrarum potentia coram illo aliud, quam vas figuli & testa terrea? quid omnis sapientia, omnis humana conditio aliud, quam palea vento rapta; cum omnis illa pescatorum, adeoque & tenellularum virginum, Christi fide roboratarum, eloquentiae cesserit? Hinc illa nimis vera: *Ego dabo vobis os & sapientiam, cui non poterunt resistere & contradicere omnes adversarij vestri.* Non enim vos estis loquètes, sed *Spiritus sanctus*. Expressit hoc etiam fortius in Ieremia: *Dedi verba mea in ore tuo; ecce constitutae hodie super Gentes, & super regna, ut euellas, & destruas, & disperdas, & dissipes, & adfices, & plantes.* Et in eodem: *Ecco ego do verba mea in ore tuo in ignem, & populum istum in ligna, & vorabit eas.* Atq; hinc illud Isaiæ: *Posuit os meum quasi gladium acutum.* Magna vis verbi Dei. cui quæ vis resistat, cum hoc uno vniuersus orbis sterterit, in nihilum uno redigendus? ut non mirentur tam valida in discipulorum & Prophetarum ore verba fuisse Domini. Quæ res magnos animos addere nobis debet, omnemque potentia humanæ metum tollere, cum nullum robur & quari possit Dei, nullū resistere. Meminit Davidici sermonis Paulus.

Fides Christi cur virgæ ferreæ comparatur.

Verbi Dei quanta sit vis & potentia.

Luc. 21.

Matt. 13.

Cap. 1.

Cap. 5.

Cap. 49.

Heb. 1.

Cui dixit aliquando angelorum: Filius mens es tu, ego hodie genus te? & rursum: Ego ero illi in patrem: & ipse erit mihi in filium. Et cum iterum introducit primogenitum in orbem terre, dicit, *Et adorent illum omnes angeli Dei.* & ad angelos quidem dicit: *Qui facit angelos suos spiritus, & ministros suos flammarum ignis.* ad filium autem: *Tberonus unus Deus, in saeculum saeculi: virga equitatus, virgaregnitus.* Ut meritò fateri potuerit Christus se Regem esse, cuius regnum æternum.

sum. atque hinc illud: *Dixit Dominus Domino meo: Sede à dext. Psal. 109.*
eris meus: donec ponam inimicos tuos scabellum pedum tuorum. &: Do-
minare in medio inimicorum tuorum. In medio nimis Gentiū,
 qui inimici antè erant, dominatus est Dominus, factus Rex
 Gentium & pater. Facti sunt etiam, siue Iudei, scabellum pe-
 dum Christi, calcati nimis pedibus illius, quorum vocibus
 cruci suffixus fuerat; siue reliqui increduli, quos prostrauit,
 pedibusque suis, potestati nimis suæ, subiecit, hic, & in al-
 tera vita etiam fortius. Et de eodem Christo alibi David: *At-* Iudei &
increduli
quomodo
sunt facti
scabellum
pedum
Christi.
Psal. 23.
tolle portas, principes, vestras; & eleuamini porta aetaiales; & in-
troibit Rex glorie. Ad cæli Principes hæc verba. iubet eleuari
 & referari portas aetaiales, siue quia ciuitatis aeternum dura-
 turæ, siue quia in id temporis clausas à cælo condito, & nunc
 referandas Regi gloriae, quam sibi morte & cruce parauerat;
 & exinde reliquis inambulantibus viam mandatorum Do-
 mini. Introducit dehinc angelos loquentes: *Quis est iste Rex*
gloriae? Respondet: *Dominus fortis & potens, Dominus potens in*
prælio: Dominus virtutum, ipse est Rex gloriae. Fortis omnino & po-
 tens, qui morte suâ mortem omnium victricem subiugauit,
 cælosque nulli peruios patefecit. Potens vero in prælio, quo
 principes mundi huius dæmones subegit, & è longissima pos-
 sessione armata sua deiecit, mundique etiam potentiam om-
 nem cruci substrauit. Dominus etiam virtutum, qui omnem
 omnium virtutem fregit morte suâ, omneque robur enerua-
 uit. Clarissime de Christi regno Ioannes, cum egisset de de-
 cem Regum potestate. *Hi cum Agno pugnabunt, & Agnus vincet Apocal. 17:*
illos, quoniam Dominus dominorum est, & Rex Regum, & qui cum
ille sunt, vocati, electi, & fideles. Et alibi: *Habet in vestimento & in Apocal. 19:*
femore suo scriptum: Rex Regum, & Dominus dominantium. Benè
 dominorum Dominus dicitur, cum domini omnes serui il-
 lius sint, & de famulatus illius prærogatiua meritò gaudere
 debeant; & inter prima orbis beneficia ponere, inter seruos
 illius numerari. Intelligebat hoc qui dicebat: *Elegi abietius esse Psal. 83:*
in domo Dei mei, magis quam habitare in tabernaculis peccatorum.

Christus
 est Rex
 fortis, &
 potens in
 prælio.

Seruum
 Christi esse
 quam ho-
 norificum.

magisque ad eò, quām præesse Israeli; imò quām orbi vniuerso. Rex etiam Regum est, cum quo compositi Reges, tam quām infimæ plebis portio sunt. neque minùs imperat Regibus, quām hi vilissimis seruorum suorum. Qui verò cum illo sunt, vocati, iure electi, & gens à mundi constitutione e-
 ioan. 15. lecta dici possunt. & fatetur ipse: *Non vōs me elegistis, sed ego elegi vōs.* & Euangelista loquens de die Domini magno: *Mit-
 tet, ait, angelos suos cum tuba & voce magna: & congregabunt elec-
 tos eius à quatuor ventis, à summis celorum usque ad terminos eo-
 rum.* Hinc etiam cùm de numero suorum loquitur Christus,
 matt. 20. ipse dicit: *Multi sunt vocati, pauci verò electi.* Vocati nimirum
 omnes sunt Christi sanguine, qui pretium fuit omnium; sed
 per pauci pretio hoc prudenter & feliciter vsl. imò plerique
 in interitum. Neque enim tam grauia criminā erant ante fu-
 sum Christi sanguinem, quām post eum. beneficiorum in-
 nos magnitudo auxit criminum magnitudinem. *Quod ergo
 bonum est, mihi factum est mors? absit. Sed peccatum, ut appareat
 peccatum, per bonum operatum est mihi mortem, ut fiat supra modum
 peccans peccatum.* Nihil nobis melius Christi morte, nihil san-
 guine illius medicabilius, nobilius nihil. & tamen hæc tanta,
 tam medica, facta sunt peccanti in mortem maiorem, cùm in
 immensum aggrauent peccati magnitudinem, & pœnam
 illi debitam. crescit enim ingratitudo crescentibus benefi-
 cijs: quæ si infinita sunt, & nullo pretio æquanda, nullâ et-
 iam pœnâ reparari ingratitudo tanta potest. Perseueranti ve-
 rò & occumbenti in peccato, Christi sanguis in grauiorem
 pœnam, quia in delictum grauus est. quemadmodum pœ-
 nitenti & dolenti, & antè omne genus mortis diligent, quām
 vt iterato lapsu offendat, in gratiam & gloriam maiorem est.
 Ita vni in salutem, alteri in mortem mors Christi est. ex se qui-
 dem semper in vitam, & hanc æternam. Quantæ prudentiæ
 & felicitatis est, morte illius non grauiore morte occidere;
 sed vitâ viuere meliore, medicoq; sanguine illius redanimari,
 non perire? contingat hoc mihi, & lectori mçō, vt inter ele-
 ctos

In peccato
mortienti-
bus is in
pœnam
est.

Cos illius adnumeremur, inter oves, inter filios, inter heredes regni illius magni. Beati, si hoc consequamur. vt consequamur, in manu nostra est. tantum sequamur vocantē; & consequemur præmiantem. sequamur moribus, imitemur factis; sequetur gloria. amemusq; inter paucos imitatores illius numerari, inter egentes & abiectos, inter contumelias paucos, inter verbera, vincula, contemptum; vt mereamur numerari inter cælo diuites, & regni socios.

Perpendenda verò serio Domini apud Euangelistam verba: *Regnum meum non est de hoc mundo.* Et tamē apud Matthæum dicit: *Data est mihi omnis potestas in cælo & in terra.* & apud alium: *Pater, clarifica filium tuum, ut filius tuus clarificet te.* Sicut dedisti ^{Ioan. 18.}
ei potestatem omnis carnis. Ne putas tantum potestatem accepisse post mortem, cùm illa apud Matthæum dicta sint post resurrectionem; clare apud Ioannem dicit, se potestatem omnis carnis à Patre accepisse in hac mortali vita. Pulchrè Paulus: *Suscitans illum à mortuis, & constituens ad dexteram suam in cælestibus, supra omnem principatum, & potestatem, & virtutem, & dominationem, & omne nomen, quod nominatur non solum in hoc sæculo, sed etiam in futuro.* & omnia subiecit sub pedibus eius. Quamquam nihil hīc nec magnum, nec nouum concessum Christo. Nam cùm cælestis Pater omnium, vt conditor, ita Dominus & Rex esset; non poterat non coæternus illi filius omnium & Dominus & Rex esse: nec poterat alio in cælestibus loco ponni. nec quisquam illi pariari, cuius pedibus quidquid cælo clauditur, quidquid terre ambitu continetur, subiectum erat, tamquam vnico Dei filio, tamquā Domino & Regi omnium. Cùm dicit ergo, *Regnum meum non est de hoc mundo;* intelligendū, se nec regnare, nec imperare more Regum mundi huius; licet verissimus Rex esset mundi huius, Dominusque omnium. & verior longè Rex Dominusq; quam quotquot essent Reges, quotquot domini. Discrimē tamen, fateor, magnum est inter Christū Regem, reliquosq; mundi Reges; interq; illius, & regnum horū. modus etiam regnandi longè alius, imperia longè inter mun-
di Reges
& Christū
quod sit
discrimen.
alia,

alia, præmiaq; longo inter se interuallo disiuncta. Intuere externam formam. Iæta tibi videbuntur mundi huius regna, delicijs referta, voluptatibus farta, honoribus grauida, opibus turgentia, plana, amœna, floribus vndique interspersa, gaudijs seminata, melleque ac saccaro incocta, milleque modis varia, mille expertenda. rosas arbitreris, quidquid calcatur, quidquid tangitur, gemmas. risus, ludi, ioci, conuiuia in alterum solem producta; vestium, ædium, supelleætilis splendor, ad admirationem, & oculorum stuporem. horti, montes, fontes, nemora, valles, pascua, vineta, oliueta, in æmulam vbiique oblectationem variegata; ab ultimis terrarum adducta marmora, nec raro arte in his superante naturam. Contrà, tristia hic ferè videbis Christi regna, seria, matura, scuera, delicijs vacua; voluptatum, honorum, opum ignara; aspera, inamœna, difficultatibus inspersa, saxis magis quam violis seminata, absinthio & amaritudinibus temperata, in quibus nihil video expetendum. rupium segmina arbitreris, quidquid calcatur, quidquid tangitur, indolatum & asperum. risus hic, ludi, conuiuia ignorantur. vestium splendor nullus, ædium ac supelleætilis tenuis munditia, amica paupertas, quæ nullorum oculos rapiat, nullorum desideria exacuat. horri necessitati, non voluptatibus obsequuntur. si quos inter saxa sua natura dedit fontes, siti leuandæ, nec alteri admouentur. nihil verò ad oblectationem aut oculorum, aut palati reperies. marmora tam exulant quam gemmæ & aurum, & quidquid in voluptatem natum, quidquid artifice manu aut mente repertum. Hæc regna, mundi & Christi. quis non deligat illa, si æternæ quis non fugiat hæc, si æterna? Verùm, si propriùs vtraque discussiamus, si incerta mundi, si paucorum non raro annorum, mensium, horarum; si permistas honoribus, opibus, voluptatibus sollicitudines, metus, pericula, damna, amaritudines, odia; si infelices exitus, dubios successus, frustrantia vota; si magnis arduisque conatibus, & diuite spe suâ narrantibus, inanes ferè infortunatosque euentus adhærcere; si è multis milibus

Regnum
seculi va-
nitas, bre-
uitas, an-
xietas.

libus amatorum mundi, vix vnum alterumque ad sperata &
 optata euenire, pauciores etiam diu frui consecutis; si men-
 tes semper anxias, semper emulationibus & inuidia grauidas;
 si ipsam sibi magnitudinem sui suspechtam, ipsamque felicita-
 tem timoribus innatantem, animumque mutuo sibi succe-
 dentibus curis delassatum, ac super delicijs suis fastidientem;
 si perpetua intestine bella, pugnantiaque secum vota mutuo-
 que interimentia; denique si quae non multò post secutura,
 considerauerimus, alterius nimirum vitæ bona & mala, præ-
 mia & pœnas, aliud cogitabimus. Quod si etiā proprius Chri-
 sti nostri regnum discusserimus, si mentium tranquillitatem
 illud sequentiū, si perpetuam internam pacem, si cordis gau-
 dium, ac quoddam iubilum, si vitam pulso procul metu secu-
 ram; si nihil ambientes, nihil extra vnum Deum amantes, si
 extra timorem spemque omnem humanarum rerum positos,
 si periturarum rerum contemptores, si nil nisi æternarum a-
 uidos, si solius conscientiæ regulâ singula metientes, si nulli
 extra Deum supplices; si in magna spontanea paupertate, in-
 gentes animorum diuitias; si in vltroneo honorum omnium
 neglectu, clarissima apud Deum decora, & nomen immorta-
 le; si in fœdarum voluptatum calcatu, diuini amoris sinceris-
 sima gaudia nullo æuo terminanda considerauerimus; perfa-
 cilè intelligemus, quod regnum præferendum, quod ample-
 tendum sit nobis. Maximè si non multò post secutura ex-
 cüsserimus. si æterna cælorum exilia, pœnasque inferorum
 æquæ æternas, regnum faculi plurimum comites, tam ma-
 gno nimirum tam parta luenda, dedecus æternum, ludibria
 æterna, contemptum in ignibus æternis æternum, egestatem
 æternam: nisi quod folis tormentis diuites, miseram in omne
 æuum trahant vitam. Contrà, si cælis reposita præmia æterna
 ijs qui Christi hinc regnum secuti, opes iuxta ac honores æter-
 nos, gaudia æterna nullo mœrore permista, decus æternum,
 triumphos æternos nullis timoribus concutiendos, diade-
 mata æterna nullo fine ponenda, sincerissimas animorum

Regni
 Christi
 pax, gau-
 dium, se-
 curitas &
 duratio.

ve-

voluptates, nullâ pœnitudine, amaritudine nullâ intersperfas; quis erit qui Christi regnum non præferat omnibus mundi regnis?

Mundi regnum interitum, Christi vitam adfert sui dilectoribus.

Luc. 6.

Videndum verò hîc, cuius regni imitatores simus, cuius militiæ milites, cuius sacramento addicti, cui obsequamur, cuiusque imperia expleamus, cuius semitas ingrediamur; quemque præeuntem, inuitantem, spondentem sequamur. Facta hoc nostra docebunt, si proprius illa examinauerimus.

iuxta illud Domini: *Vnaqueque arbor de fructu suo cognoscitur. neque enim de spinis colligunt fucus, neque de rubo vindemiant vuam: bonus homo de bono thesauro cordis sui profert bonum: & malus homo de malo thesauro profert malum.* Tu vide quos, & cuius regni fructus proferas. non potes seruiendo regno saceruli huius, fructus referre regni Christi; nec sperare regni huius præmia, si illud sequareis. alterutrum vniuersim sequendum, aut destinandum vniuersim est; etiam in pœnis & præmijs. Vide quid expedit animæ tuæ. tuta prudens elige, & æternatura peritura antepone, momentaneis æterna. & vbi vtriusque regni consideraueris præmia, delige alterutru imitandum, sequendum. neque enim seruire vtrique potes, iuxta illud: *Nemo potest duobus dominis seruire: aut enim unum odio habebit, & alterum diligit: aut unum sustinebit, & alterum contemnet. non potestis Deo seruire & mammonæ.*

Et illud eiusdem: *Qui non est mecum, contra me est: & qui non congregat mecum, spargit.* Delectus in manu tua est. præmia, etiam peritura & æterna, in manu tua sunt, tormentaque & gaudia æterna:

XIX. Sequitur in Euangelista: *Ad hoc veni in mundum, ut testimoniū perhibeam veritati: omnis qui est ex veritate, audit vocem meam.* Dicit ei Pilatus: *Quid est veritas?* Tacet coram Præside Gentili ad hanc quæstionem Christus, ne rosas & margaritas sparsisse videretur ante porcos. & responderat antè apud Iohannem: *Ego sum via, veritas, & vita. nemo venit ad Patrem, nisi per me.* Via, quæ dicit ad salutem, & per quam solam reclūsum nobis iter cælorum est, tot antè sacerulis clausum: ac per quam

Ioan. 18.

Cap. 14.

Christus quomodo sit via.

quam referati cæli, à quibus omnes ante Christum aberrabamus, ingredientes vias quæ nos à sperata gloria abducent, auocarent à Deo, ducerent ad ignes æternos, vocarentque ad seruitutem omnium miserrimam, nullo fine, nullâ libertate in omne æuum claudédam. Atque hæc crucis via est, nec alia, vulnerum & mortis Christi. per quam mortis viam, vitæ via aperta nobis est. iacebamus peccatorū insepulti morti, nec spes vitæ super; exulesque vitæ & cælorum, duris strin-
gebamur compedibus, primorum parentum & scelerum no-
strorum. venit Christus, vitæ nos morte suâ restituit, & per
vulnera sua iter strauit cælo. Magnum olim visum, & porten-
to simillimum, potuisse Xerxem Atho montē in mille quin-
gentorum passuum longitudinem à continente absindere, Aq[ua]z du-
perfodere, fredoque nauigabilem reddere perpetuo, ad vte-
riorem usque Isthmi oram alueo deducto. Nec illud minus,
si non maius, in femina: cum Semiramis Ecbatana campestri
loco sita, per montem, cuius recto itinere ascensus stadia quin-
que & viginti explebat, imâ radicis parte ruptum flumine
fossa latissimâ iuxta ac altissimâ cinxit, idque per saxosi mon-
tis radices. Nec illa admiratione suâ carent, cum Fulvius Flac-
cus, montibus vi perruptis, camporūmque declivitatibus æ-
quatis, per duo & quadraginta passuum millia aquas in Vrbē
perduxit: & Claudius Cæsar partim venis subterraneis, par-
tim supra terram arcubus fabricatis, aquam, nunc per sex &
quadraginta, nunc per quinquaginta passuum millia in Vr-
bem deduxit. Nec dissimilia facta ab Appio Claudio, ab Agrip-
pa, à M. Titio, qui subterraneo Martiam aquam riuo per
montes ad quatuor & quinquaginta passuum millia, opere-
que arcuato ad passuum millia septem duxit. Quæ aliaq; ge-
neris eiusdem, si componantur cum Christo nostro, risum
magis quam admirationem prouocabunt. Quis enim non Cælum
obstupefacat per tot annorum millia clausum, omnib[us]que Christus
imperium cælum, vnius morte referari potuisse; perque ma- morte suâ
nuum, pedum, lateris vulnera, nullâ ante potentiam, nullo ro- referauit.

bore peruum iter, etiam pueris puellisque rectâ facilique via patuisse? Quidquid terras inter cælosque iacebat, obstinauerat magis quam in saxum & chalybem, nec ferro nec ignibus vincendum, nec omnium terrarum inferorumque visibus. accesserunt Christi vulnera & sanguis; & omni cerâ mollius tot sæculorum compacta durius tamquam sole nubes medio defluxit. & quidquid tot stratum obstinata clauerat series, sanguis reclusit. tenebrasq; quæ vniuersam terram Ægyptijs noctibus densiores occupauerant, vnâ spiritus in cruce emis- sione dispulit; ut iam post crucem tenebrae nulla, itinera clau- sa nulla, cæli tamquam ære fusi aquâ sint molliores. Merito

Ioan. 14. proinde dicit: *Nemo venit ad Patrem, nisi per me, nisi per crucem, sanguinem, & mortem eius: quibus via nobis referata & strata, antè clausa & invia, ad Patrem de qua iure illud dici potest:*

Isaie 30. *Hæc est via, ambulate in ea; & non declinetis neque ad dexteram, neque ad sinistram. Passionis Domini hæc via: à qua qui aberrat, à salutis via aberrat; cùm in sola passione Domini stet salus o-*

Isaie 53. *mnium nostrum. Benè hoc idem Propheta: Omnes nos quasi ones errauimus, & unusquisque in viam suam declinauit. Erraueramus ante passionem omnes, errorem paradisiacam primorum parentum viam ingressi, viam tenebrarum & noctis, iuxta il- lud Sapientis: Via impiorum tenebrosa: nesciunt ubi corruant. qua- re & abominatio est Domino via impij. Docemur à paradiſo. & ste- tit abominatio hæc iam inde ab Adamo in Christum . in quo*

Isaie 53. *posuit Dominus iniquitatem omnium nostrum. vt, cùm sanguine il- lam suo tamquam flumine abluisset, via nobis ad cælum, cui ante peccatum nati eramus, pateret. Vnde illæ Propheticæ*

Isaie 63. *preces: Quare errare nos fecisti, Domine, de viis tuis? indurasti cor nostrum ne timeremus te? conuertere propter seruos tuos. Permiseras,*

Ierem. 21. *non imperauerat errorum Dominus, cuius illud: Ecce ego do coram vobis viam vite, & viam mortis. Deleetus in manu nostra erat. delegimus viam mortis, cùm delegimus, virtute desertâ, peccatum. Induratum etiam est cor nostrum peccandi affi- duitate, & è carneo corde factum est lapideum. nec spes hunc lapi-*

Iapidem recudendi in carnem, nisi carneum cor Christi, quod
 iniquitatem omnium nostrum exsoluendam in se suscepereat,
 lancea in cruce configeretur, manusque & pedes eius ferreis
 clavis conterebrarentur. Factum. & lapideum ferreumque cor
 nostrum induit carnem, & factus lapis caro est. Habemus &
 Davidis preces: *Notam fac mihi viam, in qua ambulem; quia ad te Psal. 142.*
Ienui animam meam. & alibi: Deduc me, Domine, in via tua, & Psal. 85.
ingrediar in veritate tua. &, Deduc me in semitam mandatorum tuo- Psal. 118.
rum, quia ipsam volui. &, Vias tuas, Domine, demonstra mihi, & se- Psal. 24.
mitas tuas edoce me. &, Perfice gressus meos in semitis tuis, ut non Psal. 16.
moueantur vestigia mea. Causam votorum horum habemus a-
 pud Sapientem. quia *semita iustorum declinat mala. &, Iusto- Pro. 16.*
rum semita quasi lux splendens. ut meritò David hanc voverit à
 Deo. Beatos verò dicit eos qui *ambulant in viis eius. contrà, in- Psal. 127.*
 felices Sapiens prædicat, qui *relinquunt iter rectum, & ambulant Pro. 2.*
 per vias tenebrosas. quæ sunt mundi; cùm Christi sint lucis,
 quæ ignorant tenebras, & ipse de se dicat: *Ego sum lux mundi: Ioan. 8.*
 qui sequitur me, non ambulat in tenebris, sed habebit lumen vita. Et
 alibi: *Ego lux in mundum veni, ut omnis qui credit in me, in tenebris Ioan. 12.*
 non maneat. Erant inuoluti tenebris omnes, & altissimâ sæcu- Christus
 lorum premebantur nocte, & porrò perrexissent in illa, ni lucem in
 Christus lumen intulisset mundo, cùm se intulit. cuius via
 via pulchra, & omnes semita illius pacifica, & lumine vndique col- Pro. 3.
 lucentes; cùm sæculi via peruersa sint, & infames gressus eorum Pro. 2.
 qui illi seruiunt; qui latantur cùm male fecerint, & exultant in re-
 bus pessimis. Ut proinde meritò dicat: *Sicut exaltantur celi à terra, Isaie 55.*
 sic exaltata sunt viæ meæ à viis vestris, & cogitationes meæ à cogita-
 tionibus vestris. Hinc illud habes apud eumdem Prophetā de
 mundi imitatoribus: *Viam pacis nescierunt, & non est iudicium in Isaie 59.*
 gressibus eorum. semita eorū incurvata sunt eis: omnis qui calcat in eis,
 ignorat pacem. cogitationes eorū, cogitationes inutiles: *vanitas & con-*
 tritio in viis eorum. Neq; enim pax impijs esse potest; nec gressus
 illorum, qui perpetuo in lubrico versantur, aut per præcipitia
 decurrent, solidi. cogitationes eorum de momentaneis, de

D d 2

fugi-

fugitiuis, de dominum suum fallentibus. Sed & vastitas in vijs eorum. atque hinc illa apud Matthæum Domini monitio:

Matt. 7. Intrate per angustam portam; quia lata porta, & spatioſa via eſt, qua ducit ad perditionem, & multi ſunt qui intrant per eam. O nimis

Matt. 22. multi! cùm ex ore eiusdem multi ſint vocati, pauci rverò electi. ô nimis pauci, quibus poſt vindemiam componi poſſunt vuæ, poſt messem ſpicae! quis credat? & tamen ille dicit qui falli non poſteſt. quis inter hos paucos ſe fore ſpondeat? quis non iuſtiū metuat, ne numeretur inter multos? maximè cùm conſcientiā teſte, longiſſimè aberrauerit à vijs, monitis, conſilijs Domini; & vocantem magis ſecutus ſit munduſ, quam Deum: illius placita magis amplexus quam Dei.

*Ipſe item
veritas eſt.* Veritas eſt Christus noſter, vnicum Patris Verbum verum;

Heb. 6. quod mentiri non poſteſt, cùm impoſſibile ſit mentiri Deum. Be-

Ioan. 1. nè proinde Ioannes: *Lex per Moysēm data eſt, gratia & veritas*

Psal. 42. *per Iesuſ Christum.* Benè etiam Dauid precatur: *Dirige me in*

Psal. 4. *veritate tua, & doce me. & alibi: Emitte lucem tuam & verita-*
tem tuam; ipſa me deduxerunt. ſol nimirum fuerunt in huius

mundi tenebris, & peccatorum nocte. Quare & monet nos,

Zach. 8. vt loquamur veritatem unusquisque cum proximo ſuo. Addit

Pron. 12. præmium: *Labium veritatis firmum erit in perpetuum.* Pulchrum

Psal. 14. illud Dauidis: *Quis habitaribit in tabernaculo tuo? aut quis requi-*
efcer in monte sancto tuo? Qui loquitur veritatem in corde ſuo; qui

non egit dolum in lingua ſua. Merces magna, & duratura æter-

Psal. 5. nūm. De mentientibus illud eiusdem eſt: *Odiſſi omnes, qui lo-*
quuntur iniquitatem perdes omnes, qui loquuntur mendacium. Con-

Cap. 59. firmat illud Ifaias: *Iniquitates vestre diuiferunt inter vos. &*
Denim. Peccata vestra absconderunt faciem eius à vobis, ne exaudi-

ret. Descendit ad singulares cauſas: *Manus vestra polluta ſunt*

sanguine: labia vestra locuta ſunt mendacium. Mendacium ergo

diuinxit Deum ab homine, faciemque illius obnubilauit,

S. p. 1. aures obturauit. Graueret etiam de hoc Sapiens: *Os quod men-*

titur, occidit animam. Quare & monemur ab Apoftolo: *Nolite*

Ecli. 7. *mentiri inuicem.* & ab alio: *Noli uelle mentiri omne mendacium.*

etiam

etiam leue, & quod dicunt officiosum. neque enim cadere in prudentem aut virum mendacium debet, feminine vi- tium. imò nec in Christianam mentem. Benè & acutè Sa- piens: *Qui nescit mendacium, hic pascit ventos: idem autem ipse* Prom.10.
sequitur aves volantes. Qui etiam prudenter monet Principes:
Princeps, qui libenter audit verba mendacij, omnes ministros ha- Prom.29.
bet impios. Imò indiuiduo nexu comitatur mendacium im-
pietas.

Huic veritati vt testimoniū præberet, venit in hunc mundum Christus; vt miraculorum magnitudine, morum sanctitate, doctrinæ altitudine, disceremus sub humana car-
ne Messiam contineri, Dei nimirum filium, Verbum Patris,
 per quem facta erant omnia; & in quo vno, cælum & terra;
 nec cælum aut terra antè steterant: ipseque adeò etiam ho-
 mo, & beatæ mentes, cælorum ciues. Sed neque miraculis,
 neque morum sanctitati, neque doctrinæ magnitudini fides
 stetit. imò, quo illa in illo maiora, hoc fortius Iudæos auer-
 rit. Causam ab ipso discimus. *Loquor vobis, & non creditis, quia* Ioan.10.
non estis ex omnibus meis. Confirmat. *Oves meæ vocem meam au-*
dunt: & ego cognosco eas, & sequuntur me. Addit præmīum: *Ec-*
rego vitam eternam dō eis. Quid sperari poterat maius, quid
 voueri? Vt merito apud alium dicatur: *Beati, qui audiunt ver-* Luc.17.
bum Dei, & custodiunt illud. & apud Ioannem: *Qui ex Deo est,* Cap.8.
verba Dei audit. Hæc in consolationem audientium ver-
 bum Dei. subdit aliud in terrorem non audientium: *Propter-*
eas vos non auditis, quia ex Deo non estis. & ibidem: *Non poter-*
atis audire sermonem meum. Additur causa: *Vos ex patre diabo-*
lo estis; & desideria patris vestri vultus facere. ille in veritate non
 fecit, quia non est veritas in eo. Neque in discipulis eius fu-
 datis esse veritas poterat, qui à mendaciorum patre diabo-
 lo non nisi mendacia didicerant. Additur alibi nobilis præ-
 rogativa, quâ nescio an aliquid dici aut concedi possit ma-
 ius: *Maior mea, & fratres mei hi sunt, qui verbum Dei audiunt,* Luc.8.
& faciunt. Addit, *faciunt.* quod & apud Iacobum reperies:

Dd 3.

Estote

- Cap. I.* *Estate factores verbi, & non auditores tantum, fallentes & transformantes ipsos.* Subdit rationem: *Quia si quis auditor est verbi, & non factor, hic comparabitur viro consideranti vultus vacuitatis sue in speculo: considerauit enim se, & absit, & statim oblitus est qualis fuerit. qui autem non auditor obliuiosus factus, sed factor operis, hic beatus in facto suo erit.* Beatificatur facto, non nudo auditu: nam & *damones audiunt, imò & credunt & contremiscunt.* nec ideo beati. imò auditus & fides, si non accedant facta, ad maiorem damnationem sunt. *Quod ex ipso Domino colligimus: Si non venisssem, & locutus fuisset eis, peccatum non haberent: nunc autem excusationem non habent de peccato suo. si opera non fecissent in eis, que nemo alius fecit, peccatum non haberent; nunc autem & viderent, & oderent & me & Patrem meum.* Oderant, quia estimationi sue Pharisei & Scribae per portentorum magnitudinem, vitaeque integritatem detrahi non parum videbant. quæ causa odiorum, cum se suaque negligi à populo viderent: Christi verò omnia in summa omnium admiratione versari. ut accidisse hinc Christo videoas, quod olim Iosepho apud fratres. Iam, vorò qui oderant Christum, necessariò oderant Patrem, cùna Christus & Pater unum essent: nec diuidi amore, nec odio poterant, non admittit unitas diuisionem. *Audiamus Dominum discrimen inter auditores & verbi diuini factores statuentē: Omnis qui venit ad me, & audit sermones meos, & facit eos, offendam vobis cui sit similis: similis est homini edificanti domum, qui fodit in altum, & posuit fundamentum super petram. inundatione autem facta, illius est flumen domus illi, & non potuit eam mouere: fundata enim erat super petram. Qui autem audit, & non facit, similis est homini edificanti domum suam super terram sine fundamento: in quam illius est fluens, & continuò cecidit, & facta est ruina domus illius magna. Quàm ratos inuenias factores mandatorum & consiliorum diuinorum; quàm frequentes factores consiliorum mundi! Christus, qui Verbum est Patris, veritas ipsa, clamas; & non auditur. mundus placitura insurrit; & vtrāque aure excipitur. Christus monet; & negligitur. mundus monet; & altè*
- Chr̄istus cur esset Iudeis exōsus.*
- Luc. 6.*
- Eius verba pauci se quonsur.*

alè animo monita imbibuntur. Christus imperat, interminatur, præmia spondet; & minæ illius & præmia æterna sunt, & contemnuntur. mundus imperat, & peritura promittit & dubia; & inuenit obsequentes. neminem Christi sponsiones fecellerunt; & in paucis stat illi sua fides. plerosque omnes mundi promissa spe suâ frustrata sunt, vt è millibus vix decem optata consecuti sint; & credunt omnes. Vident tot indies millia spe suâ excidere. vident in medio speratarum rerum cursu tot millia abripi, tot perire; & eadem inanissimæ spei vestigia premunt. vident è multis millibus vix vnum sorte contentum suâ viuere; & tamen eidem semitæ insistunt. post tot sumpta magna exempla, tot alieni ferri aut veneni victimas, tot è sublimi præcipitia & lapsum graues, tot insperatos ac inopinatos euentus infelices, tot nullâ humanâ prudentiâ. cuitanos exitus infortunatos; magnis omnes propè passibus eamdem viam tenent. arbitreri ad læta prandia vocatos, aut gaudiales cœnas, cum vix medio pede summis præcipitijs penduli insistant, omni momento de vita ipsa dubij. Audiunt dicentem Christum: *Beati pauperes spiritu, quoniam ipsorum est regnum celorum.* Matt. 5. audiunt Apostolum: *Qui volunt divites fieri, inuidiunt in tentationem, & in laqueum diaboli, & desideria multa in meilia & nociva, qua mergunt homines in infernum & perditionem.* 1. Tim. 6. radix enim omnium malorum est cupiditas. Audiunt ante Apostolum Christum fortius etiam intouantem: *Facilius est camelum trahere per foramen acus transire, quam divitem intrare in regnum celorum.* Matt. 19. & quis credit? imitarentur si crederent. Nunc propè omnes cum ualandis insudant opibus: & prima cura pecuniarum; virtus post nummos. illeque beatus, cuius granaria fatiscunt sub bonis, cuius domus lassantur opibus, *Quorum filii, sicut nouellæ Psal. 43.* plantationes; filii eorum compositæ, circumornatae ut similitudo templi; promptuaria eorum plena, erubstantia ex hoc in illud: oves eorum factos, boves eorum crassæ. beatum dixerunt populum cui haec sunt. *Ecce clamet in Propheta Deus: Popule meus, qui te beatum dicunt,* Isaia 3. *ipse te decipiunt, & viam gressuum tuorum dissipant.* Confirmat Apo-

- Iac. 5.* Apostolus: *Thefas erizasti vobis iram in nonissimis diebus. agite diuities, plorate & tulantes in miseriis vestris, quæ aduenient vobis: diuitiae vestrae putrefactæ sunt: aurum & argentum vestrum eruginauit, & erugo eorum in testimonium vobis erit, & manducabit carnes vestras sicut ignis. epulati estis super terram, & in luxurijs enutristis corda vestra. Addit: Ecce iudex ante ianuam assistit, & stat ad iudicandum Dominus. O, non in interitum sempiternum! non inferam pœnitentiam!*
- Luc. 4.* Clamat Apostolus: *Amicitia huius mundi inimica est Dei. qui cumque ergo voluerit amicus esse seculi huius, inimicus Dei constituitur. Quis hoc credat ex omnibus mundi sectatoribus, qui magnorum amicitias ambient, & maximam felicitatis suæ partem in illa ponunt: quos non pudet omnibus incommodis, etiam contumelijs, eniti in causa votorum suorum. qui Principum atria nocturnis crudisq; salutationibus occupant, & ad omnem maioris occursum decrescunt; idque ob paucorum annorum, fors & dicrum, volaticas opes & dignitates. Quid dicam? Audio discipulum, qui Dominico incubuit pectori: Nolite diligere mundum, neque ea que in mundo sunt. causam addit: Si quis diligit mundum, non est caritas Patris in eo. Durum, sed verum. aut non diligendus mundus, aut excludendi à caritate Dei. Subdit rationem: *Quoniam omne quod est in mundo, concupiscentia carnis est, & concupiscentia oculorum, & superbia vite: que non est ex Patre, sed ex mundo est.* Fortius etiam Apostolo Dominus: *Qui amat animam suam, perdet eam; & qui odit animam suam in hoc mundo, in vitam eternam custodit eam.* Non tantum mundum, & quæ mundi sunt, sed & animam ipsam vult nos odisse; sed in salutem. verat autem amari in perditio nem. Explicat se Dominus apud Lucam clarius: *Si quis venit ad me, & non odit patrem suum, & matrem, & vxorem, & filios, & fratres, & sorores, adhuc autem & animam suam; non potest meus esse discipulus.* Contemnendus nimirum parens, mater, vxor, filij, fratres, sorores præ Domino, & negligendi præ illo: obsequendum voluntati illius, non illorum, quando Deo inimica aut con-*
- Amicus seculi ini-
micus est
Dei.*
- x. Iean. 2.*
- Odisse que
mundi
sunt, quo-
modo
oporetur.*
- Cap. 14.*

contraria imperant aut consulunt, aut consilijs huius monitique aduersantur; aut abducunt ab illo, adducunt ad mundum, & quae mundo sunt amica, amplectenda. Non mirabitur, quisquis cogitauerit illud Domini: *Non potestis Deo seruire Matt. 6: et mammone.* præmittit causam. *Nemo potest duobus dominis seruire: aut enim unum odio habebit, et alterum diligeret; aut unum sustinebit, et alterum contemnet.* Quid hic dicam de ijs, qui seruire se posse credut Deo & opibus, Deo & honoribus? taceo, Deo & voluptatibus carnis; mundo & Deo? aut mentiri necessum est Deum, authos falli. ô, non fallantur æternum!

Audiamus monentem Christum: *Beati estis cum vos odes Luc. 6: sint homines, et cum separauerint vos, et exprobrauerint, et execerint nomen vestrum tamquam malum, propter filium hominis.* nimis, mundo & Deo seruire non possumus. *nimirum,* quia huius consilijs paruistis, mundi neglexistis; illius vestigii inhæsistis, ab huius deflexistis. Et ne miremur mundi hanc consuetudinem, duplicem rationem adfert: *Si mundus vos odit, scitote quia me priorem vobis odio habuit. et non est servus maior domino suo.* si me persecuti sunt, et vos persequentur. Alteram: *Si de mundo fuissetis, mundus quod suum erat diligenter: quia verò de mundo non estis, sed ego elegi vos de mundo, propterea odit vos mundus.* Alterutrum hic delendum. aut patiendum cum Christo, aut lætandum cum mundo: aut, si serui illius dici & esse volumus, ferenda odia mundi. aut, si mundo seruire volumus, renunciandum seruituti Christi. Si verò laudari & amari à mundo volumus, nec speranda laus à Deo est, nec amor. ab hoc si amari volumus, mundi contemptum, odia, persecutions amemus. Diligit nos mundus? de mundo sumus. dilit Deus? de Deo sumus. ab utroque amari non possumus: sed neque utrumque amare. Odit nos mundus? benè est. Dei sumus, & amamus à Deo. beatos nos mundus prædicat? infelices sumus. neque enim alios mundus beat, quam suos. at infelicissimi hi sunt; quia cum mundi sint, Dei non sunt. infortunatos mundus clamat? fortunati sumus, Dei sumus: neque enim alij mundo fortunati, quam qui illius sunt. at qui

Ee huius

huius sunt, Dei non sunt. quare nec fortunati esse possunt, qui mundo famulantur, qui illius placitis inharent, opibus parandis, honoribus consequendis, voluptatibus corporisque commodis conquirendis. Sed neque fortunati dici possunt aut beati, quibus omnia h̄ic ē voto fluunt; quorum horrē messibus lassantur, granaria fatiscunt, pecunia æruginescit, honores integris ostijs influunt, mensæ in alterum solem pretenduntur, cellaria vino narant, vestesque vndique purpurā, gemmā, adamante radiant, Asiamque Africamque & orbis prima, media, vltima odore suo mentiuntur. cùm apud Matthæum Dominus beatos dicat, *qui persecutionem patiuntur, cælo remunerandam fœneratione centuplā.* Atque hinc est illud Pauli: *Gloriamur in tribulationibus.* Additur causa. *Tribulatio patientiam operatur: patientia probationem, probatio verò spem, spes autem non confundit,* cùm dominum suum non-morituris dovet gaudijs. & alibi: *Gaudeo in passionibus pro vobis.* nihil mirare in Paulo, qui etiam optabat anathema offe à Christo pro fratribus suis Israelitis. Tantus amoris ardor magnā illam Apostoli mentem occupauerat, vt, si saluus Israël esse posset, ipse cælo excluderetur. Hauserat hoc à Moyse: nec puduit legislator rem imitari. *Dimitte ois hanc noxiam; aut, si non facis, dele me de libro tuo quem scripsisti.* Grande omnino scelus commiserat Israël in vitulo aureo: & vniuersi populi internectionem comminatur Dominus. hinc illæ Moysis ad illum preces. ô quantum amor insederat huic pectori! Verūm, quanto maior Dei filio & Deo, cùm pro hominum salute, & ne æternū exula-ret cælo, & de saluandorum libro deleretur, cælo, vt ita dicamus, exulat, carne vescitur, famulatur, aduersis tamquam pila iæstatur, aut tamquam fluctuum spuma? Nec h̄ic stetit amor. vincula, alapæ, spuma, columna, flagra, spinæ, crux, clavi, lanœa, mors ipsa, non summum testantur amorem? & non Betleem, domus stabulum, præsepe cunæ, nobilitas pastores, infantum cædes, Ægyptiaca fuga, patriæ exilium, inde lapides, præcipitia, maledicta, & vita tota persecutio vna? ad hanc nos

Beatusudo
seculi ni-
hili est a-
pud Deum.

Caps.

Rom. 5.

Col. 1.
Rom. 9.

Exod. 32.

Ardens a-
mor Pauli,
Mosis, ar-
dentior
Christi, er-
ga animas.

ex-

exemplo & verbo inuitat. At quare ad aduersa perferenda nos Christus inuitat? quare sudorem, lacrymas, sanguinem nostrum depositit? quia illa prior ipse fudit. *Qui dilexit nos, est lauit nos à peccatis nostris in sanguine suo.* Iam quid gloriosius, quām amorem amore compensare? quid generosius, quām paribus amoris signis amorem impendere? Sanguinem ille dererat. quid poterat minus quām sanguinem reposcere; maximē cūm omnium hominū sanguis componi cum vna Dei sanguinis gutta non posset? magnum tamen est, pro Deo illum fundere, & vitam pro illo ponere, cūm vitā maius nihil habemamus, nil carius, nil nobilius. summum ergo quod habemus offerimus, cūm vitam erogamus. Neque augustinus quidquam dici potest, quām pati pro Deo, & vitam cūm sanguine pro illo effundere. Quare & iucundum fuit Martyribus pati, & beneficiorū sibi à Deo collatorum summum putauerunt, pro Deo pati posse: primumque hoc inter beneficia numerarunt. Sed cūm in veteri lege pecudum sanguine placaretur Deus, est omnia pendere in sanguine secundum legem mundarentur, est sine sanguinis effusione non fieret remissio, sed pecudum sanguine; cur in noua, humanum sanguinem depositit? cūm sanguinem ipse, non vitulorum, taurorum, vaccarum, oviū, sed suum pro nobis fudisset; quid poterat sperare minus, quām vt nos sanguinem pro sanguine largiremur, humanum pro diuino? Exinde ergo Martyrum sanguis tam copiosè fluxit, vt plures tyrannorum imperio per omnia tormentorum genera Martires cœsi, quām in veteri lege à sacerdotibus pecudes. tantum lex noua præstitit veteri, quantum humanus sanguis, anima, vita, pecudum superat sanguinem, animam, vitam: quantumque profusus Christi sanguis, quidquid erat veteris legis, innumeris modis superat. Et quid poterat lex omnis vetus Christi sanguine destituta? quid Abraham, Isaac, Iacob, Moyses sine Christi sanguine? quid reliqui omnes veteris legis, nisi mortali limbi incolerentur? nisi tenebricosi carceris ciues? & non exulabant cœlo ante Christum omnes? non omnis spes

Amantem
Christum
redame-
mus.
Apocal. 1.

Heb. 9.

Sanguis!
Christi ef-
fusus Mar-
tyres ad
suum pro-
eo funden-
dam axi-
mauit.

E c 2 illo-

illorum stabat sine Christi sanguine præcisa æternum? quis reserauit cælos, si non Christi sanguis? quis limbico exemit carcere veteris cultores legis, si non Christi sanguis? quem si negaueris, cælum veteribus negabis, cælum nouis. nec cælum vnum homini sine Christi sanguine. Quare nec proprius quisquam nisi per sanguinem ad Christum accedit; nec magis illi quam fuso assimilatur sanguine; nec gratior illi hostia, nec odoratior humano sanguine cadit: cum nulla proprius ad illam accedat, quam pro salute omnium, & in omnium debitorum exsolutionem, gratissimam cælesti Patri obtulit. In alta olim gentilitate Scytharum Diana, Gallorum Mercurius, Afrorum Saturnus, hominum vietim placabantur. sed & in Latio, in media Vrbe, humanus sanguis Ioui ingustabatur. nec quisquam non rationem presumebat aliquam voluntatis Dei sui. Quid ergo miramur, si Deus noster propriæ hostiæ nomine martyria sibi depositat? nemo tunc illis exprobrabat funestam religionem, & lugubres ritus, & aram rogum, & pollinctorum sacerdotem. quare nec Christianis martyria, quæ non illorum more finiuntur cum hac vita, sed coronantur æternum. Et non fusus pro Deo suo sanguis, meliore coronatur? hinc victori in hoc sanguinum certamine promittitur, nunc arbor vitæ, nunc mortis venia secundæ, nunc latens manna cum calculo candido, nunc ferreæ virgæ potestas, & stellæ matutinæ claritas, & albâ vestiri, nec deleri de libro vitæ, & columnam fieri in Dei templo, & Ierusalem cælesti inscribi, quin & residere cum Domino in throno: quæ omnia victoribus spendet, qui aberrare à sponsione non potest. Et non Martyres propriæ viæores illorum enim victorizæ, quorum pugnæ: corum verò maximè pugna; quorum sanguis. De curre tantum Apostolorum Acta; inuenies carcères, vincula, flagella, saxa, gladios, Iudæorum impetus, Proconsulum tribunalia, Cæfaris nomen. intuere Petrum, Stephanum, Iacobum, Paulum; omnia sanguine scripta reperties. vide occidentem Hierosolymæ fidem, orientem Romæ; omnia sanguine pera-

que cælo
eos post
eius effu-
sionem
maneat
corona.

peraguntur. ne mirare. præiuit Christus , prouocauit exemplo, docuit verbo , animauit præmio. Audi Paulum: *Christus affastens Pontifex futorum bonorum, neque per sanguinem hircoram aut vitulorum, sed per proprium sanguinem, introiuit semel in sancta, eternâ redemptione inuentâ. si enim sanguis hircorum & taurorum, & cinis vitule aspersus, inquinatos sanctificat ad emundationem carnis; quanto magis sanguis Christi emundabit conscientiam nostram ab operibus mortuis?* Nobis, nec nisi per sanguinem, redemptionem inuenit. nec potest quidquam cælesti Patri accidere gratius, quam videre Filij sui imitatorē in contumelijs, contemptu, risu, flagris, vinculis, vulneribus, sanguine, morte. Ut hinc iam colligas gloriam cælo parata, cum cogitaueris hominem profuso non imparem sanguine Dei filio: quare & coheres gloriae illius statuitur. Non quod tormentis nostris & sanguine delegetur Deus, sed quod præmiare nos velit. nulla autem præmia sine lucta, labore, victoria veniunt. haec via ad illa. factum hoc semper. nec sine victoria palmæ: nec sine ludore victoria. Et non, si agones & sanguinem sustuleris, nobilissimâ sui parte cælum priuabis? quid enim cælum, si Virginum excluseris certamina, Confessorum luctas, Martyrum sanguinem? & non cæli nobilissimum semen, Martyrum sanguis? non splendidissimæ gemmæ, Virginum castitas? non nobilissima purpura, Confessorum cilia, facci, cinis, flagella, lapides? Iam tolle Martyrum carcerem palæstram, tolle tribunal stadium, tolle secures cæstus, tolle cum carnificibus luctam, tolle crucem, bestias, ignes, forcipes, craticulas; quid relinquis Martiri? aut quam capiti illius coronam? Benè Leo: *Non minuitur persecutionibus Ecclesia, sed magis augetur: & Dominicus ager segete rictiore uestitur, dum grana, que cadunt singula, multiplicata nascuntur.* Verè singuli Martyres singula grana sunt, quæ quæ monitis, quæ exemplis plurimos fecerantur. Christo. Et ut scribitur granum nudum sine fundamento spiræ, sine munimento aristæ, sine superbia culmis exsurgit autem copiâ feceratum, ordine structum, cultu munitum; &

Martyr hic
per tormenta
vestitur,
sed in cælo
per gloriam
resurgit.

vsquequaque vestitum . ita Martyr seritur h̄ic per tormenta nudus, solā carnificis manu diues , solis flagris purpuratus, solo contemptu magnus ; exsurgit verò vsquequaque gloriā veltitus, omnibus virtutibus stipatus, omni ornatu munitus. & dum multos animat, multos parat cælo ; numquam futurus magnus, nisi tormenta fecissent magnum, nisi præcessissent dedecorationes, nisi inimica manus è paruo fecisset magnum. ita patientia fecit magnum. Benè Hilarius: Ecclesia sancta dum persecutionem patitur, floret ; dum opprimitur, crescit, dum contemnitur, proficit ; dum leditur, vincit ; dum arguitur, intelligit : tunc stat, cùm superari videtur. Numquam hoc melius intelligitur, quām cùm persecutor gladius leuit, dum furit tyranus, insultat carnifex , purpuratur securis, debacchantur bestiæ, cluent flammæ, circumaguntur rotæ, stringuntur forcipes, crepitant craticulæ Martyrum adipe perunotæ, natant sartaginiæ sanguine . tunc crescit terris cælisque Ecclesia. Et sanè pudere nos debeat mollitiei , cùm Gentilē Seneca au-

dimus: Nihil eo infelicius mihi videtur , cui nihil contigit aduersis. subdit rationem: Non enim licuit experiri seipsum. & alibi: Non est arbor solida & fortis, nisi in quam frequens ventus incurset : ipsa enim vexatione constringitur, & radices certius fit. fragiles sunt, que in aprica valle creuerunt. & ad ferenda aduersa fragiles sunt, qui non fuerunt prius exercitati usu malorum. Audacter veteranus cruentum suum spectat, qui scit se sepe ruciisse post sanguinem. & Non fert ullum ictum illa felicitas: at, ubi affidua fuit cum incommodis suis rixa. Tunc exsurgit dignum Deo spectaculum, vir fortis cum aduersa fortuna compitus. Atque tunc exaudiuntur illæ voces: Si constant aduersum me castra, non timebit cor meum. Si exsurgat aduersum me prelum, in hoc ego sperabo. Intrepidus inter hostilia castra cum Machabæo Ionatha ; & inter prælia fortior, & spe plenior. Eleganter Gregorius: Sicut aromata odorem suum, cùm incenduntur, expandunt: ita viri sancti omne quod è virtutibus redolent, in tribulationibus innotescunt. Non tange odorata, minimū odorem emittunt. tange & perficia, ipso frictu inualescunt, & se-
pitos

Psal. 26.

Lil. 7. de
Trinit.Per adver-
sa & tribu-
lationes
homo cor-
roboratur
& incla-
rescit.

pitos autem ac quasi mortuos quaquam parte efflant odores, & propinqua remotaque fragrantia replent. Idem vnu venire videbis in viro forti, qui per iniuriam & aduersa callum duxit. insurgit hostis, concutit dormientem patientiam; spargit roboris sui odores, terraque cælumque gratissimo odore repletbit. Docte Cyprianus discrimen inter sæculi & Dei seruos tradit: *Pœnam de aduersis mundi ille sentit, cui lætitia & gloria omnis in mundo est. ille maret & deflet, si sibi male sit in sæculo, cui benè non potest esse post sæculum, cuius vivendi fructus omnis hic capit, cuius blc solatium omne finitur. ceterum nullus dolor est de incursione malorum presentium, quibus fiducia est futurorum bonorum. Denique nos consternamur aduersis, nec frangimur, neque dolemus, neque in villa aue rerum clade vel corporum valetudine mußitamus: spiritu vincimus.* Quidquid Dominus dicat: *Quos amo, arguo & castigo.* Apoc. 3: go. & Sapiens: *Quem diligit Dominus, corripit;* & Apostolus: *Pro. 3: Quem diligit Dominus, castigat: flagellat autem omnem filium, quem Heb. 12: recipit. quis filius, quem non corripit pater? quid si extra disciplinam estis, cuim particeps facti sunt omnes, ergo adulteri, & non filii estis.* Signum ergo filium esse, est castigari, aduersis concuti, iactari in hoc sæculo. prosperè euenire, & è voto omnia, adulterij signum est. ut non sit legitimus Dei filius, quem aduersa non premunt: ergo nec heres cælestis gloriæ, nec coheres Christi. Est & illud pulchrum Augustini: *Sicut autum sub uno igne rutilas, palea fumat; & ubi palea cominuuntur, frumenta purgantur: ita una eademque vis irruens bonos probat & purificat, malos damnat, vastat, & exterminat.* Vnde in eadem afflictione mali Deum detestantur & blasphemant; boni Deum precando laudant. Verum quid consilij, ut irruentibus aduersis non cadam animo? Co- gita Primo, aduersantium breuitatem. Meminit Dominus apud Isaiam. *Ad punctum in modico dereliqui te, & in miserationibus magnis congregabo te. In momento indignationis abscondi faciem meam parumper a te, & in misericordia sempiterna misertus sum tui.* Derelinquit suos Dominus ad punctum; congregat in miserationibus magnis: momento faciem auertit; cuius fruitio- nem?

Quid in aduersis cogitatione constans quis redatur.

Cap. 54.

- Psal. 106. nem æternūm largitur. Secundò, ad preces decurre. *Ciamauerunt ad Dominum, cùm tribularentur; & de necessitatibus eorum liberauit eos, eduxit eos de tenebris & umbra mortis, & vincula eorum disruptit.* Tertiò, excitatio fiduciæ in Deum. *Dominus illuminatio mea, & salus mea, quem timebo? Dominus protector vita mea, à quo trepidabo? &c., Salus iustorum à Domino; & protector eorum in tempore tribulationis: adiuuabit eos Dominus, & liberabit eos, & eruet eos à peccatoribus, & saluabit eos: quia sperauerunt in eo.*
- Psal. 36. Quartò, cogitatio futurorum. *Cogitauit dies antiquos, & annos eternos in mente habui. utriusque æternitatis, felicis, & gaudiorum cæli; infelicis, & pœnarum inferni.* Quintò, cogitatio præmiorum: *Non sunt condigne passiones huins temporis ad futuram gloriam, qua reuelabitur in nobis. &c., Quod in presenti est momentaneum & leue tribulationis nostræ, supra modum in sublimitate æternum gloriae pondus operatur in nobis.* & alibi: *Fnebriabantur aubertate domus tuae; & torrente voluptatis tuae potabis eos. & potabis æternūm.* Ingeniosè in hanc rem suo more Bernardus: *Guttatim pœna bibitur, liquando sumitur, per minutias transit: at tunc torrens erit voluptatis, qui affluat, non qui effluat.* Perennabit hic torrens cum Deo; cùm voluptas omnis sæculi celerius effluat quam affluat, impatiensque moræ antè deserat, quam teneri potuerit, plus mœroris abscessu suo relinquens, quam accessu gaudij dederit. Sextò, præteritorum diuinorum beneficiorum recordatio. *Si bona suscepimus de manu Dei, mala quare non suscipiamus?* siue in pœnam, quam promeruimus; siue in augmentum gloriæ, vt in Iob, Tobia, alijsque varijs. Septimò, cogitatio præsentiae Dei. *Prouidebam Dominum in conspectu meo semper. &c., Omnes via mea in conspectu tuo.* Octauò, cogitationes passionis Christi. *Aspicientes in auctorem fidei, & consummatorem IESVM, qui proposito sibi gaudio sustinuit crucem, confusione contempta.* Hinc illud Sidonij: *Quanta libet nobis anxietatum pateras vita præsentis propinet afflictio, parua toleramus, si recordamur, quid biberit ad patibulum qui inuitat ad celum.* Maximè Isaiæ 53. cùm inter omnia non aperiat os suum: sed sicut ouis ad occisionem duca-

ducatur, & quasi agnus coram condente se obmutescat. Nonò, Sanctorum exempla. quorum meminit Apostolus: Martyrum, Alij ludibria & verbera experti, insuper & vincula, & car- Heb.12. ceras: lapidati sunt, in occidente gladij mortui sunt. Confessorum, Circuerunt in melotis, in pellibus caprinis, egentes, angustiati, afflicti: quibus dignus non erat mundus: in solitudinibus errantes, in montibus, & speluncis, & cavernis terra. Virginum, quæ sequuntur Agnum Apocal.14. quocumque erit, primis Deo & Agno: sine macula enim sunt ante thronum Dei. ante quem, cantabunt canticum nouum, quod imi- Apoc.5. tari nemo poterit, nisi quæ virginem suam cælo intulerunt, alieni sexus ignaræ. Vnde etiam illud Dauidis: Adducentur Re- Psalm.44 gi virgines, afferentur in letitia & exultatione, adducentur in tem- plum Regis, in Ierusalem cælestem. Quorū omnium exempla merito mouere nos debeant in sequelam & imitationem. imò & pudorem, maximè viris, excutere, quod in difficultatum & persecutionum amplexu à duodenni & minore etiam imbelli sexu vinci se videant. Decimò, amor Dei, quo accensus audet Apostolus: *Quis nos separabit à caritate Christi? tribulatio? an an-* gustia? an famæ? an nuditas? an periculum? an persecutio? an gla- dius? sed in his omnibus superamus, propter eum qui dilexit nos. Ma- gnius Apostolus: quem non vita, non mors, non fortitudo, non præsentia, non futura, non adeò ipsi angeli separare à Dei caritate possunt. quæ cessantibus linguis, euacuatà prophetiâ, scientiâ destructâ, non excidet. Quid miramur hęc in Aposto- lo, qui raptus in tertium cælum ea viderat quæ proferre nefas erat? miremur in Agnete, Cæcilia, Susanna, Christina, Do- mitilla, Agatha, Barbara, Catharina, Lucia, non vinculis, non carceribus, non securibus, non forcipibus, non ignibus, non rotis, non flagris, non nuditate, non fame, nulloque tormentorum genere abduci à virgine sua, aut Deo potuisse. Quid non potuit amor? calcare prunas docuit ut violas, flammæ premere ut rosas, candentes amplecti laminas ut Arabiæ vn- guenta, plumbum liquatum bibere ut vinum, serpentes ba- fiare ut vbera, leones demulcere ut catellos, venena haurire

Rom.8.

Amor om-
nia vincit,
etiam
asperissima.

F f

vt

ut mella, cæstus perfette ut mollem spongiam, nigra ut ocula, lapides ut plumas, inæstuantes fornaces ut calcitrari, perque dimidia tormentorum genera inabitare tamquam per Midas hortos, Regumve manu consita nemora. Quamquam quid miseris nos animis a Deo suo pastos, & in mortuorum cellis potatos? Audi ex his vnam, e qua reliquias metaris:

Cant. 2. *Introdaxit me in cellam vinarium, ordinavit in me carcerem. facti te me floribus, stippare me matto, quia amore languo. Non languet ambo, que non conteta cellis, ac ne vberibus quidem, audet,*

Cant. L. *Osculetur me usculo oris saepe hanc talentum, vino, vberibus, osculis ebriam, quid miraris languere? ita quid miraris inter lapides, forcipes, secures, ignes lætam? maius est gaudium, quod a cellis sponsi, ab vberibus, ab ore hausit, quam quidquid tormentorum fluxit a carnifice. Et quid sentiat corpus, cum mens in celo est? quid sentiat illa, quam Deus dignatus est cella sua, vberibus, ore? Magnus omnino Apostolus, cum in terram rapitur celum. sed quantam dicam illam, que admittitur ad vbera? quantam que ad os ipsum magni Dei? & de quo audit: Dilectus meus inter vbera mea commorabitur. & Dilectus meus mihi, & ego illi: quin & delens affluens innicitur super tantum suum. Non mittim delicijs affluere, & inniti diresto, que*

Ierem. 12. *ad vbera, & oris oscula admissa est. Verum quare via impiorum prosperatur: bene est omnibus, qui prævaricantur, & iniqueugant: proficiunt & faciunt fractum. Mirum non prosperari magis. tamen magno æternum luenda momentanea prosperitas haec erit. videmus in Eupoleme. Aliquid hic solati pro æternis ighbus quis non votreat? misera vicissitudo modicarum voluptatum, opum, honorum, in æternas flamas! De sequentibus*

Psal. 138. *Postmodum etiam tribulatione remittente sequitur gaudium. Dominum in cruce, in vulnera, illud meritò dici potest: Ni misericordie sunt amici tui. Deus, nimis conformatus est principatus eorum. Pro modico contemptu, modico contumaciam, opum, honorum, voluptatum neglectu, modico sudore, vigilijs, ieiunijs, precibus, coronantur æternum, opibusque frondibusque gaudijsque perfruantur æternis. nec quisquam tam parvus*

Postmodum etiam tribulatione remittente sequitur gaudium.

parvus celo est, qui non quidquid unquam sicut, quidquid erit, Principum, Regum, Imperatorum, opibus, honoribus, potestia, gaudijs, voluptatibus, imperio, viribus, formæ præstantia, eruditione, eloquence, omniisque rerum genere, vincat milles, & decies milles: idque zornum.

Pergamus audire laetulari prudentiae contraria monentem Dominum. Diliges proximum tuum sicut etipsum. Rouc in mediq.

Matt. 22.

opes, honores, commoda. quis in his proximum diligenter, sic ut Scipsum? quis ignorat proximo, ut ignosci vult sibi? quis illius errores vitaque extenuat ut sua? illius nomen cuetur ut suum? existimationi illius studet ut sua? illius laudibus secundis que rebus delectatur ut suis? casibus illius aduersis moeres ut suis? dampna illius vitat ut sua? detractionibus illius medetur ut suis? contemptui illius indignatur ut suo? inforsunis illius compatitur ut suis? morbis vulneribusque ipsius condolat ut suis? quis vero manum consiliaque proximo adhibet ut sibi? & tamen post illud de diligendo Deo. Mains horum aliud Marc. 12. mandatum non est. Quid dicam? errare Deum, an falli mundum? o quantis pro amore proximorum odijus patamur! quam alia inuidentia opum, dignitatum, commodorum, eruditio- nis, ingenij, iudicij, memorie, eloctionis formæ, virium per- cutimus! quantis etiam non raro emulationibus in omnipre- rum genere circumferimur! o non yiri, cetera boni, non Reli- giosi, & yni Deo sacra! Aliam longè ab hac doctrinam doce- bit mundus. intuere tantum mores vitamque illorum qui illius se seruituti addixerunt. vide fraudes, dolos malos, qui- bus proximum fortunis, honoribus, commodis suis cuestunt, vide quas per se, per alios struant insidias. quam contemptum de proximo loquantur, quantis illum detractionibus oper- ent. quam sceleri in alios iudices, quam graues morum cap-索res, quam duri & immites, quam nihil alijs indulgentes sibi omnia: quanto molimine aliorum consilia diuerrant, quam maligni dictorum factorumque aliorum interpretes, quam idelicte quartoque studio fallant, & incautos circumue- niant.

Proximus
diligendus
ut nos ipsi.

niant. quām fortiter amorem mentiantur, quō faciliūs impa-
ratos in præceps impellant. hæc nemo non videt, nemo pro-
pè non experitur. quām verò illa pugnent cum verbis Domi-

Marc. 12. *Diliges proximum tuum tamquam teipsum; quis non intelligat?*

Fortiora etiam quædam habemus à Domino in hac mu-
Luc. 6. tui amoris arena. *Dilegit inimicos vestros, benefacite his qui odie-
runt vos. benedicite maledicentibus vobis, & orate pro calumnianti-
bus vos.* Magnum & rarum proximum vero amore diligete:

Inimicos
diligere
quām ar-
duum &
rarum sit.

maius vt seipsum diligere. & quem è multis millibus inue-
nias, quif hoc faciat? diligere inimicos, inauditum omnibus
retro fæculis. pro odio beneficium, pro maledicto laudes, pro
calumnijs preces reponere, durum videtur. quis enim dili-
gat odia? quis hostem fecit Dominus: qui non dilexit tan-
tum hostes, sed pro salute illorum vitam posuit. Et non ver-
ba illitus sunt: *Pater, dimittite illis: non enim sciunt quid faciunt?*

Luk. 23. & non cum inimici essemus, reconciliati sumus Deo per mortem filij
Rom. 5. eius, qui pro impiis mortuus est. & , cum adhuc peccatores essemus,
pro nobis mortuus est. Impij & peccatores inimici Dei funt. pro
inimicis ergo mortuus Christus, pro inimicis orauit: bene-

Dilexit
eos Chri-
stus.

dixitque maledicentibus sibi in cruce, & orauit pro calum-
niantibus: & ignosci illis petiit, & maledicta ac calumnias
sanguine suo eluit & deterfit. *Quis nostrum sequatur? & dici*
tamen & haberi discipuli Christi voluntus; & quod deterius,
*præmiari cum illo; & ab illo volamus. & imitari pudet & pi-
get.* ostendit ille prior præmiorum viam, verbis, factis. ama-
mus præmia, non obsequimur monitis. non imitamur fa-
cta, & speramus præmia. quæ tam stolidæ fiducia mentes
nostras occupavit: porrigere ad Christi præmia mantum, nec
motientem sequi, nec præeuntem. coronari cum illo velle, &
luctam refugere, quam ptimus ille injicit. Verum, quis amer-
inimicum? & non Christus nos amavit inimicos? aut mori
pro Ihs potuit, quos non amavit? aut verecundamur sequi

Matt. 11. *Christum? sed graue. & non regnum celorum vici patitur, &*

Inc. 14. *violentis rapient illud! Audiat Dominum: Qui non batulat cru-*

cem

*cem suam & venit post me, non potest meus esse discipulus. Quæ crux
verior Christi cruce? & non in hac docuit inimicos diligere,
pro calumniantibus orare; imo & pro crucifigentibus alteru-
trum eligendum. aut renunciandum discipulatui & famula-
tui Christi, simul etiam præmijs & coronæ; aut, si discipula-
tus illius placet, sequi debemus monentem, sequi in hostibus
& odientibus diligendis præeuntem. Secutus est Apostolus,
cuius illa sunt: Si ejurierit inimicus tuus, ciba illum: si fecerit, potum Rom. 12.
da illi: hoc enim faciens, carbones ignis congeres super caput eius. Ad-
dit ante illum Sapiens: Et Dominus reddet tibi; qui pro uno Prou. 25.
millia reddere consuevit.*

Sequitur aliud longè priore grauius: *Qui te percutit in maxil- Luc. 6.
lam, prebe & alteram; percutiendam nimirum: Et ab eo, qui au-
ferret tibi vestimentum, etiam tunicam nols prohibere. Arbitris offe-
rendam vltro tunicam, atferenti pallium. Non dictum olim: Percutienda
maxilla
lam unam
præbenda
alia.
Oculum pro oculo, dentem pro dente, manum pro manu, pedem pro pe-
de, adustionem pro adustione, vulnus pro vulnere, luorem pro luore? Exodi 21.
dictum. sed non à priuata manu, sed à iudicis, oculus pro o-
culo ereundus. Explicat illud Leuitici: Qui irrogaverit maculam Leuit. 24.
cuilibet ciuium suorum; sicut fecit, sic fieri ei. fracturam pro fractura,
oculum pro oculo, dentem pro dente restituet. qualem inflixerit macu-
lam, talem sustinere cogetur. & illud Deuteronomij: Animam pro Cap. 19.
anima, oculum pro oculo, dentem pro dente, manum pro manu, pedem
pro pede exiges. Sed nos monemur à Domino, percutienti, al-
teram maxillam præbere. quis sequetur monentem? quis co-
ronabitur non sequens? præxit Christus. quis imitabitur? quis
præmia sperabit prudens imitatoribus promissa, non imitan-
do? Confule mundum. quid dicet? non erit contentus dente
pro dente, oculo pro oculo, manu pro manu, pede pro pede:
vtrumque pro uno volet oculo, manum pro una vtramque,
vtrumque propede uno. idque non iudicis manu, sed priuatâ
patientis. Nec hîc stabit mundus. consule nobilitatem, aulæ
sestatores dicent pro oculo, dente, manu, pede, vitam ponen-
dam. nec nisi extremo sanguine restitui posse dentem; nec*

vindicta nisi hostili morte oculum, manus, pedem. Quid dicatur au-
 de proximo summa- dio Christum. audio mundum. audio placita veriusque, coa-
 da non est. filia veriusque. quem sequar? mundum? premia ab hoc spe-
 randa sunt, non à Christo. exitus etiam timendas illorum,
 qui momentem sequuntur mundum, non Christum. sequar Christum? maxilla altera præbenda, ut intraque premiari &
 coronari cum Christo possit. Non veniant hæc ab ore saco,
 calamo meo: veniunt à Christi. errare non potest Christus.
 potest, & sollet mundus. Quid stamus dubij in se salutis? aut
 quid hæremus æternitate proposita? quid viadictam à manu
 nostra deposcimus? cùm audiamus, *Mibi vindicta est ego remi-*
bucum. & antè: *Mecum est vulnus,* & *ego retribuam in tempore.* Et mo-
 net Ecclesiasticus: *Qui vindicari vult,* & *Dominus invocat retri-*
bittam, & *peccata illius seruans seruabit.* & Apostolus: *Non vesti-*
metipos defendentes, sed date locutum. Scriptum est enim: *Mibi vin-*
dicta est agoretribuam, dicit Dominus. Quem hæc sequitur? mo-
 numentum Ecclesiasticum, Apostolum, Deum, sicut mundus,
 quis prudentius monet, quis securius, Deus an mundus? ino-
 cuius monita & consilia tumora, certiora, generationes sunt,
 Dei an mundi? aut generosus mundus; ignavus & ingenero-
 sus Deus? aut plus virilis pectoris & animi in mundo quam in
 Deo? aut præferenda mundi consilia diuinis? aut plus nobil-
 itatis in mundo, & plus constancie & roboris, quam in Deo?
 aut contemnenda & negligenda diuina monita, sequenda
 mundi? aut plus præmiorum, victiarum, coronarum à
 mundi consilijs, quam à magni Dei? Quò rapimur mortales?
 cui nos creauit Deus? mundo, an sibi mortis, an catlo? consilijs
 monitisque suis, an sæculi?

O for pro-
 ximi, quo-
 modo sit
 homicida.
 1. Ioan. 3.
 Quid agimus? Dominus diligi vult proximum eo amore
 quo quisque se diligit. mundus amorem omnem in se verti
 suadet. Apostolus illius clamat: *Qui odit fratrem suum, homicida*
est. Dictum fortiter. quanti homicidæ passum erunt, cùm mul-
 tuis vndique odijs circumfluamus, non in aula, nobilitate &
 roga tantum, sed & in plebe! addit: *Et scis, quoniam non ibimus*
ad

de non habet vitam eternam. mortem ergo habet eternam;
 tormenta eterna. Et alibi: *Qui odie fratrem suum, in tenebris am- 1. Iam. 2.*
dolus, & nefis quod erit; quis tenebra obsecatur oculos eius.
 Quis fecundorum mundi hoc credat? quis inuidentium pro-
 ximo ambulare se in tenebris arbitratur, ac non potius in
 magna luce? quis vero odientium & emulorum fateatur se
 obsecatum? Et tamen Apostoli verba sunt, qui a sinu Domini,
 & magno Christi pectore mentiri non didicit. Diligi de-
 inde inimices vult Christus. verba aliis sunt: *Diligite inimi- Marth. 5.*
cios vestros, benefacie his qui oderunt nos. Subdit causam: *Vi filii*
filiij patrum vestrum, qui in celis est. Quo hic me vertam? aut diligen- Inimicos.
di inimici, & beneficiendum ihs qui oderunt nos; aut non diligens.
sumerat inter filios Dei. si diligimus inimicos, filii Dei Dei sic filius.
sumus: non diligimus: non sumus. cuius ergo filii sumus, cum
Dei non sumus: sancte aut Dei esse debemus, aut demonis. il-
latus non sumus: trius ergo necessum nos esse, cum inimicos
non diligimus. Fores & alia causa dilectionis inimicorum est.
 ab his enim paramur caelo, accipiunt tamquam a core, caelo:
 affinillantur Christo; cuius tota vita hostilitas & persecutio:
 Sanè plus ad virtutem inamicus vnos, quam decem amici con- Quesumus:
 ferunt. In via nostra tegunt, molliunt, & non raro ut place- boni nobis.
 ant, aut non offendant, non laudanda laudant. illi retegunt, adfertant.
 & emendationi causam praebent. non praebent tegentes ami- inimici in.
 ci, qui aut silentio suo, aut laudibus causam dant perseveran- moribus.
 di in virijs. Sed & inimici nostri mores nostros componunt. copones.
 Stolidos animorum impetas frangunt, & ad moderationem
 deducunt. ab his discimus quid damnandum in nobis, quid
 illaudatum, quid emendandum, quid aliorum oculis dupli-
 citat, quid auribus: quid nomini & estimationi nostra obesse
 possit: non discimus haec ab amicis, quos vel obsecari amor,
 ne mala nostra videant, vel tegere docuit, ne offendant, aut
 ingratam narratione sua amicitiam dissoluant. Ab inimicis de-
 inde patientiam doceunt, & contra aduersa induramur: ab
 amicis mollescimus, & faciem extollimus. & maiorem fastum
 ias.

induimus. Crescit exinde Christi oratio, & percutienti, alteram præbere suadet maxillam. & vult nos in his rebus imitari perfectionem cælestis Patris, cum dicit: *Si enim diligitis eos qui vos diligunt, quam mercedem habebitis? nonne et publicani hoc faciunt? estote ergo vos perfecti, sicut et Pater vester cælestis perfectus est.* diligendo nimirum inimicos, & benefaciendo illis; nec offendи persequentibus, nec calumniantibus; sed bene illis pro calumnijs & persecutione velle, & pro malefactis benefacta reponere debemus, ut perficiamur, & Deo similes redamur. *Quis prudens nollet assimilari, cum posset, Deo? & non fatuus est, qui cum posset similis illi esse, nollet? nullâ verò re magis assimilamur Deo, quam cum amamus qui nos oderunt, & malefacta benefactis repercutimus; calumnias, laudibus: nec iniuriam iniuriâ, maledicentiam aliâ, detraktionem detractione compensamus. sed ipsa etiam verbera ferimus pro illo, qui prior illa pro nobis tulit. Quid? quod in talibus gaudium etiam imperet Christus.* cum enim dixisset:

Ibidem. Beati estis cum maledixerint vobis homines; subdidit, Gaudete et exultate; quoniam merces vestra copiosa est in celis. Atque hinc Apostoli à Iudeis cæsi, ibant gaudentes à conspectu concilii, quoniam digni habiti sunt pro nomine Iesu contumeliam pati. Et sciebant nimis copiosam pro paucis flagris, exiguo sanguine, non magnis vulneribus, cælo repositam mercedem, nullo æuo finiendam. Hec aut non credimus, aut credimus. si non credimus, sequamur Achitophelem mundum. ô, non exitu! obsequiamur illius consilijs. ô, non in Absalom quercu! insistamus monitis. ô, non æternum luendis! imitemur illos, qui apud Sapientem fruuntur bonis, madent vnguentis, natant viño, coronantur rosis, luxuriantur pratis, opprimunt pauperem, non parcunt viduæ, non cano capiti, circumueniunt iustum. sed videamus ne non-profuturâ apud inferos, cum iisdem & Epulone, poenitentiâ errorem nostrum serò fateamur. non eueniant hæc nobis. Nimis caro aulica generositas emititur, quæ ignibus emitur semper duraturis, nimis magno nobili-

Vindi etiam
capientes
de aduer-
sarijs apud
interos
eam luent.

bilitatis in hostes animus paratur, quē nullæ flammæ expiant nequidquam Bartolum & Baldum spirabimus inter infernaliū carnificum manus. frustra mundi consilia inter picatos ignes & dentium stridores protendemus, cara nimis sulphura, rotæ, fornaces, forcipes, inter non-moritura incendia. O quis credat, madentis stillicidium digiti cum diuite emendari, nec impetrari? post tantas opes, mensas, fercula, vnguenta, vina, purpuram, aquæ guttam extremo digito hau-stam, extremo labentem, summis inter ardentes flammas precibus peti, & negari? &c, quod miserrimum, negari æternum? o quis sapiens mundi consilia amplectatur, quis sequatur tam magno in omnem æternitatem luenda?

Est & aliud Domini, sæculi moribus inimicum, & consuetudini illius aduersum. *Quicunque voluerit fieri maior, erit minister.* Mar. 9. & quicunque voluerit in nobis primus esse, erit omnium seruus. Nata fuerat inter Apostolos contentio quis inter ipsos maior primus esse esset. responderet tacitæ illorum contentioni Dominus, eum fore maiorem & primum, qui omnibus famularetur: famulatui primas deferendas. quare optanti primum locum, postremum deligendum: nec nisi per hunc patere viam ad illum. ante proinde dominium famulatum: nec supremum locum sperari posse, nisi per delectum infimi. Nimiris hæc pugnant cum sæculi moribus. quis enim infima delegat, ut potiatur summis? prima venantur omnes, detestantur postrema. ad summa, vota protendunt & dexteras; infima refugiunt. & ignavi putant esse animi, non conari ad summa; ingenerosi, infimis insistere. Quid? quod per damna & cædes, per aliorum calcationem & sanguinem, ad magna pertinet eundum: nec bonis tantum artibus, sed & malis viam ad grandia sternendam. Non cadunt in animum filiorum sæculi huius ministrare, famulare, ancillare, vilibus gaudere, infimis delectari. nec aliud illi norunt quam postremum postremū, primum primum esse. nec capiunt illud Domini: *Qui minor est, fecerit vos omnes, hic maior est.* &c, *Si quis vult primus esse, erit omnium minister.* Mar. 9.

nium nouissimus. animo nimirum qui minor est, ille maior est. Hoc dico. qui se minimum arbitratur, & haberi vult minimus, & infra reliquos numerari gaudet; ille maior, & in oculis Domini primus est. qui verò primus esse vult, & audire primus gaudet; ille in mente magni Dei nouissimus est. Mira omnino res. eo vnumquemque maiorem esse, quo minor est; eo minorem, quo in opinione sua maior est. illum verò primum, qui se arbitratur virtutibus nouissimum: ut illum nouissimum, qui se præstare reliquis virtute putat. sentis de te magna; parvus es. sentis parua; magnus es. amas videri & haberi primus; vltimus es, & apud Deum vltimum locum occupas. gaudes vltimis; sperare prima apud Dominum potes:

*Luc. 4.**Luc. 14.*

Qui se exaltat, humiliabitur; & qui se humiliat, exaltabitur. Qui se hinc effert, primas ambit, audire vult magnus, amat haberi summus, & ad summa extendit conatum; inter infimos à Deo numerabitur. qui verò se infra reliquos abijcit, minimum se arbitratur, & haberi amat talis; magnus est, & à Domino extolletur. non erit magnus in oculis mundi huius; erit in Dei cuius aberrare à vero iudicia non possunt: mundi possunt, & solent: adeoque aberrant semper, quoties cum diuinis pugnant. non consequetur magnitudinem in hac vita? consequetur in altera. æternum hoc erit. & quid maius, æternum magnum esse, cælo magnum esse, Deo magnum esse, an magnum terris videri? quæ magnitudo maior, mundianæ Dei? cuius iudicia certiora? Nam, quid optandum magis, magnum censeri à Deo, an à mundo? æternum magnum esse, an in hoc fugitiuo sæculo magnum videri? & quis prudens perituram magnitudinem componet cum æterna? quis volaticas sæculi dignitates, opes, voluptates, cum cælorum æternis? quis, si delectus detur, magnus censeri inter homines, quam apud Deum malit? qui non verbo, sed exemplo præiuit. Audiamus ipsum: *Filius hominis non venit ut ministaret ei, sed ut ministraret.*

Mat. 10.

Script. Frustra hūc quæseret ab hominibus ministrari, cui angelorum millia millium ministrabant in cælo. & non maius erat ministrari illi ab angelis, quām ab homine? *Christus in mundū venit ministrare.*

mundum ministrare, vt aliquid haberet quod non habebat in cælo: in quo cūm Dominus esset, & imperaret omnibus, seruus hūc esse voluit, & famulari omnibus non sibi, cūm non egeret extolli, cūm summus esset: sed nobis, vt doceret vnam esse viam, quæ ducit ad magna, paruum esse, & haberi paruum, yelle. famulatum dominatu præferre, contemni hūc & depri-
mi, quām extolli, malle. inter nouissimos hūc adnumerari, in-
ter abiectas & viles animas. solā verò diuinā magnitudine de-
lectari; hanc vnam amare. Fecit Dominus, cūm *semetipsum Philip.*
exinanivit, formam serui accipiens: & humiliavit semetipsum factus obediens usque ad mortem. Domini habuerat in cælo formam, assumpsit in terris serui: non sibi, vti dixi, sed nobis. & præ-
vit ille in forma serui, ne puderet hominem seruum esse &
haberi. Sequitur assumptæ seruitutis præmium. Propter quod
Et Deus exaltauit illum, et donauit illi nomen, quod est super omne nomen: ut in nomine Iesu omne genu fleatur caelatum, terrestrium et infernorum. In gratiam nostri exaltauit eum, & dedit illi no-
men maximum. eo maius, quo se submiserat magis. magis submittere se non poterat, quām cūm Deus formam serui in-
dueret, famularecque & ministrare veniret, qui à tot angelorum millibus famulari & ministrari assueuerat. neque tamen hæc omnia sibi aut magnitudini suæ præstribat, sed nostræ:
vt disceremus, nullâ re aliâ magnitudinem, quām submissio-
ne patari, nullaque à re maius nomen, quām à sui contemptu & depressione venire. Quām aduersantur sibi Deus & mun-
dus! delectatur ille paruis, hic magnis: amat ille infima, hic summa: ambit ille nouissima, hic prima: gaudet ille contem-
ni, hic laudari: ille negligi, hic ambiri: ille depici, hic extolli:
ille repellere & excludi, hic aduocari & amplecti: ille vult igno-
rari & alto silentio premi, hic sciri & per omnium ora calamos-
que vagari & vulgari: ille si quid faciet, constanter, prudenter,

G g 2 benè

Mundus &
Christus
quomodo
hui aduer-
sentur.

benè vult agi, & nesciri; hic si quid fecerit laude dignurā, vellet numquam nusquam sileri; sed & supra verum facta sua extollī, adeoque & facta sua mala, improba, stolidā, inter bona, proba, prudentia numerari. Sequitur nimis impar utrumque exitus. extollit humilia Deus, deprimit alta. mundus infelici coronat, quos hīc extulit, sine; cūm Deus fortunatissimo continet exitu humilia. Cōueniunt verò in uno Deus & mundus, quòd uterque quidquid hīc magnum, deprimat post hanc vitam. ille in pœnam, hic in præmiū fatuæ magnitudinis. Discrepant vero Deus & mundus, quòd ille suos hīc patiatur negligi & contemni, vt maiore donet præmio: mundus suos hīc extollat, vt propè momentaneam magnitudinem æternā infelici depressione compenset. cūm Deus momentanam afflictionem æterna exaltatione remuacretur. Et audi, non me,

Matt. 18. sed ipsum. Nisi efficiamini sicut parvuli, non intrabitis in regnum

Marc. 10. cælorum. & Quisquis non repererit regnum Dei sicut parvulus, non intrabit in illud.

Quis imitatorū sæculi vult effici parvulus? quis haberi parvulus? quis numerari inter parvulos? & tamen nisi efficiamur parvuli, excludimur cælo. quid ergo fieri illis, quorum omne studium vt siant hīc magni, & inter primos numerentur? Mentiri Veritas non potest: non potest falli Dei filius, aut hīc necesse est esse parvum, aut excludi cælo: aut hīc modico parvum, aut æternū parvum. Iam, quis hīc magnus recipere Dei regnum potest sicut parvulus? esse magnum, & recipere vt parvulum, non patiuntur mutuo. vt ergo quis recipiat vt parvulus, necesse est parvulum, in oculis nimis sum suis & mente parvulum. alioqui angusta est via quæ dicit ad cælum, angusta quæ admittit porta. non recipit magna. sed sunt magna cælo, quæcumque intrant parua. Ama proinde hīc parua, amplectere hīc parua, quisquis magna cælo sperare voles, in quo sola coronantur parua, quæ æternū sunt magna: cūm sola apud inferos puniantur magna, quæ æternū manent parua, nisi quòd solis flammis pœnisq; magna sint. ô nimium duratione magna! nimiumq; tormentoru acerbitate magna!

Sequi-

Sequitur in passionis serie. Sedente autem illo pro tribunali, XX.
misi ad eum uxori eius, dicens: Nihil tibi, & iusto illi. multa enim Mat. 27.
passe sunt hodie per visum propter eum. Observa hinc illud Bernar-
di: Iniqua est uxor Pilati: quia sicut prius per mulierem mortem
inulerat mundo, ita nunc sacagebat Christum de manibus Iudeorum
liberare, ne per Christi mortem, mortis amittat imperium. Disce fere
per mulierem magnorum virorum ruinas meditatum dæmo-
nem. Vetus poma offert Euze. placuit, comedit, dedit ma-
rīo. qui, quod à serpentis manu non accepisset, accepit ab
uxoria. comedit: & in eo nos omnes. Davidem, quo nemo
Regum sanctior, nemo Deo amicior, per unius mulierculæ
lauantis se aspectum, in adulterium impulit, & mariti cædem.
Salomonis sapientiam nulli ante Regum, nulli post illum, pa-
rem, per mulieres infatuavit, abduxit à Deo. Samsonis in-
victum robur per mulierculam encruavit, hostibusque riden-
dum dedit. Petrum per ancillam in magistri negationem non
vno periurio induxit. Quid? quod & laudatæ mulieres magnis
exitio fuerint. Ita Iahelis uxoris Haber fraude & manu cadit
Sisara Iabin Regis Chanaan dux bello maximus. & non Esthe-
ra lacrymæ, preces, animi deliquia, muliebria arma, Princi-
pium Assueri primum Aman eueterunt, in crucem egerunt?
non Iudith formæ, verbis, dexteræ Nabuchodonosoris Assy-
riorum Regis militia Princeps Holofernes presentibus po-
sterisque ludibrium iacet? Et post tam funesta in omni infeli-
citatum genere exempla fidet aliquis verbis, precibus, formæ,
Mulieri
non est
fidendum.
lacrymis, sponsionibus, feminæ dexteræ, simulatae pietati,
mentitis aut veris etiam amoribus, quos tam faciles deserunt
& amplectuntur, quam faciles lacrymas fundunt, compri-
muntque? Quid? quod facilitus amores admittant repellant-
que, quam indisio se regant & veste. credas amores illis inter
chirothecas & calceos numerari; quos momento, dum lubet,
induunt, momento exuunt. Illud grauissimum, quod quem
perditè amasse credas, unâ cädemque horâ perditè odisse vi-
deas & experiaris. & comitantur interim lacrymæ, siue dum

Gg 3 amant,

amant, vt fallant; siue dum oderunt, vt perdant. Secretum ne spera. priuilegium hoc sexus illius est, nullo tenentur. vulgari vult, quisquis se, quisquis sua illis credidit. ocuſ, ſeriūſ. nihil illis in hoc genere ſanctum. proderis? tibi imputa, non illis; cum nihil sanctius apud illas, nihil certius, quam nil ſilere: non mariti, non filiorum, non sua. vt inter fatuos numerari debeat, quicunque ab illis aliud ſperat. cui ſi Deus animos, vires, ferrumque dediſſet, vt viro, mille à feminea manu cædes pro virili vna videremus, aciesque femineas centum pro virorum vna pateremur. & nescio an è centum maritis vnuſ duas æſtates, aut hiemes duas experiretur. cum ſacra teſtentur eloquia, omnem malitiam in feminea concludi nequitia; vulnusque illius, cordium vulnus eſſe; nullamq; iram, odiumque nullum, odio iraq; illius componi poſſe; colubriq; venena mitiora illius eſſe; omnemq; malitiam & impofibilitatem breuem eſſe, leuem eſſe, ſi cum feminea confeatur. denique melius eſſe terram defertam & ſolitudines incolere, adeoque leoni & draconi commorari, quam mulieri malæ, iracundæ, & ad rixam pronæ. Vide deinde quomodo femineis monitis precibusque, Christi mortem impedire co-
Cardem
& quomo-
domor-
tem Chri-
ſti ſic im-
pedire co-
natus.
 netur dæmon. non quòd amaret quem oderat Christum, cui pariari dum vult, omni æternum gloriā & cælo excidit: neque quòd innocentiam tueri vellet, quam iam inde in primis parentibus perditam voluit. ſed cum ſciret non poſſe vinculis, quibus tenebatur, exſolui humanū genus, nec reſerari homini cælos, è quibus exciderat, niſi morte Christi; mori noluit, ne cogi pateretur hominem cæli poſſessorē, à quo ipſe exulabat. ac licet mortem Christi amaret, vt cui iam inde à cælo infenſiſſimus eſſet, non amabat tamen illam, vt hominis ad beatitatem viam. mitiusq; illi videbatur viuere Christū, quam hominem ſibi eripi, cælo transſcribi. Terruit proinde mulierē, vt per hāc terneret Pilatum, ne deſcēderet ad damnationē, per quam damnatus homo abſolueretur à delicto & poena: & cælorum ciuiſ fieret, à quibus ſuperbia æternum excluſerat dæmonem.

&

Mulieris
quanta ſit
malitia.

& sperauerat quidem non minor se per mulierē à Pilato impetraturum, quām olim per Euam ab Adamo. Sed intercurrebat hīc Christus, quem fallere non poterat dēmon. qui cūm mori vellet, frustra mortē amoliri conabatur diabolus. Hoc tamen hīc considerandū: quo fortius diabolus Christum eripere morti nititur, hoc fortius Iudæi crucifigi petunt. vt credas benigniorē in Christum dāemonem fuisse quām Iudæos; hos illo crudeliōres: odiumq; è Christi virtutib; conceptum magis in Iudæorum, quām dāemonum peccatorib; sequisse. Ad quāe non hominem peccata deducunt! deteriorem dāemonē statuunt, implacabiliōrem in hostem, crudeliōrem in inimico sanguine, insatiabiliōrem in hostili pœna. Fuge quisquis salutem tuām amas. neque enim quidquam tam magnum, ac Peccatum hominem induat.
 ne Deus ipse, ad quod peccator, vbi semel induruit, impias non extendat manus, & sacrilegam audax porrigat dexteram.
 Sciebat hoc poëta Lyricus: *Calum ipsum petimus stultitiam, neque Per nostrum patimur scelus Fracunda fœnem ponere fulmina.* & alibi: *Quid nos dura refugimus Etas? quid intactum nefasti Liquimus? unde manus inuentus Metu Decrum continuat? quibus Pepercit aris?*
 Tanta peccati vis est, cūm semel totum possedit hominē. viile illi calum est: infernus placet, modò explere, quod animo concepit, malum possit. nec cogitat illud poëta: *Rarò antecedentem scelestum Deseruit pede pœnâ clando.* ô nimis propera! sapè non exspectat sceleris finem: nec tantum temporis concedit peccanti, sed medio in cursu secat scelus & punit. vt dictum verè sit: *Culpam pœna premie comes.* quasi non sequatur, sed comitetur, & latus illi indiuiduo nexu claudat. Docemur hoc exteris domesticisque exemplis, ô, nimis frequentibus! docemur veteribus, docemur nouis. nec hoc in plebeio tantum capite, sed in magnorum Regum sceptris, & omni purpura. nec credimus. nam si crederemus, non tam cæco imperitu volueremur in peccata, quāe eo ipso momento reos nos statuunt ignium æternorum.

C A.

C A P V T VII.

De flagellatione.

I.

CONSIDERANDA Scripturæ verba. dimisso Barabbâ, Lucâ testante, corripere Pilatus voluit Iesum, & dimittere. atque exinde, secundum Ioannem, *apprehendis Pilatus Iesum, & flagellauit.* Singula hîc perpendenda. Steterat hactenus Pilatus, nec cesserat potentia, non clamoribus; & innocentem sæpius pronunciauerat, conscius odij Iudeorum. Sciebat enim quod per inuidiam tradidissent eum. At nunc succumbit inuidiae, & flagellis adiudicat. non quod commeritum putaret, sed ut barbaros Iudeorum animos pacaret. hinc enim illa illius verba: *Nullam causam mortis inuenio in eo: corripiam ergo illum, & dimittam.* Non mortis tantum, sed nec flagellationis causam inuenierat. cum autem palam dixisset: *Ecce ego coram vobis interrogans, nullam causam inuenio in homine isto ex his, in quibus cum accusatis.* Qui nullam reperit causam ex omnibus denunciatis, damnare ad flagra non debuit, non potuit. Scio voluisse Pilatum eripere Iesum morti; & satisfacere interim Iudeorum inuidiae voluit. cumque sperasset satiari illam posse flagris, adiudicauit illis tamquam pœnæ mitiori, ut à grauiore eriperet. hinc illa: *Emendatum ergo illum dimicem.* Non potest tamen excusari Pilatus, qui quem fassus fuerat innocentem, cædi iussit, siue ut non omnino displiceret Iudeis, siue ut placeret, siue ut sauitiae illorum sitim expleret. At nulla harum causatum idonea fuit innocentem adiudicandi flagris. & licet genus quoddam misericordiae sit, leuiori pœnâ afficere cum possit grauiore; crudelitatis tamen quoddam genus est, quocumque modo sauire in innocentem. Misericordie genus fuisset, si nocens fuisset, leuiore pœnâ ferire, maiorem promeritum. at innocentem ob accusatorum potentiam aut importunitatem cuiuscumque pœnæ adiudicare, impium & iniustum est.

O quo-

Ioan.19.

Pilatus tandem cœlik lude- orum clá- moribus.

Matt.27.

Luc.23.

ibidem.

ibidem.

Hinc ex- cusari no- mercitur.

O quoties è varia causa peccatur in hoc genere à iudicibus? Iudices va-
 quām multi, dum potentiam timent, premunt impotentes?^{riis de cau-}
 quām multi iustitiae non postremam partem gratiæ tribuunt?^{s à recto}
 defleunt.
 quām multi à vero & æquo metu abducuntur? quām multi,
 dum offendere nolunt viros principes & magnos, iustitiam
 offendunt? quām verò multi, dum magnorum venantur gra-
 fiam, iustitiam projiciunt? Iam quām multos à iustitia abdu-
 xit vxor, filij, fratres, amici? quām multos speratus honor?
 quām multos optata munia, magis si promissa, etiam Eccle-
 siæ opima beneficia? quām multos aurum quacumque manu
 porrectum, quin & speratum: O quid non possunt in iudicium
 animis terror, potentia, fauor, honor, opes? quid non noctur-
 næ vxorum preces auro excussæ? & quem non etiam magnū
 virum & flecti nescium, flexit aurum? quem non etiam iu-
 stum obnubilarunt imunera? densæ hæc nubes sunt, quæ iusti-
 tiae solem eripiunt oculis. etiam permodica & tenuia mensa-
 rum fercula non tenuiter à vero abducunt. Venena propina-
 ta sentiet quisquis admisit dona. & vt illa satis sunt, ad validif-
 simas vires prosternendas: sic hæc virium satis habent ad ge-
 nerosissimos & invictos in illam diem animos euertendos.
 Docemur hoc omnium gentium historijs, docemur infelicis
 exemplo Iudæ. Iam, quod aurum in Iuda, metus è Iudæorum
 potentia natus potuit in Pilato.

Tu te hîc discute mentemque tuam. vide quantum virium
 animorumque adferas, ad potentia, auro, honoribus resisten-
 dum. vide an non magis intuearis personam diuitis, nobilis,
 Principis, in sententia ferenda, quām pauperis & ignobilis.
 non plus domini, quām serui. non plus sanguine & amicitiâ
 iuncti, quām ignoti & peregrini. non plus valeant sperata mi-
 unera & honores, quām non sperata. & an non titillent ani-
 mum promissa dona, magis etiam si porrecta. an non metus à
 potenti manu mentem feriat: non timor eripiendi, non con-
 sequendi spes honoris. non metus excidendi, non exspecta-
 tio potentioris gratiæ; non indignatio & magnorum odia,

Hh

non

non plebeiorum neglectus. Imò vide quā constantiā sis in ijs quæ Deum & salutem tangunt. vide q̄r non plurimæ negligas humano meru, rustico quodam & noxio pudore, complacendiq̄e alijs studio: aut ne videare religiosiōr, ne ludibrio habearis à s̄eculi huius filijs: ne degenerare videaris ab aliorum moribus, aut facta illorum improbare, aut præferre tua: illorum contrarijs factis damnare, tua imitanda prop̄nere. Et animum confirma Dei timore, amore. cogita vitæ incertitudinem, dubias etiam horas, gloriæ & pœnarum æternitatem. vt his mentem armes, indures, in omne genus hominum & rerum. ne te aut potentia terreat, aut honos allieiat, aut opes ab æquo & bono abducant. Potentissimum vero in hoc genere erit, cogitare Deum iudicem, quem nihil latere potest cogitationum nostrarum. qui etiam iusticias iudicabit; quo magis honores, opes, potentiam, quæ iustitiam apud nos labefactarunt, & adeò cuerterunt. Cogita quid respōsurus sis iudici & Dco. & quod factum runc velles, nunc facias dum merendi locus. fatuus benefacta in mortem reiicit. prudens anteuerit mala. ac si quid peccatum in hoc gene-
re, non coniicit in sc̄ram & non profuturam pœnitentiam, qualis post mortem.

II. Sequuntur Scripturæ verba. *Milites Præsidii suscipientes Ie-*

Matt. 27. *sūm in prætorium, congregauerunt ad eum uniuersam cohortem. Tot carnifices in vnum corpus?* ita non potuit exfaturari feritas vnius aut paucorum manu: tota admouenda cohors fuit. ò quod vñquam s̄eculūm tulit hanc barbariem? aut quæ tam effera natio tot manibus lævijt in vnum? *Lego sub varijs Imperatoribus lassatas aliquando in vno Martyre duorum aut trium tortorum manus.* totam cohortem nisi in vno I e s̄v non lego. nam siue illam euocauerint in flagra, crudele fuit siue adesse voluerint in spectatores & testes, barbarum fuit. siue in ludibrium vestibus nudati, inhumanum & impudens inueteradiæ fuit. quidquid fuit, veterem nouamque ostēm barbariem vicit. Vide vero, & disce hic, nullo sanguine satu-

saturandum Iudeorum odium. totius cohortis manibus, oculis, vocibus saeuire volunt. vellentque adeo orbis totius, si possent. raro satiantur odia pœnis. Quod adeo verum est, ut, si extremis odij, qualia Iudeorum fuerunt, paria inueniri tormenta deberent, vix inferorum sufficient ignes. Quod si odiorum horum in Iudeis causam perscruteris, nullam datam reperies, praeter beneficia à benigna Domini manu collata. aisi fœs odiorum in Principibus sacerdotum & Scribis causa Christi mores fuerint, illorum contrarij. cumque vererentur, ac vniuersum populum virtutum suarum magnitudine, ac miraculorum pondere ad se Christus traheret, retraheretque ab illis, sceleraque ipsorum impuramque vitam & fastum retegeret; exarserunt in odia, & sublatum volebant quem timebant, & à cuius vita damnabantur. nullum vñquam vitium virtutem, nulla scelera & impietas probitatem & pietatem tulit.

Addit Euanglista: *Exuentes eum nudari ergo placuit, & palam in omnium impurissimorum militum oculis verecundiam occidere.* Nescio an tormentum vllum aliud Dominograuius acciderit. Sed nimirum primi parentis primogenium scelus, quo ignorata nuditas erubuit; & tegere docuit, quod innocentia nesciebat; merebatur hanc in Christo nuditatem, ut iustitiae diuinæ fieret satis, & quem scelera nudarant, nuditas expiaret: Nec eo tamen minus tormentum in Christo. cuius si castitatis magnitudinem cogites, pudoris intelliges. Sed & omnium oculis exponitur, quia pro omnibus nudatur, saluti nimirum omnium; turpiter & in primæuo & in proprijs delictis productæ. Cogita hic ruborem Domini inter impudicos risus, invercunda probra, propudosos aspectus, tot impitorum propè lenonum, quot militum. cogita etiam Iudeorū in barbara hac nudatione impuros cachinnos, lascivientia verba, scurriles lusit. cogita deinde verecundum angelorum prospectum, vultum retrahentium, & super nudato pudore pudorem. vide quām pudicè castos auertant oculos super calamonia recta, & omnium propè pedibus prostrata. vide ut

III.

Quām ei
fuerit gra-
ue, deau-
dari ad
flagra.

condoleant super nuditate illius, qui , quidquid creatum est,
vestijt; quidquid verecundum, texit, & tegere docuit. Disce
hīc etiam mistam turpitudini, peccati magnitudinem: disce
innocentiae prærogatiuam. ignorabat hæc nuditatem , aper-
ruit peccatum. ignorabat illa in nuditate nuditatem, cùm nu-
ditatis turpitudinem ignoraret: nec quidquam indecorū aut
erubescendum in hac sciret. retexit in nuditate turpitudinem
peccatum; & quod innocentia ignorabat, docuit infelix infor-
matæ scientiæ magister. Hanc turpitudinem vt elueret I E-
svs noster , & peccati debitum exsolueret , nudari voluit in
pœnam , imò in pœnæ satisfactionem ; & primam illam pri-
morum parentum pœnam , quâ post vetiti pomi delibatio-
nen aperti sunt oculi eorum, vt ignoratam nuditatem vide-
rent, & nuditatis eos suæ puderet, & tegendæ folia quærent
& siluas, delere voluit, & innocétem verecundam nuditatem
suam in noxiā illorum nuditatem offere. Docere nos etiam
nuditate suâ voluit cuiuscumque grauioris peccati magnitu-
dinem, quæ nos omnibus gratiæ diuinæ vestibus & ornamen-
tis exuit; nudosqæ angelorum multitudini ostentat in con-
temptum & miserationem, dæmonum in ludibrium. Et fanè
spiritualium donorum & gratiarum spoliatio & nuditas lon-
gè plus verecundiæ & ruboris iacutere merito debeat, quâm
denudatio vestium: cùm & spiritualis illa animarum nuditas
longè grauior, ac nocentior, ac erubescientior etiam corporis
nuditate sit. hanc enim sola inter homines verecundia comi-
tatur; illam cælorum & inferorum omnium , & numquam
morituræ flammæ miseræ huic nuditati æternum debitæ. Sa-
nè si peccator infelicitis nuditatis suæ verecundiam & magni-
tudinem cognosceret, optaret antè omnium orbe toto ocu-
lis millies nudari , quâm vel ad momentum gratijs diuinis
exui: optaret antè ludibrium fieri oculorum omnium, quâm
miserrimæ æternæ nuditatis in ignibus & contemptuæ eterno
materia statui: malletque erubescientiam oculorum ubique
omnium subire , quâm rubore suffundi in oculis nullis ali-
quan-

Nuditas
peccato
ortum
habuit.

Nuditas
spiritualis
quantum
incutere
ruborem
debeat.

quando precibus, nullis lacrymis flestendi iudicis. At nemo ut suffundatur rubore causam habet apud Deum extra peccatum: hoc enim unum est, quo meritò erubescere debemus omnes. beati qui h̄ic erubescunt super nuditate sua spirituali, ne erubescant non-prospero rubore æternū. qui enim salutari h̄ic rubore perfunduntur, & se pœnitentia lacrymis tegunt & abluunt, non pertimescent infortunatam in die Domini magno erubescientiam, nullis precibus medicādam, nullis lacrymis vestiendam.

Considera denique infamis nuditatis huius inuercundiam subire voluisse Christum, ob foedas corporum voluptates, quibus vniuersum propè humānum genus implicitum, vindictam Dei promeruerat: verecundiamque hanc vltro subiuisse, vt inuercundæ in corporum voluptatibus retegredi mederetur: Obtulit ergo cælesti Patri verecundam hanc nuditatem suam, in illicitarum corporis voluptratum exsolutionem. quo magis nos terrere debet illicita voluptas omnis, pro cuius expiatione nudari Dei filius debuit; eo quæ magis, quo peccator omnis in omni luxuria criminè, quantum in se est, iterum deuestit Dei filium, nudumque prospectandum præbet. vt vel hinc sceleris huius sui magnitudinem cognoscat, & ab executione illius deterreatur: cum merito cogitare debeat, quanta illum maneat pœna, qui non dubitauit denudare Christum Domini; quamque miseranda illum maneat nuditas nos vñâ pœnâ castiganda, qui tam infamis saeure in Dei filium pœnâ ausus fuerit. Quæ qui tacitus secum considerauerit, non facile corpus ad illicita abiicit cogitabit enim breve voluptatum ac deliciarum omnium momentum. cogitabit telorum, nubium, atium & fluminum instar euolare voluptatem omnem, numquam euolare pœnam voluptatibus debitam. illam vix gustatam fugere, hanc numquam mori. illam fallere, hanc nimis certo adhaerescere momentaneam propè illam, æternam hanc esse. Omnis fatuus, momentansorum gaudiorum pro æternaturis

Dominus
nudatus est
propter
turpes ho-
mīnum vo-
luptates.

H h 3.

pœnis.

pœnis delectus! ô nimis saeva pro momentaneis æternitas! ô nimis longa pro fugitiuis æternitas! ô pro tam modicis saeva æternitas! pro tam fugacibus vris æternitas! & pro tam leuis, & tam volucribus, & pro tam dubijs, & tam fallentibus æternum crucias!

- V. Considera sequentia Euangelistæ verba: *Tunc ergo apprehendit Pilatus IESVM, & flagellavit;* dimisso nimis Barabbâ latrone, flagellandum Iudeis tradidit: illi, toti militum cohorti, qui nudum alligarunt columnæ, ne aut effugeret, aut declinare posset verbera, aut fallere cædentes: & bipedali, ut quidam volunt, columnæ, vt nulla pars libera à flagris esset. nimis ut, cum nulla pars corporis nostri vacua à sceleribus esset, nulla etiam in Christo vacua à pœnis foret: quo pro omnibus in nobis parte peccatrice, omni corporis sui parte puniatur: expiatque partem omni, quidquid omni parte commissum fuerat, ne qua pars intacta pœnarum staret, cum nulla scelerum in homine immunis stetisset. Hoc fuit omnem iustitiam numerum explorare: ne etiam divina iustitia queri posset, plus misericordiae indulsum, quam concessum sibi. O amor, ad quæ ducis amantem? ad quæ non impellis? tam immaniter columnæ alligare amantem? non queror de funibus: non de cæteris. nulli vincitum tenere funes; nullæ potuissent catenæ Samsonem nostrum. tu tenuisti amor, & tenuisti solus. & hoc amare est? immo si hoc non sit amare, quid amare est? nam quis amor esse potest maior, quam ylro amantem ligari, ut exsoluat vinculis amatus? quis amor maior, quam se inducit vinculis amati, ut hic illis exsatur? posse non ligari: velle posse deligari: nolle: ut amato bene sit? Nec vinculus tantum continetur amor: addit sanguinem: non qualem secundâ venâ damus; sed qualem toto dissesto corpore. ita non expletur amor fonte, flumina profundit, quo testationem faciat amato amorem. O, quis nos vinciat huc amore? quis iisdem amoris funibus alliget columnæ, ut mutuus fuerit sanguis? invenit, amor, vincula. quid times? fecisti amanti Deo. quid rimas homi-
- Christus Dominus toto corpore flagellatur.*
- Vincit magis amore est quam funibus.*

minem? aut potuisti ligare Deum; non potes hominem? suc-
 cubuit dexteræ tuæ Deus; non succumbet homo? aude. &
 pro vno, liga duos. imò vnum, non duos: ipsis enim vinculis
 tuis duo fient unus. non Deum colligasti homini, & tam dis-
 junctis mutuoque pugnantibus, vnum statuisti Christum?
 quid vereis me huic colligare? non facilius hominem homi-
 ni, quam Deum colligabis homini? & non facilius hominem
 homini-Deo, quam nudum Deum astringes homini? astringe
 qui potes. & qui vinculis tuis Deum illigasti homini, ijsdem
 hominem illiga Christo suo: vt non iam duo, sed vnum strin-
 gatur vinculis, unus in duobus cædatur flagris, unus in duo-
 bus fundat sanguinem. imò duo fundant. sed duo vinculis
 tuis facti unus. quos sanguis, stimulis tuis tamquam vnâ no-
 uaculâ fusus, mutuoque propinatus, haustus mutuò, magis fa-
 ciet vnum. Felix dies, quo iungar amanti, non in niuibus,
 grandine, glacie, sed in ardentissimo sanguinum balneo. in quo
 è substructis amorum ignibus colliquebam amanti. fia! que
 in Christo meo & me, quod in auro & ferro, quæ vnius for-
 nacis incendio in vnum coadunantur corpus. imò transeat
 hoc ferrum meum in aurum Christi mei; & amoris robore &
 ardore induar auri mei animâ. Potest sol sideraque influxu-
 suo, lapidum, seiri, argenti, auri, formam inducere terræ; quâ-
 to potentior amor facilius me inducit Christo, & ijsdem cum
 illo illigatum vinculis figulabit in vnum? amica nimis aman-
 ti vincula! ô quando! exurge amor, excere vires tuas. Stringe:
 brachia brachijs, pedibus pedes, pectorique pectus; & omni
 insonent parte flagra, vt mutuò è recentibus his sanguinum
 torcularibus inebriemur sanguine, purpuremur mutuò; &
 tamquam mutuis vberibus lactemur mutuò, tamquam mu-
 tuis poculis & cyathis potemur mutuò, tamquam mutuis
 balneis lauemur mutuò, tamquam mutuis fluminibus inna-
 temus mutuò, & tamquam mutuo rore & nube irroremur &
 depluamur mutuo. Potes hoc amor: & potes solus: qui solus
 columnæ alligare potuisti Deum: solus mortali carne induere:
 Deum:

Deum: solus virgine vtero sigulare Deum, solusq[ue] ubere
virgine lactare Deum. Hæc qui potuisti, quid non potes? qui
euocare cælo potuit Deum, & vnius vtero virginis arctare
Deum, non quidquid volet poterit? Quid non amor potes?
aut quid inausum post Deum tibi? quid post illum non leue
& facile? ô ardeam tuâ flammâ, vt arcter tuis vinculis! cara
vincula, quibus colligabor Deo meo. grata columna, quæ
tamquam glutine sociabit duos: imò duos nectet in vnum.
eueniat mihi quod duobus lignis glutine iunctis, vt ita iungar
Christo meo amoris nexu, vt in quacumque parte alia mil-
lies disrumpar, quām quā amor gluten iunxit. Audiat vota
hæc, qui explere illa potest Deus. & me Christo meo inne-
ctat æternū, vinculisq[ue] stringat sanguinum & amoris, vt
dum semper fluat sanguis, semper amem: imò dum semper
amo, semper fluat sanguis amoris telo excussus. ac licet in cæ-
lesti vita nullus fundatur sanguis, voto tamen amoris mei
numquam non in testationem amoris mei profluat sanguis,
pro sanguine semel in cruce, in columna, in corona, prodigè
pro me saluteq[ue] mea fuso. vt non immerito gratuletur sibi

Apocal.5. omnibusq[ue] Apostolus: Redemisti nos Deo in sanguine tuo ex o-
mni tribu, & lingua, & populo, & natione: & fecisti nos Deo nostro
regnum.

Christus nos fecit regnum & imperium aut regnum admirerunt, quām Dei; nullius quām
huius se subdiderunt. sed & hi in Deo suo regnarunt, facti pars
magna regni illius, adeoque & cum Deo regnarunt. Ita solent
amantes mutuis honoribus mutuâque felicitate frui. nec mi-
nus de amati fortunatis successib[us] verus amans, quām de
suis gaudet. Et omnia hæc sanguine suo nobis parauit Chri-
stus, qui summus actus amoris est. Vnde & idem Apostolus:

Apoc.22. Beati, qui lauerunt stolas suas in sanguine Agni: ut sit potestas eorum
in ligno vita, & per portas intrent in ciuitatem. Lauerunt stolas in
sanguine Agni, qui meritis sanguinis illius à peccatis munda-
ti sunt. hi sunt quos verus amor Agni semel occupauit, cùm
nihil potentius fordidatos mundet amore è sanguine Agni
nato

Vincula
amoris
vtrè am-
bienda.

nato & prouocato. Sed neque quidquam validius certiusque amorem conciliat, quam frequens meditatio profusi pro nobis sanguinis Christi. Nec est aliud sub sole balneum, quo lauari possumus, & lauari cælo, quam purpureum sanguinis Domini balneum, quo mundamur; & detergitur hoc vno quidquid in nobis sordium est. Sequitur emundationem portæs ligni vitæ. ademerat hanc in paradiſo peccatum: restituit sanguine suo Christus. quo, antè peccatis mortui, viuimus, & viuemus æternum. nec mors secunda saeuendil locum inueniet. neque via alia intrandi per portas in ciuitatem supernam, quam per animarum nostrarum ablutionem à sordibus tam originalis peccati, quam priorum, in sanguine Christi Agni immaculati. Et cum nihil coinquinatum intrare in ciuitatem illam possit, iuxta illud: *Non intrabit in eam ali- Apocal.21. quod coinquinatum: & Nisi qui scripti sunt in libro vite Agni.* omnis verò anima tum parentum primorum, tum suo crimine tam diu inquinata maneat, quamdiu non est lota incontaminati Agni sanguine; certum est, nullam cuique superesse spem ciuitatem illam ante sanguineam istam lotionem intrandi. sed neque quisquam inscriptus est libro vite Agni, nisi ab omni omnino delicto mundissimus. Hanc verò emundationem à solo Agni sanguine sperare debemus & possumus. sanguinem autem hunc ut solus amor profudit, solus dedit: sic solis amantibus largitur Christus, in scelerum sordiumque omnium expiationem & emundationem. Ut hinc discamus, quantum a mori debeamus. & pro tanto amore, cum parem non possimus, quam possumus maximum reponamus. neque vlli rei parcamus, non sudoribus, non lacrymis, non sanguini, non vita, quò amorem amore reciputiamus. Nec est hic quòd inopiam prætexamus. nemo ad lacrymas pauper est. ad vitam sanguinemque pro amato profundendum, omnis homo diues est. nec plura in hoc genere Rex dare potest, quam infimus plebeiorum. animis tantum opus est. aderit amanti Deus, & volenti vires suggeret. fecit in tot Martyrum milli-

Sanguis
Christi la-
uat nos à
peccatis,
ceu bal-
neum.

Amori
Christi in
nos amor
vicissim re-
ponendus.

bus. perget facere. maximè cùm vltò nos ipse inuitet, vltò spondeat omnia, & seipsum cum omni donorum suorum suggestu offerat. Quid verò hic amor in Deum Christi sanguine excitatus possit, discimus in magnis Regibus, qui hoc accensi diademata & sceptra posuerunt. Factum in Anastasio II. Isaacio & Manuele Comnenis, Lothario Ludouici Pij filio, Bamba Hispaniæ Principe, Ethckredo Merciorum in Anglia Rege, Rachisio Longobardorum. cælo omnes Reges, purparati omnes, magni cælo omnes: qui in terris Reges, purparati, magni esse noluerunt; & cælorum magnitudinem, sæculorum contemptu, elegerunt. quid non potest amor?

Dominum
flagellan-
tium im-
manitas.

Exsurgit exinde in flagra cohors tota: & ille laudatissimus audit, qui ferocius & validius sœvit, crederes in præmium sœuisse. & fôrs non defuerunt præmiatores Iudæi, cùm non deessent animantes, & qui lassis sufficerent nouos, & fatigentibus animos adderent & vires nouas. Ita non satiatur Iudæus sanguine, sed prior semper sanguis subsecuturi inuitatorius est. Nec satis fuit, reliquorum nocentium more, lacerasse ter- gum. nullam partem illaceratam voluerunt. quidquid proinde lacerari corpore toto potuit, factum est. nulla poste- rior corporis pars verberibus vacua, nulla anterior fuit. quidquid tangi potuit, sanguinem profudit. Quid? quod ante lassa cohors subsederit, quam exsatiari Iudæorum feritas po- tuerit. inaudita sœculis immanitas. Quis crederet prouocari & exasperari feritatem feritate posse, nec ullo expleri verbere aut sanguine? factum in Iudæis, & quidem in innocentissimo sanguine. Olim de Heliodoro legimus, cùm sacrilegas manus, 2. Mach. 3. iussu Seleuci Asiz Regis, templo inieccisset: Duo iuuenes virtute decori circumsteterant eum, & ex utraque parte flagellabant, si- ne intermissione multis plagiis verberantes. Verum hæc in vesti- tum & armatum: cui etiam ad Onix preces & sacrificium reddita valetudo omnis. In Christum verò nudum sœvitum à cohorte tota, imperantibus Iudæis. nec ultra hic medica no- vi Onix manus accessit. & si fides adhibenda magnis viris, qui-

quibus derogandi causam nullam habemus, quadringenta supra quinque verberum millia sustinuit Christus. Non sufficiet viuus, nisi vires verberibus pares suffecisset Deus. sufficit in innumerorum delictorum nostrorum expiationem. O quæ usquam ullà gente tyrannis tam crudè fæcijt in vnum barbarie? aut quæ usquam odia non satiata tot verberibus? *Obstupescite celi super hoc, & porta eius desolamini vehementer.* Ierem. 2. Tam barbare furere hominem in Deum? *Super hoc accingite vos* Ierem. 4. *cinctus, plangite, & ululate. Plangite sacerdotes, ululate ministri alteris, cubate in sacco ministri Dei. clamate, Aaa, dici. & ululate, ve,* Ezech. 30. *ve dici, ululate in monte sancto, conturbante omnes habitatores* Iob. 1. *terra, quia dies hæc tenebrarum & caliginis. quâ tam crudeliter* concessum fæcire in Dei filium. *Super hoc plangam & ululabo:* Mich. 2. *vadam politus & nudus: faciam planetum velut draconum, & lumen quasi struthionum; quia desperata est plaga Dei mei. & non* est qui misereatur eius, non est usque ad vnum. Sors dura! ô si vel nunc miscreamur Dei, miscreamur nostri in salutem! Au- diamus legem. *Si autem eum qui peccavit, dignum viderint plagiis; proferent, & coram se facient verberari. pro mensura peccati erit & plagarum modus: ita dumtaxat, ut quadragenarium numerum non excedant: ne fæde laceratus ante oculos tuos abeat frater tuus.* Deut. 25. Testatur hoc de se Paulus: *A Iudeis quinques, quadragenas, vnde 2. Cor. 11.* minus accepi. Excedere quadragenarium non poterant. attin- gere in Paulo noluerunt, ne omnem fæciam explerent: & in vno verbere clementes videri voluerunt. At in Christo im- memores legis, non obliuione, sed improba feritate supra quidquid usquam crudele fuit, fæcire placuit. nimis ne vin- cerentur crudelitate, vincerent omnes. factum. & coronari in crudelitatis stadio, de crudelitate potuerūt. Quid non pos- sunt odia? ne mireris. nullis legibus odia tenentur, adeoque nec ullo Deo, nec inferorum flammis. vbi enim effebuerint, frustra leges & Deus sunt. Verum in vno corpore tot inge- minata verbera quis credet? quis nullam neque humanitatis, neque legis, neque Dei, rationem habitam credet? qui inue-

I i 2 terati

terati natüram odij nouerit, creder. Quidquid Deum ipsum
cælo deturbent odia, si possint. adeò non in homines tan-
tum, sed in Deum impia sunt, vix ipsâ vindictâ satienda. ô ca-
ue quisquis sapi, nec ostia odijs pande. non ejicies, cùm vo-
les. non fratri, non sorori, non patri & matri, non coniugi
parcent, cùm non pepercerint Deo. vt non mireris æternas in-
ferorum pœnas esse, cùm odia sint æterna. quamdiu nimirum
hæc, tamdiu illæ. æternant odia? æternabunt pœnæ, quæ mo-
ri nesciunt, nisi moriantur illa. O verè malorum omnium ma-
ximum, quod metum omnem excludit & rationem, & ho-
minem homine suo exuit. immediabile & inexorabile ma-
lum: quod nullæ supplices flectant preces, nullæ lacrymæ.
Sed neque cum hostili morte moritur. quin & indignatur o-
dium sibi in inimici morte vna. millies posse mori vellet, vt
millies sœuire posset. hinc luntas amat mortes in hoste. sed
crudeles & sœuas, cum non uno Imperatore. Intuere Iudæos:
videbis post tot sæcula, tot ætates viuere etiamnum in illis
vetera illa parentum suorum in Christum odia. quæ cùm non
possint in viuum, deuomunt in illius imagines & statuas, in
quas non uno loco & sæculo pari barbarie sœuierunt. nisi
quid impotentius etiam sœuitiæ genus & furoris sit, viuentis
odio in inanimata sœuire. Nec his contenti; in sacrosanctam
Eucharistiam, quid inueterata maiorum odia in nepotes cum
semine transfusa possent, experiri non semel, nunc ignibus,
nunc ferro, nunc omni iniuriatum ac tormentorum generc
voluerunt. ô fatua nimis odia! Verum ad Christum nostrum
redeamus. natat illius prætorium sanguine, aspersi vndequa-
que parietes, tintæ cædentiū manus & vestes. flumina hîc
& fontes videoas sanguinum, quibus lauari cohors tota posset,
tota Iudaica synagoga. nec tam prodigè tamen effuso expli-
ri videoas sanguine: non tot verberum millibus satiari. Quid
miramur non saturari Iudæos; cùm nos ipsi nouis scœ-
ribus, quantum in nobis est, nouis Christum alligemus co-
lumnis, nouis cædamus peccatorum flagris? non indignemur
ergo

Peccantes
suis scœle-
ribus im-
manus

ergo Iudæis. indignemur nobis. aut si illis, multò magis nobis. Iam, quoties audimus sœuisse illos in mutas Christi images, insurgimus in iras. & meritò insurgimus. cùm nos interim animas nostras, viuas Christi imagines, illius & manibus figuratas, & sanguine redemptas, crudelissimè variorum scelerum verberibus occidamus; eo Iudæis immaniores, quo sœuimus sæpius; in nos ipsos, & in Deum crudeles. Quid? quòd Iudæi aliquam prætexere ignorantiam possint, nos nullam. zelum etiam illi aliquem prætendere, licet imprudentem & impium: nos quod in excusationem adferamus, nihil habemus. quo maiora nostra quàm Iudæorum delicta sunt, immaniora magisque barbara quàm illorum sceleræ, impietasque in cognitionem, quàm in ignoratum Deum maior, crudelitasque nostra sæuior, ingratitudo etiam maior, quia maioribus beneficijs donati. quare & pœnæ timenda in maioribus sceleribus nostris maiores. Quæ merítò mouere nos debeat, & à criminibus deterrere, & ad meliora impellere, à vitijs auocare, ad virtutes accendere, maximè adamorem; cùm videamus pro nobis innocentem hunc profundi sanguinem, saluti nimirum nostræ; cùm tamen inimici staremus magni illius sanguinis, & illi sanguinem funderent, pro quibus fundebatur. nec aliaquàm peccatorum flagella fundebant. nam in militum verberibus peccata nostra sœuiebant: in militum manibus sceleræ erant nostra. nec alia ibi fuerunt flagra, quàm nostra. nos in militum dextris cædebamus, nos tot verberum millibus in innocentem furebamus. nec parcere sciebat homo, nec volebat, qui modum criminibus ponere nolebat. volumus non sœuire? ponamus sceleræ. ô nimium illis datum! nimis barbarè sœuitum! miseratio tandem nos tangat nostri, & Dei. faciemus, si antè mortem lubentes subeamus, quàm nouis sceleribus crudeles in nos & in Deum insurreximus, bis impij, bis crudeles.

Exciret se hîc etiam homo ad mutuum cum Christo amorem. & quid magnum eum amare, qui tam prodigè nos amo-

VI.
Amor hî-
mo Christo
amanti re-
ficerat.

mauit? amor vnum prouocatiuus alterius est. vt omni dici meritò belluā immanior debeat, quem nullus in amorem prouocet amor. Et quod in latentis amoris signum esse maius potest, quam pro amato, non opes, sed fundere sanguinem? nam verbo amorem testari, omnium est, etiam inimicorum; qui amorum verbis mentiri solent amorem. at nullus mentitur amorem sanguine: nec quisquam pro haste verbera ferat. amet necesse est, quisquis pro altero fecari se patitur. nec testatus ullum esse amoris veri signum potest: nam qui pro altero patitur, amore in alium plus quam in se fertur. quod ni foret, non pateretur: sed se verberibus subtraheret, subduceretque penis, & amatum pro se substitueret. cūm verò se offerat pro amato, signum est, malle in se experiri verbera, quam in amato: mitiusque illa in se, quam in amato ferre. quare & fortius illum amare, quem eximit verberibus, quam se, quem vltro illis pro amato obijcit. Quo fortius amare debemus Christum, qui non pro amicis tantum, sed pro iuratis sibi hostibus sanguinem fudit. Contumeliam pro amico tulisse, magnum: opes perdidisse, magis etiam si fortunis omnibus exciderit, magnum. vnius vel manus impulsu tulisse, magnum: alapam vel vnam tulisse, vulnerisque vnum retulisse, planè maximum. Principis etiam gratiā in amici gratiam excidisse, omnino magnum. amici etiam gratiam parentum præposuisse, magnum est. Docuit hoc exemplo suo Ionathas in Dauide & Saule patre. quo maius veræ amicitiae miraculum quoddam fuit. Quanti ergo in nos amoris signum erit, supra quinque verberum millia tulisse? nec aliud quam in salutem nostram tulisse? è tot fontibus, quot verberibus, amoris nata balnea, quis non amet! Felix ô nimis anima, siue peccatis obruta, siue innocentia adhuc suā vestita, siue virtutibus exornata, quæ amorum his lauatur balneis, immergiturque tota his amorum fluminibus, innataturque nauigatque in hoc amorum mari magno, potaturque & inebriatur ingentibus his amorum calicibus! Beata ô nimiū anima sanguinum hoc amore saucia, amore

Pro amico
nihil non
præstan-
dum.

more languida; quæ in singulis amati verberibus, tamquam iaculis transfigitur! & cui verbera, ut amica sunt oscula, super mel & saccarum dulciora! cuique pro amato pati, voluptas summa; pro illo cædi, ingens gaudium est! Numerari inter amantes has animas Apostoli debent. de quibus illud: *Conuocantes Apostolos, casis denunciauerunt, ne omnino loquerentur in nomine IESV. Et illi quidem ibant gaudentes à conspectu concilij, quoniam digni habitus sunt pro nomine IESV contumeliam pati.* Quis nostrum gaudet cum Apostolis de flagris & contumelijs? gaudemus, si amaremus. non gaudere, non amare; vt gaudere, amare est. Nec gaudebant solùm Apostoli de verberibus, sed quòd digni habitus essent verberibus cædi. quasi magnæ cuiusdam prærogatiæ foret pro amato cædi, aut deligi ad verbera, & assimilari in verberibus amato. Magnæ sane fiduciæ est, è tot millibus ynum deligi, cui pro munere similitudo verberum sit. & verò nemo verberum & dolorum socium deligit, nisi amet & fidat. amor fiduciam parit, fiducia amorem. & credere audet, quisquis amat. non credere, si non amaret. credere, amare est.

Vide an ex horum numero sis. an æquo feras animo, ad VII.
uersis concuti; an amplectaris illa ut secunda; an adeò etiam graciiora tibi sint illa secundis: quia magis amica Deo. an ames conuicijs lacerati, riceri, calcari; an gaudeas de securibus, ignibus, exilio, vinculis, verberibus; an inter maiora beneficia reponas sperni & cædi pro Christo tuo, quam extolli, & delicijs affluere cum saeculo; an malis exui bonis, honoribus, vitâ pro Christo, quam illis ornari cum mundo. Ex his iudicium ferre potes de te, deque amore tuo: cuius magnitudinem non mollia & amica corpori, sed dura & aspera docebunt. grandia enim esse debent, in quibus se ostentet amor. Ita nemo robora est palea aut arundine disceret: nemo gubernatoris peritiam est tranquillo mari. magna necesse sint, quæ admirationem & laudem conciliare solent. hæc magna habes in tot millibus verberum Christi, in tam prodigo pro te sanguine. confer amoris tui

Contumeliz & aduersa pro-
bant amo-
rem nostri
erga Deum

tui signa cum illius, & vide quibus illum modis testeris. vide quām profusus ille in istis, quām tu parcus. simul ingratitudinem tuam considera, qui pro tot verberum millibus, pro tot sanguinum fontibus, nec commiserationis, nec amoris lacrymam vnam effundas, omni chalybe & adamante durior; nullum suspirium trahas omni belluā immanior. Nec magna interim & ardua à te depositit Deus. quid enim facilius est, quām amare illum, qui prior tam prodigè amauit? quid facilius, quām amare post tot amoris signa sanguine testata? quid si verbera pro verberibus deposceret, non mereretur? imò non inter priuilegia numerandum esset; pariari in verberibus Deo? pariari nocentem innocent? Nunc, cùm solum amorem pro verberibus depositat, quis erit tam faxi cordis, qui non amet hunc amorem tot verberibus testatum? aut quid sperare, imò quid non metuere debeat, qui pro tot verberibus non reponit amorem? aut denique quid responsurus iudicanti Deo, & amorem suum in verberum magnitudine & multitudine adferenti, ingratitudinemque nostram accusanti? Aut satis in iustitiæ expletionem erit, illum pro sceleribus nostris tam graues vltò pœnas tulisse, premiumque sanguinem suum per tot verberum millia excussum, exsoluendo debito nostro Patri obtulisse? nos nec ferre, nec de nostro largiri quidquam velle? adeoque nec amorem pro innoxio magni Dei sanguine & verberibus reponere? quæ res efferatissimā magis belluam sapit, quām hominem. solaque barbara hæc ingratitudo nullam non pœnam promeretur. Dices fôrs, te amare. credam, si verbis facta respondeant. nam dicere amare, & factis hostilitatem profiteri, ludere est, non amare. nec potest illum amorem rebus suis viduum Deus amare. amor parium est. non amauit nos Deus nudo amoris verbo: amauit amore densis operibus vestito. similem à nobis depositit. nam si nos contentum volumus esse Deum nudo amoris nomine, rebus vacuo, sceleribus pleno; contentos nos etiam ille volet pari amoris nomine, pœnis grauido. Quid? quod omnium iudicio pœnas me-

Amor fa-
cto & rei-
plâ pro-
bandus.

merentur grauiores, qui amorem verbis loquitur, factis ini-
micitiam profitetur, quām qui hostilitatem palam verbis fa-
tetur. ingenui enim hoc magis animi est. & facilius quis ini-
micitiam depōnit quam animo fouer, ore testatur, quām qui
reconditam animo amico verbo regit, & mentitur. Docet ex-
emplo hoc nos suo Paulus, alijque plures. docetque contra-
rium in Amasa & Abner Ioab. illo ex aperto hoste, amicissi-
mus Domino factus, & vas electionis: hic è mentito verbo &
osculo, magnorum omnino exercituum ducentorum sterit in-
teremptor. eadem in omni ætate & populo reperies. Et sem-
per faciliorem videbis Deum in apertam hostilitatem profes-
sis, quām qui hanc amicis verbis tamquam ueste induerunt.
Hinc non pauci iudices & Martyrum carnifices, quam exercu-
erant crudelitatem, sanguine suo eluerunt, morte fidem te-
stati, quam ferro antè extinctam voluerant. eo nimirum fer-
uore rapti in fidei confessione, quo non multò antè fuerant
in oppugnatione. generosus enim animus simulationis & in-
sidiarum expers, si se à vitijs in virtutem dederit, eo potentius
in hanc fertur, quo agnita semel illius pulchritudo validior ad
impellendum in sequelam & amorem est.

C A P V T VIII.

De coronatione.

• **S**EQUITVR in Euanglista: *Et milites plebentes coronam de spinis, imposuerunt capiti eius. Flagellandum tradiderat Christum* Ioan.19. I.

Pilatus, non coronandum spinis, sed, ut flagrorum numero lu-
dæi legem temerarunt, omnemque saeculorum omnium bar-
bariem vicerunt; ita non satis se odia in tot verberum milli-
bus explesse putabant, nisi nouâ & inauditâ saeculis omni-
bus feritate, Pilati adsensum transgressi in innocentis capite
seuissent. Sic non satis fuerat odio ferocisse in corpore. caput
petendum erat, eo crudelius, quo magis novo crudelitatis ge-

Kk

ncrc.

Corona
spinea Do-
mini no-
num cru-
delitatis
inuentum.

nere. Plectitur ergo corona de spinis, quæ & in pœnam, & in ludibrium Christi capiti innectitur: &, ne leuiter putas quasi per iocum, sœuis arundinum verberibus incutitur, vt totum iam caput vulnus vnum esset, mutuis spinarum implexibus confixum. Nec defuerunt viri magni, qui quinque & septuaginta spinis coronatum voluerunt Dominum. vnum caput tot spinis? Quid miraris tot spinas? mirare infinita hominum scelera, quæ tamquam sponsor capiti suo imposuerat Christus. mirare peccata tua, quæ numero spinas has vincunt. quæ quo fortius repellas, cogita hic humani capitis teneritudinem, intercurrentes dense nervos, sensuum instrumenta, doloris materiam: & vide spinas mutuò se secantes prouocantes, que in vulnera & dolorem. vide emorientes in hoc capite, & nouâ purpurâ, tamquam melioribus rosis nobilitatas, nouis sanguinum guttis tamquam nouis gemmis condecoratas, nouoq; huic sanguinum balneo tamquam flumini inhatantes. Felices nimium spinas odoratioribus nunc rosis vestitas: quæ cum omnium vndique, tum amantium maximè animas odoratissimo purpureo capitis perpluunt imbre. expresserant amoris Iesu in nos magni integra flumina, militum verbera; sed amore corporis. expresserunt fortunatores flagellis spinæ, nobilissimi capitum, amorum maria. quibus innatare, lauari, ineibriari possit anima, tanto nobilius, tantoque amantiùs, quanto capitis sanguis reliquo nobilior est: utpote nobilioris partis pars nobilior. O quid non potes amor! nihil reliquum feceras in vniuerso corpore. nec contentus tamen totis decurrisse fluminibus, nouam materiam quæris nouate stationis. deerat in reliquo corpore. inuenisti in capite. è quo, per spinas, recondita eduxisti maria. beata nimium amoris nostri magni maria! O quid rependimus? non possumus torrentes, fontes, flumina; rependamus amorem. inuitamur in hunc amicissimis verbis. *Egredimini et videte filia Sion regem Salomonem in diademeate, quo coronauit illum mater sua in die desponsationis illius, & in die letitie cordis eius.* Ad amantes animas hæc verba

Cant. 3.

verba sunt. Egressiamur & videamus Regem nostrum Salomonem verum & magnum, & à quo vno filius Dauid habuit quod Salomon dici posset. videamus pacificum Salomonem nostrum, pacis inter nos & Patrem reconciliatorem, in spineo diadema, quo coronauit illum mater illius synagoga, in die quo factus est nobis sponsus sanguinum, desponsatusque est cum animabus fidelium, quæ factæ sunt illi nobilissimi sanguinis sponsæ. *In die letitiae cordis eius.* Nam licet corpus vniuersum vulneribus dissectum, immane hiaret vndique, caputque densius vulneribus quam crinibus tegetur, ac vnum quasi vulnus corpus esset totum, nec pars vlla vacua doloris esset; lætitiae tamen dies erat, quam exultabat ut sponsus in die desponsationis suæ: quam nobilissimo corporis & capitis sui sanguine, tamquam purpuram, animas sponsas suas vestiit, dotavitque nuptialibus his gemmis, omnibus Regum gemmis inlustrioribus. Nam quid orbis vniuersi opes omnes, si componantur cum sanguine vngeneri Filij Dei? quid gemmarum omnium vndique pretia cum capitis illius gemmis diuerti spinarum coronæ implexis? imò quid cælorum stellæ omnes, adeoque ipsum, quam patet, cælum, ad nobilissimum hunc verticem densis sanguinum guttis quaquam parte stellatum? Ut Nobis fuit dies lætitiae.

merito proinde dicere possimus, diem hunc magnum, quo desponsauit nos sibi Dominus, lætitiae nobis maximæ diem esse. Amabamur quidem antè. sed abditus hic amor erat: nec tam illum experiebamur, quam sciebamus & credebamus. hæc illa dies nata, quam palam amatoribus reclusi amorum vndique thesauri, prodigè se se effuderunt in testationem prodigi amoris. ut nullâ nunc opus sit industriâ aut sudoribus; vltro reclusa sunt nobis omnia, per verbera & spinas. Nulla hinc auara ludit manus, cum omnem amorem reseratis vndique portis, diuite nimis fluxu, emiserit. sed nec intimis quidem capitis sui thesauris pepert, quo testatior amor esset, nosque si non ad spinas & vulnera, sed prouocaret in amorem.

Verè leue iugum Domini est. quid enim leuius amore? imò

Dies corona-
tionis
fuit Domi-
no dies de-
sponsatio-
nis.

Nobis
fuit dies
lætitiae.

Amorem
nostrum
Dominus
prouocat
amore, dū
in capite
coronatus
mader san-
guine.

CANT. 5.

quid delectabilius & optatius amore est? ad hunc pro verberibus & spinis nos prouocat IESVS noster. Olim amorē suum suauissimis verbis testatus, admitti à sponsa petebat: *Aperi mihi, soror mea, quia caput meum plenum est rore, & cincanni mei gemitus noctium.* At nunc fortius admitti petit, & validius amorem suum profitetur: cùm ostentat caput non nocturno plenum rore, & madidatos ac perplutos sponsi cincianos sponsam suam nocte querentis, sed caput quaquā parte sui, denso sanguinum rōte perspersum, & cincianos sub purpurato hoc imbre fatiscentes. Non potuit potentioribus signis amorē suum testari, nam licet amoris non ultimum signum foret, alris iam noctibus fatigari in querenda sponsa, nec sudoribus aut corpori parcere, non subterfugere nocturnum rōtem, non decidiuas per cincianos nocturnæ pluviæ guttas: innumeris tamē modis maius fuit, sponsæ, animæ nimirum nostræ, amore tot verberum millibus cædi, tot vndique spinis conuulnerari, nullique corporis parti parcere. nec per rōrem, sed per sanguinem dilectam querere: neque per nocturnam pluuiam, sed per sanguinum torrentes amicam sibi columbam animam venari. nec plenos ostentare capitis cincianos nocturnorum imbrium guttis; sed integris sanguinum imbris, adeoque & sanguinum fluminibus, quo testior amor esset. Quid est amare, si hoc non est amare? & quem amorem rependimus pro hoc amore? non dico quem sanguinem, quæ verbera, quas spinas; sed quem pro his omnibus amorem? Quæ in Canticis quærebatur amica, ad inuitantis sponsi verba surrexit, ut aperiret dilecto suo. qui cùm transisset, *anima illius liquefacta est.* & in his liquati animi ardoribus inclamat: *Quasi, & non inneni illum; vocavi, & non respondit mihi. Inuenerunt me custodes,* qui circumuenie cimitatem: percusserunt me, *& vulnerauerunt me:* tulerunt pallium meum mibi murorum custodes. Ad vocantis vocem excitata sponsa, ostij sui pessulum aperit. querit à quo quærebatur. nec deterretur vulneribus, nec reuocatur sanguine, nec amissione pallij, bonorum nimirum suorum. causam.

ibidem.

ibidem.

sam addit. *Quia amore languo.* languet amore, quia à dilecto *Ibidem.*
 prouocata. coquē magis, quod audisset caput eius rōe plē-
 num, & cincinnas guttis noctium, dum quārit quem diligit
 anima illius. Reddit proinde vices, quārit quārentem: & pro-
 amica compellatione: *Soror mea, amica mea;* reddit, *Dilectus Ibidem.*
meus candidus & rubicundus, electus ex millibus. Et audit à dilecto: *Cant. 2.*
Pulchra es amica mea, suavis & decora. *quasi aurora consurgens,* *pul-* *Cant. 5.*
chra ut luna, electa ut sol. Quām doctē ludit amor! quamquam
 vis amoris maior in opere quām in verbis, & validius animum
 facta feriunt, maiusque ab his quām à verbis amoris vulnus
 venit: maior etiam ab opere quām à verbo admiratio exsurgit.
 Quare potentiora in amorem vulnera, sanguis, spinæ, quam
 quācumque amica verba sunt. leuisque omnium elegantissi-
 morum suauissimorumq; verborum lusus est, si cum sanguine
 componatur. Et quid sunt oscula ad verbera? quid amica
 compellatio ad terebrantes caput spinas? quid melica verba
 faccaro tuo innatantia ad sœua flagra, quæ ossa carnibus vesti-
 bus suis denudarunt? Atque hinc admirationum voces: *Quis Isaie 63:*
est isto, qui venit de Edom tinctis vestibus? gradens in multitudine
 fortitudinis suæ? quare rubrum est indumentum tuum, & *vestimen-*
ta tua sicut calcantium in torculari? responderet: *Torcular calcaui so-*
bis, & de Gentibus non est vir mecum: & omnia indumenta mea in-
quinant. Venit omnino de Edom, qui humanum corpus de
 terra sigillatum assumpsit, & coaptavit sibi. O nimis tinctæ
 vestes sanguine filij Dei! nobilis tintura! inlustris purpura!
 Yetè graditur in multitudine fortitudinis suæ. nemo enim
 hominum post tot verberum milia, post tot crudeles spinas
 in innocuo vertice sœuentes, ambulare posset, aut maiori-
 bus aptari tormentis. Interrogat deinde, quare rubrum sit in-
 dumentum eius? rubricauerat amor: qui amoris colore totum
 tinxerat indumentum, ut nihil referret natui candidi coloris;
 referret amoris, & amoris tantum. Addit. *Vestimenta tua sicut*
calcantium in torculari. quorum vestes antè candidæ, vuæ san-
 guine intinguntur, & pro innato candore purpuram refe-
 runt.

runt. Factum Christo. cuius innocentia niue candidior, vulneribus purpura est; è quibus natī purpurei fontes, sanguinem pro aqua, & in sanguine amorem fundentes. Respondet verò Christus noster: *Torcular calcavi solus.* diuinæ nimirum torcular iustitiae. cui cùm solus satisfacere posset, solus calcavit: solusque sanguine suo, quod debebatur pro delictis premium infinitum, obtulit cœlesti Patri suo in criminum expiationem, iustitiae expletionem. Addit: *De Gentibus non est vir mecum.* Densissimis nimirum errorum tenebris tenebantur Gentes omnes variorum idolorum cultores, vnius Dei ignari. è Iudæis verò paucissimi adhæserant Christo: mater eius, & mulieres paucæ. nam & Apostoli scandalum passi, & fugâ mulieres imitati; & Apostolorum princeps Petrus trinâ etiam negatione Domino renunciauerat. vt meritò calcasse solus torcular Christus dici possit, qui nullum in columna, in tot verberum millibus, interque capitis spinas, aut socium, aut propugnatorem, aut animantem, aut commiserantem habuerit; nullum medicantem, lenientem, spē meliorum erigentem. atque hinc dictum ab illo verè: *Omnia indumenta mea inquinavi.* Factum in horto; cùm sudore, sanguine & lacrymis nataasset. factum in columna; cùm vniuersum pauimentum, parietes & spectatores sanguine signasset. factum in corona spinea; cùm vestes omnes, & mutuatitiam purpuram meliore purpurâ purpurasset: diuinitatis etiam vestem carnem suam, sanguine suo lauisset, vt nulla omnino pars illius intincta & illota staret. Quamquā dici etiam h̄c possit de Christo, quod de sponso suo olim sponsa: *Botrus Cypri dilectus meus mihi.* Verè botrus & via Christus noster, calcatus in torculari pedibus, pugnis, flagris, spinis militum, Iudæorum. Atque hinc fluxit vinum illud optimum, quo inebriantur sponsæ, animæ fidelium. Neque usquam veriores ac fortunatiores cellæ magni Regis, in quas introducitur amans anima, quā vulnera amantis sponsi, in quibus exultat inenarrabili gaudio, immemor sui, soliusque memor dilecti sui. nusquam etiam veriora vbe-

Cant. i.
Christus
quomodo
sit botrus.

ra,

ra, nusquam gratiora, super lac & vinum amata. Et quid sunt omnium vndique matrum vbera, ad vulnera spomi nostri? quid, quidquid vbique lactis & vni vnquam fluxit, ad sanguinum torcularia Christi nostri? quis vnquam vnguentorum odor fragrantior sanguine, sudore, lacrymis vnigeniti Filii Dei? quæ vnquam orbe toto torcularia vina dederunt, quæ componi cum sanguine Christi possint? Magna omnino torcularia, siue in terrorem impijs, siue in amorem probis. exspectata à seculis torcularia, adeoque iam inde à primigenio paradiaco delicto, in salutem plurimorum. nobiles vuæ, qui bus saturantur quotquot cælo nati! De improbis illud Scripturæ meritò dici potest: *De vinea Sodomorum, vinea eorum, & de suburbanis Gomorrha: vna eorum vna felis, & botri amarissimi: fel draconum vinum eorum, & venenum aspidum insanabile.* De vinea Sodomorū vuæ sunt vineæ seculi huius, quæ cùm magna aspectu promittant, tum attacta fatiscunt in vanum puluarem, mentientes fœcunditatē. sed & vuæ illius pro vino fellā fundunt. vinumque, draconum & aspidum vinum est. venenum nimirūm insanabile, quo pars hominū longè maxima perimitur, & morte occumbit insanabili; quia æternâ. De Christi vinea, alia omnia superiùs enarrata. nihil enim in illa, quod non sit amanti & bibenti in salutem. fruamur tantum hac, dum conceditur, & vltro inuitamur.

Vide hîc quomodo Deus hominem, & quomodo homo coronet Deum. *Quid est homo, quod memor es eius? minuisti eum Psal. 8. paulò minus ab angelis, gloriâ & honore coronasti eum, & constitueristi eum super opera manuum tuarum, omnia subiecisti sub pedibus eius.* At homo, quasi in compensationem beneficij accepti, spineâ coronat Christum coronâ. ille hominē gloriâ coronat & honore; & refert spinas. Audiamus Apostolū & vereamur: *Terra proferens spinas ac tribulos, reproba est, & maledicto proxima: cuius consummatio in combustionē.* Nos illa terra sumus, qui spinas produximus Christo; peccata animirum, quæ spinæ fuerunt coronæ capitii illius impressæ, cùm peccatorū nostrorum vicem spinæ sub-

Vinum seculi, felicis est.

Hominem quomodo Deus coronet, & homo Deum. Heb. 6.

subierūt, & omnibus spinis sacratissimū illius caput crudeliūs fodicarūt. & quid aliud spinæ peccata nostra profert̄ quām spinas? vt meritò Euangelista dicat: *Numquid colligunt de spinis vnuas, aut de tribulis ficas?* Quare nihil debuit aliud Christus expectare de spinis peccatis nostris, quām spinas; quibus pro auro, gemma, hedera, lauro, populo, oleastro, spica, coronaretur. Et sane ante Christum, nullam gratiam floris, nullam latitudinem frondis, nullum cespitem aut palmitem, non alicui capituli inuenies consecratum. deerant spinæ, quas nullum caput circumtulerat. & quis circumferret, quod de maledictione in peccati pœnam natum est? ita legimus post primi parentis lapsum: *Maledicta terra in opere suo. spinas & tribulos germinabit tibi.* Ignorāt̄ erant terris ante peccatum spinæ: natæ sunt post illud; & quidem in delicti pœnam. Quid peccauerat terra, vt maledictione hac percuteretur? quid Gelboë montes, vt nec fore, nec pluviâ fœcundarentur, nec fierent agri primitiarum, quod in ijs abiectus esset clypeus fortium, Saule & filijs interfectis? & tamen terra in Adamo peccauerat. figuratus enim de terra Adam Domino peccauerat, cuius minas neglexerat, imperia cōtempserat ac transgressus fuerat. quare & pœnam terra retulit, spinas & tribulos. His spinis, quas in peccati pœnam terra produxerat, coronari Christus voluit, vt natam ē peccato pœnam, quam ferre debebat homo, capite circumferret: cūm hominum in se delicta, sanguine suo pianda, sumpsisset; sponsorque apud cælestem Patrem hominis, creditor pro hominē debitore factus esset. Spinam ergo prætulit Christus peccati pœnam, qui debiti per peccatum contracti exsolutionem in se suscepserat. circumtulit proinde spinam peccati pœnam, qui peccatum pœnæ causam in se sumpserset. tum vt iustitiae satisfaceret, cūm pœnam peccato iniunctam expisset: tum vt hominem à pœna, quæ peccato debebatur, eximeret. satis enim erat iustitiae pretium, quod debebatur exsolui, à quacumque manu exsolutio hæc fieret. Pretium verò exsoluebat, qui impositam peccato pœnam subibat. fecit hoc

Matt. 7.

Spinæ suo
in capite
Christus
consecre-
vit & ho-
norauit.

Gen. 3.

Spinæ sunt
peccati
pœna.

hoc in spinis Christus. Sed & pœnam mulieri omnium matri iniunctam, *In dolore paries filios*, impleuit in cruce Christus, vt Gen. 3. nulla ab orbe condito matrum, dolore maiore filios pepere-
rit, quām nos in cruce Christus. in qua & latus crudeli lan- Christus
ccā perfoſsum, & manus & pedes clavis. ē quibus nos vulne- nobis est
ribus tamquam ē matris vtero nati. sed & iſdem vulneribus mater, ob
tamquam vberibus lactati. Vt videas omnem pœnam pecca- partū dele-
tus impositam tulisse, omnem expleuisse Christum nostrum, rosum.
& factum in cruce matrem. Atque hinc fors illa verba: Num- Isaia 49.
quid obliuisci potest mulier infantem suum, vt non misereatur filio-
teri sui: & si illa oblitæ fuerit, ego tamen non obliuiscar tui. Vides
maiorem, & adeò magis matre matrem. & vt videas affectus
illius in nos teneritudinem, audi quid apud eumdem dicat:
Quomodo si cui mater blanditur, ita ego consolabor vos. videbitis, Isaia 66.
Ergo gaudebit cor vestrum, ergo offa vestra quasi herba germinabunt.
Vis magis matrem, magis blandientem? lege Cantica, & in-
uenies sponsi blanditias, quæ maternas superant. Sciebat affe-
ctum Dei in nos Dauid, vnde illa verba: *Gustate, et videte quo-* Psal. 33.
niam suavis est Dominus. Sciunt experti, & illa: *Pater meus, ergo Psal. 26.*
mater mea dereliquerunt me: Dominus autem assumpit me. Remit-
tit se non raro affectus patris, & destituit filium pater, exuit-
que quidquid erat patris. mater etiam aliquando multum de
affectu remittit matris, vt propè nouercam credas, non ma-
trem. Numquam Deus pectus deponit patris, numquam cor
matris; nisi homo prior affectum omnem deponat filij. sed
neque affectum tunc omnem exuit Deus, quamdiu hæc vita
nobis concessa. post illam iudex est, pater materque esse desijt
improborum.

Redeamus ad spinas: quæ apud veteres infausta; defere- Spinæ vo-
banturq; olim apud Athenienses in nuptiarum solemnibus, teribus e-
cum fructibus quercus. quibus mutationem in melius desi-
gnabant: cum spinæ indices essent primi squaloris, quo ob-
ducta olim inculta etiam tum terra: glandes vero primigenij
cibi, qui Cereris, verius Dei, exinde beneficio, commutati in
fruges.

fruges. Quamquam quid miseris infaustas delegisse spinas Christum, qui stulta mundi elegit, ut confundaret sapientes? & de quo Paulus: *Prædicamus Christum Iudeis scandalum, Gentibus stultitiam;* & ibidem: *Verbum crucis per omnibus stultitiam; nobis*

1. Cor. I.

Stulta mū-
di elegit
Christus.

Det virtus est. Crucem ergo qui elegit, elegit spinas; ut omnem compleret mundi stultitiam. imò infausta mundo spinæ, prænuntia fuere stultæ crucis. quamquam nobis fausta; & ter fausta fuerint spinæ, ut prudentissima & fortunatissima crux. quâ solâ, qui perieramus, seruamur cælo. Sed & preferre videtur Christus voluisse spinas, ne solæ spinæ exularent capit coronæ. in quibus quidquid olim triumphatum, in his inuenies. Cogita *Triumphalem coronam*, quæ post debellatos

Spinæ sunt
Dominio
corona
triumphal-lis.

Coloff. 2.

concedi solet Reges. & vide, quid dieat Apostolus: *Ex spoliis principatus & potestates, tradidit confidenter, palam triumphans*

Ephes. 6.

illos in semetipso. Mundi nimirum & tenebrarum principatus & potestates, de quibus palam in cruce, orbe spectatore, triumphauit; non in exercitu, neque in angelorum legionibus, sed in semetipso, in sanguine suo. Meminit alibi idem Apostolus

obſidialis.

Colof. 1.

& ciuica,

2. Tim. 1.

Cap. 13.

potestatum tenebrarum. Non est nobis collubatio aduersus carnem & sanguinem, sed aduersus principes & potestates, aduersus mundo rectores tenebrarum harum. De quibus omnium nobilissimam

in Caluariæ monte triumphum Christus egit. & exinde robur nobis additum, non ad resistendum tantum, sed ad oppugnandos principes tenebrarum harum. Cogita deinde coro-

niam Obsidialem, quâ dabantur qui ciuitatem hostili obsi- dioni eripuerint. Et audi euindem Apostolum: Eripuit nos de

potestate tenebrarum. quâ obsessi arctius tenebamur, quâ in vi- yllâ humanâ vi eximi possemus. Ciuciam etiam intuere, quæ

seruatus in prælio ciuis ciuem seruatorem suum donabat. Et non singulos nos depræliaentes cum dæmonie, carne, mundo seruauit, & ex hostili manu eripuit Christus: unde illud eiusdem: Qui nos liberavit, & vocavit vocatione fratantia. Et promi- serat ante Dominus apud Ezechielem: D'trumpam ternicalem de- strita, & liberabo populum meum de manu vestra, neque etiam ultra

in

In manus vestras. Dicupit, quibus tenebamus, cervicalia, vincula nimis peccatorum, per Christum, & liberavit nos per languinem filius de manu inferorum. atque hinc illa magni Iobi: *Liberame, Domine, & pose me iuxta te; & cu[m] suis manus* Cap. 17. *pugnet contra me.* Erat & corona Muralis, quâ cohonestabantur qui primi hostilia mœnia inscenderât. Intuere verò Christum primum hostilia Purgatoriū mœnia victorem consenserent. intueret eundem primum calum, inimicam in illud tempus hominum generi urbem, referantem. unde illa : *De Epheſ. 4. scendit primum in inferiores partes terra, è quibus captiuam duxit Ibidem. captiuitatem, limbo detentam, excussis vinculis & compedi- bus, quibus per omnia retrò sacula tenebatur. de cælo verò illa: Accidit portas principes vestras, & clauamini portas aternales, Psalm. 23. & introibit Rex gloria.* Cui reddunt, qui in illum diem obseratas tenebant cælorum portas: *Quis est iste Rex gloria?* referunt: *Dominus fortis & potens, Dominus potens in prælio: Dominas vir- tutum ipse est Rex gloria.* potens à cruce, à vulneribus, à profuso potens sanguine. Erat etiam Castrensis seu Vallaris, quâ deco- rabant qui primi hostium castra pugnando introissent. & caſtre- ſis ſeu val- laris, Primum verò hostilia castra pugnando introisse Christum certum est, cum fortis armati dæmonis castra, quæ in pace possidebat, fortior superueniens vicit, & uniuersa arma eius, in Luc. 11. quibus confidebat, & spolia eius abstulit. Possidebat in pace dia- bolus mundum, cum omnes reatu primi delicti tenerentur; omnisque omnino homo sub duro illius iugo gémaret. pos- sidebat Purgatoriū atrium, & limbum, donec veniret fortior Christus, qui primi possessoris arma, peccata nimis auferret, & spolia illius Purgatoriū & limbo clausa eriperet, & cælo inferret. simul etiam arma, merita sua, quibus hostem vicerat, homini ad resistendum diabolo largiretur. Accedat ad priores corona Naualis, quâ coronabantur qui primi in hostiles & naualis. naues transiliissent. Christus primus mundum hunc hostiliā maria victor nauigauit, primus læuientes peccatorum fluctus repressit, primus imperante ventis & mari; & facta est tranquilli- Matt. 8.

tas magna. Sedati fluctus, discussi venti. & mitior exinde omnis temptationum iactatio: leniores, aut minus validi inferorum venti, sacerdotali que ac carnis fluctus mitiores: validiorq; ad resistendum homo. vt iam vltro sanguine Christi sui armatus, audeat prouocare hostem, & triumphum ex illo sperare & referre.

Coronæ
veterum
Roman. è
qua essent
materia.

Veteris verò Romæ coronæ è materia varia. *Triumphalis*, primùm lauræ, è sterili lauro, quæ baccas profert minores; inde aurea. *Obsidionalis*, quæ à milite obsidione liberato, è viridi decerpta gramine ex obsidionis loco. Imperator dabatur. *Civica*, quæ primò ex ilice, pòst ex esculo, tandem è queru fuit. hanc ciuis Romanus ciui, à quo, cæso hoste, seruatus fucrat, dabat. *Muralis* aurea, muri pinnis insignita, quæ ab Imperatore illi dabatur, qui primus hostium muros confendisset. *Castrensis* siue *Vallaris*, primùm frondea, exinde aurea, aureo insignita vallo. dabat hanc Imperator illi, qui primus hostium castra pugnando transcendisset. *Naualis* siue *classica*, aurea, nauium rostris insignita. dabatur illi, qui primus pugnado in hostiles naues transisset. *Ovalis* erat myrtlea, ab ignobili hoste, seruis aut piratis relata. Vt hinc videoas è nō ignobili omnes coronas fuisse materia: Iolius verò Christi, è vili, aspera, dura, tactu noxia. nec poterat alia materia coronado Christo designari, cum capite omnium nostrum peccata circumferret: quæ solo in quacumque sui parte attactu vulnerarent, sanguinentque in tangentem. Sed & benigniores mille modis veteres in Deos suos fuere, quam Synagoga in tot sacerulis expectatum, tot lacrymis, suspirijs, votis desideratum Messiam.

Dij veterū
quæ singuli
coronā co-
sonantur.

Illi Saturnum ficsis coronabant recentibus: Iouem, esculo, oleastro, queru: Martem, gramine: Apollinem, lauro & hyacintho: Liberum, hederâ, corymbis, palmite: Herculem, populo & apio: Pana, pinu & ebulo: Vertumnum, foeno: Lares, violâ & rosmarino: Iunonem, vite & asterione: Venerem, amomo, anemone, myrto, sisymbrio: Dianam, heliochrysi: Mineruam, oleâ: Ariadnem, gemmis & auro: Cicerem, spicâ

&

& papauere: Proserpinam, narciso: Hecatem, querneis ramis draconi implexis: Musas, serpyllo: Charites, rosâ: Lucinam, dictamno: Deos alios Deasque, coronis alijs, primisque omnes floribus, frondibus; cum folâ myricâ, quâ vnâ insigniter improbi coronabantur, coronari merentur. Sacerdotes verò Qui homines coronantur. oleaginâ coronâ & auro: sacrificantes & legatos verbenâ cingebant & oleâ. Consules, Prætores, Censores purpurati & lauro coronati hostias immolabant. Athenienses Magistratus myrteis amiciebantur ramis; Ducum mortuorum capita lauro; Regum diademate. virorum fortium sepulcra apio exornabant: mortuos speciosissimis floribus, oleâ, lauro, lilijs. victores in Olympicis ludis Ioui sacratis, oleastro, postauro. in Pythicis Apollini dicatis, primum esculo, inde lauro. in Victores in palæstra quas corona accipiant. Nemæis Herculi dedicatis, pinu, & exinde apio viridi. in Isthmicis Neptuno consecratis, pineâ coronâ, deinde apio arido. Athletæ non Olympici tantum, sed & aliorum agonum victores, palmam sibi vendicabant. victores in agone Cretico, Creticam cupressum; ambrosiam Cappadoces. Quid? quod Ver coronaretur floribus, Æstas frugibus, Autumnus palmite, Hyems oleâ? Quas omnes, & quidquid coronarum, quidquid cogitari potuit à quocumque metallo, lapide, herba, frutice, arbore, flore, supra quidquid unquam fuit, innumeros modis merebatur Christus noster. excutiamus singulorum vim & virtutem.

Esculus, vt & glandiferæ omnes, resistit serpentum iætibus. Esculus quâ vi poliat, & ea Christo adaptatur. Facit idem laurus, lily, heliochrysis, cupressus, hyacinthus, amomus & amonis herba, dictamnum, serpyllum, ebulus. Et non Christus noster infernali serpentum venena fregit, sed & vires sanguine suo nobis addidit, omnium tentationum venenis resisteret. Iam, non ceciderat olim homo per serpentem audiamus Euam: *Serpens decepit me.* inde lapsus, & para-Gen. 3: disi exilium, & cum semine transfusa, quæ à serpente hauserat, venena. Surreximus verò per Christum. audi Ioannem: *Ap- Apocal. 20: prebendist draconem, serpentem antiquum, qui est diabolus, & ligavit cum:*

ritim portas comminunt; sed & cætorum aperuit? Docet Da-
vid: At tolle portas principes vestras, & elevamini portæ aternales, Psal. 23.
& introsbit Rex gloria. Rogantes: Quis est iste Rex gloria? referunt:
Dominus fortis & potens, Dominus potens in prælio: crucis nimirum
prælio; quod omnium fuit maximum. Quidam vero pastoralis
baculus crucis certior? & non pastor Christus? Ego sum pastor ^{Ioan. 10.}
bonus. Verè bonus, qui animam suam posuit pro ouibus, De-^{1. Pet. 3.}
glatiens morrem, ut vita eterne heredes efficeremur.

Gramen draconum morsibus medetur. Non Christus dra- ^{V. gramen}
con illius magni, qui capta habet septem, cornua decem, ^{medetur}
vires in cruce fregit & comminuit? non prælantem cum Mi- ^{draconis}
chael cælo expulit? ut merito David: Confregisti capita draco- ^{morsibus,}
nus. & Super aspidem & basiliscum ambulabis, & concutabis draconem. ^{ita Chri-}
omnesque venenatos illius morsus, iam inde ab Adamo impres- ^{stus infer-}
sos deuenientiauit, toxicumque sanguine suo teppressit, adeoque ^{nalem dia-}
& iugulauit. Filios autem illius nec draconum venenatorum vice- ^{Psal. 73.}
runt dentes. Misericordia enim eius adueniens sanabat eos, Per cru- ^{Psal. 90.}
cem sanabat saucios, firmabat reliquos. neque usquam magis ^{validissi-}
misericordia illius quam in illa illuxit: nam ut quidam validissi- ^{mè quis à draconе iactus,}
mè quis à draconе iactus, ut iam virus omne viscera occu- ^{psa. 16.}
pauerit, adeò ut animi sanguis omnis congelaſcat; cum po- ^{rum}
culo vulnerum Christi crux occurrit, valetudinem sponder, ^{Christi de-}
nec fallit.

Populus prodest aurum doloribus. nulla res magis aurum ^{Passio}
doloribus è detractionibus ac criminationibus natis Christi ^{Christi de-}
passione prodest: in qua falsæ in innocentissimum accusatio- ^{tractioni-}
nes non & animant & roborant ad paria ferenda? & quis igno- ^{bus pro-}
rare potest illud Davidis: Accuerunt linguis suas sicut serpentis: ve- ^{dest.}
nenum aspidum sub labiis eorum? & illud Apostoli: Quorum os ma- ^{Psal. 139.}
ledictione & amaritudine plenum est? Nullus illas linguis validius ^{Rom. 3.}
retundit Christi passione: nullus hæc aspidum venena certius ^{plenum est?}
fugat: nullus amaritudinem istam facilius feliciusque vertit ^{in dulcorem,}
in dulcorem, Christus crucis: in qua quod bibit acetum & fel,
pro nobis in facearum & mella vertit.

Apianum

Christus
proculca-
tus magis
redolet in-
itare apij, vti
& omnes
cuius seque-
tes.

*Apium proculcatum, maiori auctu reuirescit. Ita proculca-
tus Christus Iudeorum & Gentium calcibus, pedibus protri-
tus, sputis foedatus, alapis contusus, flagris concisus, lancea
confossus, clavis conterebratus, maior surrexit. Quæ etiam
prærogatiua crucis illius transiit in omnes illius discipulos,
quorum virtus persecutionibus crevit, gloria securibus, igni-
bus, tormentis auctior stetit: ut quorum ante tyrannos &
carnifices nec nomina nota; post illos, terris cælisque notissi-
mi viuante, omnium ore & calamis laudati. Quare merito mo-
neta Ecclesiasticus: *Quanto magnus es, humiliare te ipso omnibus;* 25
coram Deo inuenies gloriam. Quo nimurum maior, eo magis hu-
milia, ut sias maior. Docemur hoc à Domino: Quicumque va-
luerit inter vos maior fieri, sit uester minister; & qui valuerit inter
vos primus esse, erit uester seruus: seruier, ut primus fiat, mini-
*strabit, ut maior sit. Et non Paulus de se & Apostolis? *Tamquam***

purgamenta huius mundi facti sumus, omnium peripsema. Sed au-
diunt: Vos qui secuti estis me, cum sedetur filius hominis in sede maie-
statis sua, sedebitis eis vos super sedes duodecim, iudicantes duodecim
*tribus Israël. Audet etiam maius aliquid Apostolus: *Nescitis**

quoniam angelos iudicabimus? Ita tamen, si permanferint ante cum
Domino in temptationibus, si mundus eos odio habuerit, si
calcauerit, si inter sæculi huius purgamenta numerauerit. Al-
*luisit ad hoc Dominus cum dixit: *Nisi granum frumenti cadens**

*in terram, mortuum fuerit; ipsum solum manet. si autem mortuum fue-
rit, multum fructum adserit. Factum in Christo mortuus est. fru-
ctum retulit, salutem omnium. non relatus nisi mortuus
esset. ita semina omnia non nisi mortua, nisi corrupta, nisi
calcata, fœcundiūs surgunt, ita omnia de interitu fœcundan-
tur. Sic ubi Christianorum sanguis à persecutoribus seminarī
cœpit, fides crevit, & credentium numerus. ut bene Tertul-
lianus: *Plures efficiuntur, quoties metuunt semē est sanguis Christiano-
rum. Idem, quod in Christo, vsu venit in unoquoq; nostrū**

*depressi surgimus, & persecutionibus augemur. Sed & beati-
tudo ab his venit. *Celitus Dominus: Beatis qui persecutione patiun-**

tur.

etur propter infidem. causam subiungit: *Quoniam ipsum est regnum celorum.* Et non ipse Christus proposito sibi gaudio sustinuit *Heb.12.*
crucem, confusione contempta, atque inde in dextera sedis Dei sedet?
& animat nos in aduersis Christus proposito præmio: *Gau. Marsh.5.*
dete & exultate, quoniam merces vestra copiosa est in celis.

Pinn: huius nuclei sitim sedant, vires roborant. *Quis copiosius Christo sitim sedat?* cuius haec sunt: *Qui sitit, veniat;* & reficit. *& qui vult, accipiat aquam vite gratis.* & alibi: *Si quis sitiat, veniat ad me.* qui biberit ex aqua, quam ego dabo ei, non sitiet in eternum. Gratuitò nobis aquam vitæ, sanguinem suum propinavit Christus; gratuitò & sine pretio dedit, & sine ullis præuijs meritis nostris dedit. sed & sitiuit semel in cruce pro nobis Christus, sitique hac suâ sitim restinxit nostram; & expleuit omnem in cruce salutis nostræ sitim. Iam, quis robur addit Christianis? quis Martyribus? quis virginibus? quis renunciare docet sæculo, opibus, honoribus, voluptatibus, commodis? quis docuit tot virginum millia vni Deo suo maturitatem suam sacrare? quis inhabitare deserta docuit, nisi Christi sanguis?

Viola virginitatis symbolum: cuius semen scorpionibus inimicum. *Quis maior virginitatis amator Christo?* docuit inse, in matre. & non à cruce virgines? non ante illam virginitas ignorata? Prædixit Dauid: *Adducentur Regi virginis: afferentur in letitia & exultatione, adducentur in templum Regis.* Templa hoc Christianorum docent; in quibus innumera propè virginum millia virginitatem professæ, virginem suam Christo maritarunt. Et non virgines sunt quæ sequuntur Agnum quocumque ierist? & non iam inde ab hominis lapsu dictum serpenti: *Inimicities ponam inter te & mulierem; & semen tuum, & semen illius: ipsa conteret caput tuum, & tu insidiaberis calcaneo eius?* Sub qua muliere inimicitiae illæ se magis explicarunt, quam sub Dei matre? & quod est semen huius, nisi post Christum virginies, quæ maturitatem suam æternum filio & matri deuouerunt? quarum continentia æmulus de prærogatiua diabolus

M m in si-

infidatur, quæcens quam deuoret, quam de virgine sua exire doceat, quam semel desponsatam Deo sponso sponsam à fide semel data retrahat. Et quid per calcaneum magnæ illius Virginis Matris, quæ quem virgine vtero conceperat, virgine vtero ediderat, virgine vberē & lâcte pauerat, intelligas, quam virgines Virginis illius vestigijs & calcaneis inhærentes, vniue Christo & castitati nubentes, reliquorum virorum omnium ignaras? Quid verò per semen serpentis mulieris semini inimicum, quam viros sacratarum Deo virginum pudori infidantes? quos non immerito semen Chanaan & diaboli dixeris: in quorum cordibus inimicus homo-impuritatis seminat zizania, in virgines spargenda; acceditque inueterandas in mentibus illorum flammæ, quibus castitatis, si possit, amicum & spontaneum gelu dissoluat, accendatq; deteriore flammatâ, virginum pectora meliore cælesti igne ardentia. Sed ut virginum prima serpentis caput contrivit; sic videmus omni sæculo per magnæ Virginis cultrices & imitatrices, impuri serpentis, seminumq; illius capita contrita, cùm antè per milles tormentorū genera, carnificum lassantes manus, lætæ gaudentesque tamquam per rosas decurrerent, quam quidquam de castitate sua concederent, aut defructari paterentur. quæ res illis maius cælis terrisque nomen dedit, quam omnium. Ducum, Regum, Imperatorum. Beatæ animæ, quæ vni Deo desponsatae angelis in terra sociantur. imò quadam maiori illis prærogatiâ donatae, ut quæ in carne & terris didicerunt, quod angeli non nisi in spiritu & cælo. Felices omnino, quæcum magno Isidoro ex vero dicere omnibus possunt: *Aman-
da pulchritudo castitatis, cuius degustata delectatio dulcior inuenitur.*

Lib. 2. de

Sum. bono

cap. 4. @.

Lib. 3.

metro 7.

Prosa 7.

lib. 3.

quæcarnis. De hac illud Boëtij est: *Habet omnis hoc voluptas,* *Apiumq; par volantum, Stimulis agit furentes: Vbi grata mella fudet,* *Fugit, & nimis tenaci Ferit ista corda mortu. & illud eiusdem: Vo-
luptatum appetentia, plena auxieratis, satietas paenitentia. addit-
Tristes vero esse voluptatum exitus, quisquis reminisci libidinum sua-
rum volet, incelliget. Sanè Seneca voluptates omnes extirpan-
das*

das Lucilio suadet, *Quæ latrones more in hoc nos impletantur, ut strangulens.* Vt beatas meritò dicas virgines, quæ ne à voluptate strangulentur, illam priores strangulant; omnemque vim illius, ignemque fumumque diuino amore plenæ, perimunt & suffocant. & mille modis plus voluptatum è voluptatum hauriunt contemptu, quām quorundam toto corpore voluptatibus tamquam fluminibus innatant. Iam, cùm mille ferè morbis, quorum meminit Seneca, implexi sint qui nullum voluptati modum ponunt; in æterna quadam bonæ valetudinis temperie viuant qui omnem corporis voluptatem, damnant. sed & in perenni quodam virore; Deo inspectore, vernant aut umbrantque, qui omni libidini renuntiarūt. contingitque his, quod oleæ, lauro, palmæ, myrto, cupresso, hederae, vt in æternæ odoratissimo flore Deo quasi hortescant ac pampinescant: & vt rosa, violâ, lilio apes; sic castis Deus animabus delegetur, è quibus repudienda cælo mella exsuffigit. nam vt prænuntia veris viola, autumni vitis est: sic castitas cæli est, cui fidenter & de præmio secura præludit. Quis verò inferni scorpium, perpetuò hominis calcaneo insidiam tem magis elidit, cruce Christi: quæ vna caput illius contexit, caudæq; illius venona eneuat, omnēq; nocendi vim reprimit.

Rosa, quæ sparsa publicæ latitiæ signum est; capitis dolores leuat, oris vicera refrigerat, ardorem minuit: per omnia medica. Nulla res magis medica, Christi cruce & sanguine: nulla magis capitum leuat dolores, è noxijs peccatorū vaporibus excitatos: nullaq; magis nocituros animorum calores mitigat ac tollit. sed neque res vlla maius omni hominum generi latitiæ signum est; quām crux Christi: quā vnā æternā donamur latitiā, & reddimur patriæ, quā a peccatis excludebamur. statuimusq; exilio ante damnati, fortunati cælorum ciues: vnde illud Apostoli: *Non estis hospites sed aduenæ, Ephes. 2.*
sed filii sanctorum, & domi filii Dei. Eramus omnino ante crucem hospites, etramus aduenæ facti per illam ciues, & adeo heredes & coheredes Christi.

Rosa vires
Christus
in te exprimit.

Ipse asteticum, ocimo simile. ignibus sacris medetur, strumas discutit, contra lapsus & præcipitia valet. Non sola nos crux Christi & sanguis contra lapsus tuerit & præcipitia non solâ illâ stamus? cecideramus antea: sola nos crux erexit: sola, ne labamur, tuotur: & in medio præcipito manum admouet. Et

Tren. 3. Ioan. 11. sanè dicere ante hanc poteramus: *Lapsus est in lacum vitæ meæ, & posuerunt lapidem super me. quis tollet illum, nisi ille qui olim dixit: Tollite lapidem. & addat: Lazare, veni foras, è fætido sepulcrali lacu?*

In cruce Christi sita Christiani hominis fortitudo. *Myrtus fortitudinis symbolum & felicitatis fastidia tollit: atque hinc olim viri fortes coronabantur myrto, aut myrtis decorabantur ramis. Et unde robur Christiano homini, nisi à cruce? & non in hac vincimus, & in hac sola? atque hinc illud gaudium Pauli: Mibi autem abit gloriari nisi, in cruce Domini nostri Iesu Christi: per quem mihi mundus crucifixus est, & ego mundo. In sola gloriatur cruce Apostolus; ut à qua omnis illigloria, & vires, omnisque potestas resistendi diabolo & agminibus eius. Ita solâ cruce armatus Christianus, reliqua nudus, toti inferno terrori est. à qua etiam vna felices dici possumus, infelices ante illam: cum per hanc vnam Beatis adnumere- mur; sociemur angelis, disiungamur dæmonibus; & à durissima diaboli seruitute, in filiorum Dei libertatem vendicemur.*

Extin- guit foedatu- rum libidi- num flam- mas. *Anemone purgandis ulceribus valent: oculorum pellunt nubes, infiammationes sedant. Quid magis foedarum libidinum flamas extinguit Christi cruce? ante hanc, sola inter virtutes continentia ignorata, post illam omnium virtutum notissima. incepéruntque homines angelicum quoddam fastigium induere, & aequales angelis fieri, nec nubere, nec nubi, nec virum agnoscere nec feminam. Iam, quid magis ulcerata depurat, Christi sanguine? Olim Naaman lepræ suæ ulcerarauit & delevit Jordani, nos peccatorum nostrorum ulceram exiore delomus flamine, Christi nostri sanguine. Olim cum dites immisericordi oculo ulceribus plenum Lazarum trans-*

Luc. 20. Luk. 16. *iret, homine meliores canes veniebant, cor ligebant ulceram eius. non*

non opus h̄ic canibus. Christus sanguine suo vlcera nostra detergit. Olim Samaritanus, cūm sacerdos & Levita transiſſent faicum, *misericordiā motus alligauit vulnera eius, infundens* ^{Luc. 10.} oleum & vinum. at melior Samaritanus noster, pro oleo latetis sui aquam, pro vino sanguinem ylceribus nostris infudit. nec stabulario nos tradidit medicandos, sed morte nos suā curauit. Olim *egressus Satan percussit Iob vlcere pessimo, à plan-* ^{Iob 2.} *ta pedis usque ad verticem eius.* at antē idem Satan paradisum in serpente ingressus, primos parentes nostros diuinitatis sp̄c deceptos longè deteriore percusserat vlcere, quod non staret in illis, sed in omnem transiret posteritatem. nec spes villa medendi, nisi à cruce & sanguine factum à Domino. Iam, quid celerius oculorum nubes dispellit, Christi sanguine? Olim interminatur Moyses Israeli: *Percutiat te Dominus cæcita-* ^{Dent. 28.} *te, & palpes in meridie sicut palpare solet cæcus in tenebris, & non dirigas vias tuas.* Melior Christus. veterem omnem, quā tenebamur, oculorum nubem cruce suā dispulit, & per crucis suā tenebras, nostras discussit.

Vitis. harum lacrymæ oculorum claritati conferunt. Cæ- Christus
cutiebamus ante crucem cæci. atque hinc illa prophetica ^{per crucem} sponsio: *Deus ipse veniet, & saluabit nos.* tune aperientur oculi ^{cacos illu-} minavit. *cæcorum.* Factum per crucem. *Populus enim, qui ambulabat in te-* ^{Isaia 35.} *nbris, vidit lucem magnam.* Christum: non alium. Et audi: ^{Isaia 9.} *Dominus illuminabit cacos.* Factum per passionem. Et *psal. 145.* quis magis Christo oculis medicatur? cūm ante crucem habe- *Ephes. 4.* remus tenebris obscuratum intellectū, alienati à vita Dei per ignoran-
tiam, qua propter lacitatem cordis nostri erat in nobis. ô nimis! nec spes erat super tenebras has pellendi, nisi per crucem. Sa- nè hitundo exoculatōs pullos suos oculare suā nouit chelido- niā. nos cruce, meliore certioreq; cheloniā nostrā oculorum mentis nostræ noctem, densasq; tenebras dispellere discamus..

Quercus opulentię symbolū: quā nullū incorruptius in glan- Christi
diferis lignum. *Quis opulentior Christo, cui cælum sedes, terra* ^{opulentia.} *autem scabellum pedum eius;* & per quem *Reges regnant,* & à quo *Pro. 8.*

omnis potentia, siue quæ in cælis triumphat, siue quæ in ter-
ris militat? Quid verò incorruptius illo, per quem corruptibile

- 1. Cor. 15.* *boc induet incorruptionem, & mortale hoc immortalitatem?* & qui
ab omni æternitate in omnem æternitatem coæternus Patri
2. Tim. 4. *indicaturus est viuos & mortuos?* imò per quem Sancti de hoc
1. Cor. 6. *mundo indicabant?*

Ficus sitim sedant: vires augent. quo etiam cibo athletæ
Cibus Eu-
charisticus olim pasti. Et non athletæ Christiani à pastu corporis & san-
guinis Christi tamquam leones recedunt: & quo cibo certius
quæm vali-
dè aueriat. roboramur? in quo vincimus, nisi in illo pane & potu? Iam,

- Cap. 4.* apud Isaiam spondeat Deus: *Egeni & pauperes querunt aquas, &*
non sunt. aperiam in supinis collibus flumina, & in medio camporum
fontes. ponam desertū in stagna aquarum, & terram inuiam in riuos
aquarum. Pater cælestis exaudiuit sitientes pauperes, & cum

- Psal. 4.* Dauide clamantes: *Sitinit anima mea ad Deum fontem viuum;* &
quærentes per tot retrò sæcula aquam Mesliae. quorum lin-
gua, spe & precibus, vel tenebricosâ limbi exspectatione ex-
aruerat. aperuitq; in Caluariæ collibus, in crucis medio, pur-
purea Filij sui flumina: & in medijs Hierosolymæ campis, in
prætorio Pilati, purpuratos fontes, crudelioribus quæm Moy-
sis virgâ excussos. posuitque desertos Caluariæ montes, solo-
rum mortuorum receptacula, in stagna purpureatum aqua-
rum: & terram inuiam Caluariæ colles solis cadaueribus per-
uios, in aquarum & sanguinum riuos, quibus omnium sitim
restinxit. Hinc illa promissoria Christi apud Ioannem:

- Ioan. 6.* *Qui credit in me, non sitiet umquam.* Postquam enim dederunt in escam
Psal. 68. *eius fel, & in siti ipsius potaverunt eum acetum,* desierunt sitire
quotquot in eum crediderunt; tamquam si felle illius & ace-
to, omnium Christianorum sitis restincta fuisset.

Sisymbrium valet contra aculeata animalia, ut crabrones; ejus-
citque manducatum mortuum conceptum. Quæ animalia
magis aculeata inferorum crabronibus, qui ante crucem uni-
uerlam terram occupauerant: nunc vero per illam dispersi
iacent,

Sisymbrij
potentia
confertur
Euchari-
stia poten-
tia.

iacent, & non calcantur à pueris, solā non raro cruce Christi munitis. Iam, quid potentius corpore Christi & sanguine, quæ manducata & hausta, non ejciunt, sed, quod maius est, mortuam animam vitæ reddunt, expelluntque peccata mortem animæ inferentia? & quæ, carne, mundo, diabolo suadente hauserat anima, perimunt & ejciunt, & sibi illam restituunt.

Videamus quid dicat Apostolus. *Sanguis Christi emundabit con-* Heb. 9.

scientiam nostram ab operibus mortuis: à peccatis nimirum, quæ mortem adferunt, eodē Apostolo teste: Stipendia peccatum. Rom. 6.
cum contrà vita nostra Christus. & Iohanne testante: Qui cre- Coloss. 3.
dit in Filium, habet vitam. qui hunc habet, ignorat peccatum, Cap. 3.
de quo monitum: Quasi à facie colubri fuge peccatum. dentes leo- Eccli. 21.
nus, dentes eius, interficienes animas hominum.

Hebdochrysis duritas emollit. Quid magis dura, saxe, chaly- Emollit
bea peccatorum corda emollit Christi cruce & sanguine? di- duros crucis
scimus in Saulo, Publicano, Zachæo, Matthæo, Magdalena, a- & sanguis
lijs. Et apud Prophetam Dominus testatur: Auferam cor lapi- Christi.
deum de carne vestra, & dabo vobis cor carneum. Et quidem de Exod. 36.
illo populo, de quo Propheta: Omnis domus Israel incircumcis ierem. 9.
Sunt corde. & Martyrum primus: Durâ cervice, & incircumcis cor- Act. 7.
dibus & auribus, vos semper Spiritui sancto resistatis, sicut patres ve-
stri, ita & vos.

Olea, supplicum, pacemque depositum, ipsiusque adeò Pacem at-
pacis symbolū. vulneribus medetur. Quod pacis symbolum culic mu-
certius Christi cruce, per quam pax inter hominem & Deum do crucis
firmata, hostilitate pulsā? Apostolo teste: Ipse enim est pax no- Christi:
stra, qui fecit viraque unum. & non ipse venit evangelizare pacem Ephef. 2.
is qui longè, Gentibus nimirum; & pacem iis qui propè, Iu-
dæis, qui tunc propiores Christo? & non Verbum misit Deus filius Israhel, annuncians pacem per Iesum? non verum illud Apo- Act. 10.
stoli: Pacificans per sanguinem crucis, siue quæ in terris, siue quæ in celis sunt?

Spica fertilitatis symbolum. nec degustabant olim Roma- item ferti-
*ni nouas fruges, nec vinanoua, antequam sacerdotes primi-*litatem.**
tias

tias libassent. Quid fœcundius Dei Filio, à quo omnis fœcunditas, & cuius omnes per crucem filij sumus? hinc illud apud

- Isaie. 66.* Prophetam: *Numquid ego qui alios parere facio, ipse non pariam? dicit Dominus. si ego qui generationem ceteris trabo, florilis ero? Non potest sterilis esse qui nos omnes cælo peperit, qui vberibus in cruce pauit. & quæ matrum vbera componi vulneribus Christi possunt? cuius parentis matris dolores, cum parentis nos omnes Christi in cruce sua conferri possunt?* Iam, à qua
re faustitas nobis maior, quam à cruce? ab hac vna salus, & faustitas æternum nostra: sine hac damnatio æternum nostra.

*Passio
Christi vi-
tiorum ar-
dorem
temperat.*

Psal. 126.

*Vulneribus
nostris
medetur.*

Luc. 12.

*Torpo-
rem
excitat.*

Rom. 13.

Rapauer lepræ medetur, somnum conciliat, refrigerat. Nil passione Christi magis vitiorum nostrorum ardorem tempe-
rat, & tamquam infusa aquâ extinguit. Iam, quæ grauior no-
centiorū lepra peccatis? solus hanc Christi sanguis detergit,
hominemque Deo & nitori suo restituit, maculis omnibus
depulsis. De fortunato somno est illud Dauidis: *Cum dederit di-
lectis suis somnum; ecce hereditas Domini.* Sequitur piorum som-
num hereditas Domini. nec fruerentur hac, nisi fortunatus
præcessisset somnus: mors nimirum extremus hominum
somnus, qui via est ad beatam æternitatem.

Marcissus vulneribus prodest, & luxatis: frigida calefacit.
Quæ maiora vulnera nostris, quibus suis medicatur Christus?
quæ luxationes grauiores nostris, quibus crux medetur &
sanguis? & non calore suo, amorisque sui fornacibus gelu no-
strum dissoluit Christus? vnde illud: *Ignem veni mittere in ter-
ram: & quid volo nisi ut accendatur? O, si ardeat in cordibus no-
stris, & meliore hac flammâ accendantur toti! & cælestis ille
ignis, mundi, carnis, inferorum pellat ignes!*

Serpyllum phreneticis & lethargicis prodest. Tepidis & pec-
catorum somno obrutis & inseptis, nil utilius memoriâ pas-
sionis Domini. quâ vnâ à profundissimo, quo renentur, sce-
lerum somno excitari solent. Et non monemur ab Apostolo:

*Hora est iam nos de somno surgere? Subiungit causam. Nunc enim
propior est nostra salus, quam cum credidimus.* addit: *Nox præcessit,
dies*

dies autem appropinquauit. abijciamus ergo opera tenebrarum, & induamur arma lucis. Christo nimis passo, hora erat surgendi; cum morte ipse suâ altissimum, quo tenebamur, somnum expelleret. Et non salus omnis nostra à cruce? non nox crucem præcessit, & nimis alta sæculorum nox, iam inde à primi parentis lapsu graui? quare abijcienda opera tenebrarum suadet, opera in nocte inter peccatorum tenebras perpetrata. vt induamur luce, quæ à cruce Christi vniuerso illuxit orbi. Illos etiam, quos sæculi huius vanitas infatuauit, sola passionis memoria, pullâ stultitiâ, reuocare ad saniora potest.

Dictamnum pota sagittas expellit. Non Christi sanguis potus dæmonum sagittas recutit, infixas expellit? & vt cœruss telo transfixus, quo ferrum & irreuocabiles moras eius de vulnera expellat, dictamno virtutis: nos temptationum tela potentia carnis, mundi, dæmonum dexterâ iacula, Christi cruce, dictamno nostro medemur. neque aliud præsentius medicamentum. Atque hinc Apostolus: State succincti lumbos vestros Ephes. 6. in veritate, induit loricam iustitiae. in omnibus sumentes scutum fidei, in quo possitis omnia tela nequissimi ignea extinguere: & galeam salutis assumite, & gladium spiritus.

*Verbena febres abigit, amicitias conciliat; nullique non morbo medetur. Quid certius animorum febres abigit Christo? & cui animorum morbo non medetur Christi sanguis? aut per quem vietur inter Deum & hominem amicitiae firmius colligantur? vt non immerito dicat David: *Nimis honorati sunt Psal. 138. amici tui, Deus; nimis confortatus est principatus eorum.* Quis ex iis qui sæculum amant hoc credit? Audio & Apostolum: *Amici tua huius mundi, inimica est Dei. quicumque ergo voluerit amicus esse sæculi huius, inimicus Dei constituitur.* Grauis sententia in omnem sæculiamicitiam; vt inimicus Dei necessariò statuatur, quisquis sæculi amicus est: & quisquis amicus Deo est, inimicus sæculi sit.*

Lilium, casti cordis symbolum. nulli florum excelsitas maior. candor eximus. nihil fœcundius; vnâ radice sæpè quin-

N n qua-

- Producit & procreat virgines.**
- Num. 21.** quaginta emittente bulbos. radices illius serpentum morsibus resistunt; neruis medentur & renibus. Nullum certius casti cordis symbolum Christo nostro: nil potentius contra serpentum morsus sanguine Christi. Olim æneus serpētus aspicienti saucio Israeli proderat. hunc enim *cūm percussi aspergent, sanabantur.* Signum ille fuit Christi. qui, quod in arbore paradisiacus serpens deliquerat, repararet; morsumque venenarium, quem ab arbore & pomo homini impresserat, vertet in ligno in salutem. Iam, quid fertilius Christo? qui ex uno crucis stipite, non quinquaginta bulbos, sed innumera florū millia producit inferenda cælo. Alludit ad hoc Hieronymus: *Suscipti viduas, quas inter Virginum lilia, & Martyrum rofas, quasi quasdam violas misceas: pro corona spinea, in qua Christus mundi dilecta portavit, talia ferta compone.* Taceo reliquos cæli ciues, quos omnes ex una crucis radice proditissime dubitare nemo potest. Nerui & renes, quibus lilyum medetur, roboris indicium sunt. hinc apud Iob de Behemot: *Fortitudo eius in lumbis eius.* Et non renes accinguntur gladijs? Ita de ædificantibus Hierosolymam: *Edificantum unusquisque gladio. erat accinctus renes.* Sed & luctator angelus tetigit neruum femoris Iacob, & emarcuit quasi robur illius minueret, ne vltra luctari homo cum Deo auderet. De vniuerso verò fratre Isaias: *Scini quia durus es tu, & neruus ferreus seruix tua, & frons tua enea.* Neruus ferreus roboris magnitudinem indicat. è cruce verò robur nobis omne. sine qua imbellies iacebamus, inglorij, victi; in illa generosior exsurgimus animo, quam cecideramus, victoresque palmas à tenebrarum principibus referimus.
- In cruce Christus victoriam illustrem retulit.**
Osee 13.
- Rom. 14.**
- I. Cor. 15.** *Stus mortuus est, ut Crux suum dominetur & mortuorum &c. Cbris*

*H*ec resurrexit à mortuis primitia dormientium : quoniam quidem per hominem mors, & per hominem resurrectio mortuorum.

*C*upressus, magnanimitatis & luctus symbolum. Quod animi maioris signum cruce Domini ? quis ullo saeculo dolores Christi in doloribus patientia & robur. eā tulit constantiā, patientiā, animi praesentiā, robore ? per quam etiam consecutus est, ut in nomine ipsius omne genitile Philip. 2. & aeternum, caelestium, terrestrium, & infernorum. Et non per carnem & Christi sanguinem aeternamus ? &c, Sicut in Adam omnes moriuntur, ita & in Christo omnes vivificabuntur ? Christi nimis virtute & meritis. De luctu vero illud Sapientis est : Melius est Eccles. 7. ire ad domum luctus, quam ad domum conuiuij. rationem addit: In illa enim finis cunctorum admonetur hominum, & viuens cogitat quid futurum sit. Confirmat Dominus apud Matthaeum : Beati, qui cap. 5. lugent: quoniam ipsi consolabuntur.

*P*ampinus, cuius corona maturitatis signum, quæ est fini proxima. Quid maturius, & felici proximus fini Christi nostri coenam, quæ passioni preambula heredes nos scripsit corporis & sanguinis illius. Et ideo non testamenti mediator est; ut, Heb. 9. morte intercedente, recompensationem accipiant, qui vocati sunt, aeterna hereditatis. Signum etiam fuit proximum finiendæ servitutis, consequendæ vero libertatis. Quod factum Christi morte est, quam vnam nos exemit a servitute omnium miserrima, omnium infortunatissima; vendicarnurque in libertatem omnium felicissimam, omnium beatissimam.

*L*aurus victoriae & triumphi symbolum. Quis triumphus Christi maior? cecinit de hoc Propheta : Ipse de Regibus triumphabit, & tyranni ridiculi eius erunt: ipso super omnem munitionem ridebit, & comportabit aggerem, & capiet eam. & Apostolus: De Colos. 2. lens quod aduersus nos erat chirographum decreti, quod erat contrarium nobis, & ipsum tulit de medio, affigens illud cruci: & expolians principatus & potestates, traduxit confidenter, palam triumphans illos in se ipso. Non alibi quam in cruce, per quam omnes consequimur victoriam. audi Paulum: Deo gratias, quid dedit nobis victoriam per Dominum nostrum Iesum Christum. 1. Cor. 15.

*Cordis
morbis
medetur.*

Matr. 7.

Matt. 15.

*Lætitiam
spiritus
propinat
Christi
vulnera.*

Psalm. 72.

Psal. 21.

Cant. 5.

Lxx. 24.

1. Petr. 4.

Act. 5.

*Immorta-
litatem
præber Eu-
charistia.*

Ioan. 6.

*Veteres
Deos suos
corona-
runt.*

Rosmarinus. semen illius pectoris vitijs medetur, oculorum aciem exacuit. A pectore & corde, quidquid in homine malum, proficiscitur. Te stis mihi Dominus: De corde hominum mala cogitationes procedunt, adulteria, fornicationes, homicidia, furtæ, auaritiae, nequitie, dolus, impudicitiae, oculus malus, blasphemia, superbia. omnia hac mala ab intus procedunt. &, haec sunt, que coquinante hominem. His omnibus vna Christi medetur passio: quæ vna pectus & cor humanum à noxijs liberat.

Hyacinthus hilaritudinis symbolū. Quæ lætitia maior illâ, quam Christiana anima è Christi vulneribus bibit? hinc illa. Quid mihi est in celo? & à te quid revoluī super terram? defecit caro mea, & cor meum: Deus cordis mei, & pars mea Deus in eternum. &, Factum est cor meum tamquam cera liquefæcens in medio ventris mei. &, illud: Anima mea liquefacta est, ut locutus est. accidit idem discipulis: Nónne cor nostrum ardens erat in nobis, dum loqueretur in via? Sciunt hæc propriùs, quos colloquio suo dignatur cum sponsa sua Christus. & non monet Apostolus: Communicantes Christi passionibus gaudete, ut & in revelatione gloria eius gaudieatis exultantes? atque hinc ibant Apostoli gaudentes à conspectu concibij, quoniam digni habiti sunt pro nomine Iesu contumeliam pati. Flagellis pro Christo cædi, materia gaudij fuit.

Ambrosia immortalitatis symbolum. coronabantur hæc Cappadociæ: quam alij dicunt artemisiam. Quod certius immortalitatis symbolum Christi corpore & sanguine? Audiamus ipsum. Ego sum panis vita. &, Qui manducat meam carnem, & bibit meum sanguinem, habet vitam eternam. &, In me manet, & ego in illo. Quæ potest tessera maior esse victus æternitatis, quam manere in Deo, Deum in homine? & manere eternum? & quis lassetur Deo succollante? quem deſtituent vires, Deo roborante? quis fatigabitur innixus Deo suo?

Non in his omnibus floribus frondibusque coronas mille dignioribus modis promeritus Christus est, quam Saturnus crudelis, cui mensa & cibus filij? Jupiter bis incœtuosus, omnium libidinum auctor, incentor? Mars furibundus Vulca- niâ

niâ catenâ vincetus? Apollo masculus & citharœdus? Iouis femore natus Bacchus, Bromius, Liber, Osiris dictus, perpetuo vino natans? Hercules furibundus, flammam ex se materia? Pan cornutus, hispidus, caprinis pedibus? inconstans Vertumnus & multiformis? focarij Lares? Juno pellicum maniti æmula & patiens, & inuidiâ tabescens? spurcarum libidinum mater Venus, ex impudenti spuma nata? Diana venatrix? Iouis cerebro Minerua nata? semper minitabunda Pallas? Ariadna Dianæ confixa telis? Ceres frumentaria? Platoniam Proserpina? triceps Hecate? Charites ex adulterio Veneris & Liberi prognatæ? omniuaga Lucina? taceo alatum Mercurium, Vulcanum claudum, Neptunum tridentem, reliquosq; Deos Deasque, solis sceleribus, & impurissimâ foedarum libidinum colluie magnos. Et tamen hi omnes variè à veteribus coronati ac redimiti floribus, frondibus. & solus Christus noster à populo suo spinâ coronatur. qui etiam sponsæ suæ, animæ amanti coronam promittit in Canticis: *Veni de Libano, sponsa mea, veni de Libano, veni: coronaberis de capite Amana, de vertice Sanir & Hermon, de cubilbus leonum, de montibus pardorum.* De tribus nobilissimis Libani collibus; deuictis superbis crudelibusq; inferorum leonibus, potentibusq; sæculi huius tyrannis, subdolisq; ac improbis mundi huius pardis. Nil mirum de persecutione coronari sponsam, cum sponsus non nisi de flagris, spinis, cruce, clavis coronatus fuerit. In quo nos omnes meritò solatur, quod persecutionibus commensurantur coronæ. Imò secundum Apostolum, *non sunt condignæ passiones huius temporis ad futuram gloriam, qua reuelabuntur in nobis.* causam alibi tradit: *Id enim, quod in presenti est momentaneum & leue tribulationis nostræ, supra modum in sublimitate eternum gloriae pondus operatur in nobis, non contemplatis nobis que videntur, sed que non videntur. que enim videntur, temporalia sunt; que autem non videntur, eterna sunt.* Et quæ institui comparatio inter momentanea & perennatura, interq; peritura & æternatura potest? quæ inter terram & cælum, hominē & Deum? Atque hinc illa

Nº 3

Mar-

Passiones
& tribula-
tiones me-
tentur co-
ronam.

Martyrum inter ignes, forcipes, sartagines, craticulas tripludia, dum æterna cogitant, peritura vident: & per fugitiua tormenta ad perpetuanda, & non nisi cum Deo finienda gaudia viam sibi sterni certò sciunt. Non omnes tamen aduersa ducunt ad cælum, nam & improbi non pauci, dum viuunt, illis iactantur. Hinc illa apud Isaiam interminatio: *Coronans coronabit te tribulatione: quasi pilam mittet te in terram latam et spatio jam: ibi morieris, et ibi erit currus glorie tua.* Factum Israeli, cùm instar pilæ de regno ad regnum excussus, misericordiam traxit seruitutem, omnium mancipium & ludibrium, ignauâ occumbens morte, solo exilio & vinculis, & omnium contemptu nobilis. Illa ad cælum aduersa ducunt, quæ militant Deo, quæ gloriae illius; quæ virtutum pedibus conteruntur; quæ fidei, pietati, probitati impenduntur. Sciebant hoc, non cœniant nobis, sed serâ & non-profuturâ poenitentiâ, qui cùm

Sep. 2.

Filiorum
seculi lu-
gubris ca-
tastrophe.

Sep. 5.

Probi &
improbi
diuersimo-
dè aduersis-
exagitan-
tur.

antè inclamassent: *Coronemus nos rosis, antequam marcescant: nul- lum pratum sit, quod non pertranscat luxuria nostra: nemo nostrum exsors sit luxuria nostra: ubique relinquamus signa leticie, claudūt orationem miserâ coronide: Erramus à via veritatis. lassos sumus in via iniquitatis et perditionis, et ambulanimus vias difficiles. transierunt omnia illa tamquam umbra, nuntius, nauis, avis, sagitta emissâ. addit: Talia dixerunt in inferno hi, qui peccaverunt. subiungit: Quoniam spes impij tamquam lanugo est, que à vento tollitur; et tamquam spuma gracilis, que à procella dispergitur; et tamquam fumus, qui à vento diffusus est. Infortunata impiorum conditio, quorum omnis inter vitia & scelerâ vita componitur umbræ, prætervolanti naui, auibus, sagiteis, lanugini, spuma, fumo. Sed & fatentur vias suas fuisse difficiles: cùm Sanctorum fuerint faciles, etiam inter aduersa. cùm iugum Domini suave sit, & onus eius leue, & gaudio etiam plenum. plusque semper gaudiorum, in Sanctorum mentibus, quam mœrorum & dolorum, aduersa trahant. Et punit quidem non raro Dominus probos hîc iuxta ac improbos. sed illos, ut patet filios, filias mater, in emendationem & salutem: hos, ut dominus ser-*

feruos, reos iudex, in exemplum & poenam. in prioribus amor impellit in poenam: in secundis vindicta. in illis semper misericordia & clementia mixta iustitiae sunt: in his sola iustitia campum obtinet. in illis præmia sequuntur poenas, cum morum in melius emendatio has sequatur: in his solâ correptione poenâ clauditur. Quod si qua emendatio nascatur in servis, in reis; expressit illam timor: nec ultra timorem emendatio est. tolle poenæ metum, redibunt ad ingenium, & deterioribus priora finient. filiorum emendatio, licet aliquando timori permista sit, definit in amorem: cum enim parentum in se sentiunt amorem, ac non nisi correptionem ab amore natam & natam in salutem, in præmiationem; timorem vertunt in amorem, & amare incipiunt, non verbera, sed amorem, à quo verbera. & cum offendere nolint, à quibus tam tenerè amari se vident, non poenarum metu, sed amorem amore compensatur, obsequuntur in omnibus parentibus: à quibus quia amari se sentiunt, etiam puniri se vident in salutem, & in hanc tantum. Quare cum Sapiente exclamant: *Quād bonas & sua- Cap. 12.*
uis est, Domine, sp̄itus tuus in omnibus! ideoq; eos, qui exētrant, par-
tibus corripis, & dō quibus peccant admones; ut reliquā malitiā cre-
dant in te.

Sequitur. *Et exuentes eum, veste purpureâ circumdederunt eum,* II.
& posuerunt arundinem in dextera eius. & genuflexo ante eum, illu-
deabant & dicentes: Ave Rex Iudeorum. & exspuentes in eum, accepe-
runt arundinem, & percutiebant caput eius. Iteratur hīc nudatio.
& cum hac in castissimo corpore, pudor. spoliatur suis; indu-
itur alienis. vestitur purpurâ in lusum & risum, additur arun-
do pro sceptro. & satui. Quād nūtis inter risus vera denun-
tiānt? fatēti coguntur, quod negant. cum enim non agno-
scant Regem, purpurâ & sceptro designant Regem. & quod
verbo negant, factis fatentur: verbaque factis damnant, veri
iudices facti erroris sui. Regem hunc iam anteprædictat Christus
Zacharias: Exulta filii Sion, iubila filii Ierusalem! fūndit causam:
Eccet Rex tuus veniet tibi iustus, & salvator ipse pamp̄t, & ascens̄s Cap. 9.
Rex fuit, &
qualis.

super

super asinam, & super pullum filium asinæ. Quæ causa exultationis & iubili in rege paupere? in asina equo? magna. quis illum adire posset, si veniret stipatus millibus legionum cælestium? quis intueretur & vlayeret? nec Moyses quidem. Ut omnibus pateret, pauper venit. magis tamen aliquid præfert regium in spina, quam in asina; in corona, quam in pullo asinæ. & nescio an de corona hac dici non possit illud parabolicum Ioa-

- Iudic. 9. athæ: Dixerunt omnia ligna ad rhamnum: Veni, & impera super nos. quæ respondit eis: Si verè me Regem vobis constituitis, venite, & sub umbra mea requiescite. si autem non vultis, egrediatur ignis de rhamno, & devoret cedros Libani. Non verè regnauit rhamnus,*

Rhamni regnum mysticæ Christus in se expressus. de cuius spinis, è non ultimorum sententia, implexa Christi capiti corona est? non sub umbra illius requieuisse dicam omnia ligna, cum magni Dei vertici impositus, supra omnia ligna, & quidquid terris magnum, extulerit caput? Quid? quod sub umbra illius requieuerit Dei Filius. Noluit autem Israel requiescere sub hac umbra, cum coronatum rhamno agnosceret noluit Regem. quare & ignis de rhamno hoc, verius de Rege coronato rhamno, egressus devorauit cedros Libani, quidquid nimirum magnum fuit in Israele. Discimus hoc sub Vespasiano & Tito. Ut meritò inter omnia ligna regnum sibi rhamnus depositat, cum ex hac vna arbore diadema circumtulerit Rex noster: cuius umbram cum refugisset

- Cant. 2. Iudæa, amavit sponsa. cuius illa: Sub umbra illius, quem desideraueram, sed: & fructus eius dulcis gutturi meo. Qui sunt hi fructus, nisi fructus rhamni, sanguis nimirum capitum Christi, à spinis rhamni excussus? Melior hæc umbra rhamni, umbra hederæ Ionæ, quæ vñâ nocte creuerat, vñâ exaruerat: cum umbra coronati capitum Christi in umbret æternum, omnemque noctum calorem in omne ævum arceat. Neque hic omit-*

Cap. 24. tendus locus Osse: Conuertentur sedentes in umbra eius: viuent tritico, & germinabunt quasi vinea. Sub umbra nimirum Christi rhamno coronati. viuent tritico. pane nimirum vita, qui de cælo descendebat, à quo omnibus vita. germinabunt quasi vinea,

vinea, à potu vini sanguinis Christi. quo potantur quotquot
 sub Christo Rege militat. Hunc Regem recens natum terris,
 Orientis Magi, ab Herode & Principibus sacerdotum, quære-
 bant dicentes: *Vbi est, qui natus est Rex Iudeorum?* quem etiam Matt. 2.
procidentes adorauerunt, muneribusque auro, thure, myrrâ, in
testatione Regis & regni honorarunt. Atque hinc fôrs illud
 Dauidis: *Dicite in Gentibus, quia Dominus regnauit.* nimirum à *Psal. 95.*
 ligno, à spinis, arundine, cruce. vt merito exultent omnia sil- *Christus*
 uarum ligna, cùm à triplici, & in triplici ligno regnauerit Do- *Dom. re-*
 minus. Agnouerat hunc Regem Isaias: *Fatuus est principatus* *gnauit à*
super humerum eius. & vocabitur nomen eius Admirabilis, Consilia- Cap. 9.
rius, Deus, fortis, Pater futuri seculi, Princeps pacis: multiplicabitur
eius imperium, & pacis non erit finis. super solium Dauid sedebit. usque
in sempiternum. Verè nomen Admirabile, quod Deum designet *Varia eius*
 & hominem, in vnum coadunatum, vt nec nudus homo, nec *elogia &*
 nudus sit Deus, sed Deus-homo, homo-Deus. *Consiliarius.* qua- *epitheta.*
 lem nullum terra tulit. nam quid effugere in consilio dando
 posset Deum? *Fortis.* cui nulla vis saeculi, nulla tenebrarum
 resistere possit. *Princeps non huius tantum, sed & futuri saeculi.*
 vt æternitatem imperij discas. *Princeps pacis.* pax enim inter
 Deum & hominem, mediatore Christo, constituta, finis fuit,
 quem propositum fibi habuit Christus, qui mundo supera-
 to, dæmone subacto, morte vietâ, Patre placato, certissimam
 nobis pacem securissimamque triumphator condidit, imò &
 regnum parauit, & regni nos sui heredes & coheredes sta-
 tuit. Fruamur æternum, & regno huic consequendo omne
 studium impendamus. leuis est labor omnis, qui æternitate
 coronatur. Et quid regna huius saeculi ad illud: meminit hu-
 ius Isaias: *Omnis caro fenum, & omnis gloria eius quasi flos agri.* Cap. 40.
 ecce gentes quasi stilla situla. quasi non sint, sic sunt coram eo, & quasi
 nihilum & inane. Et tamē cùm Regum omnium primus & ma-
 ximus Christus esset, serui nomen & personam induit, exuit *Christus*
 Regis. vt quod non erat, haberetur seruus; & quod erat, non *Rex sum-*
 haberetur *Rex.* passus est sibi illudi vt Regi, vt simul fastui no- *mus fuit, &*
simul ser-
uus.

stro mederetur. rideret enim Rex, quasi non esset quod erat, voluit: nos quod non sumus, videri volumus. contemni ille voluit, & de regio nomine ludi, cum cælique terræque Rex esset & Dominus: nos de inanibus laudem capramus, nec ferimus contemni, non negligi, utrumque licet promeriti. iam tam non raro opes, honores, nobilitatem, eruditionem, prudentiam, virtutes, quibus destituimur: & nisi laudemur ab ijs, quibus caremus, exsurgimus in iras. Nec defunt etiam nunc politici sæculi huius, qui Christum purpurâ vestiunt. colunt nimis verbis, & nihil externæ venerationis omittunt: cum alienissimi à vero animorum cultu sint, remotissimi ab omni interiore obsequio: ut qui mandatorum diuinorum inuercundi & impavidí stent caleatores & transgressores, cælestiū que consiliorum contemptores. atque hi interim cum verbis & ore Christum loquantur, factis negant: cumque illius imitatores dici & haberi velint, alia omnia quam ipsum imitantur. Regem etiam, & Regum omnium Regem ac Dominum Christum fatentur: regia tamen ipsius imperia non exequuntur. quin adeò hostium Christi imperia fortiter obeunt. A quo ergo sperent præmia, nisi ab illo, cuius signa iurati milites sequuntur, cuius mandatis obsequuntur, cuius consiliis annuunt? infelicia omnibus præmia, æternis ignibus commenfuranda, infelique in omne ævum æternitate in mille tormentis metienda, præmiandat.

III. Considera deinde, quam durum fuerit Christo pati has luctorias genuflexiones, quam durum illudi à Gentilio milite in verbo regio. dissectum vndique flagris, conterebratum spinis, salutari Regem, quis non miretur? barbara & inaudita in id ærat is ratio. sectum vndique verberibus, vulneribus, spinis, & iam morti quam vitæ vicinorem ludi. Commiserationem verbera, vulnera, sanguis prouocare etiam in nocentes solent. atque hinc eorum etiam, quos odio prosequimur, pœnis plerumque condoleamus, & quorum mortem aut uenimus aut amamus, tormenta refugimus. ad natum homini ad

Politicis
cul: huius
illudunt
Christo.

Illuditur
Christus
diuersimo-
dè à milici-
bus: & quā
ei fratio
illusio hæc
grauis.

ad lentes sœuasque inimicorum pœnas mitescere. caduntque non raro in vulneribus odia, moriuntur in tormentis. & ex hostibus homines nascimur: ante illa inimici. in illis ferè mollescimus animis, & induimus hominem, quem odia exuerant. Contrarium accidit in Christo. exacuerunt sœuitiam pœnæ, & cum tormentis crudelitas crevit, omnisque benignitas & humanitas cum sanguine deposita est. & quod nulla barbaries vidit, post immania verbera secuti ioci. & Rex salutatur.

Quam acerbum hoc Christo acciderit, ex se quilibet metiri potest. sanè nemo paullò generosior est, qui non facilius vulnera ferat, quam risum & contemptum, maximè in aduersis, in deiecta fortuna. & non nisi insolentissimi & ignauissimi animi est, insultare misero. Iam, si externa spectes, quod poterat discrimen esse maius, quam in miserrima disiecti vnde que corporis specie Regium nomen? cum aduersa eo lædant premantque grauius, quo secunda fuerunt maiora. vt lapsus ex altiore semper grauior est, facile videmus, quam meritò grauius Christus se ferit, cum se vidit è Rege ad sceleratissimorum mancipiorum conditionem deiectum: nec satiari tam immanis crudelitas clauderetur contemptu & risu. O ubi nos fastus, imò quam grandis omnis arrogantia est, quæ tam immitti post tot vulnerum millia contemptu punitur in Christo quæque post tam crudeles spinas etiam risus & iocos pro merita in innocentia est?

Te cogita hic & Christum. vide quam pacatè & benignè scurriles hosce risus & barbaros iocos ferat; quantâ animi moderatione, mansuetudine quantâ. crederes perpluisse laudes, non conuicia: crederes molliter & amicè habitum. Vide dein mores tuos. quo animo contemptum cōtumeliasque, quamuis non semel promeritas, feras. quid etiam pro conuicijs reponere soleas: quid pro accusationibus & damnationibus etiam veris. consule mentem tuam. videbis post meritos per scelera ignes æternos, in quantas ad asperum aut ludicrum.

IV.

Contumelias
conuicione
& genitiose
ferendæ
exempli
Christi.

verbum vnum insurgas indignationes. & tamen quid volantia & fugitiua verba, ac nec extimam quidem cutem ferientia, ad non morituros ignes, ad intima depascentes flamas æternâ repastinatione? ac si tam grauiæ videantur verba, risus, iocis; quid erunt semper vrentes, numquam perimentes ignes? torquemur carnifice animo ad leuissimum contemptum. ac non raro magna morborum causa contemptus vnuus, etiam mortis: nec vitamus peccata; æternas causas contemptum in ignibus æternis. Componit paucorum hinc contemptum cum miserando æternaturo inferorum contemptu. vide dæmonum millia singulis damnatorum insultantia, innumerorumque propè damnatorum millium iudicia, angelorum etiam ac Beatorum omnium, ipsiusque magni Dei. & cogita, quām acerba hæc omnia futura fint illi, cui vel vitum hinc durius verbum morte ipsâ videbatur grauius. O quando tandem deuitabis peccatum æternorum causam contemptum? disce hinc pati, ne pati cogaris æternū. disce Christi exemplo molibus repereutere dura. disce contemptum contemptu repellere, ipsum nimirum contemptum contemnendo, nec dignum arbitrandō, cui vel verbulo, etiam cùm possis, quidquam reponas. Et sanè si Christus nullius peccati conscius, nullius reus, contemptus conuiciaque benignissimè tulit; tu criminaria propè infinitorum reus, contemptum contumeliasque ferre non poteris, non voles? & quis tu, quis Christus? quæ huius, quæ tua promerita? aut quod ille vltro pro te, tu pro te ipso ferre negabis: innocentissimus ille pro salute tua scelerumque tuorum expiatione tulit: tu pro salute tua, pro quo tantorum scelerum tuorum expiatione non feres? Iam, si illudi videres amico, si Regi, si patri, non indignareris? non, si posses, vindicem extenderes manum? si non posses, compateris? quod si illusionibus illius causam dedisses, non amueres, cùm posses, datam? In Christo vero cùm videoas illudi Regi, patri, Redemptori, animæque adeò tuæ sponso, pateris? nec exsurgis in meritas indignationes? nec aufers illusionum tan-

tantarū causam, peccata tua, cùm possis? Quid sperare, quid-
úe timere hinc debeas, tecum cogita. eo magis, quòd nulla
propè dies sine contemptu Christi tui, Dei tui, transeat, cùm
nulla propè dies mandatorum illius transgressionis vacua sit.
Quid? cùm illum indies voces Dominum, Regem, patrem,
Deum; nec rebus tamen agnoscas, imò res cum verbis pu-
gnent; non illudis? nam si Dominū agnoscas, vbi obsequia?
si Regem, vbi mandatorum executio? si patrem, vbi filialis ve-
neratio, obseruatio, amor? si Deum, vbi cultus illi debitus?
Iam, si Deum agnosceres vbique præsentem, intimaque ani-
mi tui perscrutantem, peccares? si intuentem iudicem, & ex-
tentam illius in vindictam & æternaturos ignes manum, pec-
cares? aut denique in oculis Domini, Regis, patris, punienda
committeres? Si hoc non est mandatis diuinis, adeoque ipsi
Deo illudere; quid sit illudere aut contemnere, non video. Et
post hæc speramus præmia, & cælum nobis promittimus,
cælorum Domino de contemptu omniū maximo iniurij?
speramus mandatorum diuinorum nèglectores, transgressio-
res, mercedem solis obseruatoribus promissam? tamquam si
quis de Regis & patris sui hostilitate & contemptu præmia
inuercundus speraret & deposceret. O nimis fatui! quo usq;
tam stolidis indulgemus? imò, quo usque tam crudelibus in-
hæremus? nec finem aut sæuitiaz ponimus, aut accersendis in-
caput nostrum pœnis? nam cùm nulla propè dies nobis eat
sine peccato, nulla necessum abeat sine præceptorum Dei
contemptu.

Neque interim in barbaro hoc risu Iudæorum stetit cru- V.
delitas. addita spura: in Regem, in Deum. Potuit vel omni Conspui-
tur Chri-
stus à mili-
tibus pro-
brose.
inferorum ingenio excogitari aliquid indignius, fœdus, cru-
delius? potuit à creatura in Creatorem, à seruis in Dominum,
à subditis in Regem fieri aliquid insolentius, ignominiosius?
Quid vilius sputo, solis eackandis pedibus nato? quid verò in-
uercundius, quam conspuit ex his peccati magnitudinem
colligas; ad cuius expiationem debitique exsolutionem, vni-

genitus Dei Filius vilissimorū hominum sputis dedecoratus est. ut nihil sit, quod miremur, pœnam sceleribus post mortē infligi æternam: cùm expiandis illis, foedissimis sputis deuenustatus sit Dei Filius. Respexisse iam antè ad hæc sputa vide-

Cap. 16. *Aperuerunt super me ora sua, & exprobrantes*

Cap. 30. *percusserunt maxillam meam, satiati sunt pœnis meis. Abominantur me, & faciem meam conspuere non verentur. Quod de ipso Iobo dici non potest, cuius faciem non legimus consputatam, nec maxillam alapis percussam. in Christo vero nimis verum fuit.*

Cap. 30. *de quo illud apud Isaiam: Corpus meum dedi percutientibus, & genas meas vellentibus: faciem meam non auerti ab increpantibus & conspuentibus in me. Quam abominabilis locus debuit esse Iudeis Christi facies, in quam sputa fœda & stomachi excrementa putida conijcerent? solemus enim sputa in minus decentia loca conijcere, parcere honestioribus. & tamen illa facies est, in quam desiderant angeli prospicere. at Iudei illam percutiunt, vellunt, conspuunt. Quod si quis, non dico Regem, aut regni Principem, non virum nobilem, aut militiæ Ducem, sed è plebe militem, aut ciuem alapis cedat, vellat genas, vultum conspuat; quid exspectet nisi sanguinem, & pro illata iniuria vindictam ipsa illatâ iniuriâ maiorem, si maior inueniri potest? Et Christus interim noster factus est in derisum omni populo, & tamquam homo non audiens, & non habens in ore suo redargutiones, & tamquam surdus & mutus, non aperiens os suum. cuius illa è Davide ad cælestem Patrem verba:*

Psal. 37. *Propter te sustinui opprobrium: operust confusio faciem meam: extra-*

Psal. 68. *neus factus sum fratribus meis, & peregrinus filijs matris mee. & il-*

Psal. 38. *lud: Opprobriū insipienti dedisti me. obmisi, & non aperui os meum, quoniam tu fecisti. Non merito queri potest se factum in derisum, qui factus est in locum sputationum? & quod maius opprobrium? aut quæ maior operire faciem confusio potuit, quam purulentis operiri sputis? non hoc est, quod dictum olim per Ieremiam: Dabit percutienti se maxillam, saturabunt opprobriū? Nam quæ opprobria maiora, quæ deteriora, quam ad- cedent-*

Tbreu. 3.

cædentiū satietatem alapis cædi, & faciem militaribus integi & insepeliri sputis; fierique iam non in derisum & ludibriū infimæ plebi, sed in putidorum sputorum receptaculum? Excogitari opprobria potuerunt maiora, non dico in Regem, in Dei Filium, sed in mancipiorum infimum? & ad hæc tanta obmutescere, & tamquam agnum eoram tendente se stare? Quid responsuri sumus Domino, in quos nullum verbum cadit irrepercussum, nulla iniuria sine maiore, nulla alapa sine morte? quid responsuri iudicant? non vel solo Iesu nostri exemplo damnabimur, vt accusatores desint & iudex? adducemus in excusationē sæculi mores, vitæ innocentiam, nobilitatem, dignitatem, opes, amicorum turbam, prudenterium sæculi huius placita, aliorum contemptum; animos, si tulerimus, ignuos & viro indignos? Nimirum accusabimus ignauiae & ingenerositatis Christum; damnabimus silentium illius, patientiam, modestiam. aut ille nocens, nos innocentes: nos nobiles, ignobilis ille: nos diuites, egenus ille: nos dignitatibus præfulgentes, è plebe ille: nos prudentes, imprudentis ille. aut denique sapientia huius sæculi, superat illius; mundique huius placita, meliora diuinis sunt. & discere iam incipiet à nobilitate Deus nobilium mores, damnabit suos, sequetur illius? O semper fatui! quam vereor, ne nobilitatis mores placitaque vertantur in numquam morituros ignes, numquam mitigandas poenas; & illa sæculi generositas flammis vratur æternis, ludibriū facta & infelix fabula cælorum & inferorum incolis. Misera generositas, quæ in omne ævum miserrime torquetur; & se frustra damnat, moresque suos: sæculique quæ secuta est, placita nequidquam accusat, indignanturque illius prudentiaz, quam infelicissimus exitus comitantur; voveretque, si profutura irent vota, damnatam à se olim stultitiam & simplicitatem, quam mirabatur inimicos ex Christi consilio diligi, & pro malefactis bona reponi, pro alapa una alteram maxillam præberi, pro contumelia preces, pro ferro amorem. & prudentem nunc stultitiam illam vocat, quam

quam æternaturâ cælorum gloriâ coronatam videt. Sed sera hæc omnis pœnitentia; prudentia sera. vt amur hac dum viuimus, dum locus dolori, dum emendari error potest, & misericordiæ locus est. & imitemur illum, qui in omni iniuria factus est tamquam non audiens, vt surdus, vt mutus, & qui non haberet quod in sui defensionem, aut in hostium accusationem reponeret. Rideant alij profuturam hanc simplicitatem, & ignauiam vocent, destituamurque hoc nomine ab amicis, à nobilitate, etiam à fratribus & parentibus. satis sit placuisse Deo. non potest non placere, qui imitatur illum qui factus est extraneus fratribus suis, & peregrinus filius matris suæ.

Psal. 63. Non fuisset pro extraneo habitus, si ad minas insurrexisset in ferrum, ad vincula in vindictam, ad alapas in sanguinem; si nominis sui terrorem iniecerat omnibus, si nullam iniuriam irreuerberaram maiore iniuriâ transisset; si nullum verbum contumeliosius, nullum inciuius illæsum abire passus fuisset; si omne obiectum mendaciū arietasset pugnis, magis etiam, si omne conuicium baculo vindicasset; si ad omne ferrum ferrum reposuisset; si viam sibi ad magna, magis si ad regna & imperia, armis strauisset; non fuisset habitus extraneus, non peregrinus filii matris suæ. nunc, cum alapas, genarum vellationes, sputa tulerit irrepercussa; degener Dauidici sanguinis est, nec Iudæum meretur nōmē; sed ignauum, extraneum & peregrinum. Quantis disiunguntur discriminibus diuina & humana iudicia! sed & quām dispari finiuntur exitu! ô quis Principum, quis nobilium, vbi mors iam iugulo telum admouerit, nec vitæ vlla spes super, non vellet in his alijsque Christi potius quām sæculi sententijs & consilijs stetisse? quis ante illa flecti nescia vitæ alterius tribunalia non damnet nobilitatis fatuam generositatem; non laudet Christi & discipulorum eius patientiam, tolerantiam, modestiam, & ad conuicia silentium, & vni Deo vindictam resignasse? Quod tunc factū vellemus, cum prudentia in summo est, cum errare iudicio non possumus, cum stamus mediij inter beatam & infelicem æternitatem.

nitatem, æternâ sententiâ feriendi; cur non deligimus, dum vita super, & prodesse vota possunt?

Ex indignitate dein sputorum horum, peccatorum magnitudinem colliges, cum sputa haec nihil aliud sint, quam sceleris nostra, quibus vndiq; consputus iacuit Dei Filius: quibus que, quantum in nobis est, indies Deum ipsum conspuimus, cum illius mandata negligimus, contemnimus, transgredimur, ac quasi calcamus, præferentes consilia dæmonum diuinis, illorum facti auditores, imitatores, amatores, horum contemptores. Si quis seruus Regis sui vultum fœdè per contemptum conspueret, quam illum dignum pœnâ arbitrareris? & quid Reges ad Deum? & nos quid sumus nisi vilissima magni Dei mancipia, ac vix hoc nomine digni. vt hinc peccatorum magnitudinem metiaris. cum enim infinitis modis Regibus omnibus maior sit Deus; infinitis etiam modis grauius est Dei, quam Regis faciem conspuere, quare & infinitè maior pœna debetur Deum quam Regem conspuentibus. vt mirari desinamus, si æterna grauioribus sceleribus pœna irrogetur. Neque tamē fœdissimis contenta sputis immanis Iudeorum saevitia fuit. ita numquam saturantur odia, nouis semper crudelitatum generibus fœcunda. Arreptâ è manibus arundine lacerum vndique spinis caput percutiunt. non satis nimirum altè insederant spinæ crudelitati. effodiendum vniuersum caput erat. admota ergo verbera. Non miraberis tot in uno capite crudelitatum genera, spinas, alapas, sputa, verbera; cum pro noxijs omnium hominum capitibus, caput hoc vnum iustitiae diuinæ satisfaceret. tu hic non crudelitatum illarum instrumenta, sed peccata tua considera, quæ facta Deo tuo sunt spinæ, alapæ, sputa, verbera.

Considera postremò, in spinea corona & arundineo sceptro, Christi, & sæculi mores designari. illius, cum mundi regnum & potentiam tamquam spineam proponit: cum innumeris haec difficultatibus tamquam vndique spinis implexa iaceat. Ita diuinijs spinarum nomen indidit. quo magis hono-

VI.

Peccata

Deum vel

ut con-

spuant.

Pp ribus;

Mundi re-
gnū & po-
tentia spi-
nea & a-
rundinea
sunt.

ribus; qui acriùs ferè mordicant, & amatores suos pungunt, maioribusque discriminibus & difficultatibus induuat, perpetuisque curis, odij, inuidentijs animos fatigant, mentesque dignitatum auidas mille modis lancingant, & in diuersum trahunt, ac tamquam mille spinis fodicant. Ut arundineam deinde potentiam omnem ridet, fragilem nimirum, imbellem, ventorum ludibrium, nusquam & numquam stabilem & firmam. quæ tum maximè fallit, cùm maxima spondet: nec umquam præcipitio vicinior est, quām cùm altius se sustulit. Imitare proinde nauigandi peritos, & tempestatum non ignaros, qui in summa malacia plus timoris circumferrunt, certi nullos fluctus magis metuendos, quām qui inexspectatò è media exsurgunt pacata tranquillitate. imitare etiam illos, qui quo prærupto altissimi montis vertici propinquiores sunt, hoc cautiùs figunt gradum. Eadem in alta potètra cogita & time: altiora enim semper præcipitia in magnis, magisq; timendi fluctus. suspectam proinde habe potentiam omnem; vt cui tempestates & præcipitia adiacent, eo nocentiora, quo altior illa fuerit. ne fide. opprimet incautum. ille securus per illam inambulauit, qui nihil illi credidit. exempla sæculorum omnium nos docent. Disce hîc etiam in hac Christi corona & arundine sæculi mores. videbis enim illius sectatores Christi regnum horrere, & ridere vt spineum, vt difficultatibus nimirum plenum, vt arduum, & quod amatores suos spinarum more pungat: vt insuaue, vt amarum, & totum felleum, vt graue & pondere suo molestum, vt inamœnum, triste, morosum: vt arundineum deinde, fragile, pertenue, miserum, pauperculum & plebeium. cùm reuera delicijs plenum sit, amoribus castis, voluptatibus sinceris, amœnum, gaudijs refertum, falli nescium, certum, firmum, amicum, suaue, leue, ipso Saluatore testante: *Iugum meum suane, & onus meum leue.* æternaturum denique, possessoremque suum æternâ felicitate fortunaturum. Beati, qui intelligunt. beatiores, qui studia suadoresq; suos illi impendunt. beatissimi, qui per omne æuum illo fruentur.

Magna
præcipitio
funt ob-
noxia.

Sæculares
regnum
Christi
horrunt vt
spineum;
sed est de-
liciosum.

Matt. 11.

C A-

C A P V T IX.

De Christi damnatione, Iuda interitu.

CONSIDER A Scripturæ verba. *Exiuit ergo iterum Pilatus fo-* I.
ras, & dicit eis: *Ecce adduco vobis eum foras, ut cognoscatis quia* Ioan. 19.
nullam inuenio in eo causam. (*exiuit ergo IESVS portans coronam spi-*
neam, & purpureum vestimentum.) & dicit eis: *Ecce homo.* Noua Pilatus ex-
Pilati confessio de Christi innocentia: nullam se causam in causati non
meretur.
Christo inuenire dicit damnationis. suâ proinde hîc se palam
Pilatus damnat sententiâ. si enim nulla in Christo causa, cur
ad flagella damnauerat? mitigare nimirum se posse per flagel-
lationem hanc Iudæorum odia & crudelitatem sperauerat.
Verùm non ideo innocens ad illa damnandus. nec aut ob ac-
cusantium potentiam, aut speratam illorum gratiam, aut ob
spem mitigandæ crudelitatis, deflectere à vero & iusto iudex
debuit. quantumque deflexit, tantum iniquitatis induit. E-
duxit verò Pilatus Iesum spineâ coronâ redimitum, & purpu- Christum
râ vestitum, vt hoc miserando & ludibundo regio habitu Iu- foras pro-
dæorum frangeret sœvitiam, leniret odia. & addit: Ecce homo. ducit.
Cecinerat de hoc olim Propheta: Non est speciosus ei, neque decor: & Isaia 53.
vidimus eum, & non erat aspectus, & desiderauimus eum. Despectu
& nouissimum virorum, virum dolorum, & scientem infirmitatem:
& quasi absconditus vultus eius & despectus, unde nec reputaui-
mus eum. Deesse illi speciem dicit, de quo alias: Speciosus formâ psal. 44.
p̄filiis hominum. vt qui pulchritudine & decore superaret o-
mnes, nunc infra omnes esset. Fecerat hoc peccata nostra, que Peccata
*in verberibus & spinis omnem illi humanam formam ademe-
rant. vt hinc illorum discas magnitudinem, discas fœditatem,* cum no-
vt quæ omnem adeò humanum aspectum pulcherrimo viro-
rum abstulissent. Hinc dictum meritò: Desiderauimus eum. Fu-
gerat enim decor omnis, & totius corporis diuina quædam
pulchritudo, imò & humana, vt nihil iam referret pristinæ
formæ.

formæ. desiderabat proinde Propheta Christum suum, veteremque Christum, quem in hac forma non reperiebat. Videbat deinde *despectum & nouissimum virorum*, quem antè viderat virorum omnium omnino primum. Scelera nostra quid non possunt? è primo faciunt nouissimum, è nobilissimo despiciunt. Videbat *virum dolorum*, quem prius virum viderat verorum gaudiorum, virum exultationis, & à quo quidquid verissimorum profuit gaudiorum, quidquid internæ iubilationis. Videbat sœuissimâ spineâ coronâ conterebratum caput vniuersum, in quo maximus dolorum solet esse sensus. ut iure dicere posset, *virum, quotquot usquam & unquam fuerunt, dolorum acerbissimorum.* Videbat *scientem infirmitatem*. O nimis scientem! qui infirmitatem omnium nostrum vulneribus circumferret & spinis. doceretque nos omnes, vulnerum multitudine & magnitudine, peccati immanitatem. ignorabamus nos illam. didicimus in Christo, in verberibus nimirum & spinis illius. ut excitemus nos ipsos ad scelerum detestationem, quæ videmus adeò crudelē in modum in innocentissimo Christo puniri. Addit. *Quasi absconditus vultus eius.* Quid miraris? abdidērāt illum sanguinum grumi, fœdaque imis Iudæorum pectoribus deducta spuma. peccata scilicet nostra, obduxerant Christi faciem tam denso sordium velamine, ut de illa vel angeli ipsi dubitare possent. Disce peccati vim, quod obtenebrare Christi vultum omni sole splendidiorem, próque die inducere noctem, radiisque illius omnes solaribus longè potentiores obnubilare, lucemque omnem collere potuit. O nimis magnum peccati robur, quod cælo terrisque solem suum adimit! ut non mireris tam grauibus illud flammis æternum puniri: non mireris cælestem Patrem prospectum suum negare peccatoribus, præsentiamque subducere, cum sceleribus ipsi suis vnigeniti Filij Dei vultum regendo, sibi subtraxerint. Sequitur: *Vnde nec reputauimus eum.* Et quis crederet cumdem esse, quem non multò antè triumphantem viderant, acclamante populo: *Benedictus qui uenit*

*Peccati vis
& poten-
tia.*

*nit in nomine Domini? quis crederet Dei hunc esse Filium? quis sub spinea corona, ludibunda purpura, sub tot vulneribus immane hiantibus, Deum latere: aut promissum Israeli Mef-
fiam, à populo suo, cui natus erat & venerat, tam crudelibus modis habitum, Regem à subditis, patrem à filiis, à creaturis Creatorem, Saluatorem à reis iustissimæ morti adiudicatis? quis verò aut veneraretur, aut amaret, & timeret, aut Deum sub miserè vndique lacero corpore latere arbitraretur? imò quis non contemneret & despiceret tam fœdè dissectum corpus? & non omnia alia putaret quām Deum? reddiderat hunc talem peccata nostra. quibus onusti quid speremus? verius, quas non pœnas vereamur? Subnectit Propheta: *Verè languo-* Isiae 53. *res nostros ipse tulit, & dolores nostros ipse portauit: & nos putauimus eum quasi leprosum, & percussum à Deo, & humiliatum. Ipse autem vulneratus est propter iniquitates nostras, attritus est propter scelerá nostra. disciplina pacis nostræ super eum, & liuore eius sanati sumus.**

Tulit languores & ægritudines nostras, quas peccata pepere-
rant. quæ cùm innumera pròpè essent, innumera etiam prò-
pè morborum genera fuerunt. quæ cùm ipse omnia suscep-
rit Christus, qualem ipsum fuisse credemus tot morborum generibus attritum? Iam, cùm dolores etiam peccatis respon-
deant, quantis oppressum fuisse post tot vulnera & flagra, do-
loribus putamus? quantisque mæroribus, quæ corporis do-
lores ut indiuidui socij comitantur? Merito Propheta dicit:

Putauimus eum quasi leprosum. Mitior sanè lepra tot vulneribus quomodo adeò crudelibus est: speciosior etiam lepra tot liuoribus est. vt leprosus reputatus,

cùm supremam tantum cutem, extimamque corporis super-
ficiem deturpet lepra; sanguis verò verbera crudelesque spi-
næ ossa ipsa Christi nostri nudarunt carnibus, totumq; pròpè corpus vnum vulnus fecerunt. videmus in lepra cutale quan-
dam scabiem; immanes verò in Christo hiatus, totumq; cor-
pus sanguine lotum, verberibusq; spinisque vndique & vndi-
que dissectum. Additur. *Percussum à Deo. vt sceleratum nimi-
quum, imò vt hominum omnium sceleratissimū. Nec mirum:* quomodo
percussus
à Deo.

& humiliatus.

Domi-
nai
humilia-
tionem
sequi no-
lamus.

cùm enim iniquitates omnium suscepisset in se, vt iustitia diuinæ satisfaceret, exsolueretque grande hoc debitum, quo genus humanum per innumera propè delicta tenebatur obstrictum, pœnas tolerare propè debebat infinitas, criminibus nimirum pares. operata est ergo iustitia diuina in Christo, quod ad debiti exsolutionem fecisset in genere vniuerso humano, cùm ille Patri cælesti debitorem se ac fideiussorem statuisset pro omnibus. Omnium ergo nomine conueniri debuit, qui omnium in se nomina susceperat exsoluenda. percussus proinde dici poterat à Patre, à quo debitas omnibus pœnas exigebat Pater. Sequitur: *Et humiliatum.* Non potuit excogitari humiliationis genus maius. nam vt summa humilitas, adeoque & infinita sit, infinitæ potentiae & maiestatis Deum, se ad uterum & ubera virginis demittere; maior tamen est, vinciri, nudari, virgis cædi, conspui, spinis coronari, alapis fatigari, à Gentibus iuxta ac Iudæis rideri, omniumque ludibrium stare hominum, dæmonum. Et quis calamus humilitatis hoc genus exprimat? quis hanc abiectionis formam in Deo? calcari pedibus, sputis conspui, flagris & alapis cædi Deum, quæ mens humana aut angelica pro dignitate capere potest? quid miramur ergo peccata nostra flammis puniri æternis, cùm expiandis illis Deus ipse ad tam indigna detrusus iaceat?

Et nos interim humiliationis omne genus declinamus, toutes mala omnia promeriti, toutesque merito inferorum ignibus adiudicandi. quasi satis nobis sit humiliatum pro nobis Christum humiliatione omnium maximâ. ille nimirum feret; nos præmiabimur. ille ad omnium infima abiijcietur; nos exaltabimur. ille in doloribus, nos in delicijs viuemus. illius erunt flagra, sputa, spinæ; nostrum erunt mensæ, risus, ioci, honores, voluptates. O quam diu fatuis his inhæremus consilijs: humiliatur Deus; nos extollimus. spontaneæ se ille humilitati subijcit; nos quidquid humiliationem sapit, vt inimicum detestamur & refugimus. ille vltro humiliationem ob peccata nostra subit; nos ob nostra nullam admittimus, om-

omnem repellimus. quod si quæ accedat, toties tamen meritis, indignamur & insurgimus in implacabiles iras, & mortibus conficimur, & vindicta paramus, odio graues. Quam vereor, ne quam longè à Christi humilitate, tam longè ab ilius gloria simus. sequiture enim gloria humilitatem, cui commensuratur ex æquo, ut, quantum se hic quis abiecerit, tantum in altera meliore vita exaltetur, nec ultrà: quantum vero se hic quis extulerit, tantum abijciatur in altera vita. ut vera gloriæ mensura humiliatio sit, quemadmodum vera abiectionis mensura arrogantia est. Vide proinde serio quid voles, hic cum Christo tuo humiliari, ut æternum exalteris; an hic cum sæculo exaltari, ut æternum humilieris. Subiungitur. *Ipse autem vulneratus est propter iniquitates nostras.* Illæ nimis Christum vulnerarunt, illæ tot spinis confixerunt, illæ tot plagarum millibus onerarunt. & nos interim ad expiandas iniquitates nostras, non dico vulnera aut verbera, sed nec monita admittimus. & quidquid durū refugimus, quidquid molle amplectimur. credas nocentem Christum, nos innocentes; puniri illum, præmiari nos debere. O quid non meritò vereri debemus? si tot corpore toto vulnera tulit innocens, quid feremus nocentes? Sequitur. *Attritus est propter scelera nostra.* vere attritus, tot verberum millibus, tot centenis spinarum. non cæsus leuiter reorum communium more, sed tamquam moralibus attritus & commolitus fuit. scelera attruerat nostra. & tamquam in toreulari, cælestis huius vuæ expresserant sanguinem, cælesti Patri in satisfactionem, nobis in medelam. Attruerant omnino nobilissimam hanc vuam scelera nostra: sed & diuinum hoc frumentum, quod nobis fieret in cibum, scelera nostra facta illi lapides molares, contriuerant in farinam. eademque, facta flagellum, in area prætoriana Pilati trituarant excusserantque frumentum, quod esset in cibum & medelam. O quis nostrum atteri vult ob scelera sua, cum ob illa se passus est atteri vnigenitus Dei Filius? ille innocentissimus, nos omnes nocentissimi. imò quis nostrum vel leuem

Iniquitates
hominum
Dominum
vulnerau-
runt.

Attritus
quoque est
propter
scelera
nostra.

patia-

patiatur contemptū , mille quamuis sceleribus opprimantur ; quis nostrū dicitur , quis haberi scelestus vult , sceleribus licet plurimis lassatus & circumfessus ? quis calcari , quis atteri propter scelera sua volet ? laudari volumus & præmiari , etiam in sceleribus . tantus amor nostri , arrogantia tanta est . Subiungitur : *Disciplina pacis nostræ super eum , et liuore eius sanati sumus.*

Disciplina pacis nostræ super eum. Verè disciplina pacis nostræ super eum ; cum per eum desperata nobis pax reddita est . iacebamus enim hostes , & iurati inimici magni Dei ; facti per illius flagra & spinas filij Dei , à quo exulabamus per peccatum . pulsis ergo hostilitatibus , amici facti ; pulsoque procul bello pax reddita nobis , cum reconciliati sumus illi , à quo per peccatum recesseramus . ex

Aetor. 10. hostibus proinde amici per eum facti . vnde illud Petri : *Verbum misit Deus filijs Israel , annuncians pacem per Iesum Christum .* &

Ephes. 2. illud Pauli : *Ipse enim est pax nostra , qui fecit utraque unum , et medium parietem maceræ soluens , inimicities in carne sua : legem mandatorum decretis evacuans , ut duos condat in semetipso in unum nouum hominem , faciens pacem , et reconciliat ambos in uno corpore Deo per crucem , interficiens inimicities in semetipso .* Et veniens euangelizavit pacem vobis , qui longè fuistis ; et pacem iis , qui propè quoniam

Pacem ipse per ipsum habemus accessum ambo in uno spiritu ad Patrem . Pax nobis attulit per vulnus Christus ; concilians nimicum nobis pacem , vulneribus , morte suâ . animi in primis pacem , & altam , ex turbido , tranquillitatem , quam pulsis peccatorum fluctibus consequimur . ac exinde pacem cum Deo , cum quo per peccatum hostilia exercebamus . hostis enim Dei peccatum , quod illius hostes facit omnes eos quorum mentes occupauit . Qui fecit utraque unum . utrumque scilicet populum , Iudaicum & Gentilium , ante Christum mutuò dissentientem legibus , moribus , institutis , cultu . Aut sanè facit unum Deum & hominem , cum utrumque ambitu suo clausit . Aut denique facit unum Deum & hominem , quem ad similitudinem sui aliquando considerat Deus amicum sibi & gratum , gratiaque & cælestibus donis unum ; nunc vero per peccatum diuisum . nihil enim

nim magis nos sciungit à Deo, quām peccatum; nihilque magis viuam Dei in homine similitudinem tollit, imprimis que aliam inimicam Deo. *Ex medium parietem maceria soluens, inimicitias in carne sua.* Soluit Christus sanguine suo inimicitias, quæ inter utrumque populum intercedebant; quæ erant instar ^{Genes}
passione
suā Iudei
cōciliatio

intermedij parietis, quo Gentes à Iudeis disiungebantur. Aut sanè soluens medium parietem, hostilitatis nimirum parietē, per peccatum interiectum inter Deum & hominem. idque in carne sua, cùm illam ultrò tradidit in columnā & cruce torquendam, quò iustitiae diuinæ fieret satis. quā satisfactione debita remittebatur poena, & offensa ex peccato nata; peccatumque tollebatur, quod instar inimici parietis hominem à Deo separabat. *Legem mandatorum decretis evanescans.* Noui nimirum Testamenti decretis nouis, veteris legis mandata evanescans, mitigando, minuendo, tollendo, suauioribus certioribusque commutando, amplioribus augustioribusque gratijs fulciendo, præueniendo, exornando. *Vt duos condat in semetipso in unum nouum hominem.* Populum Iudaicum & Gentilitium, in unum nouum condat hominem. vt, qui distincti ante legibus & amore, nunc in ipsisdem amore iungantur in Christo, vt non iam duo, sed unus sit populus in uno Deo, fide & religione una. Vel sanè, condens in semetipso duos, Deum & hominē, in nouum hominem. nouus enim ipse homo, longè ab alijs diuersus, Deum homini iungens, vnumq; ex tam diuersis qui Deus verè dici potest & homo, statuens & componens. *Faciens pacem, & reconciliat ambos in uno corpore Deo per crucem.* Inter utrumque populum Iudaicum & Gentilitium, qui ante fide dissentiebant, pacem in una fide statuens, reconciliansque ante inimicos; in eodem corpore, in Ecclesia nimirum eadem, cùm ante religione & cultu diuiderentur; reconciliansq; hominem Deo per crucem. Aut Deum & hominem ante inimicos & diuinos iungens in eodem siue Christi corpore, siue in mystico uno corpore Ecclesia sua, Deum homini iungens. Quam coniunctionem & inimicitarū depulsionem per crucem

Q q

cem

cem & passionem suam promeritus est Christus. *Interficiens inimicitias in se metipso.* aut utriusque populi, per mutuam in una lege, fidei veneratione coniunctionem: aut per crucem inimicitias tollens, quae inter Deum & hominem intercedebant. Euangelizans pacem Gentibus, qui longè à salute per idolatriam peregrinabantur: & Iudeis, qui per legem cælo dataam propiores saluti erant & Deo. *Quoniam per ipsum habemus accessum ambo in uno spiritu ad Patrem.* Ut ergo scilicet populus, uno iam spiritu illustratus, accessum habet ad Patrem, utriusque nunc per Christi meritam & fidem unum, & per unius Spiritus sancti animationem, Patrem unum. cum ante Christum diuersus longè spiritus mutuo inimicissimus, non ad unum parentem, sed ad diuersissimos & inimicissimos inter se, celestem nimirum & inferorum, duceret. Vel sane unus Spiritus, qui obumbravit Virginem, fecitque Dei matrem, coniunxit ambos, hominem & Dei Filium, unumque e duobus statuit. per quem etiam quotquot sumus, accessum habemus ad Patrem. nam ipse Spiritus postulat pro nobis gemitibus inenarrabilibus.

Christus hoc in schemate ostensus quam dissimilis illi, quem sponsa sponsum prædicauit in Canticis. ibi enim caput eius aurum optimum. hic horridis saeuissimarum spinarum aculeis totum confossum: & non iam aurum optimum, sed vilissima spina, cum caput omne conuulneratum vndeque spinis, spina verius dici, quam caput posset. ibi come eius sicut elata palmarum. hic duris implicatae spinis, sanguine vndeque natantes, barbaroque modo euulsæ, decorem omnem exuerant; induerant aspicientibus horrorem, cum grumi sanguinis cincinnorum loco quaquam parte dependerent, & intuentibus nauseam prouocarent. ibi oculi eius sicut columba super riuulos aquarum, que lacte sunt lotæ, et resident iuxta fluentia plenissima. hic fracti, languidi, & tamquam felle loti, commiserationum materia: cum nihil circumquamque viderent, quam infensissimos hostes, solo sanguine saturandos, solo odio grauidos, sola crudelitate noscibiles. ibi gena

Cant. 5.

gena illius sicut areolæ aromatum confitæ à pigmentarijs. hîc sicut a-
reolæ sordium, foedissimis Iudæorum militumque spūtis cru-
statæ, alapis liuentes, tumentes; ita vt ille, *in quem desiderant
angeli prospicere*, & in cuius prospectu magnam beatitudinis
finæ partem ponunt; hîc sit intuentibus horro, & à quo oculos
auertant quotquot aliquid humanum clausum corde te-
nent. ibi *labia eius lilia distillantia myrrham præmam*. hîc pallen-
tia, lurida, distenta, emarcida, contusa pugnis, exsanguia; lon-
gè nunc à vita coccinea labra, longè à botro Cypri, longè à
fauo mellis, & à melle; absinthium magis & colocynthidas
redolent, & pro amico gratoqué rubore, liuorem propinant.
quæ nunc sponsa inclamat, *Osculetur me osculo oris sui*, oris ver- Cant. i.
beribus distorti, concisi, liudi, fœdè protuberantis? ibi *manus*
illius sternatiles aureæ, plena byacinthis, quæ attactu aliquâdo suo
cæcos recluminabant, claudos ergebant, leprosos curabant,
dæmones pellebant, paralyticos sanabant, mortuos ad vitam
reuocabant, panes multiplicabant & pisces. nunc pro gem-
mis, vinculis arctatæ; pro auro, catenis ferreis miserum in mo-
dum distentæ, & luridatæ. ibi *wenter eius eburneus, distinctus*
sapphiris. hîc flagris vndique disiectus, ex eburneo factus pur-
pureus; è candido, sanguine diffuso rubicundus; vulneribus
immane biantibus pro sapphiris distinctus. ibi *crura illius*
columne marmorea, fundata super bases aureas. hîc crura illius
carnea, dissectis vndique venis neruisque fluctuantia, exulan-
te omni nitore marmoreo, omni splendore aureo; prôque
marmore & auro sanguinum grumos, & nudata carnibus suis
ossa ostentantia. ibi *candidus & rubicundus, electus ex millibus,*
speciesque eius ut Libani. hîc abest omnis candor, corpusque v-
niuersum vulnus vnum est: sed neque decor in illo, nec spe-
cies, nec quidquam quod hominem suum loqueretur. vt ve-
rè pulchritudine nouissimus sit virorum, qui primus erat; me-
ritoque Propheta inclamat: *Putauimus eum quasi leprosum*, qui *Isaiæ 53.*
in gloria decoris sui omnem vicebat rem creatam. & de quo
sponsa: Esce tu pulcher es, dilecte mi, & decorus: dici illud hîc pos- Cant. i.
sit:

Q q 2

- Ibren. 2.* sit: *Plauferunt super te manibus omnes transentes per viam: fibidauerunt, & moverunt caput suum; Hiccine est, dicentes, perfecti decoris, gaudium uniuersae terrae? &, quod maius, gaudium cœli? &*
- Cant. 5.* *ille sponsat totus desiderabilis; super aurum & lapidem pretiosum multum, &c, super mel & fauum dulcior; factus est despctus & nouissimus virorum, & quasi absconditus vultus eius & despctus, coram illa; unde nec reputauit eum, olim desiderabilem & sponsum: adeoque nec agnouit. Nec mirum. cum ille non multe antè candidior niue, nitidior lacte, rubicundior ebore antiquo, sapphiro pulchrior, stetit ignotus, vt, nisi Pilatus hominem diceret, dubitari posset, homo an bestia esset. Ita ab immensissimorum verberum multitudine denigrata est super carbones facies eius, & non est agnitus in platen, nisi ad vocem Pilati. Vt merito ad triste hoc spectaculum conspergamus cinere, induamur cilicijs, illidamur terræ, quia defecit gaudium cordis nostri: versus est in lacrum chorus noster. ecclit corona capitie nostri. ve nobis, quia peccauimus. vide, Domine, & considera, quem vindemiaueris ita. percussisti, nec misertus es; aruit, & factus est quasi lignum. pollis eius quasi cibanus exusta est à multitudine verberum & flagelloru. propterea mestu factum est cor nostrum, ideo contenebrati sunt oculi nostri: Quis medebitur malis istis? sola peccata nostra, quæ inflixerunt vulnera, mederi vulneribus possunt. abstine ab illis, & medeberis. nec alia medicandi vis maior, nec certior. Et quid respondebis cum vultu hilari & ad omnem lasciviam composite stabis; & ostendet Filium Patrem despctum; ac virorum nouissimum, vultumque illius absconditum; tuum elatum, detectum, & inter primos se ostentantem; audacem, inuercundum: quid? cum ostenderet denigratam super carbones faciem illius; tuam super niuem dealbatam, supergrandinem lucentem? Iam, cum designabit aera factum quasi lignum; te vero impinguatum, incrassatum, distentâ cute, fartum vndique cibis alieni maris, fluminum, exhi: cum verò pellem illius quasi cibanus exustam vidobis; tuam adipe nitorem, actam quam sparsis hinc inde rosis lilijsque can-*
- Noa fuit
in eo tunc
forma ho-
minis.*
- Tbren. 4.*
- Tbren. 5.*
- Tbren. 2.*
- Tbren. 4.*
- Tbren. 5.*
- Seculariu-
viuendi ra-
tio nimii
quantum
dista: à for-
ma Christi
ad populū
producti.*

candidantem, rubentem? raccō vnguentā, & odorata balsama
 nemorum vñkis fudata, & quidquid odorum, sub quocum-
 que sole, fœcunda cellus protulit: quibus non vestes tantūm,
 sed & corpora perflantur. Quid responsurus es? aut quā illum,
 quā deinde te fronte, quibus oculis intueberis? vbi vultus
 tuus absconditus à verecunda peccatorum tuorum varietate?
 vbi depresso genæ, ruboreque perfusa ob multitudinem sce-
 lerum tuorum? vbi denigrata cutis iciunio, puluere, cilicio,
 super dolore criminum tuorum? vbi arefactum corpus tuum
 mœroribus, super grauitatē delictorum tuorum? vbi exusta
 verberibus pellis, æstu, frigore? vbi asperitas sacci, cineris hor-
 for, lapis lectus, asper puluillus, in peccatorum expiationem?
 an, dum Christus illa pro sceleribus tuis patitur, tu opibus,
 honoribus, delicijs afflues? ille per tot dedecorationes cælum
 tibi pandet; tu illud per media scclera, tamquam per instratas
 rosas, ingredieris? ille debitum tuum grande per tot tormenta
 profuso sanguine exsoluet; tu pœnarum ignarus, integro fan-
 guine, nil pro tot criminibus repones? nil de tuo expendes?
 Intuere veteres cremi cultores, Virginum agmina, Martyrum
 integros exercitus; & te, vitamqæ tuam. aut illi; aut tu fa-
 tuus. nam si per conuiua, purpuram, diuicias, honores, deli- Sancti omni-
nes cā quā
Christus
præcessit,
cum via
secuti sunt.
 cias omnis generis via ad cælum patet, quò Martyrum san-
 guis, Virginum continentia, Confessorum labor, & vnum vi-
 ta tota continuatâ serie martyrium? & multos in his reperies
 è Regio sanguine, prima nobilitate, summa eruditione, ma-
 ximi opibus. Et, vt alios raccam, excute Dauidem. vide illius
 post delictum pro potu lacrymas, pro pane cinerem, pro lecto
 puluercem, pro purpura saccum. & qui secutus es non semel
 delinquentem, sequere pœnitentem, & delictorum veniam
 spera. Et non ad crucē singulos inuitat Christus? aut errat, qui
 per illam nos inuitat ad cælum? aut alia ad hoc via, quam illa,
 quam prior calcatur, & per quam præmia spopodit? Etiam in
 humapis, vbi nulla lucta, nulla victoria. hanc qui sustulit,
 præmia sustulit. Et vide quantiferrum, ignem, bestias con-

Q q 3:

tem-

tempserint sub præmio laudis humanæ. intueré milites. non omnia sudore constant? non quanto plus laborauerint, tanto plus de victoria sperant? nulla ignauia coronatur. nullum socordia florem, nullum vñquam palmitem promerita. vigiljs, sudoribus, incommodis, duriore tractatione, strictiore disciplinâ triumphis præluditur. & illi, Apostolo teste, ut coronâ peritû cingantur: nos æternam cogitantes, non maiora meditabimur? non per duriora lubentes transcurreremus? aut ignauiam cælo coronandam putabimus, delicias, voluptates, mensas, quæ nulla in terris ætas, gens nulla, coronâ dignata est? memento verborum Christi: *Regnum cælorum vim patitur, & violenti rapiunt illud.* Aliud qui cogitat, fallitur.

Matt. 11.

II. Considera hîc vniuersam Christi corporis constitutionem.

Isaie 1.

A planta pedis usque ad verticem non est in eo sanitas. Vide caput confossum vndique crudelibus spinis, corpus vniuersum

vulnus vnum. nulla sanitas, integritas nulla. non in ipso vertice, non in planta pedis: ita nulla pars vulnere vacua, nulla liuoribus. nemo mirabitur, qui cogitabit nullam corporum

nostrorum partem à sceleribus liberam. nullam proinde in

Christo vacuam à poena esse debuisse. cùm verum sit illud I-

Cap. 53.

Ibidem.

Idque quia peccata in se luenda suscepit omnium.

Posuit Dominus in eo iniuriam omnium nostrum. debitam ergo omnium iniuratisbus poenâ subire debuit. Factum ita esse testatur Dominus: *Propter scelus populi mei percussi eum. iniuriantes enim eorum ipse portabit.* Portauit & debitam omnium

peccatis poenam. quæ cùm innumera propè essent grauitate & numero, respondere illis poena debuit, vt diuinæ iustitiae fieret satis. respondit, & superauit adeò poena peccata omniū, si patientis personam intueamur, & è personæ magnitudine poenarum magnitudinem mensi fuerimus. nam cùm persona dignitate omniq[ue] magnitudinis genere infinita fuerit, poena omnis infinitæ satisfactionis & meriti fuit, cùm persona patientis & in poenas influens infiniti valoris esset. Quot ergo poenæ in Christo fuerunt, quot verbera, quot vulnera, quot contemptus, tot infiniti pretij merita fuerunt. atque hinc mini-

minima pœna personæ illius infinitæ, infiniti valoris, pretij,
& satisfactionis infinitæ fuit, omnibusque debitibus à peccatis
prognatis maior. Minimâ proinde pœnâ, vnoque verbere, v-
naque sanguinis guttâ, peccatis omnibus omnem debitam
pœnam exsoluere potuit. satisque minima pœna erat ad om-
nem iustitiae expletionem. Quo plura debemus Christo, qui
eò amoris in nos ascenderat, vt, non contentus semel pro de-
lictis nostris cælesti Patri suo satisfecisse, semelque iustitiae
debitum exsoluisse, iterare solutionem voluerit, totiesq; debi-
tum iustitiae pretium numerare, quoties vel minimam pœ-
nam subiit, quo testatior amor illius in nos esset. quæ res me-
ritò prouocare nos deberet in omnem amorem, animaréque
vt mille ante animas, si mille haberemus, projiceremus, quam
tantum amorem vel leui peccato offenderemus.

Intuere deinde propriù singula membra, enumera vulne-
ra, si potes, & in singulis validas amoris fornaces, vt teponem
& frigora tua pellas, tantisque aliquando ignibus pectoris tui
gelu dissoluas, nouosque in te ignes excites. commiserationis
etiam in te affectum prouoca, cum videris hoc corpus, de
quo dubitare possis, humanum esset an aliud. ita nullam hu-
mani corporis speciem referebat. Vnde illa Pilati verba nata
sunt: *Ecce homo*; non humano more habitum, sed belluino,
sed ferino; vt magis crederes ferarum dentibus, quam homi-
num manibus laceratum. Dicce hinc peccatorum feritatem &
magnitudinem, quæ tam crudelem barbarumque in morem
in Deum ipsum lauierunt: vt non mireris pœnam illis irroga-
ri æternam, cum nec æterno, nec per omnia infinito Deo pe-
percerint, sed tam effero modo laniauerint, vt nihil de homi-
ne referret. testatus hoc ipsum per Regium Prophetam suum
est: *Ego sum vermis, & non homo; opprobrium hominum, & abieccio* Psal. 21.
plebis. Vt vermis habitus, talcatus pedibus, vt vermis, protri-
cus vt vermis; nec alio modo habitus, quam haberi vermis
solet. Ita homo peccator habere Deum pro verme consuevit.
nam si haberet pro Deo, non insurgeret in grauiora peccata-
imo

Peccatorū
feritas in
Dominum
seuicatiū.

Peccator
Deum quā
contēptum
habeat.

imò si haberet pro homine, non tam barbare scuiret in hominem. habet pro verme. nec magis in sceleribus suis Deum reueretur quam vermem. & ut solent homines adrepentes vermes pedibus conterere, ita in mandatorum diuinorum transgessione, quantum in ipsis est, conterunt Deum. nec maiori loco mandata illius habent, quam vermes, tam faciles in illorum calcatione quam sunt in vermium. neque magis diuinam, quam vermium terrentur praesentiâ. ita neglectim Deum habent & contemptim, ut nihil magis illius quam vermium reuereantur aspectum: ut pro eodem illis sit vermis & Deus. quo loco credis tales futuros apud Deum, vermium an hominum? Addit: *Sunt vermis, & non homo.* Partim ferali laceratione, quæ omnem ab illo hominis formam abstulerat. non quod corporis tantum elegantiam & venustatem abstulisset, sed omnem omnino humani corporis speciem. Partim etiam, quia habitus à suis, cæsus, consputus, calcatus ut vermis, non ut homo. apud quos non hominum, sed vermium loco fuit, pari contemptu ac neglectu. Partim denique, quia à peccatoribus non aliâ veneratione habetur, quam vermu. nam si ut hominem haberent, ut hominem reuenerentur. nunc nihil magis verentur, quam vermem. Et tamen ille idem creator omnium est, Deus, pater, Rex, redemptor, iudex. quæ omnia peccatori pro verme sunt. quid sperare peccator debet, quid non timere? Subdit: *Oprobrium hominum, & abiectio plebis.* Deus cœtarum suarum, Rex subditorum, pater filiorum, iudex reorum, opprobrium. & quod potest manifestius opprobrij signum dari, quam in oculis Dei, Regis, patris, iudicis liberis ubique habenis peccari, nullâ reuercientia praesentis & omnia intuentis Dei, Regis, patris, iudicis? O quæ non meritò timenda peccatori? quæ non opprobria in æternis ignibus illi exspectanda, cui opprobrium fuit Deus? ô nimis dura in omnem æternitatem opprobria! coquæ tria, quo conscius sibi peccator erit sui, dum vivet, in Deum opprobrij. Vide dein in hac passione, an non verè opprobrium hominum

minimum fuerit Christus Iudeorum, Phariseorum, Scribarum, Christus
populi, militum, Gentilium. Intruxerunt uero cunctos risus, scur- in passione
riles iocos, calcanones, alapas, vincula, spuma, omnis generis hominum
flagella, pro corona regia spinas, pro sceptro arundinem, ob- fuit oppre-
fannantes genuflexiones, castissimi corporis erubescendas brium.
nudationes, falsa testimonia, publici latronis prælacionem,
stoliditatis impositionem, seductoris nomen & blasphemiam, &
inimici Cæsaris, ut iure opprobrium se hominum tuisse di-
cat. Fuit & abiectio plebis, cum Barabbam prætulerunt, cum
nullo sanguine, nullis vulneribus, ac nec rotus corporis im-
mani laceratione morti ingeminarunt crucem, minique Pilat-
rum ad innocentis damnationem compulerunt. Vere abiectio
non tantum Herodis, Scribarum & Phariætorum, sed inimicorum
plebis, infimorumque calonum: quorum putido ore, vultu
& corpore toto consputus iacet. Non abiectio, cum infra se-
ditiosos omnes & latrones ponitur? cum cum sceleratissimis
componitur? Nec à Iudeis, hoc & militibus factum cogites:
sed à te & peccatis tuis; quorum putidissimo vomitu consper-
sus iacet Christus tuus, conditor, Deus, pater, redemptor, iu-
dex tuus. Quod etiam in omni grauiori delicto euenire, co-
gitare iuxta Apostolum potes.

Considera hīc illud Geneseos, cum fratres Iosephi tunicam
laceram, sanguineque tintam misissent ad patrem, ut videret
tunicāne filij illius esset, an non, inclamasse Iacobum: *Tunica
filij mei est, fera pessima comedit eum, bestia deuorauit Ioseph.* addit
Scriptura: *Scissisque vestibus induitus est cilicio, lugens filium suum*
multo tempore. congregatis autem cunctis liberis eius ut lenirent dolo-
rem patris, noluit consolationem accipere, sed ait: Descendam ad filium
meum lugens in infernum. Non tunicam in hœdino sanguine Iudei
Christi secundum carnem fratres, inuidia & odio grauidi
tinixerunt; sed vestes omnes illius, purpuramque mutuatitiam,
& in Regio nomine ludentem, corpusque ipsius totum defluis
sanguinum ruis è tot verberum vulnerumque millibus pro-
fluentibus purpurarunt, & in ferali sanguinum balneo natare

R. r iusse-

III.

Confertur
Iosepho,
dicto à fera
pessima di-
lanatus.

Gen. 37.

iussérunt. quæ dum videmus in optimo patente filij, in conditore creaturæ, in clémentissimo Rege subditi, non exclamemus: Fera pessima lacerauit Christum nostrum, immanissimæ belluæ disperserunt animæ nostra sponsum? Fuerunt hæ sceleræ nostra, quæ quoties iterantur, toties in parentem animæ nostra sponsum saeuunt, omnium ferarum vngulis & dentibus immaniūs. O quādō crudelitati mōdum ponemus? solā pœnitūdine & peccatorum fugâ exasperata crudelitas mitigatur & ponitur. ô aliquando tandem! sera emendatio & pœnitentia post mortem est: curruntque honi profuturæ tunc lacrymæ. dum vita super trielioribus incumbendum. Iam, cùm Iacob super putatitia filij morte indutus sit cilicio, luxeritque multo tempore, quid nos facere decet si pet rot immanibus verberibus vulneribusque parentis nostri optimi? quid super tot barbaris spinis sponsi nostri? cessabunt in nobis verbera & cilicia? cessabunt sacci & cineres? Luget Iacob multo tempore. & ubi mœror & luctus noster? ubi lacrymæ mœroris testes? ubi suspiria doloris indices? O quām in plerisque nostrum, etiam post scelera, rara fluant lacrymæ? quod si fors fluant, in ipsis fiscari genis videas, ac in ipso suo lapsu interire. ô nimis lenta raraque peccantium oculorum stillicidia! & quanto iustius nos lugeamus Christum nostrum, scelerum nostrorum manibus sanguini immersam suo, scelerumq; nostrorum dentibus vngulisque toto corpore lacerum? à filijs hæc fieri parenti, à sponsa sposo: nec commoueri filios in hoc effero sanguine sponsi sponsas? Sed neque consolationem admittere Iacob voluit. nos non tantum consolationem admittimus, sed non admittimus mœrem. natamus gaudijs, dum natat pro nobis sanguine Christus noster. diffluimus delicijs, dum diffluit pro nobis mœribus Christus noster. vestimur molibus, dum coronâ spineâ cingitur Christus noster. pascimur splendide, vngimur, integrimur regie; dum toto sectus corposo procumbit Christus noster. inuoluitur opibus, dum nudatur

Fera hæc
sunt pecca-
ta nostra.

Peccantū
durities &
egra pos-
sibilitas.

datur inuerecundè Christus noster. immergitur iudicu
honoribus,dum iacet opprobriu[m] hominu[m],& abiectio ple-
bis Christus noster. Omelior Iacob, qui consolationem non
admittit! nos sine illa viuerenolumus.&,dum omnium dolo-
rum Christo causa sumus, dolorem nullum admittimus: bis
crudeles; in nos, in Christum. in animam nostram, quam
perdimus: in Christum, cui non compatimur. Addit Iacob:
Descendam ad filium meum lugens in infernum. Non modò con-
solationem omnem repellit, sed commori filio optat. hoc est
esse patrem. & in medio luctu mori desiderat, viuensque yi-
dēnsque consepeliri filio suo.nos in tanto luctu Dei, & patris,
& animarum nostrarum sponsi , in tam immanibus vulneri-
bus,viuere feliciter & fortunatè volumus: & vltima plerum-
que nobis cogitatio mortis est. Et quem reperies, qui corona-
ri cum Christo spinis velit? quem, qui subijci verberibus cum
sponso? qui rideri, contemni, alapis cædi, conspui cum patre?
& ipse interim innocentissimus; nocentissimi nos omnes. &
nusquam nocentiores,quam in ipso sponso, parente, Deo.

Dauid etiam in morbo filij *ieiunavit ieiunio*, & ingressus seor- 2. Reg. 12.
sum, iacuit super terram. in septimum diem protrahens ieiunium, Non mis-
humicubationem, lacrymas . atque hoc post graues Domini
interminationes, & denunciatam per Nathan mortem filij in fœdū
peccato concepti. videbat luctantem cum morbo filium. ramur tam
conuertit se ad preces pater, ad lacrymas, ad ieiunia. nec antè fœdū
finem fecit, quam vidit illum doloribus eruptum. hæc Rex.
Quod magis mirandum, quo rarius videmus purpuram terre
prosterni, diademata flere, scepta ieiunare. Nos quid facimus
in optimi parentis nostri fœda laceratione? vbi ieiunia, vbi
lacrymæ, vbi humicubationes, in tot vulneribus, tot verberi-
bus, Dei & patris nostri. vbi cōmiserationes nostræ in sponso
animæ nostræ? vbi pœnitudo post tot scelera nostra? Monitus
ille Rex à Propheta in clamat: *Peccavi Domino:* & exinde illidi- 2. Reg. 12.
tur terre, lauat stratum lacrymis, cinerem miscet pani: nec
admittit consolationem. Monet nos non Propheta, sed iudex,

& palam monet, *Ecce homo.* vnumquemque nimirum nostrum
monet: Ecce homo, quisquis es, & vide scelerū tuorum ma-
gitudinem. vide quanta impietas, quantaque vis criminum
sit, quæ etiam in Deum tam barbare sœuant, ut non dicam
Dei, sed nec hominis fortunam relinquant. Clamat deinde,
monerque nos impietatis, crudelitatis, ingratitudinis sum-
mæ Christi nostri sanguis tam prodigè fusus. monent immo-
nè hiantia vulnera sceleribus nostris inficta. monent liuo-
res, sputa, vincula, & ad se alliciunt, inuitant peccatores ad
morum emendationem, veniam spöndent, medelam vtrò
malis nostris ingerunt: vulneribus enim nostris per vulnera
sua medetur Christus, lacrymas nostras lacrymis suis fiscat,
sudorem nostrum sudore suo detergit, sanguinem sanguine
sistit suo. Nec aliud pro illis omnibus vult quam amari. leuis
pœna. quæ enim pœna amare? & pro tot sceleribus nostris de-
bita æternum pœna amare? nec aliud. & quis non amet amá-
tem? quis non amet beneficia beneficijs cumulantem, & pro
his omnibus nil aliud desiderantem quam amari? aut cuius
cor non emolliat fusus pro salute nostra sanguis? cuius totius
corporis lacerationes pro nobis perpassæ mentem non fle-
ctant in miserationem & amorem? Clamat deinde vulnera,
& melior hic sanguis sanguine Abelis, qui in clamat vindictam
in fratrem. clamat, inquam, de terra Christi nostri sanguis ad
Patrem suum cælestem peccatoribus reisque veniam, delicto-
rum & scelerum obliuionem. clamant vulnera quasi hianti o-
re peccatoribus misericordiam, pœnarum remissionem, om-
nium indulgentiam. Fluit hic sanguis melior mille modis
Iordanis aquis ad detergendam animorū nostrorum lepram.
ingredere quisquis morbo teneris hanc piscinam, non aquâ,
sed purpureis sanguinum fontibus natantem, nec ab angelo,
sed per tot verberum millia à Deo motam: & morborum ge-
nera omnia depulsa senties. Detergitur hinc inimica Deo super-
bia, quæ angelum cælo, hominem exclusit paradiso. atque
auctor, & hinc iam in plurimis honorum contemptus, dignatum fu-
ga.

^{Omnia}
peccatorū
genera cli-
cuntur, &

ga. docemur hoc non vltimorum Regum, Principum', pri-
 mæque orbe toto nobilitatis exemplo: qui spretâ purpurâ,
 sceptro, diademate, nudi nudum Christum securi , abiectam
 & infra omnem plebeiam vitam delegerunt, omnemque glo-
 riam in omnis gloriæ neglectu & calcatione posuerunt, om-
 néque decus in humiliis ac pauperis Christi seria imitatione.
 Denubilatur avaritia, idolorū seruitus : in cuius locū opum &
 diuinitarum contemptus ac neglectus, quo mercamur cælum,
 intromittitur. Lauantur luxuriæ sordes, omnisque inconti-
 nentiæ maculæ super niuem dealbantur: nniueaque castitatis
 amor, quæ nos assimilat angelis Deoque, dignosq; illius con-
 spectu facit, inducitur. Iracundia omnis frangitur, & ad miti-
 tatem ac benignam quamdam lentitudinem deducitur. mi-
 tescunt crudeles animæ, & in ouium mansuetudinem felici
 metamorphosi transeunt lupi, ex Saulis Pauli facti. Intempe-
 rantiâ procul pulsâ, succedit grata victus potusque modera-
 tiō, valetudini & orationi amica. Niniue nos docet, & non
 semel Israel, qui ferè iejunio-iustas, quas prouocauerat crapu-
 la, Dei mitigauit iras. Inuidentia odiisque extinguuntur: in
 quorum vicem iucundissimus succedit amor; quo uno maxi-
 mè iungimur & assimilamur Deo, qui etiam promerita nostra
 castis metitur amoribus. Tepore verò ignauiaque reiectâ ad
 magna eriguntur animi, diuinisque ardoribus æstuantes nihil
 amant aliud, quàm ardentissimo nexu iungi Deo suo, Sera-
 phinorumque Cherubinorumque flammis accendi. Clamat
 deinde Christi nostri sanguis ad cælestem Patrem suum, de-
 posítque præmia nobis & cælum: pro sceleribus gratuita
 dona, pro odio amorem, pro pœnis præmia, pro inferno cæ-
 lum, pro contemptu honorem, pro nullo æuo morituris igni-
 bus nullo æuo intermititur gloriam, pro dæmonum a-
 spectu beatam magni Dei fruitionem, pro infelici inferorum
 felicem cælorum possessionem æternitati commensurandam.
 Ut merito amemus hunc sanguinem. detestemur tamen pecc-
 ata fusi tam prodigè sanguinis causam. nam licet in Christo

R r 3

amo-

amoris fuit illum fundere, in nobis tamen crudelitatis fuit tam barbarè per tot vulnera & lacerationes excusisse. O non pergamus in eadem crudelitate. quare licet amemus in illo amore, in nobis auersari & perhorrescere debemus tot verberum ac vulnerum causam: simulque iure vereri, ne æternis Juere cogamur poenis tam efferam æterni Numinis offendam, solo Christi sanguine reparandam. ita tamen reparandam, si finem sceleribus fecerimus; si non nouè per noua scelera Christi sanguinem fuderimus.

IV. Considera hic Apostoli verba: *Spectaculum facti sumus mundo, & angelis & hominibus. nudi sumus, & colaphis cædimur. maledicimur, & benedicimus: persecutionem patimur, & sustinemus: blasphemamur, & obsecramus: tamquam purgamenta huius mundi facti sumus, omnium peripsema.* Si spectaculum Apostoli, quale fuit hoc Christi spectaculum Deo Patri, intuenti vnigenitum coæternumque sibi Filium tam efferis dirisq; modis habitum ab ijs, quorum salutivenerat? Quale fuit Spiritui sancto, cum videret hoc corpus, quod manibus suis è castissimo Virginis sanguine Deo sigulauerat, tam barbare modo lacerum? quale fuit angelis, cum intuerentur conditoris sui filium, in quem desiderant prospicere, & in cuius beatæ fruptione felicitas illorum sita, tam à condito sæculo fœdo crudelique modo dissestum? Quale hominibus, cum viderent quotquot unquam fuerunt hominum formosissimum, infra quidquid creatum est, deuenustatum? Quale fuit inferorum principibus, cum iam tum in illa Christi benignitate, mansuetudine, patiendi prompta voluntate, modestia, lenitate, cripientam sibi è limbo præsentiscerent prædam, cui ab Abel usque ad Ioannem Baptistam Dominici aduentus præcursorum incumbeant? Quale fuit patribus tot iam annis in limbo, totque yotis suspirijsque sperantibus? Quale fuit creaturis omnibus, cum conditorem suum vinciri, cædi, spinis coronari, conspui, pedibus calcari sentirent? Quale fuit spectaculum castissimæ Dei matri? Consideranda hinc mater, & filius, & matris talis talis filius.

Christus
factus hic
est specta-
culum.

filius. O quis mihi ibi affectum matris, hīc explicit filij? quis
 in mutuis his amoribus commiserationes mutuas? quis mu-
 tuos ardores, mærores mutuos? quis è mutuo miserando a-
 spectu, mutuorum augmenta mærorum & dolorum? quis in-
 ter tam castas animas mutuum è verecunda nuditate rubo-
 rem? Quale fuit spectaculum Apostolis, cùm magistrum sibi
 carissimum dubij de euentu discipuli viderent? meminerant
 miraculorum, beneficiorum, lotionis pedum, & Sacramenti
 illius magni in vltima cœna porrecti. meminerant locupletis
 simarum sponsionum, gloriæ æternæ, beatitatis interminatae,
 sedium iudicando orbi, libri vitæ, stellationis cælestis, æter-
 nati regni. & videbant non iam prædigiorum patratorē
 Deum, non mari & fluctibus imperantem, non calcatorem a-
 quarum, non cælestium legionum euocatorem, non dæmo-
 nes pro imperio verbo ejicientem, non panum & piceum
 prodigiosum multiplicatorem, non infirmitatum curatorem,
 non imperantem morti; sed columnæ miserè alligatum, fla-
 gris vndique concisum, obrutum spulis, conterebratum spi-
 nis, omnium ludibrium: & stabant dubij de fide, incerti de
 sponsionibus, mæroribus oppressi, innatantes lacrymis, ti-
 moribus prostrati, fugâ quam pugnâ meliores. quale specta-
 culum mutuose intuentium magistri & discipulorum? & ra-
 lis magistri, ac talium discipulorum? Iam, quæ Apostolorum
 nuditas cum Christi componi potest? qui colaphi, cùm nocte
 totâ illusum Christo, nocteque federit totâ materies alapa-
 rum? quæ verò conferri maledicta, quæ conuictia & contu-
 meliae cū Christi possunt? cùm ille inter Iudæos, Gentilios,
 que milites optimus haberetur, qui atrocioribus Christum o-
 nerasset. & quæ lenitas mansuetudoque Apostolica componi
 cum Christi potest? qui secundum Prophetam: *Quasi agnus*
coram tondente se obmutescet, & non aperiet os suum: &, ut in Actis
 legimus: *Sicut agnus coram tondente se, sine voce, sic non aperuit* *Agor. 8.*
os suum. Quid aperitet agnus vocem, cùm à tondente super-
 uacuis & quibus lassabatur exiuit? imitatus agnum Chri-
 stus

Apostolo-
 rum in pœ-
 nis siten-
 tiū, &
 opprobrio-
 rum patie-
 tia, cum
 Christi si-
 lentio &
 patientia
 confertur.
 Isaia 53.

stus noster, & tamquam beneficio accepto tulit verbera, & pro velleribus, quibus indueremur, sanguinem, quo lauare-
mur, dedit. Iam, quanto sanguis velleribus nobilior, tantum
hoc sanguinum Christi beneficium maius est. Et nimis im-
pleta sunt in Christo, quæ denuntiarat Propheta. obmutuit,
& inter tot verberum millia, tot spinarum, tot alaparum, non
aperuit os suum, stetitque ut agnus sine voce. Quid? quod
non tantum Apostolorum more cum malediceretur, bene-
dixerit, & pro persequentibus orauerit; sed nouis beneficijs
maledicentes & pericquentes cumulauerit, cum sanguinem
suum pro salute ipsorum in scelerum premium obtulit Patri.
nec sustinuit tantum persequentes, sed inter amicos habuit,
& e persecutoribus discipulos delegit. Videmus vero Aposto-
los post blasphemias obsecrantes: videmus Christum post o-
mnium blasphemiarum maximas amicè in Iuda compellan-
tem, osculóque dignantem, proque blasphemantibus in cru-
ce Patrem deprecantem, ignorantiam excusantem & cru-
delitatem. Audimus dein Apostolum dicentem, factos se tam-
quam purgamenta mundi huius. o quam nimis impie inter
purgamenta mundi huius adnumeratus est Christus noster!
hinc illa sputa, quibus vniuersum corpus faciesque insepulta
iacuit; & hinc illi risus, cum pro fatuo ab Herode & exercitu
illius habitus esset. cum ille tamen inter purgamenta mundi
recésitus, solus mundum ab innumeris sordibus, quibus tam-
quam montibus insepultus integrabatur, emundauit: solus il-
lum à fœdissimis infinitorum scelerum maculis emaculauit:
solus illum sanguine suo lauit, & super niuem dealbauit: solus
ex omnium, quæ cogitari possunt, sordium colluuione maxi-
ma eripuit, & puritati cælo debitæ restituit. Omnium deni-
que, dicit Apostolus, se factos peripsema. Quanto hoc verius
de Christo? opprobrium omnium & omnibus factus, etiam
suis: despectusque & nouissimus virorum, adeoque vermis, &
non homo. Quid poterat excogitari, quid vilius & abiectius
dici verme? Iam, si Apostolos consideres & Christum, discrimi-
nis

nis quantum est? quantum inter Deum & hominem. vt, licet pares forent tormentis & persecutione, impares tamen essent tolerantia & meritis. cum infinita dignitatis persona esset Christi, & in immensum Apostolis dignior. quo factum, vt quæ passus Christus, infinitis omnino modis, quidquid Apostoli, adeoque orbis quidquid totus perpessus, superarent. sed neque quidquid unquam & usquam ab orbe condito in eiusdem exitum, poenarum & aduersitatum erit, conferri cum minima Christi poena poterit. cum infinita dignitas personæ Christi quamdam rebus omnibus infinitatem indiderit, vt quæ aut peractæ, aut suscepctæ fuerint à persona valoris infiniti.

Sequitur in Euangeliſta. *Cum ergo vidiffent eum Pontifices eius ministri, clamabant, dicens: Crucifige, crucifige eum. Quæ aliorum simulationem aut odia mitigassent, Iudeorum exacuerunt: imò quæ inimicissimorum hostilitatem fregissent, ea Iudeorum accenderuat. Solet enim plurimum inimici sanguis copiosè fusus inimicitiam lenire: solet ferè poenarum acerbitas etiam barbaras & hostiles mentes componere. Omnia hęc exasperarunt Iudeos. crederes sanguinem sanguine prouocari, tormentaque in tormenta impellere, crudelitatemque vnam aliam inuitare, immitatem vnam aliam; feritatemque vnam alteri viam insternere. Fit hoc indies à nobis. quoties enim grauia peccata grauibus adnectimus, nouaque veteribus addimus; non stamus uno Christi supplicio contenti, nec satiamur verberibus, spinis, sputis, sed ad crucem properamus. nec aliud clamare videntur scelera nostra noua, veteribus prioribusq; superaedificata, quam Crucifige, crucifige eum.*

Vide deinde, qui primi crueles inclamauerint *Crucifige, inuenies Principes populi*; quorum odium eo acerbius erat, quo improbis suis Christi mores videbant contrarios, damnariq; suos in his sentiebant. quique detegi fraudes suas cum dolerent, reiectaque ouillâ pelle lupum suum palam ostentari, parietes dealbati, intus verò fœtentium sepulcra mortuorum,

Ioan. 19.

Iudeorum
in Christū
odia tan-
guine fu-
so non fa-
turanter,

S s

solâ

solà extimâ superficie religiosi, cùm animus impietatibus, fcceleribus, sordibus innataret; in Christi mortem incumbeant: quò monitore sublato liberius in simplicem populum & tantum columbam & agnellos, lupi & aecipitres facirent. nec satis illis fuit semel inclamasse; ingeminant *Crucifige*. quò certius odium testarentur. Sequuntur dominos ministri. Ita ferè comparatum est, ut subditi superiores, dominos imitentur serui, magistros discipuli. in quamcumque proinde se partem illi flexerint, sequentur reliqui. nec tam quid bonum, malum, quid piuum, impium; quid iustum, castum, sanctum, iniquum, fœdum, improbumue sit; quid ex ratione, quid contra illam, quam quid domini probent faciantque, intuentur. in utramque sequelæ partem vitiorum virtutumve parati. satis enim illis placuisse est. probè an improbè pro eodem habent. placuisse enim illis, pro Deo & ratione est. cùm omne ferè eorum studium in hoc vno sit. Hinc quales ferè superiores & domini, tales plurimum subditos reperies & seruos. ut non opus sit de seruorum moribus inquirere; inquire de dominorum; & illorum disces. Pulchrum nimirū his sequi dominos; & gloriæ suæ partem maximam in dominorum moribus exprimendis ponunt, plus laudis relaturi, quo plus imitationis. plus etiam à dominis præmiorum, quæ ferè vnica intuentur, quo propriùs ad mores illorum accesserint. Quo maior etiam pœna superiores manet. iuxta illud Sapientis: *Iudicium durissimum bis qui presunt, fiet. exiguo enim conceditur misericordia: potentes autem potenter tormenta patientur. & Fortioribus fortior instat cruciatio.* si improbo nimirum exemplo suo viam suis in imitationem & sequelam strauerint, & audere exemplo suo docuerint. Quod non raro, non tam vitiorum amore, quam complacendi studio faciunt; aut quia pulchrum putat assimilari domino. nec peccatum agnoscunt imitationis, qui superiorum vitam inferioribus pro lege & imperio esse putant. ac si quid peccatum, facilem veniam arbitrantur imitationis, maxime in seruo aut subdito. & excusationem improbitati suæ

*Subditi sa-
periores
tam in bo-
no quam
malo se-
quuntur.*

Sap. 6.

suæ prætexunt, domini exemplum. non facturi, nisi hocha-
 berent. O quantum malorum ab uno superiore, Rege uno,
 Principe uno! & quantum tormentorum pœnarumque in ar-
 doribus æternis, quantumque vitiorum exspectare debent
 tales! Verum in primis his *Crucifige* clamoribus, nullas reperio
 populi voces. an fôrs quia populus in clementiam pronior,
 aut minoribus irretitus sceleribus, minorèque in Christum
 odio, & tot verberum millibus ad miserationem flexus, mi-
 tiora cogitabat? aut miserandâ illâ humani corporis specie be-
 nignitati vicinior, non omnem adhuc humanitatem exuerat,
 & sat pœnarum datum existimabat pro quocumque etiam
 delicto. Et ferè populus, ut in fastuosos iræ, ita in supplices
 clementiæ propior est, molliusque in deictos peccus gerit,
 quo in clatos magis ferocit. cumque non tam ratione quam
 impetu feratur, mediocritatem ignorat, rapiturq; in obisten-
 tes in crudelitatem totus, vel in miseros in benignitatem &
 miserationem totus. Populi verò Principes, quo altius Christi
 infederat præmeditatum diu antè odium & scelus, hoc duri-
 ores perstabant: quóque maioribus criminibus obnoxij te-
 nebantur, hoc pectori induruerant magis. Saxescunt enim
 carnea humana corda scelerum frequentatione, & ipso durio-
 ra stant chalybe, omnemque mollitiem miserationi necessa-
 riā excludunt. O, quid non possunt crimina, quæ lapidecce-
 te cogunt mollissimam humanam mentem, ut nec commo-
 ueri quidem super tam immani & effera laceratione permit-
 tant, omnique omnino homine hominem suum exuant; ut
 nec propositis quidem numquam morituris inferorum pœ-
 nis, non æternæ beatitatis frustratione, non grauissimis Dei
 & iudicis interminationibus, non infelicissimo multorum
 exemplo, infortunatissimoq; plurimorum exitu, à proposito
 deterreantur aut auocentur scelere? Factum hoc hic in Prin-
 cipibus Iudaici populi: quos odia & criminum magnitudo
 excæauerat, quibusque omnem humani pectoris teneritudi-
 nem ademerat. Roga Dominum, ut auferat à te hanc men-
Scelerum
frequenta-
tio inducit
obdura-
tio-
ne & exaci-
tatem.

Ezech.36. tium cæcitatem & duritiam, fiatque in te, quod per Prophetam suum promittit: *Auferam cor lapideum de carne nostra, & dabo vobis cor carneum: & faciam ut in præceptis meis ambuletis, & iudicia mea custodiatis & operemini. & recordabimini viarum vestiarum pessimarum, studiorumque non bonorum: & displicebunt vobis iniquitates vestrae, & scelerata vestra.* Largiatur hoc Deus omnibus qui hæc legent, proculque faciat ab eis induratum cor Principum Ierusalem. Verum dum hos damnamus, an non iustius nos damnemus? inclamarunt illi *Crucifige; nos eum nouis indies sceleribus, quantum in nobis est, crucifigimus.* nec satis habemus semel columnæ alligatum, cæsum semel, semel spinis coronatum fuisse; iterare lubet in nouis sceleribus pœnas. nec his contenti, toties crucem inclamamus, quoties grauiore nos criminis obstringimus. nec inclamamus tantum, sed suffigimus cruci. O quid dicturi tot criminum rei? quid responsuri iudici, cum iudex futurus est, in quem tantâ crudelitate saeuimus? aut quam miserationem crudeles exspectemus, quam benignitatem inhumani, quam clementiam supra quidquid barbarum est efferi? ô faciat ille, ut recordemur viarum nostrarum pessimarum, studiorumque non bonorum, & recordemur in salutem. quod fiet, si displicuerint nobis iniquitates nostræ, finemque aliquando fecerimus scelerum nostrorum, finemque verberum & crucis in Domino: & ad saniora nos conuerterimus, ad virtutum verarum & Christianarum amorem & studium.

VI. Considera ad impias & inhumanas has Pontificum voces
Ian.19. Pilati verba: *Accipite eum vos, & crucifigite: ego enim non inuenio in eo causam.* ad quæ Iudæi: *Nos legem habemus: & secundum legem debet mori, quia filium Dei se fecit.* Creuit exinde timor Pilati, & maius etiam studium dimitti LBSVM. Quo verò sapientius Christi innocétiā confitetur iudex, hoc grauiori criminis timentur Iudæi, qui tot sententijs innocentem post tot verbera & spinas, cruci adiudicari volunt, causam addunt indubitate secundum legem morti: *Quia filium Dei se fecit.* Si consuluissent

Scri-

Peccatis
Christum
nostris
quotidie
crucifixi
mus.

Scripturas, ignorare Pontifices legumque Iudaicarum peritNihil esse
in Christo
morte di-
gnum scire
poterant
Pontifices.
non potuerint, toties prænuntia*ti* & optati Messiæ aduentum
in hæc tempora casurum, cumdémque Dei Filium è virgine
nasciturum; secundùm illud Isaiae: *Virgo concipiet & pariet filium.*
Viderant miracula sæculis omnibus inaudita, quæ cadere in
improbum non poterant. vt benè ille olim feliciter cæcus:
Nisi esset hic homo à Deo, non poterat facere quidquam. Viderant Iohn. 9.
sanctissimos mores, audierant eruditionem supra humanam,
& omnium stupore prométem quas non didicerat in scholis
litteras. vitæ dein totius integritatem, pietatem, modestiam,
castimoniam, temperantiam, virtutesque omnino omnes, &
pro imperio dæmonibus & elementis imperantem. neque
quisquam illum meritò arguere de malo poterat. vnde illa fr-
duciæ verba: *Quis ex vobis arguet me de peccato?* atque hinc il- Iohn. 8.
lud Apostolorum Principis: *Qui peccatum non fecit, nec inuentus* I. Petr. 2.
est dolus in ore eius. prædictum ab Isaia; *Eò quòd iniquitatem non* Isaia 53.
fecerit, neque dolus fuerit in ore eius. Sed nimis nubes densissimæ sce-
lerum nube tecti solem non videbant, & in medio cum Pha-
raone die caligabant, omnibusque Ægyptiorum noctibus
densius tenebantur, quò minus lucem intuerentur. densiores
enim animorum quam oculorum tenebræ sunt, & infelicio-
res longè. atque inde grauissima illa ad Pharisæos Domini
verba, non redarguentis illos tantum de peccatis, sed, *Morier-* Iohn. 8.
mini in peccatis vestris. &c. *Ex patre diabolo estis: & desideria patris*
vestri vultis facere. ille homicida erat ab initio, & in veritate non
fuerit: quia non est veritas in eo. cum loquitur mendacium, ex propriis
loquitur, quia mendax est. Vt nihil mirum sit, si ignorauerint Dei
Filium, aut perdere studuerint; iuxta illud: *Hic est heres, veni-* Matt. 21.
te, occidamus eum, & habebimus hereditatem eius. & apprehensum
eum eiecerunt extra vineam, & occiderunt. Eoque magis, quòd ex
patre diabolo essent, qui iam inde ab initio Dei æmulus, pa-
riare se Dei Filio voluit. & perire, factus ex angelo diabolus, &
exinde in primis parentibus homicida. cum enim intermina-
tus esset Deus Adamo: *De ligno scientia boni & mali ne comedas.* Gen. 2.

in quocumque enim die comederis ex eo, morte moriaris. Persuasit Euæ comedionem diabolus, hæc marito; & secuta mors est. causam proinde pessimo consilio suo mortis dedit diabolus. Adæ pomi esum inhibuerat Dominus. sigulauerat post hoc mandatum ex dormientis illius costa Euam. quæ capta fructus pulchritudine præuaricata mandarum est viro datum: quem impulit in eiusdē pomiesum. secuta est nuditatis cognitio, quam innocentia ignorauerat. & tam diu stetit poena, quamdiu mandatum transgressus non fuerat Adam. qui ut primū obsecutus mulieri est, ignoratam erubuit nuditatē. & exinde in vniuersum genus hominum mala omnia: quorum primam causam diabolo debemus. Illud verò hīc in Domini verbis notandum: ex patre diabolo peccatores esse. Durā sententia; sed vera: neque enim mentiri aouit Deus. miserum! degenerare & abire nos post peccatum in filios diaboli; &, qui ante illud filij Dei & heredes, ac Christi coheredes cœlestis regni eramus, transire ipso peccati grauioris momento, in filios diaboli, heredes, & coheredes diaboli ignium æternorum. O fatuos nos, & nimis infelices, dum hunc sequimur; prudentes & felices, dum Deum! Prudentiae & felicitatis huius fructum exprimit Dominus apud Marthæum. *Quicumque fecerit voluntatem Patris mei qui in celis est, ipse meus frater, & soror, & mater est.* non filius tantum aut coheres regni, sed magni Dei mater. Nec contentus diabolus in primis parentibus & primordiali in pomo delicto, tamquam in semine omnem secuturum fructum mortifero veneno infecisse, omnemque in radice sua animam peremisse, semel nimis in parentibus primis omnes; ad singulos odia sua extendit. hinc auctor Caino est fraternal cœdis. Mendacem verò esse diabolum dicit Dominus, & mendacem ab initio audiloquentem & mentientem iam inde à primordio sui: *In celum ascendam, super astra Dei exaltabo solium meum, sedebbo in monte testamenti, in lateribus Aquilonis: ascendam super altitudinem nubium, similis ero Altissimo.* Audi ut redarguatur mendacij. Verumiamen ad infernum detra-

Matt. xii.

Mendax
est ab ini-
tio.

Isaie 14.

ascendam super astra Dei exaltabo solium meum, sedebbo in monte testamenti, in lateribus Aquilonis: ascendam super altitudinem nubium, similis ero Altissimo. Audi ut redarguatur mendacij. Verumiamen ad infernum detra-

detraheris in profundum loci: audi persecuerantem in mendacio:
Cur præcepit vobis Deus, ut non comederetis de omni ligno paradisi? Gen. 3.
cui respondit mulier: De fructu lignorum, que sunt in paradyso, vescimur: de fructu vero ligni, quod est in medio paradyso, præcepit nobis Deus ne comederemus, & ne tangeremus illud, ne forte moriamur. In-
Primos pa-
rentes no-
stros quo-
modo de
ceperit.
cipit etiam hic lapsus à mendacio: non dixerat Adamo Do-
minus, Ne forte moriaris, sed, morte morieris. & diabolus men-
dacium grauiore mendacio vestit. Nequaquam morte moriemini.
scit enim Deus, quod in quocumque die comederitis ex eo, aperiens
oculi vestri: & eritis sicut dij, scientes bonum & malum. Quot in
paucis verbis mendacia! Primo, negat morituros. Secundo,
mendacem facit Deum. Tertio, odium & inuidiam affingit
Dœ, quasi ideo pomi contactum vetuisset, ne sibi similem
hominem haberet Deum, aut tamquam Deum pateretur.
Quarto, similes asserit futuros Dœ. ut hac similitudine ca-
ptos trahat in mandati prævaricationem, inde in mortem.
Sed & fraus magna latet in illis verbis: Aperientur oculi vestri.
erederes ante cæcutiisse tamquam in pœnam; post pomi e-
fum aperiendos quasi in pœnum. Sed ô infortunata apertio,
quæ innocentiam prodidit, & noxio erubescere pudore do-
cuit! quanto fortunatiū cæcutiissent in malis? non sensissent,
nec vidissent mala sua & nepotum: nec parentes starent tot
millium damnandorum. Nec minor dolus in illis: Eritis sicut
dij, scientes bonum & malum. Quanto erant feliciores cum nihil
scirent extra bonum? quantoque Deo similiores, qui nihil in
se agnoscit præter bonum? Infelix scientia, quæ tanto suo ne-
potumque malo venit in cognitionem mali! ô si non nosset
Eua malum, quantis careremus malis, quantisque frueremur
bonis! noxia scientia, innumerum causa malorum, semperq;
victorum in æternis flammis malorum causa! neque per
scientiam illam similes, sed dissimillimi facti sunt Deo, simili-
limi diabolo. neque enim quisquam aut dissimilior Dœ, aut
diabolo similior, peccatore est. & cum ante peccatum similli-
mi Deo fuissent, facti per illud dissimiles sunt. Inuiderat hanc

ho-

homini similitudinem diabolus, à qua ipse per peccatum ex-ciderat. suavit peccatum, ut similem sibi haberet hominem, dissimilē Deo. utrumque consēcutus est per vetiti poni man-dationem.

VII. Considera Pilati verba, cùm nouum instituisset de Christo

Ioan. 19. examen: *Mibi non loqueris? nescis, quia potestarem habeo crucifigere te; & potestarem habeo dimittere te?* Indignabundus ad silentium

Pilati arroganter. Christi Pilatus, prorumpit in hæc verba: *Mibi non loqueris?*

Arrogantiae hæc sunt, & iudicem suum sapiunt. qui miratur sibi à tam miserè habitu non responderi, quasi iudicem reus non dignaretur responso, aut indignum hoc iudicaret. Quam multi sæculi huius magni utuntur hoc *Mibi? mihi hæc fieri?* mihi non responderi: mihi non plus cultus & venerationis exhiberi: mihi hæc negari? & à tali? à paupere, ab ignobili, ab

3. Reg. 21. indocto, à plebeij generis? Ita *indignans & frendens Achab*, super negata sibi vinea, Iezabelis vxoris suæ consilio lapidibus obtulit innocentem Naboth. & audit per Eliam à Domino: *OSSIDISTI, INSUPER & POSSEDISTI IN LOCO HOC, IN QUO LINXERUNT CANES SAN-
GUINEM NABOTH, LAMBENT QUOQUE SANGUINEM TUUM: CANES YERÒ COME-
DENT IEZABEL IN AGRO FEZRAEL.* Et tamen obtulerat Achab Naboth vineam meliorem, aut argenti pretium vineâ dignum. nec ille occidi illum iussicerat, sed Iezabel. quæ quòd litteras damnatio-nis scripsisset ex nomine Achab, easque annulo eius signauerat, mortis Nabothæ reus habitus est Achab. atque eo magis, quòd vxore hortante demortui vineæ possessionem adiuisset.

Ó quantos ætas nostra recensere inter Principes viros posset Achab! quantas vxores Iezabelas, quæ maritis iniuitatum scelerumque causa sunt! Idem reperies in Eudoxia contra magnum Chrylostomum. & secuta Imperatricis mors misera: etiam Imperatoris. Ita non diu manent impunita scelera. si manent, grauitate pœnæ tarditatem compensat Deus. Idemque in omni priuato crimine reperies. noli proinde post peccata nimiæ bonitati, aut pœnarum dilationi, aut cuidam quasi diuinæ simulationi confidere. veniet inexpectata manus Do-mini,

mini, & preoccupabit incautum, & multa sibi promittentem, annosque cum diuite multos, qui audire meruit: *Stulte,*
Deus ali-
quádo vin-
deca exsur-
get scelerá.
Luc.12.
hac nocte animam tuam repetunt à te: que autem parasti, cuius erunt? *Ecclesi. 5.*
 & monemur à Sapiente: *Non tardes conuerti ad Dominum, & ne differas de die in diem: subito enim veniet ira illius, & in tempore pen- 1. Thess. 5:*
dante disperdet te. & à Propheta: *Subito, dum non speratur, veniet Isaia 30.*
contritio eius, peccatoris nimirum, & comminuetur sicut contem-
tur lagena figuli contritione perniciosa, & non inuenietur de fragmen- 1. Thess. 5:
tis eius testa, in qua pectetur igniculus de incendio, aut hauriatur pa-
rum aquæ de fovea. & Apostolus: *Dies Domini, sicut fur in nocte, ita veniet: cum enim dixerint, pax & securitas, tunc repentinus eis superueniet interitus, sicut dolor in utero habenti, & non effugient.*
Quod non tantum de die Domini magno & ultimo, sed de vniuersitate vltimo die intelligendam: vt proinde serio in- 1. Thess. 5:
migilandum saluti per peccatorum fugam. facilis victoria est, si inter initia obfistimus, si timore & amore Dei circumsepti hostem excluderimus. nam, si semel pedem fixerit, paulatim obdurescet occupatus animus; & ante corruet, quām periculum suum senserit. Benè de assueto peccatis Iob: Cor eius indu- Cap. 41.
*rabitur tamquam lapis, & ringetur quasi malleatoris incus. Tanta vis peccati, vt lapides cere faciat cor carneum, ac lentes cere ac indurescere incudis more, vt nulli illud postea diuinæ gratiæ mallei mollescere doceant: sed incudis instar indurescat ad gratiarum diuinorum malleationes. Vt verè de inueterato pec- catore dici possit: Cor illius quasi scuta fusilia, compactum squamis ibidem, se prementibus. una vni coniungitur, & ne spiraculum quidem incedat per eas: una alteri adhæredit, & tenentes se nequaquam separabuntur. Peccata enim peccatis innexa inuicem superfusa, ac tam- Peccata
quam in vnum corpus coalescentia quasi scuta quædam fusi- peccatis
viam ster-
lia, teguntque cor peccatoris tamquam squamis ferreis mu- nūt, & ho- tuò implexis & se prementibus, vt nec timoris aut amoris Dei minem obdurant. spiraculum ullum emitat, aut diuinæ gratiæ radios admittat. Nec separari mutuò possint, vt viam aperiant melioribus diuinis monitis, suasionibus, minis, sponzionibus. Fateor nihil*

Tt

non

non posse Deum, sed neque semper Publicanos, Magdalenas, Saulos, Zachaeos, latrones inuenit: neque semper tam potentibus fulminibus ferit ita salutem. Ac licet ipem diuina iniiciat misericordia, terret tamen iustitia, & per paucorum exempla, qui ex adultis iam vitijs ad meliora redierunt, exigunt sunt spei materia. Plurimorum vero exempla, qui vitijs inseparabili vitam inter illa posuerunt, meritò terrere nos debeant, & ad remedia seria & tempestiva impellere.

*Car. Dominus a-
pud Pila-
tum taceat.*

Redeamus ad Pilatum mirantem ad silentium Domini, & indignantem, quasi dignatus esset Christus Praesidem respondere. Sed non ignorabat Christus accusantium Principum potentiam, pertinaciam, gratiam, odium: Iudicis ingenerosum pectus, timidum, dubium, & Iudaicæ potentie inferiorem: ut frustra proinde sponsorus videretur. & fatuum putabat, ante porcos spargere margaritas, ante Gentilem Praesidem verba diuina nil operatura. Nec videbatur aliud dicere posse quam, Quò nil profutura responsa? imò quò responsa augmentatura iudicis, à quo non erat liberandus, peccatum? Cum vero prodesse innocentiam suam testando non posset, obesse noluit, & causam iudici præbere sceleris maioris. vt discamus primò, non spargere nil profutura: secundò, cauere ab ijs, quæ obfutura proxime, quæque causam maioris delicti dare possunt: etiam è re pia, monitisque pijs.

VIII.

Ioan. 19. Confidera Christi verba ad indignantem super silentio illius: Non haberes potestatem aduersum me ullam, nisi tibi datum esset desuper. Propterea qui mo tradidit tibi, maius peccatum habet. Ut discas omnem potestatem, etiam impijs cōcessam, à Deo esse. *Omnis po-
testas ve-
nit à Deo.*

Rem. 13. Non est enim potestas nisi à Deo: que autem sunt, à Deo ordinata sunt. Et pars aliqua decidua Dei, omnis sœculi huius potestas est, quæ componi illius non potest. vt bene Iob: Non est super terram potestas, que comparetur ei, qui factus est ut nullum timeret. omne sublime videt, ipse est Rex super uniuersos filios superbie. *Fa-
cili-
nos sumus, vt illum timeremus. beati, si vetere timuerimus, cum
timor causa salutis sit. videt ipse omne sublime, animam nra-
mirum.*

Cap. 41.

mirum omnem sublimem, scrutaturque corda sublimia, &
 dominatur super filios superbiam, quos dispergit, & consilia
 illorum cum Achitophelis dissipat, & in nihilum redigit su-
 perbos conatus illorum omnes. Quam multi non agnoscunt
 potestatem, quam habent, venire a Domino! quam multi v-
 tuntur tamquam a scipsis illam consecuti! o quam multos in-
 uenias Nabuchodonosores, qui spem omnem ponunt in ma-
 gnitudine potentiae & diuinarum suarum! De quibus illud
 Prophetæ: *Maledictus homo, qui confidit in homine, & ponit car-* Ierem. 17.
uem brachium suum, & a Domino recedit cor eius. erit enim quasi
myrice in deserto, & non videbit cum venerit bonum: sed habitabit
in siccitate in deserto, in terra saluginis & inhabitabili. Magis et-
iam fatus, qui fiduciam totam ponit in robore & opibus suis, Homo sibi
sueque po-
tentiae non
fidat.
& in debili & fluxa carne sua brachium suum, fortitudinem
& spem suam locat. euaneat enim in cogitationibus suis: &
*dum plurima sibi promittit, inueniet se ut myricam in deser-
to, elanguidum, exsuccidum, humore destitutum, infœcun-
dum. Donec sciat quod dominetur *Execlsus in regno hominum, &* Dan. 4.
cumque voluerit, det illud. & exclamat cum magno Rege:
*Altissimo benedixi, & uiuentem in sempiternum laudau, & glorifi-
cam: quia potestas eius potestas sempiterna, & regnum eius in genera-
tionem & generationem. & omnes habitatores terre apud eum in ni-
hilsum reputati sunt: iuxta voluntatem enim suam facit tam in virtu-
tibus celi, quam in habitatoribus terre: & non est qui resistat manu
eius, & dicat ei, Quare fecisti? Beatus, cui tantum otij, & gratiarum
concessum a Domino, vt filiorum more puniatur, filiorum-
que more ad parentem redeat. O nimis pauci! cum plerique
in medio fiduciae suæ cursu destituantur in interitum sempi-
ternum. Atque hinc nimis verum illud Prophetæ: *Benedictus Ierem. 17.*
vir, qui confidit in Domino, & erit Dominus fiducia eius. & erit quasi
lignum quod transplantatur super aquas, quod ad humorem mittit
radices suas: & non timebit, cum venturit astus: & erit solium eius
*viride, & in tempore siccitatis non erit folicium, nec aliquando defi-
net facere fructum. Felix, cuius Dominus fiducia est. nihil illi***

Fiducia
omnis in
Domino
collocada.

T t 2

gra-

gratuiti cælestis humoris deesse poterit: quo irrigentur radices eius, quæ fœcundissimos post diffundant fructus latissime quaquam parte patentes. non timebit ille noxios calores, cum plus humoris hauriet ab imbre cælesti, quam improbi ab inimicis fornacibus æstus. sed neque siccantes & emaciantes ignes metuet, diuinorum gratiatum humectationibus circumfessus. erit verò folium eius viride, cuius colorem nec versens ætas, nec glacialis hiems mutabit, aspirante & fouente illud in virore & flore suo perpetuam cælesti auram. nec erit inficitatis tempore solicitum, in die mortis, cum ferè viribus destituimus: non in die iudicij, siue priuati, siue publici, qui verus siccitatis dies est, nullis meritis patens, omnibus ocelus, lacrymis etiam, precibus, votis. verus siccitatis dies, qui nulla producere opera fructusque potest, omni humore destitutus, omnique fœcunditatis spe æternum exclusus. Potestas ergo omnis à Domino est, robur omne, profutura scientia omnis, veraque prudentia omnis: non quæ tincta facilius coloribus, presentium inuestigatrix, quæ fatua Deo est, sed futurorum indagatrix & amatrix, quæ fatua mundo est. Fortunatam animam, quæ cælesti labore, scientiam, prudentiam plena vni seruit Deo, rerum mundi huius omnium contemptrix: talis anima numquam destituetur fructibus operum bonorum, dum viuet, numquam diuinorum amorum in æterno casti amoris regno, in quo per omne ævum dilecto suo, Deo suo fructur felix anima.

IX.

Iudas maius peccatum est quam Pilatus.

Sequitur in Euangeliſta: Propterea qui me tradidit tibi, maius peccatum habet. Primo Iudas: quo enim maiora in hunc conculcerat Dominus beneficia, & ad Apostolicæ dignitatis culmen euererat, pecuniamque illi vni inter Apostolos crediderat, prodigiorumque Christi oculatus testis fuerat, virtusque morumque ipsius innocentissimorum, virtutumque omnium conscientius, ut qui tot iam annis lateri illius individuus comes adhaerisset; hoc scelus ipsius fuit maius. nam Pilatus Gentilicus Israelites & ignarus horum erat omnia, nec beneficia cum Iuda

Iudā Christi senserat, & religione longissimè à Iudeis aberat, quo magis ignoscendum. Iam Iudas triginta argenteis, tam vili pretio Dominum vendiderat; Pilatus venditum proditumq[ue] à discipulo dimittere moliebatur: nec quidquam intentatum reliquerat, vt innocentem absoluere. ut meritò dixisse Dominus videatur, maius esse peccatum Iude, infelicitissimo exitu claudendum. Ita in primos malorum autores grauius ferè sanguire Deus solet: vt plus sceleris appareat in consulete & impulsore, quam in exequente. O quoties nos alijs malorum sumus causa, consilijs, monitis, exemplo! maximè superiores, quorum ferè vita viuendi & imitandi reliquis regula est. Sed & plerique sclera sua superiorum exemplis teguntur. aut ut minimum, excusationē se mereri arbitrantur, si in nullo à super oris morib[us] deflexerint. improbi illi an probi sint; pro eodem habent: ac in laude etiam ponunt sequelam. Quo grauior meritò poena metuenda superioribus, quorum exempla eunt in consilium & legem.

Maius etiam peccatum fuit Scribarum, & Phariseorum, & Scribarorum & Phariseorum peccatum grauius quam Pilati.
Symmis sacerdotes & omne concilium quarebant aduersas I E S V M te-
 stimoniū, ut eum morti tradarent, nec inueniebant. Et tamen per-
 stabant in innocentis accusatione, eo nocentiores ipsi, quo
 innocentior quem damnatum volebant. magis verò, quod
 non ignorarent innocentiam illius: cum illum non ob alias
 causam damnatum vellent, quam quod improbis eum cona-
 tribus suis aduersari sentirent. Nudis proinde odijs prouocati
 in innocentis properabant mortem: quo magis damnandi.
 magis etiam, quod Pilato pro reo dicenti fortiter obfisterent,
 innocentiamque illius saepius testanti obniterentur: nec san-
 guine per barbarem flagellationem contenti, nec spineā co-
 ronā satiati, nec lacero vndique corpore & innumeris propè
 vulneribus expleti, nil nisi crucem inclamarent, solâ morte
 saturandi. Maius proinde peccatum habebant, qui minis &
 importunis clamoribus ad iniquam sententiam Pilatum im-

T t 3 pelle-

pellebant, nullâ aut illius tergiuersatione, excusatione, innocentiae denunciatione, aut innumeris flagris flexi. Maius etiam horum peccatum, cùm legum periti essent; nec ignorare Prophetarum de Christo prædictiones possent, si vellér, cùm quos consulerent, libros haberent in manibus nimis clare aduentum illius indicantes. Crœvit etiam eorumdem peccatum ob miraculorum à Christo perpetratorum magnitudinem, quæ cadere in nocentem non poterant: & ob rerum multitudinem, quod nulli vñquam veterum Prophetarum aut S. Etorum concessum, accedebat vitæ sanctitas, integerimi mores, inculpataque per omnia vita, in quam cùm nulla caderet accusatio, nulla mali suspicio, solius boni publici falso prætextu, reuerâ timore auctoritatis & potestatis suæ apud populum minuendæ, in Christi mortem properabant. Nocentiores proinde longè erant Pilato, qui omne studium industriamque suam contulit, ut Christum eriperet, sibiq; suisque illum restitueret, innocentiae illius frequentatâ denunciatione, ad Herodem ablegatione, quò se & Iudæorum inuidiæ subtraheret & iniustæ damnationi, dimissionis proposito delectu inter ipsum & latronem Barabbam seditionis popularis auctorem, flagellatione non tam in pœnam quām in miserationem imperatâ. Quæ omnia cùm Iudæorum peccatum augeant, tum Pilati minuunt, ut iure dictum videri debeat, quia maius peccatum habent.

Peccata nostra Christū Iuda vendiderunt: nostra in illius osculo magistrum, Domini patrem, Deum prodiderunt: nostra, vincula in Iudæis in Christum iniecerunt: à nostris alapæ profectæ, flagra, vulnera, sanguis, spinæ, risus, scurriles ioci: Barabbas prælatus à nostris: falsa etiam testimonia à criminibus nostris nata. & quidquid à Iuda in Christo sœuijt ingratum & proditorum, quidquid in militibus barbarum, quidquid in Iudæis impiū, sœuum, crudele, à criminibus nostris fluxit. instrumenta Iudas, milites, Iudæi dici possunt; auctores & instrumentorum horum

horum ducatores, peccata nostra. hæc quasi manus, illi tamquam telum fuerunt. pro dextera, scelera nostra, pro ferro Iudeorum lingua, flagella, spinæ, clavi steterunt. Jam, ut grauius scelus est auctoris & ferientis, quam instrumenti: ita grauiora scelerata nostra, quam Iudeorum sunt, longeque Pilati peccato maiora. Quare & tormenta nobis metuenda sunt seueriora, ut qui in grauiori delicto simus, malorum ac crudelitatum omnium in Christo perpetratarum à Iudeis, militibus, Herode, Pilato verissimæ causa.

Consideranda sequentia Euangelistæ verba: *Exinde quererat Pilatus dimittere eum. Iudei autem clamabant dicentes: Si hunc Ioan. 19. dimittis, non es amicus Cæsaris. omnis enim, qui se Regem facit, contradicit Cæsari.* Quo fortius & sèpius Pilatus insistit accusati Christi absolutioni, hoc crescit improbitas Iudeorum, & restatio fit innocentia Christi. Verum quem à iusto iudicio extiterere falsis accusationibus non potuerunt, politici aggredi sunt molitionibus. quæ ferè apud iudices sæculo immersos diuinis potentiores sunt, adeoque & apud hominum partem longè maximam: apud quos ferè plus Regum & magnorum minæ & indignationes quam Dei possunt. terret hic ignibus æternis, terret cælorum in perpetuum exilio, terret plurimum infelici exemplo; terrent contra Principes dignitatum & opum spoliacionibus. animat Deus, & ad se allicit æternum præmiorum, & opum æquæ æternatum sponsionibus: prouocat inuitatque ad se mundus honorum & periturarum opum largitionibus. & negligitur Deus, & auditur mundus: surdaque ipsius promissa aure transiuntur, apertâ huius admittuntur, & anteponuntur hæc illis; & cum alterutra possimus, mundi diligimus peritura dona, negligimus æternatura Dei. Disquiramus hic Iudaici argumenti vim. *Si hunc dimittis, non es amicus Cæsaris.* Sed si hunc damnaueris innocentem, non explabo officium viri boni, non æqui iudicis. Satis ad damnationem est, forte amitum Cæsaris. verum sine iniustitiae nota damnare innocentem non possum. nemo nocens est, quem Cæsar dam-

Politicis rationibus
sepè indi-
ces concu-
tiuntur.

Cæsaris a-
micitia ex-
ciderendum
veretur
Pilatus,
Christum
morti ad-
dam-
dicit.

damnatum vellet. verum quid dicturi boni? probabit sententiam Cæsaris, quisquis bonus est. & quid si iniusta Cæsar imperet? fient imperio illius iusta. quid si impia? fient pia, si imperauerit. at qui satisfaciam huic conscientię innocentiam testariti? Cæsar's conscientia pro tua erit. quid dicturus Deus? quod Cæsar. sed quæ ratio damnationem suadet? Cæsar's voluntas pro ratione cuique esse debet. verum quæ hæc constantia, quæ prudentia est, ab æquo & bono, Cæsar's metu decidere? nemo prudens vltro se Cæsar's indignationi obieciet; nec constantia, sed pertinacia quoddam genus est, Cæsar's voluntati nolle cedere. non audiam timidus, si ob metum excidendi gratiâ Cæsar's innocentem damnaueroſ audies sapiens, si ob vnius sanguinem excidere Cæsar's gratiâ nolueris. timidi est, minis cedere. prudentis est, in nocitura non procurrere. abiectæ mentis signum est, minitabundis cedore. sapientis est, nullum hostem contemnere, etiam minimum. sed offendit Cæsar non poterit, si pro innocentia stetero. offendetur, si alienam innocentiam illius maiestati prætuleris. magna Cæsar's gloria est iustitiae administratio. major est diadema+ tis illius cōseruatio. conseruat quisquis iustitiam administrat. modò non eat in Cæsarem. non video Christum aduersari Cæsari, cui etiam tributa adnumeranda suadet. nemo aduersatur magis Cæsari illo qui se Regem facit: nec vlla res proprius Cæsar's dignitatem petit, quæ sacrosancta cum omnibus, tum prouinciarum in primis Præsidibus esse debet. vt nullum læse maiestatis crimen maius sit, quam Cæsari de regno æmulum intactum permittere: consensisse enim criminis arbitrandus est, quisquis, cum potuit & debuit, non putauit, maximè in perduelle, qualis omnis ille censendus est qui se Regem facit. Grauiā hæc sunt, si non cadant in virum fortē. Quamquam excusationem prætexere in criminis huius obiectione Pilatus non possit. diluerat enim illud Christus his verbis: Regnum meum non est de hoc mundo. Quare periculum creari Cæsari nullum poterat ab alterius mundi Rege: nec æmulus de

de regno Cæsari censeri poruit, cum huius mundi huius, illius alterius esset. O quoties nos paribus politicis rationibus vin- cimur, & cōmodis ac honoribus nostris, amicorumq; preci- bus, Principumq; fauoribus, postponimus Deum! Et non in omni hoc peccato facimus, cum neglectis diuinis monitis & imperijs, nostræ propensioni diuinæ voluntati contrariæ ob- sequimur? Vide deinde fallacem accusationem in hac falsa calumnia. Non ignorabant Iudæi regnum Christi non esse de hoc mundo: quod non semel palam edixerat. sed illi, cum alia omnis accusatio abesset, Christum accusabant affectati huius mundi regni, & maximè Palæstinæ. nec tamen accusationis huius indicium ullum proferunt. satis illis dixisse fuit, & cri- men aliquod regno vicinum obiecisse, ut magno hoc nomi- ne affectati regni, à Christi propugnatione depellerent Pilatum, & ab innocentia defensione protruderent. Quoties nos similibus terroribus superamur? quoties offensionum metu, aut amittendæ gratiæ magnorum, ab æquo & bono deflectimus? & ibi metu, hic spe concutimur, & à vero abducimur? quoties, ne displiceamus amico, coniugi, filia, filio, socio, fra- tri, patri, Regi, ad iniqua descendimus? quoties ob spem lu-cri à iusticiæ seminis deflectimus, & aliorum nolentem illam trahimus, amicis rationibus palliatam, quæ numquam auari- tiæ deesse possunt?

*Pilatus cum audiret hos sermones, adduxit IESVM foras. Et dicit XI.
Iudeis: Ecce Rex vester. Illi autem clamabant: Tolle, tolle, crucifye Iuan. 19.
eum. Dicit eis Pilatus: Regem vestrum crucifigam? responderunt Pon-
tefices, Non habemus Regem, nisi Cæarem. Incusus Pilato metus ob
nomen contra Cæsarem affectati regni. cum sciret nihil inui-
diosius Regibus, alieni Regis nomine, nullamq; rem tenerio-
rem, aut periculo propinquorem; adduxit IESVM foras iudi-
candum. experiri tamen ultima voluit, an fors ad misericor-
diam Iudæos fleteret. atque hinc illa verba: Ecce Rex vester. Cur Pil-
atus iudeis Christum
in risum fatuæ obiectionis de affectato regno, cum nihil
orbe toto Christo vndique lacero, & in sanguine suo natante
vt Regem ostenderet.*

V Y misc-

miserius, nihil longius à regia dignitate inueniri posset. quid enim si corporis externam speciem, si vulnerum multitudinem, si spinez coronæ vilitatem intuearis, remotius à Rege esse potuit? siue in commiserationem, ut tam miserâ Regis sui constitutione ad benignitatem & humanitatem flecterentur. solet enim regium nomen ad ultima deicatum ac prostratum ipsâ sui deiectione miserationem mouere cogitantibus magnum regium nomen, & prostrati infelicem conditionem. Sed non didicerūt odia mitescere. inclamabat proinde: *Tolle, tolle.* ingeminant verbum. nec enim satis erat crudelitati illorum semel dixisse: nimis hoc leue tantis odijs. quo enim quæ imbiberant animis odia, certius testarentur, repetere barbarum illud *tolle* voluerunt. simul etiam ut terrent Pilatum, omnemque illi spem adimerent benignioris voluntatis. Indicabant hac verbi geminatione, oculis suis Christum grauem esse, nec se ultrâ conspectum illius ferre, in quem desiderant angeli prospicere. O quid dicturi sunt peccatores omnes, quorum hæ in Iudeis voces sunt, cum illum viderint venientem iudicem, quem sublatum nunc volunt? quomodo ferent oculos, ad quorū prospectum elementa collidentur, sol obscurabitur, contremiscet terra, cum non tulerint oculos post tot flagra in miserationem deflexos? Addunt: *Crucifige eum.* non contenti tolli mitiore aliquo mortis genere, crucifixi affigi volunt, quo testatius odium illorum & crudelitas esset. Ita ferè dum odium in summo est, nullo inimici sanguine satiatur. exquirit suppicia; ac nec ipsis inferni tormentis expletur. ut non mirum sit tam grauiter inueterata odia à Deo puniri. Verum hīc, ut iam non semel dixi, non est quod accusamus Iudeos. nos accusandi & damnandi sumus, quorum hæ voces fuerunt. atque utinam diebus singulis non repeta- mus easdem. quod in singulis fit peccatis grauioribus, quibus iterum, teste Apostolo, quantum in nobis, cruci suffigitur Christus. Sed neque ferimus prospectantem Deum, monen- tem, multantem blandè, ad se allicientem, ad meliora prouo- cantem,

Iudei pe-
nitentium
in crucem
tollit:

& nos in
illis, dum
in Deum
delinqui-
mus.

cantem, & ad consilia saniora, ad peccati fugam, ad vitiorum detestationem, virtutum amorem. vellemus non videri, non moneri, quò liberior peccandi campus esset.

Iterum post Iudæorum clamores conatur Pilatus IESVM eripere. Regem vestrum crucifigam? quasi dicat: Quæ hæc subditorum barbaries est, quæ Regem suum crucifigi desiderat? aut quæ hæc in Regem suum inhumanitas est, non satiari regio sanguine, nisi mors omnium pudentissima sequatur? neque enim illa usquam vilior crucis morte. & quid dicturi reliqui terrarum populi, quid Reges omnes, quando inaudiuenter barbarem hanc Iudaici populi in Rege suo crudelitatem? quid omnis omnino posteritas? aut quid excogitari poterat ad Iudaici nominis dedecorationem maius, quam Regem suum cruci affigi sceleratissimorum latronum more? & ire hoc in omnes gentes, perque omnium historias & securita sæcula? Discimus hinc salutare quoddam monitum, in omni tentatione delicti grauioris. ut Pilati verbis utamur: Regem tuum crucifiges? patrem tuum? Deum tuum? cum enim in omni grauiore criminis Christum, monente Apostolo, quantum in nobis est, crucifigamus; dicere meritò, dum ad quodcumque peccatum maius prouocamur, possumus: Regem tuum crucifigas? Ita non contentus unâ morte, toties nouâ morte saeuis, quoties grauiore te delicto contaminas. Et quis subditus tam crudelis sit in Regem, ut illum suffigat cruci? quis filius tam impius in parentem, ut manibus illum suis affigat cruci? quis in conditorem suum tam improbus, ut clavis in illum saeuias & cruce? quis in Regem, patrem, conditorem ferociat flagris, spinis, alapis, sputis, lanceâ, cruce? & quid mereatur hic crudelis? aut quæ poena etiam æterna delicto huic æquari possit? maximè si non contentus saeuisse semel, crudelitatem repeatat saepius? facit hoc omnis peccator in omni delicto grauiori. iuxta illud Apostoli: Rursus crucifigentes sibi metuens filium Dei, & Heb. 6. ostentui habentes. O quæ pariari potest poena huic delicto? de-sistui ab homine haberi Filium Dei, & Deum? quid exspecta-

Quâ consideratione tentatio ad peccatum expugnari & elidi queat.

**mus post hæc mortales? aut quod tormentum satis sit? quid
verò dicturi sumus, quando in die illo magno & terribili fieri
illud Euangelistæ: *Videbunt in quem transfixerūt. Quod antè di-***

***cum à Zacharia. Aspicient ad me, quem confixerunt: & plangent
planctu, quasi super unigenitum, & dolebunt, ut doleri solet in morte
primogeniti: in die illa magnus erit planctus. Plangent planctu non
profuturo, cùm dies illa futura sit dies retributionis, & non
meriti. dies gaudiorum æternorum ijs, qui secuti sunt Domini-
num: dies dolorum æquè æternorum ijs, qui grauioribus pec-
catis suis transfixerunt Dominum. qui longè priorem nume-
rum superabunt. iuxta illud Zachariæ: *Et erunt in omni terra,****

***dicit Dominus: partes duæ in ea dispergentur, & deficiunt: & tertia
pars relinquetur in ea. & ducam tertiam partem per ignem, & vrām
eos sicut uritur argentum, & probabo eos sicut probatur aurum. Duæ
partes etiam eorum qui cognoverunt Dominum, deficiunt
& dispergentur æternū. tertia pars per ignem Purgatorij
videtur saluanda.. nec desunt qui iustos etiam non nisi per
ignem cælo putent aptandos, & vt argentum & aurum per
ignem depurandos. Fortius Isaias in terrorem omni peccato-
ri: *Deserta est omnis letitia, translatum est gaudium terra: quia haec
erunt in medio terra, in medio populorum. quomodo si paucæ oliuæ, que
remanerunt, excutiantur ex olea; & racemi, cùm fuerit finita vnde-
mia. hi leuabant vocem suam atque laudabunt, cùm glorificatus fue-
rit Dominus. In die illa visitabit Dominus super militsam cali in ex-
celso, & super Reges terra: & congregabuntur in congregacione vniuersi-
fascis in lacu, & claudentur ibi in carcere. De ijs vero qui secuti sunt:****

***Isaiæ 25: illum. Præcipitabit mortem in sempiternū: & auferet Dominus Deus.
lacrymam ab omni facie, & opprobrium populi sui auferet de vniuersali-
terra. & dicet in die illa: Ecce Deus noster iste, exspectavimus eum,
& saluabit nos: iste Dominus, sustinuimus eum, exultabimus & la-
tabimur in salutari ejus. O nimis dura, at vera tamen, in peccato-
res sententia! & quæ post olitionem manent oliuæ, & quæ***

***post vindemiam vuæ durum, tam paucos saluari, & à tam
paucis omnem lacrymam æternū abstergi, à tam paucis op-
pro-***

Salvando-
rum pauci-
tas

probrium auferri, à tam paucis laudari Dominum, à tam paucis cum gaudio & lætitia videndum, à tam paucis mortem auferendam in æternum. ò quis credat, nisi ille per Prophetam dicat, qui mentiri aut falli non potest?

Sequitur in Euangelista: *Responderunt Pontifices: Non habemus Regem, nisi Cæsarem.* Ad Pilati obiectionem silet populus, tamquam regio nomine ad miserationem flexus, aut humani corporis fœdâ laceratione in benignitatem versus. vt videas in populo minus odiorum, plus humanitatis suis: in Pontificibus plus odiorum, humanitatis minus. vidimus hoc clare suprà in Barabbæ delectu, in quem à Pontificibus Principi busque suis impulsus fuerat. & ferè vt ad subitam indignationem, ita ad miserationem facilis populus est: facilisque ponit odia, ad quæ facilis descenderat. In Pontificum Principum que populi animis altius illud insederat. quòd auctoritati suæ plurimum decidere à Christi moribus putarent: à tam pijs & sanctis, improbis suis. Non agnoscunt ergo Christū Regem: imò renunciant Christo; quasi dicant illud Osee: *Non est Rex nobis: non enim timemus Dominum & Rex quid faciet nobis?* & illud Lucæ: *Nolumus hunc regnare super nos.* Quàm vereor, ne audiant illud eiusdem Euangelistæ: *Inimicos illos, qui noluerunt me regnare super se, adducite huc, & interficite ante me.* Factum hoc sub Imperatoribus Vespasiano & Tito, quo ad corporis vitam; quoad animæ in cuiusque morte, cùm æternæ damnationis sententiam acceperunt, qui agnoscere Christum Regem noluerunt. quare & à regno illius volentes & vtrorse excluserunt. neque enim sperare regnum poterant, qui Regem non agnoscabant; aut admitti in illius regnum, qui Regem repulerant, morteque omnium turpissimâ ac crudelissimâ innocentissimum affecerat. Ut meritò audias ab angelo dictum apud Daniel: *Et post hebdomadas sexaginta duas occidetur Christus; & non erit eius populus, qui eum negaturus est.* Desinet nimisrum esse populus, qui renunciauit Regi suo: desinentque esse filij, qui ignorarunt patrem; imò qui abiurarunt patrem. Atque hinc

V. v. 3.

illa

Ivan. 19.

Populus
non tam
immixtus ac
Principes
& Pontifices.

Iudicantes
pudientes
Christum
Cæsarem
agnoscunt;
sed fatuè.

Dan. 9.
Eorum
derelictio.

Cap. I.

illa grauis & iustissima Dei apud Isaiam comploratio: *Audite celi, & auribus percipe terra, quoniam Dominus locutus est: Filios enutriui, & exaltavi; ipsi autem spreuerunt me. cognovit bos possefrem suum, & asinus presepe domini sui: Israel autem me non cognovit, & populus meus non intellexit. Vt genti peccatrici, populo graui iniquitate, semini nequam, filii sceleratis: dereliquerunt Dominum, blasphemauerunt sanctum Israel, ab alienati sunt retrorsum.* Nonne Dominus Israelem nobili illà escatili pluuiâ tamquam pater, imò vt mater filios enutriuerat: cum & vestimenta & calceamenta tantæ multitudinis, annis quadraginta indetrita & inobsoleta seruauit, & terrâ lacte & melle manante donauit. vt in lacte & melle affectum intelligas matris, & materna in lacte vbera, in melle benignam suauemque matris manum. Quid? quòd & in illis vngium & capillorum crementa bonitas diuina defixerit, ne enormitas corruptelè deputaretur. Ut etiam in tam exiguis, & quasi corporis ipsius reiectitijs, paternum ostenderet pectus, matris curam. & ubique tamquam vera mater blanditus Israeli, & tamquam vteri sui filio, tutatus illum tamquam pupillam oculi sui. vt nulla vlo sæculo mater tam tenerâ mente in filios suos fuerit, nulla tam propè perditè amauerit, quam Israelem Deus. Hinc illa verba: *Numquid obliuisci potest mulier infantem suum? & si illa oblitera fuerit, ego tamen non obliuiscar tui.* & apud eumdem: *Quomodo si cui mater blandiatur, ita ego consolabor vos.* Potuit se ad magis materna demittere magnus Deus? & vide matrem: *Numquid ego qui alios parere facio, ipse non pariam?* & qui generationem ceteris tribuo, sterili ero, aut Dominus? Fœcuudissimus omnino Dominus; & partus ac generationis eius, primogenitus Israeli. Exaltationem vero Israeli ignorare nemo potest, qui non ignorat Ægyptum, Moysem, mare rubrum, Iordanem, Reges plurimos in manu Iosue & Gedeonis, opesque innumeræ, quales nulla recenset historia omniū orbe toto Regum & Imperatorū, cum annuū prouentum Salomonis contum auri millions superasse videamus. Iam, quanta Israeli gloria, cuius meminuit Dominus apud

Isaia 49.

Cap. 66.

& ingratitudo in Deum.

*apud Isaiam: Erunt Reges nutritiū tui, & Reginæ nutrices tuæ: vñl- cap.49:
tu in terram demissō adorabunt te, & puluerem pedum tuorum lingent.*

De qua vñquam gente hæc legas? Et post hæc omnia audis:
*Ipsi autem spreuerunt me. Numquam certius, quām cùm palam
coram Præside renunciarunt Regi, & regno illius. Additur:
Cognouit bos posseforem suum, & asinus presepe domini sui: Israel an-
tem me non cognouit. Vnde illa obiectio Baruch: Obliti estis Deum, cap.4:
qui nutriuit vos. Quid miramur homines si beneficiorum ob-
liuiscantur, in quos illa contulimus? aut querimur cum be-
neficijs memoriam perire, nec vltra beneficia hanc stare, et
iam in viris cætera bonis, addo, & non raro in Religiosis & ar-
etiori voto pietati & Deo sacratis? Grauius est, cùm pro bene-
factis malefacta repouuntur, pro nutritio & patrio pectore
contemptus, risus, opprobria, detractiones. nimirum pro vi-
olis lapides, pro rosis tela, pro lacte & melle venena, pro am-
plexu & osculis, foueæ & laquei. quales apud Ieremiam leges:*

*Numquid redditur pro bono malum? quia foderunt foueam, vt cape- cap. 18.
rent me, & laqueos absconderunt pedibus meis. Quæ cùm facta le-
gimus ab Israele Deo; quid nouum, si eadem experiamur? si
pari ingratitudine percutiamur ab ijs, quos aut amicorum, aut
filiorum loco habuimus? si aut foueas aut laqueos pares, in-
sidiásque pares parari ab ijs videamus, quorum in nos fidem
amoremque merito nobis promittebamus? si denique illos
præter omne meritum nostrum sentiamus aduersarios, facto-
rumque dictorumque obrectatores, damnatores, quos iure
quodam nostro deposcere debebamus propugnatores? Sole-
mur nos exemplo magni Dei: neque enim est discipulus super Matt. 10.
magistrum, nec seruus super dominum suum. sufficit discipulo, vt sit sicut
magister eius; & seruo, sicut dominus eius. & verbis Christi apud Io-
annem: Non est seruus maior domino suo: si me persecuti fuerint, & Ioh. 15.
vos persequentur. subdit: Quia odio habuerunt me gratis. Nam ex
causa odio haberí, non nouum. gratuitò & post beneficia ha-
berí, nouum; & tamen non nouum. neque enim nouum vi-
deri iam debet, quod Christo ab vniuerso Israele accidit. Imò*

Post bene-
ficia ingra-
ti ferendi
nobis sunt,
& nonis
beneficiis
onerandi.

&

& inter beneficia diuina repotendum, si gratuitis nos odijs & emulationibus prosequantur, non exteri tantum, & in quos nullum nostrum beneficium exstat; sed in quos magna merita, etiam domestici, & vteri vnius. Memini iustæ querelæ Domini apud Prophetam: *Sicut inimicus meus maledixisset mihi, sustinuissest utique: & si is qui oderat me, super me magna locutus fuisset, abscondissest me forsan ab eo. tu vero homo unanimes, qui simul mecum dulces capiebas cibos, in domo Dei ambulauimus cum consensu.* Non quod hoc nouum aut mirum & inopinatum Deo, qui corda scrutatur & renes: sed quod res humano more metienti & nouum & durum, illorum experiri odia, maledicta, detractiones, insidias, damnationes, oblocutiones improbas, quos vna in domo Domini mensa & habitatio iunxit. A quorū infidis molitionibus, linguis & calamis solus Deus se tutari potest. nam hostilitatem professos effugere, non magnum: nec magnum, odia anteuertere palam denunciata, & se subducere intentatis & præuisis telis. sed linguas palam amicas, clam inimicas, maximè domesticas, & quibus omnia tua ratione vnius contubernij notissima, effugere, nescio an non solius Dei sit. nec quidquam accidere homini potest grauius, quam illos hostes pati, quos vna mensa & domus iunxit; maximè si magna in illos tua sint promerita, si beneficia varia ingratitudine ac hostilitate videoas remunerari. Quod tamē res humanas penitus cogitanti, & ad Brutum & Cæsarem reuocati, magis etiam ad Christum & Iudam & vniuersum Israelem, & ad notissimas Dei prædictiones, quibus inter primos inimicos parentes, fratres, amicos, domesticos numerat, nec nouum nec magnum videri debet. maximè si ante illa se armauerit, si euenire posse, adeoque & solere sibi persuaserit: si nihil cuiquam pœnitendum commiserit: si omne secretum suum in oculis magni Dei & iudicis fecerit: si nihil dixerit, nil egerit, ad cuius propalationem meritò pertimescat: si vel in medio foro insternere sibi lectum possit, vt cubile illi semper pro campo fuerit, parietes pro accusatoribus, stratum pro iudice: si quemcumque

que hostem; quacumque hora & loco, etiam nocte media, admittere sine rubore queat: si detinque nihil erubescendum nec admiserit, nec dixerit. hic talis extra unum Deum corarium scrutatorem vereri neminem debet, & ridebit fortunatum in suarum amicos. & quod in energumenis videamus, maximum in talium ora illesam injicit, nec sentiet dentes. sed & gaudebit cum magnis Apostolis, quod dignus habitus fuerit pro virtute, pro vero, bono, iusto pati: reponetque ingratas suorum linguas calamosque, & cum fortuna mutatos, inter diuina beneficia, & certata insc Dei sui amoris indicia.

Reuertamus ad Iudeos Christum Regem negantes. quos Peccator
imitari videbis in omni grauiore criminis peccatorem, qui haud ag-
cenferi debet non agnoscere Christum Regem. nam si agno-
sceret, maximeque praesentem, singulaque illius dicta, facta,
cogitata intuentem, premia vincenti promittentem, poenas
peccanti minitantem; non descenderet ad mandatorum illius
transgressionem. quis enim in conspectu Regis sui, in cuius
manu vita & mors cuiusque posita, audet imperium illius
transgredi, contemptis illius sponsionibus & minis? aut quis
talem arbitretur agnoscere Regem suum? Beati omnino qui
illum noscunt Regem, & mandatis illius obsequiuntur! de qua
bus illud Sapientia: *Iusti in perpetuum vivent, & apud Dominum cap. 5.*
est merces eorum, & cogitatio illorum apud Altissimum. Ideo accipient re-
gnum decoris, & diadema species de manu Domini; quoniam dexterā
suā teget eos, & brachio sancto suo defendet eos. Ita non tantum qui
hic agnoverant Regem Dominum, in numero petiturum
regnum illius admittentur: sed de manu illius & regnum ip-
sum & diadema accipient. tanta est prærogativa seruientium
hic Domino Regi. Magnæ etiam consolationi Iudeorum il-
la verba non agnoscencium Christum Regem, Gentibus sunt.
Factum enim in his verbis illud Ecclesiastici: *Dederunt regnum cap. 49.*
suum alii, & gloriam suam alienigenæ genti. Atque hinc illud apud
Regum Prophetam: *Constitues me in caput Gentium. populus, Psal. 17.*
quem non cognoui, seruauit mihi in audiitu auris obediuit mihi. Gen-

Peccator
haud ag-
noscit
Christum
Regem.

Gentiles assumpti in locum Iudeorum speluncarum.
 tilium nimis populus, qui ignorabat Deum verum, & ignorabatur ab eo, cum ipse Dominus filios non numeraretur, nec inter oves illius. Subditur: *Fili alieni mentitis sunt nubila; filii abeniti inveterati sunt, excluduntur a semine suis Iudei, qui aliquando filii, alieni nunc facti, & mentiti sunt, Regem suum negantes, & se regis illius potestati subtrahentes, claudicantes alege, & a veritate absentes, inveterati in malo.* Et illud Dominus: *Muli ab Oriente & Occidente veniente, & recumbentibus Abraham, & Iacob in regno celorum: filii autem regni exiguntur in tenebris exterioribus: ibi emitetur & sonor dentini.* Felices, qui spernentibus Iudeis Christum Regem totis animis admiserunt, & sequi sunt. *Regnum enim eius regnum sempiternum, & poteris eum in generationem & generationem, quae non deficit in aeternum.* quam etiam communicabit ihs, qui toto illum animo sequi luit, nullâ habita ratione personæ, sed meritorum tantum. Quod clare in illis somniis Nabuchodonosoris verbis videbis. post graues predictiones regis formæ in feralem transmutationis, additur: *Donec cognoscant viventes, quoniam dominatur Ecclesia in regno hominum, & cunctumque voluerit, dabis illud, & humillimum beninem constituet super eum.* Euenisse hoc videmus, cum superbam Iudeorum gentem, omniam reliquarum contemptricem damnauit, spredo Rege suo, ad bestias, ad mancipiorum conditionem, ad orbis famulatum, regno, quo gloriabatur, spoliaram, & transstulit illud ad Genses, a Deo & veritate tunc exultantes depresso vero populū quem ante sibi delegerat, & ancillare hunc docuit Gentibus, quas ante depresso, & gratia sua lumine destituerat. Quod etiam vsuvenire indies videmus, cum humillimum quemque sibi Dominus associat, carlostibus remuneratur donis, cœloque ascribit cives, & regni sui socios, adeoque & in filios suos adoptat, & heredes statuit gloriae suis, coronæ suis. Super superbos vero pluit laqueos: *Ignis, & sulphur, & spiritus procellarum pars calicis eorum.* & *Contra illos habebit spinis virutem, & tamquam turbo venit dividet illos:* & ad crevum perducet amorem terram iniqitas

Matt. 8.
 Dan. 3.
 Dan. 4.
 Psal. 10.
 Sap. 5.

quitas tuorum, & magnitudo euntes fides potentiam. Contigit hoc in Iudeis: contra quos stetit, post abnegatum Regem Christum, spiritus virtutis Romanorum, à Deo in scelerum poenam immisso, qui tamquam turbo diuisit illos, sparsitque ignobiles per vniuersam faciem terræ: quorum iniqitas ad ērethum perduxit nobilem illam prouinciam lacte & melite fluentem. de quibus, quod de Aegypto Dominus, dici potest:
Arescit aqua de mari, & fluitus desolabitur atque siccabitur: calamus & iuncus marcescat, nudabitur abies rini à fonte suo, & omnis sementis irrigua siccabitur: & mactabunt pescatores, & largebant omnes mittentes in flumen humum, & expandentes rete super faciem aquarum emarcent: confundentur qui operabantur inum, peccantes & texentes subtilia. Omnia hæc euenerunt, & deteriora etiam Palæstinæ, postquam renunciarunt Christo Regi. De Gentibus verò illud eiusdem Prophetæ dici potest: Scissæ sunt in deferto aquæ, & torrentes in solitudine: & quæ erat arida, erit in stagnū, & sitiens in fontes aquarum: in cubilibus, in quibus prius dracones habitabant, orietur viror calami & iuncti: & erit ibi semita & via, & via sancta vocabitur: & redempti à Domino conuertentur, & venient in Sion cum laude. & letitia sempiterna super caput eorum, & letitiam obtinebant, & fugier dolor & gemitus. Scissæ sunt super desertum Gentilitatis aquæ cælestes, & diuinarum gratiarum torrentes irrigauerunt solitudinem Gentium: & qui atescerant à cælestibus donis, facti sunt in stagnum munera diuinorum: & in locis, in quibus dracones infernales habitabant, subortus est viror calami cælestis, draconibus & serpentibus pulsis: natæq; sunt viæ in locis antè inuijs, & à solis dracotibus inhabitatis. Quid enim idololatriæ spiritus aliud, quid idolorum templo aliud, quam draconum spelæa? & via sancta via Gentium vocabitur, quæ polluta ante, nutrix impollita; quæ impiæ, nunc pia; quæ remotissima à Deo & salute, nunc coniunctissima, cum in filiorum locum adoptatæ Gentes, exclusis Iudeis antè filijs, nunc hostibus, & Regis sui renunciatoribus. Sequitur: Ex redempti à Domino conuertentur. Sanctum enim no-

men Domini in Gentibus, & magnum nomen illius in illis; ad quod conuersi sunt totis animis, relictis impijs maiorum suorum semitis, postquam enim semel in cruce sanguinem fudit Dominus, a grauissima miserrimaque, qua tenebantur, servitute, depulsis, quibus inuoluebantur tenebris, Gentes in libertatem vendicati, lucique redditi sunt. vnde illud Prophetæ

Viderunt
per Chri-
stum luce
magnum.

Isiae 49. *Cap. 60.* de Christo. *Dedi te in lucem Gentium;* ut sis salus mea usque ad extremum terræ. & illud eiusdem: *Ambulabunt Gentes in lumine tuo,*

& Reges in splendore oreus tui. Consolationis etiam plenissimum hoc Ezechielis de Gentibus & Iudeis: *Ponam gloriam meam in Gentibus:* *& trahidebunt omnes gentes iudicium meum,* quod posuerim super eos: *& scierent Gentes,* quoniam in iniustate sua capta sit dominus Israel, eò quod dereliquerint me, *& abscondierim faciem meam ab eis,* *& tradiderim eos in manus hostium,* & ceciderint in gladio uniuersi. Factum hoc à Cæsare, quem spreto Christo Rege, solum agnouerant. quod etiam minatus fuerat Dominus apud

Cap. 12. eumdem Prophetam: *Dedi te opprobrium Gentibus,* & irrisiunem uniuersis terris. que iuxta sunt, *& quæ procul à te, triumphabunt de te:* *sordida, nobilis, grandis interitu.* Omnes sanè gentes de

Iudei facti omnium gentium Propudiū. Iudeis triumphasse videri possunt; cum venumdati sint à Domino in omnium gentium famulos & ancillas. vnde & sordida in interitu suo gens Iudaica, cum non perierit, ut perire in bello viri solent, sanguinem dando & hauriendo, sed seruorum & mancipiorum more venumdati. nobilis etiam interitu, cum inaudito propè sæculorum omnium interitu ceciderint, fame, mutuo humano pastu, & venumdatione. grandis etiam interitu, cum vniuersa simul gens perierit, nec in ipsa

vrbe Hierosolymitana lapis super lapidem manserit intactus. omnibus per circuitum populis, quibus ante Iudei dominabantur, in opprobrium & derisum dati. Sequitur apud Prophetam: *Vera est mihi dominus Israel in scoria: omnes isti as,* *& lanum,* *& ferrum,* *& plumbeum in medio fornacis:* *scoria argentei facti sunt: propterea congregabo vos,* *& succendam vos in igne furoris mei,* *& conflabitimi in medio eius.* ut conflatur argentum in medio fornacis.

sic

ficeritis in medio eius: & scietis, quia ego Dominus, cum effuderim indignationem meam super vos. In scoriam versa est domus Israel vniuersa, in paleam, in cinerem, cum calcata sit ut calcari solet scoria, euentilata ut palea, dispersa ut cinis, succensa deinde in igne furoris Domini: ut nihil remaneret reliquum Domino, nihil veteris gloriae, nihil dignitatis. iacentque etiam nūm Iudæi, effusi in omnium vbiique gentium seruos & mancipia ignobilia, ignorantes Dominum. cum contrā ab ortu fo- Malach. 1.
lis usque ad occasum magnum est nomen Domini in Gentibus, & in omni loco sacrificatur & offertur nomini Domini oblatio munda: non hircorum, vitulorum, aut taurorum sanguine, sed pretioso san- 1. Petr. 1.
guine quasi agni immaculati Christi & incontaminati. Euenerunt hæc omnia Gentibus; postquam renunciarunt Christo Regi suo apud Pilatum Iudæi. ab illo enim tempore & subditorū, & filiorum, & heredum se nomine vltro spolarunt, nobilissimi- misque se prærogatiis cælo concessis exuerunt, in eorumque locum successerunt Gentes, è servis filij, ex extraneis domestici, ex hostibus amici, è præteritis heredes facti. Factumque ab illo tempore quod habemus apud Euangelistam: *Populus, qui Matt. 4.
sedebat in tenebris, vidit lucem magnam: & sedentibus in regione um-
bra mortis, lux orta est eis.* Contrā populo, qui sedebat in luce, tenebræ exortæ sunt, & sedentibus in regione lucis & vitæ; nox & mors exorta est.

Considera sequentia Euangelistæ verba: *Videns autem Pila- XIV.
tus quia nihil proficeret, sed magis tumultus fieret; acceptâ aquâ, la- Matt. 27.
uit manus coram populo, dicens: Innocens ego sum à sanguine iusti-
bus: vos videritis: & respondens vniuersus populus, dixit: Sanguis eius
super nos, & super filios nostros.* Hactenus inconcussus stetit Pilatus: nunc cadit, veritus popularem tumultum, impulsoribus Pontificibus, dum sauiunt venti, pacata turbantur maria, & in iras insurgunt fluctus, peritissimisque gubernatoribus me- tum incutiunt, & omnem sapè industriam ac peritiam ludunt; euenit Pilato; quem nullæ antehac molitiones à vero abdu- xerunt, nullæ criminationes à iustitia euerterunt, restitit Pon-
tifici-

tificibus, Principibus; cessit tumultuanti populo, nec rationes sed minas intentanti. Videbat innocentem Christum, sed videbat miserrimè habitum, ut humano more tam misere lace ri potentiam vereri non deberet, non amicorum illius opes aut gratiam, non illum propugnantium multitudinem aut vires, non indignationem virorum magnorum. Videbat ex parte altera Pontificum & Principum potentiam. verebatur de jine ne apud Cæfarem audiret male, si in gratiam hominis ab omnibus destituti, non auertisset popularem tumultum imperio metuendum. Cessit proinde furor, timore constantiam vincente. sed ita, ut antè palam lauaret manus, in testationem innocentiae suæ super innocentis sanguine. culpam omnem iusti sanguinis profundendi à se auertens, conuertens in Iudæos. In quo facto verbisque repetita iam sapientia confessio est innocentiae Christi. & mulrum fuit toties palam à Præside innocentiam accusati denunciata. Quo maius etiam crimen Pilati est, qui post tot examina, tot accusationum dilationes, tot clare retectas criminationes, tot falsa testimonia deiecta damnare innocentem ausus est: plusque tribuit Iudæorum potentias & minis, quam cognitæ innocentiae. Benè Sapiens:

Qui timet hominem, cœd corruet: qui sperat in Domino, subleuabitur.

Quam
grauë eius
crimen.

Proh. 29. Sperantes in Domino non confunduntur.

Timuit Pilatus; cecidit. sperauit in Domino Susanna; & inuenit innocentiae suæ propugnatorem Danielem. sperauit Daniel; & in medio leonum dormiuit innoxius. sperarunt fratres; & in medijs signibus ambularunt incombusti. sperauit David; & inuenit Saulem cortuentem Philistinâ manu. sperarunt Iob; & Tobias; & utriusque redditâ valetudo, & auctæ opes. sperauerunt Iudith, & Esther; & dexterâ illius cadit Holofernes, consilijs huius Aman. Ut merito magnus per omnia Mathathias 1. *Math. 2.* ad filios: *A verbi vici peccatoris ne timueris; quia gloria eius ferens & uenit est: hodie excolitur, & cras non inuenietur; quis conuertus est in terram suam, & cogitatio eius perire.* Præmittit: *Omnes qui sperant in Domino, non infirmantur.* Addit exempla Phinees, Iosue, Caleb, Eliæ, Danielis, Ananiz & sociorum. Et monemur

sur à Domino apud Isaïam: *Nolite timere approbrium hominum,* ^{Et} *blasphemias eorum ne metuatis.* *sicut enim vestimentum, sic comedet eos vermis:* ^{Isaia 51.} *Et sicut lanam, sic devorabit eos tinea.* Subiungit: *Salus autem mea in sempiternum erit.* Quid timeat homo vermes, aut ^{Non sunt timidi homines.} quid metuat à tinea? & quid aliud omnis saeculo potens? apem monumenta, & è minitabundo olim corpore vermes videbis & tineas: nec aliud quam cineres, sordes, calcandumque plebeio pede puluerem. Addit omnibus seruientibus Domine animos Ecclesiasticus: *Oculi Dei in diligentes se: qui times Dominum, non tremebit, et non perirebit;* ^{Cap. 34.} *quoniam ipse est spes eius. timor eius Dominum beatam animam.* oculi Domini super timentes eum, protector potentie, firmamentum virtutis, regimen ardoris, umbraculum meridiani, deprecationis officiorum, adiutorium casus, exaltans animam, illuminans oculos, dans sanitatem, vitam & benedictionem. Quare dictum ab eodem, vere: *Melior est unus timens Deum, quam mille filii impiorum.* Et quem timeat timens Deum? Principes, Reges, homines, angelos? non maior his omnibus Deus, sub cuius protectione latet? Sciebat hoc, qui dicebat: *Si ambulaueris in medio umbra mortis, non timebo mala, quoniam tu tecum es.* & *Dominus protektor vita mea, a quo trahitur?* Irruit omnis potestas tenebrarum. fortior Deus, cui intratur. insurgat quidquid sacerdotio magnum, quidquid validum: maior & validior Deus, sub cuius tutela est. astuent ignes, & minentur flammam. flumina fundet Deus, & immittet maria. præcipitia terrent? nullum præcipitum Deo est, qui manu dicit. deprimitur? extollebit Deus. circumdabunt tenebrae? dispellet illas luce sua Deus. inualetudo lassabit? desinet ægritudo omnis corporis, animi, ubi medica accesserit manus Dei: quæ & mortuos reddit vires, & implet benedictionibus. Quid? quod etiam honoribus cumulet: discimus in Iosepho. etiam regno: docemur in Davide. opibus etiam. Job testis est, & Tobias. quin & sapientiam vide Salomonem. robore etiam: Samson nos docet. sed & vistorijs cumulat & triumphis: discimus à Iosue & Machabæis. animos vero quales addat, testis Judith, Debora, Iahel. fiduciam

Dominus
quam sit in
suis prote-
gendis.
potens.

ciam autem quantam largiatur, ostendit Iosue, cum statio-
nem soli & cælis imperat. audaciam quantam accendat, ex-
emplo est nocte tötâ cum angelo luctans Jacob, & Ionathas
Saulis, qui, solo armigero comite, ausus est Philistæa agmina
inuadere, vincere: & Ionathas Machabæus, qui duobus, nec
pluribus comitatus alienigenarum exercitui restitit, in fugam
egit. Similibus exemplis plena est omnis vetustas: neque de-
signari ullus potest, quem prior destituit Deus. quo magis
damnandus Pilatus, qui humano victus timore, seposuit Dei,
renunciauitque æquitati & iustitiae; damnauit innocentem.

Pilati u-
mor va-
nus.

Cap. 7.

3. Reg. 13.

Verè monet Ecclesiasticus: *Noli querere fieri index, nisi valeas vir-
tute irrumperet iniquitates: ne forte extimescas faciem potentis, & po-
nas scandalum in æquitate tua.* Timuit Iudæorum minas Pilatus.
trepidauit ad nomen Cæsaris. posuitque in omnem æternita-
tem scandalum in æquitate sua, quâ antehac conatus fuerat
innocentem Christum absoluere, morti eripere. Olim Iero-
boam, dum veretur ne à suis Hierosolymitanum templum vi-
sentibus deseratur, ad idola decurrit. Herodes regni successo-
rem veritus, ad innocentem decurrit sanguinem. Pharaon re-
gna amittendi metu, imperat Hebreos masculos occidi. Pila-
tus ne Cæsaris gratiâ excidat, innocentem damnat. Et percussit
*Baaſa omnem domum Ieroboam, non dimisit ne vnam quidē animam
de semine eius.* Herodes alter post admissas blasphemias populi
voces, à vermibus eroditur. Pharaon fluctibus cum vniuerso
exercitu obruitur. Pilatus Cæsaris gratiâ excidit, exilio dam-
natur, manu suâ cadit. euenit idem alijs. Ad quæ humanus non
impellit metus! O, si tantum in omnium animis timor posset
diuinus, ad quas non virtutes exsurgeret homo? si vero iudi-
ces timore magis concuterentur Dei, & futuræ æternitatis,
quam Principum, amicorum, magnorumque qui obesse pos-
sunt, qui prodesse diuitumque & qui gratiâ pollut; quas non
Respublicas haberemus? cum enim primæ iudicum virtutes,
constantia aduersus Principes, potentes & munera sit, veri-
tas ad omnes; utroque carebit quisquis humanum timorem
diuino

diuino præposuerit. quare & necessarijs iudicium virtutibus nudatus iacebit, nec sperare ab hoc aliud poteris, quām quod à Pilato in Christum. timeat illius exitum quicumque talis est: malitq; exemplo illius sapere, quām infelici suo alios prudenter docere. Verūm quām multos ætas nostra profert Pj-
 latos iudices? & quis propè horum est, qui non frequenter Iudices se-
 cedat potentia, gratia, opibus, minis, muneribus, amicitia, pè cedunt
 sponsionibus, inuidia, æmulationi, periculis, damnis, com- victi ami-
 modis, precibus, maiorum commendationibus, honoribus, corū poté-
 similibusque alijs? O quoties cauſe iustitiam & iudicis con- tiā, gratiā,
 stantiam labefactant aduersa aut prospera, sperata bona, aut &c.
 malorum timor! quoties illam totis sedibus euertunt pericu-
 lorum metus, spes commodorum! quoties vxoriæ lacrymæ,
 & preces muneribus suffulta, fortem iudicem aliorum à ve-
 ro abduxerunt! quoties deinde singuli nostrum ad deterio-
 rem cauſam affectu transferimur! quoties ingeniosus in om-
 nem partem amor contra iustitiam rationes inuenit! quoties
 plus rationis inuenimus in amico, quām in hoste! quoties in
 rebus nostris obliuiscimur æquitaris, solius boni nostri me-
 mores! quoties cogimus iustitiam in nostras ire partes relu-
 ctantem, & abducimus à via sua! quoties speci cedimus aut ti-
 moribus, & à vero illorum manibus ad non vera rapimur!
 Iam, quoties honores commodaque nostra honoribus com- Sic & pec-
 modisque diuinis præferimus! quotiesque diuina postponi- cator ti-
 mus nostris! quoties certantibus inter se pugnantibusq; diui- more vi-
 nis humanisque imperijs, adeoque & delicijs ac voluptatibus
 nostris, cum inhibitionibus diuinis, seponimus, negligimusq;
 diuina, vt humanis obsequiamur: fœdaque voluptates nostras
 imperio, minis, sponsionibusque Dei magni stolidi antepo-
 nimus! quoties potior nobis Deo voluptas nostra, vindictæ
 studium, honorum sitis, opum cupiditas! in quibus omnibus
 damnamus Deum, probamus nostra: postponimus illius, præ-
 ponimus nostra. Et damnamus interim Pilatum: non excuso.
 sed cùm ille damnandus, qui toties, & tam fortiter pro æqui-

Y y tate

tate fletit & innocentia, contra iniuriam; nec vincere potuit nisi popularis timoris metu: quo nos loco erimus, qui ad minimam minimæ etiam voluptatis prouocationem, ad ostentatam eminus donorum spem, ad spensiones honorum; à vero & a quo deflectimus, adeoque & ab ipso Deo? bis impij; in Deum, quem in mandatorum transgressione contemnimus; & animata, quam perdimus: bis iniusti, cum humana diuinis, & gratiam, opes, honores iustitiae præferimus. Iam, si ille damnandus, qui tumultuanti populo cessit; quanto nos magis, qui carni toties nostræ cedimus, qui plus brutalibus illius impulsionibus, quam Dei monitis largimur? plus sæpè potibus & comestationibus, quam diuinis inspirationibus ad meliora propellentibus? damnamus proinde diuina monita, qui sequimur contraria, damnamusque adeò ipsum Deum, cum imperia illius, carnis imperijs postponimus, hæc præferimus: facti iniquissimi iudices inter Deum & earnem hanc nostram; cum huius placita, consilia, mandata, illius anteponimus, plusque mollibus & brevi perituriis carnis suasionibus, quam nūquam morituris Dei spensionibus, numquam mitigandis inferorum pœnis concedimus. denique non contenti vnâ cura Pilato Christi morte, popularibus minis extortâ, toties illum cruci adiudicamus, toties configimus, quoties leuibus blandisque mundi carnisque illecebris, Deo adversantibus obsequimur. nullæ hîc intercedunt populares minæ, quæ sæpè virum etiam fortem concutiunt, & de constantia illius aliquid decerpunt. sed momentanea aliqua ad se trahit voluptas viro indigna, magis etiam Christiano.

XV. Considera hîc deinde Pilatum conari à se delictum auerre externâ manuum lotione. quasi hac purgari animus possit, sordesque illius detergi. Quam multos imitatores habet Pilatus! quorum dum mens natat sceleribus, probitatem verbo mentiuntur. externa si spectes, cōpositum vultum, morum quamdam grauitatem, modestiam, verborum suauium fluentem, humanitatemque & benignitatem, verbis etiam maiorem,

Multi in
mente sce-
lerata pro-
bitatem
mentiu-
er ex-
cius.

rem, amicas compellationes, amicissimas vltorneas sponsiones; pietatem etiam, castimoniam, & equitatem, in omnes verborum quibusdam torrentibus expressam; probissimos & & quissimos arbitraberis, & Stoicos quosdam Christianos, quos cum religiosissimis viris componere velis & audeas. At si ad interiora illorum animum oculosque reflexeris, tamquam flumini, sic sceleribus innatare deprehendes. proprius tantum intuere, laruam detrahe, deterge stibium; deters mendaciū, quod pulchritudinem mentiebatur. Faciunt enim hi omnes, quod qui statram cothurnis mentiuntur, & qui purpurissō formam. utrumque ubi detraxeris, ridendos propinabis, & veritatem pulso mendacio offendes. Sunt atij, qui postquam innumeris se criminibus maculauerint, scelerum plurimorum sci, bonorum euersores, famae multorum detractores, aniqui iudices, opumque alienarum occupatores, possessores iniusti, qui que per proborum calcationē, sanguinem, depulsionem, criminationes viam sibi strauerunt ad magna; uno altero ve suspirio, tenui eleemosynā, leuibusque donarijs satisfacris, externisque quibusdam umbratæ pictatis signis, omnem se scelerum suorum sentinam putant posse eluere, & expiaro quidquid criminum cōmissum antè, unoque leuissimæ spangiæ ductu, quidquid contractū antè sordium, detergere. quasi si quis scopis deuerrere se putet posse altissimos montes nubibus suis superstantes. ô nimis fatui, & Pilato stolidiores! qui manuum lotione animam purgare se posse sperabat. Alijs illa fluminibus post delictum indiget, alijs sibi restituitur & Deo, & priori puritati & integritati. docemur hoc in Magdalena & Prodigio, & Prophetarum Regumque nobilissimo Dauide. sequamur hos pœnitentes, qui secuti sumus errantes, & ocularum, non externalorum fontium, fluminibus lauemur. manuum lotio mensis, non menti, seruit; & superflua manibus aqua manuum, non animarum, sordes eluit.

Sæpè gra-
ues peccá-
tores bone
vno opere
scelera se
posse om-
nia eluere
putant.

Addit lotioni Pilatus: *Innocens ego sum à sanguine insti huius: Matt. 27.
et vos nideritis. Et respondens universus populus, dixit: Sanguis eius*

Iudæi
Christi in-
nocentis
sanguinem
depositum
posterioris in
Iudicium.

*super nos, & super filios nostros. Culpam innocentis damnandi à se repellere Præses conatur, & in Iudæos transferre. fortè etiam vt vindictæ metu ex innocentis sanguinis profusione se-
ceturæ, terreat Iudæos, ne eant in sanguinem, & patientur di-
mitti innocentem tot vulneribus concisum. Verum obduru-
erant animis, omniq[ue] benignitati & clementiæ aures clau-
serant, aperuerant crudeilitati, & illi soli. quare innocentis Christi sanguinem sibi filijsque suis imprecantur. his crude-*

Matt. 23. *les, in se, & in posteros. Dixerat aliquando Dominus : Ecce ego mitto ad vos Prophetas, & sapientes, & Scribas, & ex illis occidens, & crucifigens, & ex eis flagellabitis in synagogis vestris, & persequemini de ciuitate in ciuitatem: ut veniat super vos omnis sanguis iustus, qui effusus est super terram, à sanguine Abel iusti usque ad sanguinem Zacharia filii Barachia. & præmisserat : Implete mensuram pacrum vestrorum serpentes, genimina vipersarum. Deceat ad mensuram sanguis Christi, quem nunc imprecantur sibi posterisque suis fieri in iudicium. nihil proinde defuit ad omnem impietatem, nihil ad omnem pœnam & vindictam. Iam, si verum illud:*

Cap. 4. *Genesios: Vox sanguinis fratris tui clamat ad me de terra. nunc igitur maledictus eris super terram, qua aperuit os suum, & suscepit san-
guinem fratris tui de manu tua. quæ maledictio expectanda fuit Iudæis innocentissimum Christi Regis, patris, adeoque & Dei sui, sanguinem effundentibus? quamquam maledictionis huius nimiam experiantur potentiam, patriæ æternū exules,*

orbéque toto profugi, solo suo extorres, nullius ciues, omniū mancipia, gentium opprobrium orbe toto, perpetuā seruitute infelices, in risum, in contemptum, & ludibrium omnibus dati, ac in perpetuum quoddam humani generis maledictum. adeò vt nihil quaquam aversum Iudaico nomine infelicius, funestius, scelestius audiri possit : nec villa, quorumcumque etiam scelerum, contumelia grauior, quam Iudæum dici, & pro Iudæo haber. Et, quod infortunatissimum, manent erroribus interim suis fœtidissimæ nebulae inuoluti, nec euoluentur nisi cum mundi fine. tanta est imprecatiū in interitu vis sanguinis Chri-

Forum ex-
ilium &
miseria:

Christi. Benè hīc Hieronymus in Matthæum: *Quid peccauit in cap. 7.*
te, popule nequam, proles nondum concepta, ut prius obligares ad mor-
tem, quām gigneres ad vitam; prius interficeres, quām ad esse quale-
cumque propagares; prius tuis peccatis inuolueres, quām naturam, in
qua peccare possent, ministrares? Nimirum Adamum imitari ma-
fuerunt quām Christum, & cum femine scelus suum trans-
fundere in posteros: ut bis proles gignerent infelices, Adami
peccato, scelere suo. Mitior Adam, qui dum vxori obsequitur
in vetiti pomi morsu, se primūm, inde vxorem, & secuturam
posterioratē perdidit. Fuit Adami peccatum magnūm, non
nego, cūm imperium violaret Dei, plusq[ue] uxorijs blanditijs,
Adami
peccatum
minus quā
Iudicorum.
quām Dei deferret mandatis; plus pomi pulchritudini, quām
minis diuinis; plus dæmoni & vxori suadentibus, quām pro-
hibenti Deo. & fefellerat simul illum spes similitudinis diui-
næ: Eritis sicut d[omi]n[u]s, scientes bonum & malum. cūm antē nil sciueris. Gen. 3.
sent nisi bonum. numquam sciissent malum, nūmquam
perirent; & nos in illis. sciebant bonum, virtutem; & impe-
rabant paradiso, erantq[ue] Deo similes, ignorantes in se ma-
lum, cūm ignorarent peccatum. secura veritæ arboris sub-
grauissima interminatione manducatio; & sciuerunt malum,
cūm in se scirent peccatum. & facti similes, non Deo, sed illi
qui, pariari cūm veller Deo, excidit miser cælo, æternis tor-
mentis adiudicatus. sic Adam, dum similis optat esse Deo,
dissimilimus per peccatum factus Deo est. & erat antē simi-
lis, cūm, vt Deus cælo, sic ipse imperaret paradiso, nullius nisi
boni conscius. vt primūm obsecutus est suadenti diabolo, fa-
ctus est huic similis, dissimilis Deo, inimicus Deo: & simul
paradisi excidit imperio, & bonis omnibus: & adiudicatus la-
boribus, spinis, tribulis, herbis, sudori, terræ & pulueri, de-
de quo conditus aliquando fuerat: æternūm victurus, ni, cūm
folum bonum sciret, scire voluisse malum. Sed Adamo milles
modis deteriores Iudæi. non stererunt violatores mandati
alicuius diuini, non arboris, non pomi. sed improbitas illo-
rum iuit in ipsum D[omi]num. Adam quod peccauit, uxorijs preci-

Y y 3

bus

Gen. 3.

bus fecit, & erat lignum bonum ad ascendendum, pulchrum osuīa, aspectu delectabile. Accedebat sponsio diaboli falsa, sed magna. Iudæi, inuidiā & odio stimulante, irruerunt in Deum. nihil hīc pulchrum aut delectabile, quod inquitaret, nullaque magnarum spes rerum. solum in virtutibus natum odium impellebat in sanguinem, & Dei sanguinem. nec contenti affiliali Christo Deo; maiores esse voluerunt. neque hoc satiantur. volunt sanguinem, volunt mortem. nec simplici morte expletur: volunt infamissimum mortis genus, crucem. Quare

Fuere hi &
dæmone
deteriores:
Isaia 14.

& dæmone longè deteriores; qui contentus super astra Dei exaltare solum, & sedere in monte testamenti, in lateribus Aquilonis, & ascendere super altitudinem nubium, & similis esse Altissima, ad infernum deiectus est in profundum lacis, semper astuantis, semper ardentis. At Iudæi non contenti similes esse Christo, vita illius insidiantur, mortique adiudicari innocentem volunt, falsis illum calumnijs onerantes. nec tot verberum millibus satiat, non corona spinea crudelitate, non sputis, non alapis, sanguinem sitiunt. quamquam inebriari illo in columna & spinea corona poterant. omnem volunt, & quidquid supererat vitæ. & parum illis prætulisse latronem & homicidam Barabbam Deo, & iniecisse sacrilegas huic manus, & alapis spuriisque vultum illum dedecorasse, in quem desiderant angelū prospicere; mortuum volunt. & quod numquam factum ab Adamo, capiti suo suorumque in omnem posteritatem, innocentissimum Dei sanguinem imprecantur in interitum. bis impij, in se, in posteros: bis crudeles, in animas suas, & suorum: bis infelices, in sua, & suorum pœna, exilio, seruitute, contemptu, æterna fuga, damnatione. Non poterant ignorare Naboth. & Rex erat Achab. vineam illius suæ vicinam amicè petebat, meliorem offerebat, aut iustum, quod optasset, pretiū, negabat Naboth. hinc ægritudo regia. inuenit Iezabel modum, quo regiam indignationem pacaret, mœrorem leuaret. Naboth tolleret, vineam sine pretio possidendam Regi daret. & quidem, si proprius Scripturam scrutemur, inscio marito,

& Achabo
per Iezabel
Naboth
de medio
tollente.

mormo-

mortem Naboth Iezabel per litteras curasse videtur. & audit: 3. Reg. 21.
*Interficiam de Achab mingente ad parietem, & clausum, & ultimum
in Israël. Et licet ad vocem Eliæ sacco & cinere læsum abdu-*
 xerit à vita sua, non abduxit à posteritate: cuius septuaginta Achab &
 filios, & quidquid erat sanguinis Achab, occidit Iehu: sed & David quas
 carnes Iezabel comedenterunt canes in agro Iezrahel. Iam Da-
 uid post Bethsabeam & Vriam, non audit, *Non recedet gladius
de domo tua usque in sempiternum?* Secutæ regiæ lacrymæ, quibus 2. Reg. 12.
 per noctem lectum, per dies rigabat terram. secutus cinis, quo
 pro diademate cinctus, pro lecto substratus, & pro pane ci-
 batus, cùm pro potu lacrymæ forent. secuta cilicia, humicu-
 bationes, ieiunia. nec tamen auertit à domo sua ferrum. sed &
 filium tulit hostem, & tori sui violaterem. Quid ergo expe-
 stare Israël debuit in morte, non Naboth, non Vrix, sed in-
 nocentissimi Ihsu, Saluatoris sui, totque sacerulis per omnium
 Prophetarum ora promissi Messiae, Dei sui? maximè acceden-
 te vtronec in innocentis sanguinis imprecatione: quâ, quantum
 in ipsis erat, Pilatum ab omni delicti poena eximerent, & in se
 posterosque suos sceleris huius ignaros transferrent. bis in in-
 nocentiam, & in innocuum sanguinem impij. semel, cùm re-
 luctantē Pilatum Cæfaris metu & minis, in innocentis Chri-
 sti sanguinis damnationem impellunt. secundò, cùm necdum
 natis prolibus suis, tamquam ultimæ paternæ voluntatis suæ
 munus, innocentis à se fusi sanguinis poenam imprecantur:
 vocantes in poenam, quos in vindictam euocate non poterat.
 ut mitius foret numquam; quam ab illis nasci, à quibus dam-
 nationis sententiam ferrent, antequam nascerentur. infelix
 quisquis exinde Iudeo-patre nascitur, cùm non nascatur tan-
 tum, sed cum semine profusi innocentis sanguinis rœus statua-
 tur. Leuc illis Adami delictum videbarur & alienum; propriū,
 & mille modis maius, transmittere cum semine in omnem se-
 cuturam progeniem voluerunt: quo maiore scelere notiores
 essent. non videbatur illis satis in omnem posteritatem sœuis-
 se Adamus, cùm paradiſo excluderet & cælo. augere crimen
 value-

voluerunt, ut cresceret pœna inferno debita. ita non contentivo damnationis titulo, plures addiderunt & grauiores.

O, quid sperare nos decet? immo quid non timere, cum peccatorum nostrorum vocibus per Iudæorum ora inclamaui-
mus, & inclamamus indies in omni grauiore criminis: *Sanguis eius super nos in pœnam nimirum.* cum grauior nobis post

*Christia-
norū pec-
cantium
post Chri-
sti sangu-
inem fusum
ingratitu-
do.*

Apocal. i.

Qeb. 9.

Christi fusum sanguinem incumbat pœna: quia grauiora de-
licta sunt, quæ post fusum Christi sanguinem, quam quæ ante illum commissa, quo enim beneficia maiora sunt, hoc in-
gratitudo, quæ omne peccatum comitur, & pondere suo ag-
grauat, maior est: inuercūdia etiam, & peccantis contēptus,
ac mandati trāsgressio post beneficia maiora maior. nam cum
ante sanguinem solum nudumque præceptum esset, fuso san-
guine, validius illud firmatum, ac legislatoris sanguine con-
testatum est; in salutem quidem obsequentibus, in interitum
transgredientibus. ita regia imperia, quo fortius inhibentur,
hoc violentibus in offensam maiorem, ac in tormentum et-
iam maius sunt. O fiat Christi sanguis nobis in salutem, non
fiat in pœnam! & cum meminerimus illud Ioannis: *Iesvs Christus, testis fidelis primogenitus mortuorum, & Princeps Regum terra: qui dilexit nos, & lauit nos a peccatis nostris in sanguine suo.*
*lauemur in illius sanguine, in hoc felici magni amoris bal-
neo, pro quo, cum non possimus sanguinis, demus lacryma-
rum balneum, quod amicissimis illius substernamus pedibus:*
*vt, dum illius sanguinum lauamur & pascimur balneo, ille no-
stro fœcundo lacrymarum lauetur & pascatur balneo. Beati
hac mutuâ lotione, paſtu mutuo. Et quid hæremus dubij? Si
enim sanguis hircorum & taurorum, & cinis vitale aspersus, inqui-
natos sanctificat ad emundationem carnis; quanto magis sanguis Chri-
sti, qui per Spiritum sanctum semetipsum obtulit immaculatum Deo,
emundabit conscientiam nostram ab operibus mortuis, ad seruendum
Deo viventi?*

XVI. Sequitur in Euangelista. *Pilatus adiudicauit fieri petitionem eo-*
rum. Dimisit autem illis eum, qui propter homicidium missus fuerat in
carce-

*carcerem, quem petebant: IESVM vero tradidit voluntati eorum. Et secundum Ioannem: Tradidit eis illum, ut crucifigeretur. Hæc est *Ioan. 19.* illa mortis sententia, in Regem, in parentem, in Deum lata, post tot innocentiae documenta, tot falsas accusationes dete- Christus à Pilato morti ad- dicitur.*

Cæsar is & tumultuantis populi metu victus Præses succubbit importunitati, minis, potentiae, vanisque cedit timoribus. & quem non fregerat accusantiū multitudine, opes, dignitas, iniectus de Imperatore metus, à verq & iusto auer- tit. O quot aula, concilia, reliquique hominum in omni gene- re & vitæ conditione circumferunt Pilatos! quot auro inuidi steterunt! quot precibus, quot delatorum potentiae, quot priuatorum minis & sponsonibus; qui ad vnius Principis no- men ab æquo & bono passi sunt se deduci! Et verò magnus O- mnino vir sit, qui contraire Principi suo velit, qui audeat. ma- gnus, in cuius animo plus potest iustitiae auctor Deus, quam regium nomen: ad quod mortalium propè omnes magis in- tremiscunt, quam ad magni Dei tribunalia. tanta cura peritu- rarum rerum insidet animo, tam exigua æternarum. plusque possunt periturarum, quam æternarum spes & metus. Nec mi- tum hoc cuiquam videri debet, cum leuissima etiam ac mo- mentanea voluptas belluis nobiscum communis, plus apud hominum partem longè maximam valeat, quam Dei iudicis & inferorum terror, & sæculorum omnium castissima apud Deum gaudia nullo æuo moritura. Et damnamus interim Pi- latum, qui intentatis Imperatorijs minis cesserit, cum nos in- dies mollibus cedamus fœdæ voluptatis illecebris, Deumque his salutemque nostram, omnemq; æternitatem felicem mi- seramque postponamus. bis damnandi, voluptatis delectu, Dei contemptu. damnandi etiam fatuitatis maximæ, qui mo- mentaneâ vnâ voluptate æternas mercamur flamas, & æ- ternas renunciamus gaudijs: bis fatui, & Pilato longè stoli- diores, improbioreisque longè, longeque iniquiores, qui mi- noribus de causis Deum in mandatis suis damnamus, sanguinemque illius ut vilissimum negligimus & calcamus: nosque

Z z ipsos

ipsos post Christi sanguinem è cælestium regnum heredibus, & aeternorum ignium heredes statuimus, in nullum, quam in nos ipsos crudeliores. scripsit enim nos semel morte sua Christus calorum heredes, & adoptauit in filios & fratres, & exinde coheredes regni: nos & adoptioni per peccatum renunciamus, & volentes successioni semel concessæ nos ipsos excludimus, & aeternorum hereditatem ignium, & aeternorum æquè gaudiorum hereditati anteferimus..

XVII. Cogita huc cælestis Patriis in nos amorem, qui pro salute omnium nostrum impiam hanc vniogeniti & coæterni sibi Filij, Parris cæ. lestis pa- tientia in ferenda damnatio. ne Filii sui: perferre damnationem voluit, nec vindicem extedit manum. ille qui ob priuata scelera sub Noë vniuersum hominum genus, extra octo animas propagini reseruatas, aquis deleuerat: grauiora mille modis scelera in Filio perpetrata insulta transit. ille qui in Sodomam & Gomorrah, in Core, Dathan & Abiron ignibus sævit: nulla in hoc omnium scelerum maximo fulmina iacularur, nullos pluit ignes, nullam subducit pedibus terram. tantum amor in nos potuit. Cùm interim eos iniquissimæ causa damnationis, tam leui amore infinitum diuinum amorem compensamus. ô, si non odia pro amore rependamus! sit hoc in omni scelere.

Item ange- lorum. Considera deinde angelorum omnium in hac iniustissimæ damnationis sententia vultum, cùm viderent Dominum Regemque suum ab idololatrico iudice morti damnatum: auctorēmque vitæ, & per quem orbis conditus, mortis sententiâ ab homine percussum, à creatura creatorem, ab homine Deum. Non merito miramur, quomodo non accurrerint in vindictam, in totius Iudaici populi interitum? sed nimis obsequuntur Domino dolentes, qui magni amoris impulsu: & morivolebat, & defendi solebat. nec angelorum manue- gebat angelorum conditor. Parebant ergo necessitatib; sed du- ra necessitati. simul etiam Domini amore succensi, cùm ho- minum salutem ardentissimè amarent, ferebant damnatio- nem, quæ sola viam saluti præsternebat. solabantur proinde-

sc

se spe meliorum, & paucarum horarum mœrorem postponebant saluti æternæ.

Considera tertio, diuæ Matris animum mortis sententiâ accepit. cogita matrem, & talis filij cælem matrem. non exuerat matrem, licet Spiritu sancto plena. nec poterat. & quo maiore ferebatur in cælum filium amore, hoc sentiebat magis. à maiore enim amore mœror in amati dolore maior: vt à maiore gaudio, gaudium maius. meminerat angelicæ denunciationis, cælestis conceptionis, virginis partus, innocentia & virtutum. & quo plura in filio reperiebat amanda, hoc fortius sentiebat iniustam damnationē. Mitigabat quidem mœrorem salus nostra, solâ filij sui morte paranda, infelix miseria nostra; certum à cælo exilium, solo filij sui sanguine medicandum; inferorumque poenæ omnibus debitæ, solâ filij sui morte detergendæ; cælorum gaudia, solo filij sui sanguine donanda. sed inter hæc mater erat, &, vt dixi, tanti filij tanta mater, quæ maternarum obliuisci affectionum non poterat. Vide in uno matris pectore inter se pugnantia, filij amorem, & salutis omnium nostrum: iniustissimam damnationem, & talis damnationis optatissimum fructum: impiam sententiam, & tantæ impietatis tam pium exitum: mœrorem de crudeli sententia, & tanti mœroris speratum cælo gaudium saluandorum: scelus Pilati & Iudæorum, & tanti sceleris bona tanta, quanta oculus non vidit, nec auris audiret, nec in cor hominis affectus: miserrimam damnati conditionem, & miseræ conditionis nobilissimos triumphos cælo reponendos: paucarum horarum crudelem & barbarem, & in id temporis inauditam feritatem, & felicissimam post non multarum horarum cruciatus æternitatem. Ut discamus paria in aduersis, & per illa sperare; nec turbemur cum ab improbis iniuste damnamur, cum accusamur iniuste, cum negligimur & contemnimur: certi per hæc præmia nos manere cælo reponenda, quæ præparavit Deus nis qui diligunt illum.

Dolor B.
Virginis
auditæ sen-
tientiæ mor-
tis filij sui.

Considera hic proprius in hac mortis sententia Politicorum, XIX.

Z z 2 adu-

adulatorum, & magnæ partis aulicorum morem. vt enim innocentem se Pilatus arbitratur, quod diu multumq; reluctatus, ac quasi inuitus, ad innocētis damnationem impulsus furerit Cæsaris & popularis tumultus metu: ita Politici nostri excusationem se mereri arbitrantur, si in Principum gratiam ab æquo bono que recesserint; si, ne offendant, iniustis illorum sententijs subscripterint; si illorum rogatu innocentem oppresserint; si amittendæ dignitatis metu, ad iniqua descendenterint; si non monuerint properantes in innocentem sanguinem; si, ne excidant fortunis aut spe suâ, improbos illorum mores probauerint; si minas in iniusta causa intentatibus cesserint; si impijs illorum conatibus & affectibus indulserint; si placendi ijs, damnaue vitandi studio, ad quidquid illis gratum, probum improbumue fuerit, se demiserint; si dicta factaque illorum omnia, impia, iniusta, iuxta ac pia iustaue, ne aut aduersari videantur, aut indignationem in caput suum trahant, commendauerint. Verùm vt excusari à crimine Pilatus non potest, quieodem ore, quo non semel Christi innocentiam testatus fuerat, damnauit ut mortis reum: ita Politici ac Principum adulatores excusari non possunt, cum quæ iniusta, impia, temeraria, dubia, inhonesta sciunt, pro iustis, pijs, prudentibus, certis, honestis habent, vt placeant Principi: audentque affirmare mala bona, falsa vera, vt aut Principum sibi parent gratiam, aut ne iam antè paratâ excidant. Nec defunt plerisque talium argumenta, non rationes, quibus iniqua & improba, æqua & proba statuant. vt si meretricem castimoniæ vestiant stolâ, aut fœdam cloacam nobili integrant pallio: quasi illa casta, hæc nitida sit; quia casta ibi stola, nobile hinc pallium. cum interim non ignorent qualia sint, quæ propugnant. Sed nimis placendi studium aliorum illos erahit, & inuenire docet rationes tegendæ improbitati, iniquitati. semper adulatio ingeniosa fuit, neque deesse amoris proprio rationes possunt. nimis enim quisque sibi amicus est, & propriorum commodorum sitis, aquam illi restinguendæ non

*Amor pro
prius inge-
nius est.*

non magno molimine reperit. & ferè quæ validè appetimus, validè probamus, amore rationes fuggerente. quæ numquam illi defuerunt, numquam deesse poterunt, cùm ad inueniendum, suaquæ probanda ingeniosissimus amor sui sit. qui eò etiam prouehitur, vt amanti persuadeat; quæ iniusta sunt, iusta esse. tantum potest affectus, vt iudicium in partem sui rapiat, cogatq; propè assentiri falsis, dum ad ingeniosas rationes quaquæ parte inuestigandas impellit. satisque est amanti, non veras, sed verisimiles aliquas rationes reperisse, quibus improbum affectum suum tegat. Accedit, Politicos hosce & Principum adulatores ferè in alijs improbare, quod sibi permittendum putant. imò quæ antè, quām aut in Principum familiaritatem venerant, aut honoribus aucti fuerant, aut ad hosce aspirabant, fortiter in alijs damnauerat, & tunc quà priuatim, quà publicè accusauerant; ea nunc in se probat, & probari volunt, mutantes cum fortuna non affectum tantum, sed & iudicium: non cogitantes eadē se ab alijs damnatione ferendos, quâ illi antè alios percusserant. ita non tantum ingeniosus, sed & cæcus in seipso amor sui est, cùm in aliorum factis oculatissimus sit. Qua de re monemur à Domino: *Quid autem luc.6.*
vides festucam in oculo fratris tui, trabem autem, que in oculo tuo est, non consideras? aut quomodo potes dicere fratri tuo: Frater, sine ciociam festucam de oculo tuo, ipse in oculo tuo trabem non videns? hypocrita, ejce primū trabem de oculo tuo: *E* tunc perspicies, ut educas festucam de oculo fratris tui. In omnes omnino, quos passim vocamus Politicos, hæc dici possunt, qui plerumque cogitata & facta sua, conatusque fuos in alijs damnant; imò tenuissima quæque, & vel leuiter improba, & quæ de confinio aut vicinitate tantum quamdam improbitatem redolent, vehementer improbant & accusant in alijs, cùm ipsi improbissima sua probari velint omnibus vt proba, impia vt pia, iniusta vt iusta: maximè si Principis aut Reipublicæ causâ, magis autem si magno bono suo familiæque suæ. ter scelerati, in Deum, cuius imperia Principum suorum post-

Politici
quod in a-
liis impro-
bant, sibi
permitten-
dum pu-
tant.

ponunt; in Principes, quos assentationibus aut impellant aut firmant in scelere; in scipios denique, cum sub publici boni velo animas suas venales habent, scientesq; volentesq; mala non tantum probant, sed & rationes inueniunt, quibus illa subciant ac firment, maximo animarum Principum & suarum malo; & quod deterius, exemplo suo plurimos in easdem sententias pertrahunt.

XX.

Sententiae
huius cir-
cumstan-
tiae expre-
duuntur.

Considera deinde, in quem mortis haec sententia, & a quo, quorumque consilio & impulsu feratur. fertur in Deum, in cæli terræque Dominum, & conditorem omnium, a cuius nutu & manu omni momento mundus pendet vniuersus, in nihilum redigendus, nisi illius forti dexterâ sustentaretur. fertur ab homine, a Gentili, & incircumcislo, & legum Iudaicarum, & magnarum promissionum, & venturi aliquando Messia ignaro. fertur illius populi impulsu, quem sibi ex omnibus mundi incolis rara & ab orbe condito inaudita diuini muneric prærogatiâ delegerat Deus in suum: & è quo sanguinem & carnem mutuaretur in orbis vniuersi salutem. & condemnatur ut maiestatis diuinæ & humanæ reus, ut qui se Dei filium, & Regem dixisset. & morte omnium condemnatur ignominiosissimâ, tamquam maximorum scelerum reus.

O, quâ morte nos, quâ aliquâdo poenâ damnandi? si in innocentem tam grauis fertur sententia, quæ feretur in nocentes?

Quenam
aliquando
in peccato
res feretur.

aut quid dicturi sumus plurimorum criminum rei, cum statim à morte sistendi sumus iudici? stabimus insociati, inermes, nudi, honoribus opibusque exuti: nulla hîc parentum, amicorum, clientum, seruorum turba; patronus aut propugnator nullus, itineris comes nullus. stabimus coram eo quem latere nihil potest, non abditissimæ cogitationes: quiq; nihil inexaminatum, nihil impunitum relinquet: apud quem nulla discrimina purpuræ & pauperis sagi, nulla regnorum & inopis casæ, nulla omnino sceptri & ligonis, diadematis & coli. Quis animus erit criminum suorum conscio? aut quæ mens stabit illi, qui conscientiam suam testem, adeoque & iudicem cir-

-cum-

cum fert sententia ferendæ mortis æternæ? in hac trepidatione, solitudine, horrore; in hac certitudine exilij celorum, gaudiorumque æternorum; in nimis certa exspectatione damnationis ignium æternorum, in æterna dæmonum æternum exprobrium & cruciantium sociatione, quid dicturus est peccator? quid illi proderit memoria præteriorum, opum, honorum, voluptatum, deliciarum, commodorum? erunt hæc omnia in cruciatum, erunt in mœrorum, cum ex his nata crimina sint sententia ferendæ. sed & vel sola tantorum spoliatione non parum affliget misellam animam vno momento exutam omnibus. quoque maiora illa fuerunt; hoc tantis nudatum esse mœror erit maior. Quis deinde animus erit peccatori in die Domini magno, quando in pendula exspectatione stabit ferendæ sententia, felicitatis aut infelicitatis æternæ? quæ vetecundia, quis pudor, quæ trepidatio, quæ membrorum omnium concusso & horror: cum præteriorum memoria redarguet, præsentium terror exanimabit, futurorum æternitas torquebit? O dura nimis æternitas, nullâ arte aut prece mitiganda! dura nimis infelicitatis sententia! durissima æternæ felicitatis exclusio! nec minus dura æternarum flammorum adiudicatio! Quid miramur & obstupecsimus ad hanc sententiam, cum videamus, peccatis nostris iudicibus, reum mortis statui Deum ipsum? quid miramur tam seueram æternitatis sententiam peccatore feriri, cum in æternum Deum peccata nostra sequiantur: non parcimus Deo, & speramus misericordiam Deum? in conditorem ipsum barbaro more, creaturæ desæniemus, & clementem post tam barbaros furores volumus? non parcimus Deo, & benignam illius manum speramus? volumus Deum patrem, & in sceleribus nostris paternam illius manum, & statim in innocentissimi Dei, ferocissimi in peccatis nostris iudices. volumus ignosci innocentibus, & statim in innocentissimi sanguinis in criminibus nostris proditores, venditores, iudices. nec contenti semel in uno scelere cum Pilato & Iudeis damnasse, nouis iudicis damnamus sceleribus;

ribus. & post tot impias damnationes, post tot barbaras cædes, ad clementem patris dexteram respicimus. O fatui! vellemus nimirum iniquum Deum, vellemus iniustum, qui nollemus puniri in nobis scelera, & in Deum flagra, vulnera, sanguinem, mortem. nollemus puniri in nobis clavos, crucem, lanceam. vellemus transire hæc Deum impunita. iniustum nimirum illum vellemus. vellemus proinde non Deum: nam si iniustus est, Deus esse definit. Quæ cùm consideramus, serio moribus nostris necessum inuigilemus, vitam in melius emendemus, paremusque dum viuimus ea, quibus inter felicia agmina felicis æternitatis constituamur; nec statuamur æternum infelicissimæ æternitatis rei. in manu nostra est. sola hoc peccatorum fuga faciet. non opus magno conatu ad fugam. quin facilis semper fuga est. vicit, qui fugit: victoria enim in fuga est.

XXI. Considera deinde sequentia Euangelistæ verba: *Dimisit autem illis eum, qui propter homicidium & seditionem missus fuerat in carcerem, quem petebant.*

Luc. 23.
Damnato
Christo
nos liberi
dimitti-
mur in Bar-
abba.

Damnato innocentem dimittitur nos. damnato nimirum Christo, in Barabba homicida & latrone, dimittimur nos omnes, veri animarum nostrarum homicidæ: non dimittendi, nisi damnato Christo, qui se reum Patri pro nobis statuerat, debitumque omne nostrum in se susceperebat. exsoluimus, quod à nobis debebatur premium pro delictis. Cùm ergo nos damnadi essemus, damnatur ipse, qui pro nobis Patri spoponderat. nos in Barabba dimittimur, & exsoluimur vinculis, eximimur carceri, post tot animarum nostrarum & aliarum cædes, post tot spiritualia latrocinia, toties ereptis per vim & fraudem ijs quæ Deo debebatur, quæ mundo, carni & inimicissimo Dei diabolo dedimus, preferentes hæc Deo. toties etiam quæ verbo, quæ exemplo eripuimus animas Deo militantes, & docuimus adscribi militię infernali, & militare in inimicis Deo castris. Examinemus hic proprius, & excutiamus conscientias nostras; videamusq; quoties Barabbam præferamus Christo. quoties causam non bonam bo-

næ,

æ, iniustam iustæ, impiam piz. quotiesq; in iudicando plus
 demus sanguini, amicis, sponsionibus, minis, speratis opibus
 & honoribus, quām veritati. Quoties hinc prouocāte & alli-
 ciente ad se Deo, inde carne, mundo, dæmonc; his obsequi-
 mur, illo neglecto: quoties ad magnorum preces speratosq;
 fauores adiudicamus, reluctancee iustitiā, rem diuiri, abiudi-
 camus pauperi: quoties rem dimittimus, iniustam nimirum
 causam triumphare cogimus, & damnamus innocentem, iu-
 stam nimirum causam abiudicantes illi, qui illam fouebat: sed
 quod destitueretur opibus, amicis, fautoribus, quorum auc-
 potentia metuenda, aut fauor sperandus; destituimus iusti-
 tam, & quod iniustum falsumque est, iustum verumque esse
 cogimus. Förs bene, si facta, dicta, cogitata nostra certiore
 non venirent aliquando discutienda examine: si non ab illo,
 quem fallere sub quacumq; virtutis sp̄cie, nemo potest: non
 ab illo, quem nihil etiam reconditissimarum cogitationum
 nostrarum fugere potest; apud quem nulla est personarum
 acceptio, & in cuius oculis & sententia, sceptr̄a pariantur li-
 gonibus, vilissima lacerna purpuræ; apud quem quidquid
 hic est magnum & vile, theatralis aut comœdialis scena est.
 quā finitā, redimus ad priora, ad communem nimirum om-
 nibus puluerem, ad primos parentes, ad sarculum & colum,
 nullo genituarē discrimine, nullo interlabentis sanguinis. nec
 quidquam in homine spectatur, quām homo ipse, caro, in-
 quam, & sañguis par omnibus, & æqua omnibus animarum
 portio. quod reliquum, fugitiuæ pars comœdiæ est. ô quis-
 quis hæc cogitat, & incertum vitæ huius, quām seriò factis,
 dictis, cogitationibusque suis inuigilet? quām nihil illi natet
 in pectore, quām vnu Deus, vna veritas, iustitiaque ac virtu-
 eum adeò omnium amor?

Considera Euangelistæ verba: *Videns Iudas, qui eum tradidit,* XXII.
quod damnatus esset; pænitentiâ ductus, retulit eriginta argenteos *Principibus sacerdotum & senioribus, dicens: Peccavi, tradens sanguinem tuum.* At illi dixerunt: *Quid ad nos? tu riederis. & proiectus an-*

Aaa
gen-

genteis in templo, recessit: & abiens, laqueo se suspendit. Hic ille est,
de quo Euanglista: Locutus est cum Principibus sacerdotum, &
magistratibus, quemadmodum Christum traderet eis. & pabti suis
Zach. ii. pecuniam illi dare. de qua Propheta: Appendorunt mercodem meam
triginta argenteos. O quid ego h̄ic dicam? venum exponitur cæ-
Vili pretio
vendit
Christum
Iudas.

lorum terrarumq̄ue Dominus. & exponitur ab Apostolo; &
premium est, triginta argentei. quod mancipium non veneat
triginta argenteis? aut quale erit quod non superabit triginta
argenteos? quot asini & canes superant hoc premium? Infelix
venditor! infortunati emptores! ille pro tam vili cælorū ven-
dit premium. isti emunt, vt perdant. Misera sors magni Dei,

Quām in-
digna h̄ec
eius ven-
ditio.
tantillo pretio vendit? nec fuisse qui Iudæ offerenti venditio-
nem plura sponderet? aut tam modico avaritiam saturari po-
tuisse? tam patuo expleri? neminem repertum, qui miseratus
innocentia, vt à Iudæorum laniena eriperet, plura Iudæ offer-
ret? neminem fuisse inter plurimos, qui vitam recuperauen-
taut, oculos, pedes, variamq̄ue perditam valetudinem, aliāue
beneficia innumera, qui augeret premium, & vendicaret sibi
salutis suæ medicum? neminem qui vel in serum & manci-
pium emeret, aut pro tantillo pretio hoc nomine dignaretur?

In quo nos
Iudei pares,
& detersi-
res.
Quamquam quid miramur tam leui venditum, cùm minori
etiam nos vendamus? aut quid indignamur impudenti ven-
ditori Iudæ, aut crudelissimis emptoribus Iudæis? indignem-
mur nobis qui momentanè h̄ic voluptate propositâ, ibi
Christi sanguine ac cælesti gloriâ, illam deligimus, hæc con-
temnimus. indignemur nobis, qui è leui verbo insurgimus in
iras, non nisi cum sanguine ponendas. indignemur nobis, qui
hinc propositis poculis, aut mulierculâ; inde nullo æuo mo-
rituris pœnis, stolidissimo delectu in priora ruimus, à quibus
certus ad posteriora lapsus. indignemur nobis, qui plus tri-
buiimus impurissimæ amicæ lacrymis, quām Dei sanguini:
plus inuercundis illius invitationibus, impurisqæ illecebris,
quām certissimis sponsionibus ætermis: plus mollibus illius
verbis, quām Dei monitis, mihiis, depreciationibus: plus fos-
dis

dis illius, quām castissimis Dei amoribus. Ut longè magis indignari nobis debeamus, & in meritam in nos ipsos vindictam insurgere, quām in Iudam, ex Apostolo impium Domini sui venditorem & proditorem, & Iudeos. semel enim peccarunt illi, semel vendidit ille, emerūt illi. nos propè nullo non die illum vendimus, cùm pro leuissimo voluptatum pretio vendimus, facti è filijs, heredibus, adeoque ex possessoribus illius, filij iræ, & damnationis heredes æternæ: imitatores illius, qui pro tenui pomo, paradiſo se posterosque abdicauit; & illius, qui pro vili pulmento primogenita vendidit. Redeamus ad Iudam: qui pœnitentiâ ductus, argenteos reddidit. Benè ducitur pœnitentiâ super sanguine iusto, quem vendiderat, prodiderat. vera etiam illius confessio est: *Peccavi, tradens sanguinem iustum.* Et hoc in testationem innocentia Christi: simul etiam ad augendum Iudeorum crimen, cùm accusator se damnat, reum excusat: scelus suum, & innocentiam huius aperit: ut nullam prætexere excusationem possent, cùm & iudex reum non semel absoluisset, & accusator se damnasset, reum innocentem pronuntiasset. Vsus olim fuerat eadē voce post Bethsabeam & Vriam Hethæum, Dauid: *Peccavi Domino.* & audiuit: *Dominus quoque transfluit 2. Reg. 12. peccatum tuum: non morieris.* Factum idem Ezechiae Regi, post mortis denunciationem, cùm conuerisset se ad Dominum, & additi sunt vitæ illius anni quindecim. factum impio Achab post idololatriam & necem Nabuthæ, qui prece & lacrymis læsuram abduxit à diebus suis. factum Niniuæ, cùm ad delictorum agnitionem ieunia admouisset. factum denique Publicano, Prodigio, Petro, Magdalena, Zachæo, Latroni; sed cùm dolori & lacrymis supplices ad Deum preces miscuissent. At Iudas solâ pœnitentiâ ductus, sceleris sui pretium argenteos proiecit. nec hîc tamen peccatum. quin adeò factum bene: cùm iniquâ se possessione exuit, innocentis amirum sanguinis pretio. illud male, cùm abiens laqueo se suspen-
dit. Præmium hoc sceleris est. ita ferè illabuntur crimina mol-

Iudas in-
nocentiam
Christi
testatur.

Pœnitentia
sed de ve-
nia conse-
quenda de-
sperat.

liter, ac tamquam cæcā peraguntur manu. crederes hominē densā inseſsum nube, nec inhærentia præcipitia intrueri, nec substratas foueas aut aquas. Eripit nimurum diabolus, dum scelus fracter, cælum & terras; ne aut illius sperata gloria reuocet, aut inferorum poenæ retrò ferre cogant pedem. extenuat dein scelera, quò facilius in illa inducat, misericordiæque diuinæ toties expertæ magnitudinem extollit, iustitiam tegit.

**Diabolus
peccato
commisſo
ad despera
tionem
folliciat.**

at commissi criminis magnitudinem, diuinæque iustitiae securitatem auget, misericordiam minuit, ut è metu & mœrore ad desperationum extrema peccatorē impellat. Ita cùm molliter illabuntur scelera, non eluuntur molliter. rosas arbitris in ingressu, spinas senties, vbi hauseris. propinantur ut sacarum & mella; vbi biberis, sella experieris & venena; eo concentiora, quo teatiora. imò sub virtutis non raro specie excipiuntur vitia: at vbi corde tamquam domo & hospitio exeperis, pro hospite hostem experieris. Exurgit inde grauis conscientia carnificina, animi laniena, quæ nullam non die, non nocte quietem concedit, & ventorum ac decumanorum fluctuum more, animam tamquam scapham miserè iactat. vt nulla Oceano tempestas tam grauis classibus immineat, quam scelerum conscientia animæ peccanti: non mensa libera, non torus ab importuno hoc koste. nulla gaudia sincera, nullus risus corde natus, nulla hilaritudo extra labia & vultus superficiem: cùm intus grauis incubet hostis, male nimirum libi conscius animus. atque hinc mœrores mentem excidentes, ossa emodullantes, corporis animique robora prosterentes. vnde metus animique deiectiones, & in se ipsum sœua crudelitas, & sui carnifices manus. Docemur in Achitophele,

Eccl. 17. qui videns quod non fuisset factum consilium suum, suspendio interiit: durior in se quam fuisset victor Dauid. indignatio hoc fecerat & arrogantia, qui non tulisset Chusai consilium ab Absalone suo prælatum. Solent hæc similiaue euenire improbis

**Consilium
malum re
cidit in au
tores.**
Eccles. 27. consultoribus, qui insurgunt in innocentibus, ut quod innocentia struxerunt, sentiant malum. juxta illud Sapientis: Qui

foucam

foueam fodit, incident in eam: & qui statuet lapidem proximo, offendet in eo: & qui laqueum alij ponit, peribit in illo: facient nequissimum consilium, super ipsum devoluerunt, & non agnoscet unde adueniat illi. Illusio & improperium superborum, & vindicta sicut leo infidelisabitur illi. Laqueo peribunt, qui oblettantur casu iustorum. Credas dicta de Achitophele, & in omnes eos qui proximo moliuntur mala. Sed nec potuit clarius aliquid dici de Iuda, foueam magistro foderat, impium consilium de capiendo per oscula dederat, laqueum parauerat, incidit, adeoque & laqueo se induit, in magistrum impius, in fe crudelis. Et suspensus cre- 180. 1.
puit medius: & diffusa sunt omnia viscera eius. Ut meritò ante di-
xerit Dominus: *Vae homini illi, per quem filius hominis tradetur: Matt. 25.*
bonum erat ei, si natus non fuisses homo ille. An non melius non
nasci, quam Dominum sub amico osculo tradere? quam sus-
pendi? quam medium crepare? quam ignibus addici æternis,
ælorumque gaudijs excludi æternis? Infortunatum Aposto-
lum, qui triginta argenteis & Dominum vendit, & cælo re-
nuntiat, & flammas mereatur æternas! Nec minus infelix pecc-
ator omnis, qui vilioribus etiam & cælo se abdicat, & pœ-
nis vltro se addicit æternis. Crescit hæc in peccatore infelici-
tas, cum imitatus post scelerá Cain inclamat: *Maior est ini- Gen. 4.*
quitas mea, quam ut veniam merear. & exinde ruit in omne sce-
lus, timore excusso, & veniae spe depositâ. accedit tandem
desperatio, quâ vel cum Saule in ferrum ruat, vel cum Nabal
factus quasi lapis emoriatur: vel cum Anania & Sapphira con-
cidat & expiret: vel cum Antiocho macrōre contabescat, ac
tristitia fluctibus viuus obruatur: vel denique cum Achito-
phele & Iuda laqueo vitam finiat.

Mors Iudæ infatu- nata.

C A P V T X.

De crucis baniatione.

I. C ONSIDER A quæ euenerint post Christi damnationem,
postquam traditus à Præside est voluntati Iudæorum.

Marc. 15. Et postquam illuserunt ei, exuerunt illum purpurā, & induerunt eum
vestimentis suis: & educunt illum ut crucifigerent eum. Non satis
fuit barbaræ Iudæorum crudelitati, tot plagarum millibus in
innocens Christi corpus fæuisse, non satis minis & clamori-
bus damnationem à Præside extorsisse; sed præter omnium
populorum morem, qui compati etiam inimicissimo damna-
to solent, Christo post tot verbera, tot vulnera, tot spinas, tot
sputa, & alapas, & impiam mortis sententiam illudunt. qua-
si latiari odia non possent sanguine, adiungendæ illusiones
fuerunt. quæ grauius ipsis verberibus affixerunt. Ita quo quis-
que maior generosiorque est, hoc fortius ludibria sentit, ma-
xime in aduersis. Quid? quod insultare victis, etiam apud bar-
baros, inhumanum semper habitum fuerit, & vilis animi. ma-
gis etiam insultare depresso & cæsis. Factum hoc in Christo
nōstro, ne quidquam illi deesset afflictionum. Tu hīc te ipsum
cogita, mores tuos: quoties illudas Christo tuo. quoties enim
peccato peccatum addis, nouaque veteribus inædificas pec-
cata, quid aliud quām cæso per peccata priora, illudis nouis?

nam qui per quodcumque mortale peccatum transgressus est
mandata Dei, iam, quantum in se est, Christum damnauit
morti, & affixit cruci. qui vero nouo exinde se gramine com-
maculat, quid n̄isi illudit morti, minis, promissis Christi? stat
enim contemptor minarum, omniumque sponsonum, quis-
quis iteratò imperia, quibus pœnæ & præmia adiacent, trans-
greditur. facit hoc omnis peccator. Nec alia in re maior con-
temptus elucet, quām, cūm quis neglegetis superioris alicuius
pollicitationibus, præmiisque mandatorum obseruatoribus
pro-

Illudunt
rursus
Christo.

Illudunt ei
& pecca-
tores.

promissis, neglectisque pœnis transgressoribus intentatis, imperia illius sciens volensque violat. quod nusquam certius quam in repetitis criminibus inuenitur. quæ & æternarum in se pœnarum, & præmiorum æquæ æternorum, contemptum ac neglectum continent. Sequitur illusiones maior illusio, cum Christum exuunt purpuram. neque enim illa illusio maior esse potuit castissimi corporis nudatione, quam impurissimorum hominum oculis inuercundè obijciebatur. O quoties nos, quantum in nobis est, Christi corpus detegimus! quod maximè locum habet in omni fœdarum & inuercundarum libidinum genere. quo castitati illudimus, & renuntiantes castitatem, renuntiamus Christo castitatis & verecundiæ amatori maximo. & cum antè essemus Christi, facti sumus alicuius mulierculæ portio, omne studium nostrum in vetitos illius amores conferentes, neglectis imperijs amoribusque diuinis. Exuunt deinde purpuram, quæ regium aliquid indicare videbatur. ut qui negassent se Regem habere, solumque Cæsarem agnoscerent, non viderentur nisi in ludicra regia purpura, a liquid regium fateri voluisse. quare & induunt eum vestibus suis; quo & notior esset populo, & è vestium mutatione vulnera renouarentur, dolor accresceret. Quam ingeniosum ordinum est! semper inuenit in hoste nouam materiam vindictæ nouæ. sed neque didicerunt odia parcere, non magis quam fulmina, quorum laus est fœnire. nec lassantur odia, nec fatigantur, non magis quam inferorum flammæ. nec mitescunt unquam, aut ferocitatem ponunt, non magis quam fame cruciati lupi, pardi, leones. Vestitum educunt ut crucifigerent. excuturi barbarem sententiam in innocentissimum latam.

Inuercendi
& libidi-
nos Christi
stum velut
denudant.

Christus
cur suis ve-
stibus rur-
sus indua-
tur.

Considera in hac educatione gaudium Iudeorum; diuæ Iudeorum Matris & Apostolorum misericordem. vide ut in illis verum sit il- lud Sapiens: *Latanur cum male fecerint, & exultant in rebus pessimis: quorum via peruersa sunt, & infames gressus eorum. Iucundissima omnino fuit hæc dies Iudeis. Ita solent improbi in proborum virorum infortunato exitu gaudere, vitamque fi-*

Pro. 2.

nemque horum inglorium aestimare: & cùm illos dignitatibus & bonis exuerint, aut Principum gratiâ, gaudio efferri maximo, & de improbitatis suæ victoria gloriari, de quæ illorum deiectione triumphum agere. ô nimis breuem! quibus accidit illud Ecclesiastici: *Qui exultant in malis, consenescunt in malo.*

Misera senectus, quæ malo terminatur. infelix exitus. Et ferè citò consenescunt operatores mali, nec diurna illos tenet felicitas: aut si tenet, nimis magno luitur quod æterno luitur.

acciditque illis, quod interminatur diuitibus Sapiens: Dicit, Inueni requiem mihi, & nunc manducabo de bonis meis solus; & ne- scit quod tempus præteriet, & mors appropinquet, & relinquat omnia alijs, & morietur. Deteriora etiam cuenient exultantibus in malo, & super contritione iusti leuantibus cervices suas. Ne-

que tamen semper statim scuire solet manus Domini. vnde illud viri magni: Quare impij vivunt, sublevati sunt, confortati que

*diuitiis? semen eorum permanet coram eis, propinquorum turba & nepotum in conspectu eorum: domus eorum securæ sunt & pacata, & non est virga Dei super illas: tenent tympanum & citharam, & gaudent ad sonitum organi. Respondet fortiter & verè: Ducunt in bonis dies suos, & in puctio ad inferna descendunt. addit. Erunt sicut paleæ ante faciem vinci, & sicut familla quam turbo dispergit. Concludit. In diem perditionis seruatur malus, & ad diem furoris duceatur. Infelix periturorū bonorum in numquam moritura tormenta commutatio. & non infelix modica felicitas, quam æterna claudit infelicitas? Et quis amet honores ignibus terminandos? quis congerat opes perpetuâ egestate luendas? quis prudens amplectatur voluptates æternaturis flammis excruciantas? ô fuge, quisquis sapi, tam magno redimenda. nimis caro constat, quod æternum luitur. nimis vili poenæ emuntur æternæ. ô ubi mens & animus viri prudentis? & videmus hæc iudicis, nec emendamur tot infelictum exemplis, & peccata peccatis inædificamus securi. cùm moneat Sapiens: *Ne dixeris: Peccavi; & quid mihi accidit triste? Altissimus enim est patiens redditor, & tarditatem poenarum magnitudine com-**

Bidem.

Iob 21.

Ecli. 5.

compensat. Dices forte cum illo: Misericordia Domini magna est,
multum admissus peccatorum meorum misericordia. Respondet: Non tam Eccl. 5.
des conservare ad Dominum, & ne differas de die in domum: subito enim
venies ira illius, & in tempore nimis tunc disperdet te. & Isaías: Subit. Cap. 30.
ad domum non speraueris, venies contritus ovis. & Propheta Regius:
Quomodo facti sunt in desolationem: subito defecerunt, velut somnium Psal. 72.
fugientium. Hac meroes impij. dispersio, contritio, desolatio,
defectio, somnij similitudo, ad inferna defensio. Ad terram Job 10.
misericordia & tenetiarum, ubi umbra mortis, & nullus ordo, sed semper
tornus horror inhabitat.

Consideranda Scripturæ verbae. Angariaverunt prætereuntem II.
quempiam, Simonem Cyrenensem, venientem de villa, patrem Alexan- Marc. 15.
dri & Rofi, ut collaret crucem eius. Non fuit hoc condolentiaz
aut miserationis: fuit crudelitatis. cùm enim vererentur, ne
succumberet oneri, & exanimatus concideret sub pondere,
morteque suâ præuerteret crucis tormenta, Simonem coe- Crucem
gerunt crucem ferre. ut quæ reliquæ erant in Christo vires, baiulans
feruarent clavis & craci. Imposuerunt primò crucem Christo, Dominus
barbaro omnino & inusitato more. quis enim reum cogit ad
ferenda mortis instrumenta? solantur potius omnes, animos
addunt, bene habent cibo & potu, ut subeundis tormentis vi- penè sati-
res sufficiant. Habemus hīc aliquid apud Lucam, quod va- cap. 23.
riunt admittit sensum. Cùm ducerent eum, apprehenderunt Simo-
nen quendam Cyrenensem, venientem de villa: & imposuerunt illi
crucem portare post Iesum. Vel quòd, quam ante Christus cru- Simon Cy.
cem portasset, Simon portare cogeretur, Christo præceden- renzus
te, Simone subsecente. vel quòd in partem oneris Simon ve- quomodo
nire coactus esset, ut simul cum Christo portaret, posteriorem portauerit
crucis partem sustinendo. Quomodo cumque factum, mis- crucem post
ericordia & clementia non fuit, timoris & severitatis fuit.
Notandum hīc verò Simonem Cyrenensem sūtini, Gentilem,
non Iudeum. transire hīc incipit Iudeorum gloria in Gentes; Gentes in
cùm nemo è Iudeis assumptus fuerit, qui ferendo crucem Chri- Iudeorum
sto adesse, sed Cyrenensis Gentilis, qui pars quasi magna sie- locum ad-
scitur, & qua in re
ret ius prelate.

Thren. 1. ret redēptionis in cruce futuræ. Allusit ad hanc rem Propheta sub nomine ciuitatis: *Non est qui consoletur eam ex omnibus caris eius: omnes amici eius spreuerunt eam, & facti sunt ei inimici.* Nemo enim repertus est ex omni Iudaico populo, nemo ex amicis, ex Apostolis discipulisque Domininemo, qui sub duro crucis onere fatiscenti manum porrigeret. Porrexit Gentilis unus. in quo Gentium prærogatiuum quoddam reperias, ut qui, exclusis filijs Iudæis, non iam amplius filijs, sed hostibus, in tanti mysterij expletionem assumpti fuerint. ut gaudero meritò de priuilegio hoc gentilitas possit & debeat, quæ major hinc adoptione fuit, quam Iudæus naturâ: quæque secluso legitimo herede, hereditatis in cruce possessionem adiit, facta Deo ex hoste in filium, ex persecutore in auxiliatorem, ex reiectione in administrum, ex prædamnato in possessionum socium. Felicem Simonem, qui, negante Christum suum magno Simone Apostolorum Principe, non erubuit humeros subiucere cruci, Domino in solatium felicem omnino Simonem, qui, Apostolis omnibus fugâ clapsis, solus auxiliares attulit lasso manus! neque orbe toto repertus est alius, qui solatio hoc dignaretur Christum. Additur, frisse hunc patrem Alexandri & Rifi, discipulorum, aut sanè illorum qui secuti sunt Dominum. quò enim curiosa hęc filiorū Simonis nominatio, nisi aliquid in nominibus hisce notandū veniret? Illud etiam non vacat mysterio, quod cogatur Simon crucē ferre. ita etiam nolentes compellit in obsequium suum Christus, & reluctantes ad sé rapit. hinc illa verba vocantis ad cœnam suam magnam, post inuitatorum variam excusationem: *Ex in vias & sepes, & compelle intrare, ut impleatur domus mea.* Felix compulso: optanda coactio: cuius nobile habemus exemplum in Gentium Apostolo. qui cùm minas spiraret & cædes in discipulos Domini, & appropinquaret Damasco, cælesti allor. 9. circumfusus luce, cadens in terram, audiuit vocem dicentē sibi: Saul, Saul, quid me persequeris? cui Saulus: *Quis es Domine?* & audit: Ego sum IESVS, quem tu persequeris. durum est tibi contra stimulum calcis.

Etiam in-
vitatos Chri-
stus com-
pellit ad
obsequiu-
sum.

Lxx. 1. 4.

Autor. 9.

calcitrare. Ita durum fuit Pharaoni voluntati diuinæ resistere. & ille quidem suo, filiorum, primorumque omnium bellicatorum regni sui interitu, posteritati in exemplum iacet. durum etiam Nabuchodonosori, Baltassaro, Antiocho, Sennacherib, alijsque plurimis orbe totœ Regibus; ac in primis plerisque Iudæ & Israelis Regibus, post clusa Prophe tarum monita, & contemptas magni Dei minas. Fortunatior Paulus, qui impellentem, increpantem, minitantem Dominum audiuit, & secutus est monentem. & factus est exinde in Apostolum Gentium. O nimium felix! felices et iam illi, de quibus Dominus apud Prophetam suum: *Dabo Ezech.11. eis cor vnum, & spiritum nouum tribuam in viscibus eorum: & auferam cor lapideum de carne eorum, & dabo eis cor carneum: ut in preceptis meis ambalent, & iudicia mea custodiant, faciant que ea: & sint mihi in populum, & ego sim eis in Deum.* & apud eumdem: *Effundam super vos aquam mundam, & mundabimini Ezech.36 ab omnibus inquinamentis vestris, & ab universis idolis vestris mundabo vos.* Et dabo vobis cor nouum, & spiritum nouum ponam in medio vestri: & auferam cor lapideum de carne vestra, & dabo vobis cor carneum. & apud alium: *Post dies illos dabo legem meam in vi- Ierem.31. scribus eorum, & in corde eorum scribam eam, & ero eis in Deum, & spli erunt mihi in populum.* Beatum populum, à quo Deus aufert cor lapideum, & pro saxeo præbet cor carneum! Disce hic interim peccati vim magnam. quod è carneo corde facit lapideum, cùm lapidescere facit mollissimū cor, & de carne transire in saxum, in ferrum, in chalybena. vt magnis omnino & potentibus opus sit malleis diuinis, quibus saxa peccatorum corda frangantur, aut mollescant, & ad primam adgenitam si bi naturam transeant. Beatum etiam Israelem, cùm effudit in eum aquam mundam: baptismalem nimirum aquam, quâ vñā emundamur ab omnibus inquinamentis, non proprijs tantum, sed primorum etiam parentum seminali labe. Dedit vero cor nouum, & spiritum nouum posuit in medio Israelis, cùm noui Testamenti spiritu nouo, innouauit vetera. Seu ve-

rius, pullis propè omnibus veteris legis, noua dedit mandata populo suo, iugumque suave, & onus leue, pro veteri graui & severo, imposuit; sublatis ceremoniadibus legis prioris, quæ magnam quamdam videbantur habere affinitatem cum idololatricis sacrificijs, oblationibus, ceremonijs. & quæ fuit lex alia, quam post veteris testamenti dies, inscripsit cordibus eorum Deus, quam lex Christi, quam morte suâ confirmatus erat:

H. P. Ingens hîc etiam considerandus venit amor Dei; qui etiam reluctantates compellit, ac nolentibus benefacit. hinc illa monita: *Diligite inimicos vestros, benefacite his qui oderunt vos: Et orate pro persecutibus & calumniantibus vos: ut sitis filii patris vestri: qui in celis est, qui solene suum oriri facit super bonos & malos, & pluit super iustos & iniustos. Si enim diligitis eos qui vos diligunt, quam mercedem habebitis? nonne & publicani hoc faciunt? Ebdic ergo vos perfecti, sicut & pater vestre calvus perfectus est. & apud Lucam: Cap. 6. Benedicte maledicentibus vobis. & qui te porcutit in maxillam, priebe & alteram: & ab eo, qui auferit tibi vestimentum, etiam tunicam noli prohibere. si beneficeris his, qui vobis benefacientes, quæ vobis est gratia? siquidem & peccatores hoc faciunt. & si murum doderis his, & quibus speratis recipere, que gratia est vobis? nam & peccatores peccatoribus faenerantur, & recipiant equalia. Verum tamen diligite inimicos vestros: benefacite, & murum date; nihil inde sperantes: & erit merces vestra multa; & enies Altissimi filij, quia ipse est benignus super ingratos & malos. Diligi vult inimicos Christus; quia prior ipse nos dilexit, cum essemus inimici; & pro persecutibus te, orauit: nec pro calumniantibus tantum, sed & pro crucifigentibus: neque unam tantum maxillam prebuit persecutionibus, sed corpus totum: neque vestem tantum rapientibus concessit, sed & sanguinem vniuersum. nec hoc amieis, sed inimicis, pro quibus mortuus est, iustus pro iniustis, quos omnes patiebatur hostes acerrimos. Iam, cum omnis Christi actio nostra sit institutio, quanto opus documentum, omnem exemplum prouocamentum; per facile videmus, quid nobis in-*

Dixerit et
iam inimi-
cos.

incumbat, si discipuli & filii illius audire velimus. Et sanè si ^{Quem nos} perfecti esse volumus, diligendi nobis inimici sunt : si filii Al- ^{par est} imitari. tissimi esse volumus, qui benignus super ingratos & malos est, benefacere inimicis in imitationem illius debemus. quòd si etiam mercedem speramus cælo repositam, beneficiandum nobis inimicis erit. nam benefacere amicis, mercedem nullam meretur, quām publicanorum. beneficia etiam conferre in illos, à quibus paria speres, non magnum. nam & peccatores in peccatores beneficia conferunt, vt recipiant paria : quibus tamen eo nomine nulla reposita cælo præmia sunt. de quibus dici potest: *Amen dico vobis, receperunt mercedem suam.* Matt.6. Erit verò merces magna nimis, si in ingratos & hostes benefici fuerimus : nec vlla maior gloria, nec quæ propiùs attingat Deum, quām munificum esse in hostes, benè de calumniantibus loqui, excusare errorem, excipere benignè. Hinc illud sapientissimi Regum: *Si esurierit inimicus tuus, ciba illum;* si *Pro.25.* *sitierit, da ei aquam bibere: prunas enim congregabis super caput eius,* *¶ Dominus redet tibi.* Duo nimis hinc enascuntur bona: ^{Quæ hinc} *vincis inimicum, & exhoste amicum facis;* & ^{nascantur} *mercedem accipis à Domino.* Addo maximi animi signum esse maximum, & quod admirationem parit maximam simul & laudem: se vincere, vindictæ studium, inimicum. Neque vllâ re certius aut potentius inimicam mentem mollias, aut frangaς etiam armis odia exasperantur, contumelijs accenduntur, pari hostilitate crescunt; benignitate & beneficijs mitigantur exasperata, mollescunt obdurata. & pudet hostem esse in beneficium. solaque sàpè vortundiā inimicam mentem inter amica, aut sanè inter non aduersantia teneri: & cum non pudeat audire hostem, pudet audire ingratum. nam hostilitas sàpè in generosissimos animos cadit: ingratitudo non nisi in ignauas mentes; quo detestabilior est & vilior. Sanè nihil magis etiam detestari Deum Scriptura nos docet, aut verius ipse Dominus: *Quia tepidus es, ¶ nec frigidus nec calidus, incipiam te euomere ex ore Apocat.3.* meo. Ferè tempore in comitatur ingratitudo, cuius individuus

comes est. tepidi enim nec in hostilitates exsurgunt, nec in amore. cùm ad vtraque calor, ac quasi ignis quidam, necessarius, qui longissimè abest à tempore. Sed & minus auersatur Deus frigidum aut calidum, quàm repentem. illos non raro ad se rapit. exempla id docent in Paulo, in Magdalena, in innumeris alijs. repentes euomit & ingratos, & vt vomitura detestatur. Imitemur Dominum.. errare non possumus. & licet fòrs ferro possimus, beneficijs tamen magis inimicos vincamus. diuturnior victoria amoris quàm ferri est. nemo animum ferro vicit: vicit amore. Iam, quo anima præstat corpore & opibus; hoc victoria illius potior est, & laude dignior maiore. hanc laudem consequemur, si secuti monentem in inimicis Dominum fuerimus. Et sanè nullis aut exprimi verbis, aut animo concipi potest, diuini in nos amoris magnitudo. amare Deum hominem, & quidem peccatorem, hoc dico, juratum suum hostem, quis credat, nisi nos ipsi amoris huius singuli testes sumus? Et peccata nos peccatis adjicimus, hostilitatem nimis hostilitati, odijisque odiainnectimus: quod in omni peccato fit grauiore. nec desinit interim Deus mone-re, ad se alicere, inuitare, aditum deposcere, minas etiam intentare, aduersis percutere, futurorum metu detergere, vt nos in amorem sui prouocet. nec cessat importunè etiam impellendo & prouocando. Nec finem facit, sed amorem hunc in nos suum, quamdiu viuimus, testatur. etiam in ultimo vita spiritu, expandit amoris sinum. delictorum veniam spondet, præmia promittit. Nec magna depositit. amari vult. quid suauius, quid facilius amore, maximè si cadat in beneficium & amantem? nec quidquam validius ad prouocandum amorem, quàm cùm se quis amari sentit ab eo, quem odio prosequitur. magis, si munera ab illius manu sentiat, & dona ab illa dextera, quam inimicam putabat, aut quam grauiter offenderat: videtque pro vindicta beneficia reponi. tamquam si quis pro ferro & ignibus amica reddat oscula, pro contumelijs benigna verba, pro conuictijs laudem, pro illatis damnis munera.

Vti-

Tepore
magis Deo
displaceat
quam fri-
gus.

Ameris
Dei in nos
magnitudi-
do.

Vtitur his modis nobiscum Deus, cum iuratis per peccata non minis sui hostibus, nec finem facit nisi cum vita.

Examinemus h̄ic singuli conscientiam nostram, quām longe absimus à monitis ac actionibus diuinis, quem amorem pro amore rependamus. quo deinde animo simus in hostes. eueros, an erectos velimus; cadentibus dexteram porr̄gamus, an stantes euertamus; benē, an malē de ijs loquamur; hostili in illos animo, an amico, simus; contumeliam pro contumelia reddamus, an laudem, pro salute, an pro morte illorum vota emittamus; de interitu & damnis doleamus, an gaudeamus; dolis malis & strūctis circumueniamus insidijs, aut aperto Marte & ferro impetamus; an potius palam & priuatim auxilio simus, minitabunda, eaque vel propinqua, vel remota etiamnum, mala depellendo; clamūe palamūe detrahamus, an commendemus; vitia erroresque tegamus, an retegamus; imprudenter facta excusemus, an damnemus, etiam facta prudenter; an quæ laudem in hoste merentur extollamus, an verò deprimamus; & cùm facta non possimus, cogitata improbemus; & è foliis plurimūm suspicionibus in accusationem, adeoque & damnationem properemus.

Disce in hoc Simone ferente crucem, quid te oporteat facere, si sequi vis Christum, si è discipulis illius esse, si eum his & illo æternūm præmiari. audiamus ipsum Dominum: *Qui non baiulat erucem suam, & venit post me, non potest meus esse discipulus.* & alibi: *Qui non accipit crucem suam, & sequitur me, non est me dignus.* & apud cùmident: *Si quis vult venire post me, abneget semetipsum, & tollat erucem suam, & sequatur me.* Si non potest esse discipulus Domini, nisi qui baiulat erucem, quid dicturi de illis sumus, qui omnem erucem subterfugiant, nullam admittunt? quid de illis, qui in perpetuis delicijs, opibus, honoribus vitam omnem transfigunt, nullius crucis baiuli? quid verò de illis, de quibus illud Apostoli: *Mali ambulant, quos philip. 3. sapè dicebam vobis (nunc autem & flens dico) inimicos crucis Christi: quorum finis imeritus: quorum Deus venter est, & gloria in confusione:*

V.

*Crucem
nos ferre
opittere.
præunte
Domino, si
cuius esse
velimus
discipuli.*

*Luc. 14.
Matt. 10.
Matt. 16.*

ne:

Filiij huius
sæculi sunt
inimici
crucis.

ne iporum, qui terrena sapiunt. Quàm multis venter Deus est, & ventris etiam verecundiora! omnibus nimis illis, qui quæ ventris sunt, præponunt Deo: qui non dubitant diuina manda negligere, dummodo ventri satisfaciant: non dubitant illius imperia contemnere, ut fœdis corporis voluptatibus obsequantur. Quod dum faciunt, non agnoscunt ventrem Deum? cùm enim præponant illum Deo, maiorem agnoscunt Deo: & non ille Deus, qui Deo maior est? non ille cuique maior, cuius imperijs paret, neglectis alterius? Qui omnes inimici crucis, quia inimici Dei sunt. nemo enim amicus esse ventri potest, & Deo: alteri dum obsequitur, alterum necessum hostem habeat. Addit inimicos crucis esse, qui terrena sapiunt, qui honoribus opibusque parandis incumbunt, & quorum omne studium, sudor omnis fluit in periturarum sæculi huius rerum consecutione; quorum maximè cogitationes in augendis fortunis versantur. O quàm multos videoas inimicos crucis, cùm tam multos videoas sæculi huius amatores! quàm multos crucis inimicos, cùm tam paucos videoas crucis amatores; tam multos, qui extra sæculum hoc nihil sapiunt, & quorum omnis conatus sæculi huius perituris rebus contingetur! Iam, si nemo reposita cælis præmia sperare potest, nisi à Christi disciplinatu & famulatu, quid sperare de-

1. Petr. 2. bene crucis inexperti? monemur à Petro: In hoc vocati esis, quia Christus passus est pro nobis, vobis relinquens exemplum, ut se-

Matt. 10. quamini vestigia eius. neque enim est discipulus super magistrum, nec seruus super dominum suum. sufficit discipulo, ut sit sicut magister eius, & seruo, sicut dominus eius. Hinc illa Christi apud Ioannem:

Ioan. 13. Non est seruus maior domino suo: neque apostolus maior est eo qui misit

Ioan. 15. illum. si me persecuti sunt, & vos persequentur. Nec aliud certius Per aduer- sa via ad gloriam patet; nec nisi per illa.

Signum est disciplinatus Christi, quàm si illius exemplo aduersa hinc plurima feramus, illiusq; vestigijs inhærendo crucis oneribus humeros submittamus. errat qui aliam cælorum viam querit, extra illam quam Christus sanguine suo instruit. & quæ fatuitas, per delicias, honores, opes cælorum regna spe-

sperare, cùm Christus ipse non sit illa consecutus, nisi per pauperitatem, contemptum, crucem? vnde illa Apostoli verba: *Humiliauit semetipsum factus obediens usque ad mortem, mortem autem crucis propter quod et Deus exaltauit illum, et donauit illi nomen, quod est super omne nomen: ut in nomine Iesu omnes genuflexantur caelestium, terrestrium et infernorum: et omnis lingua confiteatur, quia Dominus Iesus Christus in gloria est Dei Patris.* Exaltationis causam, & nominis super omnia nomen, & genuflexionis caelestium, terrestrium, & infernorum cruci tribuit. quid ergo speremus extra crucem? regna? cælorum gaudia? beatam æternitatem? via ad hanc crux est, & haec sola. Non stolidum dicas, qui terminum sperat sine via? facit hoc quisquis promissa cælo præmia sibi spondet sine cruce. non satuum arbitris, quisquis triumphum depositit sine victoria? facit hoc qui extra crucem cælum sibi promittit. Et intuere quotquot cælo nunc magni, magnos hic videbis cruce: omnemque cælorum magnitudinem à crucis magnitudine magnitudinem suam accepisse. aut vis horum præmia, & refugis labores? vis horum coronas sine lucta? vis sine sudore mercedem? inter athletas nimirum numerari vis sine certamine, inter victores sine bello & aduersario? delige: aut carere hic cruce, & æternum regno; aut perferrre hic crucem, & æternum frui regno. nihil medium est. refugis hic crucem? renuncias regno. amplectaris crucem? certo tibi spondet Deus regnum. immo, refugis hic crucem? eueniet post hanc vitam alia: pro peritura hac, ac propè momentanea, æterna: pro non multò post moritura, cruciatura æternum. neque hic tertium tibi delendum relinquitur: aut hic, aut alibi crux ferenda. hic si tuleris, exsolueris æterna. ferre hic reculas? feres æternum. Nunc vide utrum consultius ac prudentius sit, crucem hic ferre modo finiendam, & quam plurimi cum voluptate tulerunt, etiam nullo proposito præmio æterno, quales inter Gentiles non paucos reperieras; an cruce hic carere, ut vraris æternum. pro don multorum annorum delicijs, opibus, honoribus, ardere

Ccc. æter-

æternūm, materiamq; fieri ignis æterni. nam h̄ic delicijs frui,
& æternūni: h̄ic opibus, voluptatibus, honoribus, gaudijs re-
pleri, & æternūm; non potes. aut mentitur Scriptura in Abra-
hamo ad Epulonem emendicantem ē medijs ignibus aquæ

Luc.16.

*Aut huius
vitæ carē-
dum gau-
diis, aut
futuræ.*

2.Cor.4.

Rom.3.

guttam: Recordare quia receperisti bona in vita tua, & Lazarus simi-
liter mala: nunc autem h̄ic consolatur, tu vero cruciaris. vterque æ-
ternūm. Vis ergo gaudere æternūm, delicijsque, honoribus,
opibus, voluptatibus frui æternūm? carendum tibi his erit
dūm viuis, dūm merendi locus. aut sanè ita illis vteñdum, vt
non negligas crucem, & cum Simone manum huic admou-
ueas: vt, cūm pars aliqua fueris crucis in Christo, pars etiam
fias gloriae in Christo: cumq; h̄ic fueris pottio aliqua dol-
oris, mœroris, passionis Christi, portio etiam post hanc vitam,
gaudiorum, regnum, gloriæ fias Christi tui. Ad quam rem
nihil adeò animare nos debet, ac consideratio fugitiuæ ac vo-
laticæ huius vitæ crucis, h̄ic breui finienda ac in æterna gau-
dia cōmutandæ. iuxta illud: *Quod in presenti est momentaneum
& leue tribulationis nostræ, supra modum in sublimitate æternum glo-
riæ pondus operatur in nobis, non contemplantibus nobis que viden-
tur, sed que non videntur. que enim videntur, temporalia sunt: que
autem non videntur, æterna sunt.* Beati, qui intelligunt: qui h̄ic
perferre & dolere didicerunt, vltroq; etiam optarunt, vt æ-
ternūm gaudeant; quiq; h̄ic Christum imitati sunt in pœ-
nis, vt associari illi post hæc possint in gaudijs. Clare hoc A-
postolus, cūm dixisset: *Si autem filij, & heredes: heredes quidem
Dei, coheredes autem Christi.* addit: *Si tamen compatimur, tot et
conglorificemur. non conglorificandi, nec heredes futuri, nisi
compatiamur.* Sequitur in solarium: *Non sunt condignæ passio-
nes huius temporis ad futuram gloriam, que reuelabitur in nobis.*
Quorum consideratio, etemi solitudines vertit in ciuitates,
*Regum domicilia in monastetia, purpura in cılıcia, diade-
mata in eucullum, sceptra in flagella, honores in spontaneum
contemptum, opes in vltorneam paupertatem, delicias vitæ-
que commoda in seueram austritatem, gaudia in miserorem.*
hinc

hincille Rex magnus: Propter te mortificamur tibi die: astutissimi *psal. 43.*
 sumus sine eis occisionis. Subiungit Apostolus: Sed in his omnibus *Rom. 8.*
 superamus, propter eum qui dolo nos. Felices, qui mortifican-
 tur propter Dominum, ac tamquam eius occisionis facti
 sunt inter persecutum manus; ex illoque utinero, qui
 ibant gaudentes & conspectu concilijs, quoniam degne habeti sunt pro *Ador. 5.*
 manu nostru contumeliam pati. etiam cedri: quæ enim gloria ma-
 jor esse potest; quam pro illo sanguinem fundere, qui prior
 pro nobis innocentibus innocens fudit? Arque hinc illa gau-
 dia; ac quædam quasi tripudia, Martyrum in medijs fornaci-
 bus & securibus. hinc calcatae peunæ, tamquam rosæ; porta-
 cum plumbum, tamquam vinum; picatae vestes, tamquam
 pupillæ; candentes foreipes, tamquam spongæ; bestiarum
 lanitatis, & verbera, tamquam oscula; clavi, funes, eculeq;
 venena; craticulae, ferræ, tamquam mensarum deliciæ. Vn-
 de illæ vniuersales voces: O bona crux, quæ decorem ex membris Christi *s. Andreas.*
 suscepisti, diu desiderata, felicitate amata, sine intermissione quaesita,
 & aliquando cupienti autem preparata: accipe me ab homini-
 bus, & reddame magistro meo, ut per te me recipiat, qui per te
 me redemit. Et à qua mente puramus illas è craticula & len-
 tis ignibus natas: *Affatum est, versa & manduca;* à qua nobis *s. I. aurin-*
 te illud carmen in media Babylonica fornace conditum & de-
 cancarum à qua rot tenerimatum virginum inter lassatas
 carnificum manus, tyrannorum risus, & ad maiora tormenta
 tamquam ad mentes, vina, mella, saccarum, & horrorum
 nemorumque amœna, prouocationes? Infederat nimis
 animis Deos, & quidquid à sceleratis ingenij excogitatum
 asperum, durum, molestum, graue, verterat in suave &
 molle: absinthium nimis & fellam, in vinum & mella. ut non
 am moritur amarentigines factos lilia & rosas, ferrum denatum
 in spongiam, venena versa in saccarum; clavos, verbera, cru-
 cem, mutata in amplexus & oscula ab amico ore nata. O, quid
 diuinostion potest amoris? quid non futurorum spes & metus?
 & quia prudens non preferat fugitiuis, ac propè momenta-

Martires
 quo intuta
 ad tormenta
 prouolari
 rint.

neis, in omni æuum perennatura, æternatura? Quid non potest Dei & futurorum cogitatio, si serio aliquando mentem infederet? quid non numquam moriturarum timor flammam? quid non certissimæ gaudiorum æternorum sponsiones? Et quid sunt paucarum hîc tormenta horarum ad æternarum poenarum fugam, gaudiorumque æquè æternorum consecutionem? quid breuis hîc volaticorum honorum contemptus, vanarum deliciarum neglectus, foedarum voluptatum conculatio, ad contemptum, paupertatem, poenas æternas? aut ad cælo repositos honores, opes, voluptates æternas? ut facile videas, bis fatuos esse, qui ob periturorum breuem fruitionem, poenas sibi accersunt æternas, præmijsq; se cælorum excludunt æquè eternis. bis vero prudentes, qui perituri se vltro volentes abdicat, ut tormenta effugiant eterna, donisq; dinitur æternis, honoribus, opibus, castisq; voluptatibus æternis.

VI.

Lac. 33.

Mulieres
plangunt
Christum
euntem ad
mortem.

*Thren. 5.**Cap. 30.*

Sequitur in Euanglista: *Sequebatur autem illum multa turba populi, & mulierum: que plangebant, & lamentabantur eum.* Mulieres plangebant & lamentabantur. nam viri aut profugerant, aut oderant. sequebantur mulieres. fragilior sequebatur Iesus, robustior aberat. ut, cum in prima matre Eua priores mulieres peccassent, priores etiam in cruce fidem in miseratione & lacrymis testarentur: & quæ in Eua, Adamo fuerant via in lapsum, in hac Christi persecutione viris viam sternenter in imitationem doloris & sequelæ. Meminisse hîc possumus verborum Ieremiæ, & audire plangentes mulieres Prophetæ verbis: *Defecit gaudium cordis nostri, versus est in luctum chorus noster. cecidit corona capitis nostri: ne nobis, qui peccauimus. Propterea maestum factum est cor nostrum, ideo contenebrati sunt oculi nostri; propter montem Sion, qui dispersi sunt.* Nullus mons Sion nobilior Christo Domino: cuius decor omnis in baiulatione crucis disperserat. ut merito dicere cum magno Iobo possent: *Versus est in luctum cithara nostra, & organum nostrum in vocem flentium.* ut iam accingi possent cilicio, & aspergi cinere, & unigeniti luctum assumere, & vocare lamentatrices ad assument-

mendum lamentum, & plorare ploratu amarissimo, & susci-
pere carmen lugubre & planctum, & imperare oculis, vt de-
fluant aquis, & capiti vt deducat aquas fontium & fluminum
magnorum super gloria Ierusalem, quæ fatiscit sub ingenui
crucis pondere. At lamenta hæc, cùm omnium esse deberent,
paucarum sunt. nam licet magna turba Christum sequero-
tur, siue curiositate ducta, siue admiratione, siue odio; siue in
risum & ludibrium, siue in expectationem exitus, siue alio-
rum suorum & comitatu, suo ut Principibus placerent; in tan-
ta tamen turba nullas video nisi paucarum mulierum lacry-
mas, paucarum commiserationem super Christo nostro. nam
harum tantum fuisse lacrymas ex Euangelista colligimus,
cùm dicit: *Conuersus autem ad illos Iesvs dicit: Fata Ierusalem, no-
lles flere super me, sed super vos ipsos flet, & super filios vestros. Con-
uersus ad mulieres Domini, quibus etiam solis loquitur,*
quarumque propter se fuses lacrymas conatur sistere. solarum
proinde mulierum erant pro Domino lacrymae. Sed nouum
omnino hoc imperium: *Nolite fletre super me. Ecce enim angelus per-
cis amare flerent, vetat mulieres fletre. & merito debant an-
geli super tristi hoc spectaculo, acc. vetantur fletre. vetantur
mulieres tanto angelis inferiores, quantum tetra inferior ca-
to est. & interim vult amari Dominus, & non vult plangere. &
quis credat amare illam, quæ in tot amati vulneribus non
plangit? quis credat illam amare, quæ pro salute sua, pro anao-
te suo, videat amatum sudoribus, lacrymis, sanguini innocan-
tem, & non flet? & quæ tam barbara mente terra tulit,
quæ pro amati sanguine, non dico non fundat sanguinem, Lacrymæ
amoris ei
sunt im-
pendenda,
et si super
se fieri no-
lit.
sed non fundat lacrymas? & quætulares sunt lacrymæ, si con-
ponantur sanguinis? quid oculoru ad venarum nubes? quid il-
lorum ad harum fontes & flumina? quid aquæ ad sanguinum
torrentes? ipso anno veritas quæcumq; animans anima in hac
misera crux batiulatione, animanda esset Prophætæ ver-
bis: *Deduc quæ sit oracula lacrymas, per diem & noctem: non des re-
quiem tibi, neque tacere papilla oculi tui: effundere siene aquam cor-**

tamen sit consolans Dominum; Deinde Christi cui nam ubi fundentur lacrymae; si hic stererint aut quando unquam fluenter amoris lacrymae; si hic exaruerint aut ubi potius verus se inspergat amor; si hinc radios suos retrahet, cum viderit amorem suum sub amore tunc frustantem, magisque illius, quam crucis omne pressum? Idcirco ego planus, sed amarus meus deducens aquas quia longa factus est a me consolator, commentarius antem meam. Quia longo factus pectora morem, Christomacum, omnium consolator Spiritus, a quo illius de sticctiori video

Ierem. 14. sub granis crucis pondere & regia deducens culmine lacrymarum per matrem & aem, es non taceant quia contritane magis contritus sum, & plagi pessimam ruborem, in dilecto meo omanum pendibus & prostrato. nec erubescam palam plorare, & tu subisdidum euocare dolorum agmina, que si non audierint, in abscondito plorabit anima mea a facie Iudaicae crudelitatis, planus plorabit, & deducet oculis meus lacrymam, quia caput est amor meus, & omnis pondere pessimo, & merito dici possit & in omnibus amantibus: Humilitatis, sedete in quoniam defundit de capite vestro corona gloria vestra, & dilectione vestrum apprehenderunt dolores quasi mulierem parturientem. Non corona amantium Christus & non hoc prostrato, prostrata & calcata capitis nostri cocontra est. Quod si fixeris in corde tuo, Quatenus revera mihi fuerit in eo quem diligit anima mea & propter multitudinem iniquitatis tue, quae grande & immane hoc pondus imposuerunt humeris dilecti tui. Ut proinde iure respondeas illud eiusdem Prophetae cognovimus, Domine, impieates noskas, iniquitates patrum nostrorum, quae peccamus tibi. ne des nosque approbriu[m] propter nomes tuos, neque facias nobis contumeliam soli glorie tue, anima[n]te nostro amore tuo saucia! & addas illud eiudiciorum Thren. 1. Propter iniquitatem meas impudenter gemine mei, & conmentis meus. magis exias, quia super iniquitatum meum imposuit Deus celos dilecti tui, & informata est rore eius, praeponit enim eum Dominus, nec populus deicet in terram, factusque est ei Dominus velut in omnibus tradidique cum in manu inimicorum, propter sclera

scelerata mea. ideo defecerunt pre lacrymis oculi mei, conturbata sanguis ^{Ibidem.}
 viscera mea: effusum est in terra iecur meum super contritione, & contulcatione & oppressione dilecti mei. Quem cum intueror vulneribus crudeliter saucium; & in sanguine suo natantem, non inclamem: *Quomodo obscuratum est aurum, mutatus est color Thren. 4.*
 optimus, dispersi sunt lapides sanctuarij in capite omnium platearum?
 Quod aurum nobilissimus Dei filio? quod magis obscuratum sub infami crucis pondere? cuius unquam color per plura vulnera mutatus? cuius speciositas magis villo sacculo deturpata? ut dubitari merito posset, an homo esset, & non dispersus finguens eius, tamquam nobilissimae nobilissimi sanctuarij gemmæ per uniuersas plateas, per quas iter ad crucis locum? Et stabit siccis oculis qui haec viderit? iam, cum audierit querentem:
Lamiae nudauerunt mammam, lactauerunt catulos suos; filia vero populi mei crudelis, quasi struthio in deserto: tenebit oculos? aut non potius faciet, quod de quibusdam idem Propheta cecinit: *Sederunt in terra, conticuerunt senes filie Sion: consperserunt cibos capta sua, accinelli sunt culicis: abiecerunt in terram capitula sue virgines Iherusalem, cum intuerentur miseradram faciem Christi sui?* aut verius imitabitur amicos Job? de quibus Scriptura: *Cum eleuassent procul oculos suos, non cognoverunt eum, et exclamaverint, se plorauerunt, scutisque vestibus, sparserunt puluerem super caput suum in celum.* Et sedorunt cum eo in terra septem diebus, & septem noctibus; & nemo loquebatur ei verbum. videbant enim dolorem esse vehementem, nam quæ afflictio Job, quem percussit Satan uolare pessimo, à planta pedis usque ad verticem eius, ad plagarum quinque milia; quæ tulisse narratur Dominus? de quo illud Isaiae: *Verè dici potest: A planta pedis usque ad verticem non est in eo sa- 1sa 1.* nitas; vulnus, & linor, & plaga tumens. atque hinc illæ voces: *O vos omnes qui transitis per viam, attendite, & videte si est dolor sicut dolor meus: quoniam vindemiauit me, ut locutus est Dominus in die ira furoris sui.* Propter sceleria nostra vindemiauit omne corpus Christi cælestis Pater, tamquam in die furoris sui, iustitiae & misericordiae: cum enim scelerata omnium nostrorum in se punien-

pacienda suscepisset Dei filius, ut iustitiae satisficeret, exultare misericordia debuit. factum in hac die, & respondere plagæ criminibus debuerunt: quæ cum infinita propè in infinitum promerita pœnam essent, debitæ huic pœnæ respondere Christi pœna debuit. Euenit hoc hodie, nec tantum ad æquilitatem, sed innumeris modis Christi pœnæ promeritas à nobis pœnas superarunt. Fecit hoc amor, qui ad tanta pro nobis ferenda amantem impulit. ut proinde iure natare in lacrymis debeam, cum aliud quod amori rependam, non habeam.

Luc. 23. & tamen fieri super se nos vult Christus, cuius illa verba: *Sed super vos ipsas flete, & super filios vestros rationem addit: Quoniam ecce venient dies, in quibus dicent: Beate steriles, & ventres qui non generaverunt, & ubera que non lactauerunt. tunc incipient discere montibus: Cadite super nos; & collibus: Operite nos. quia si in viridi ligno hec faciunt, in arido quid fieri?*

Vrbis Ierusalē euer-sio lacry-mas Do-mino ex-cussit, & quare.
Luc. 19.

Cap. 9.

Cap. 14.

Duo hīc veniunt consideranda tempora venturiluctus, timoris & horroris, lacrymarum & planctuum. Primum, cuius apud eumdem Euangelistam meminit Dominus. *Videns ciuitatem fleuit super illam, dicens: Quia si cognouisses & tu, & quidem in hac die tua, quæ ad pacem tibi; nunc autem abscondita sunt ab oculis tuis. quia venient dies in te: & circumdabunt te inimici tui vallo; & circumdabunt te, & coangustabunt te undique, & ad terram prosteruent te, & filios tuos, qui in te sunt, & non relinquent in se lapidem super lapidem: eo quod non cognoueris tempus visitationis tue.* Factū hoc sub Vespasiano & Tito, cùm expugnata Hierosolyma abiit in solitudinem, nec quidquam posteritati reliquit præter nomen, casis omnibus, aut morbo & fame extintis, aut infernitutem redactis, venditisque in mancipia, orbi vniuerso in exemplum & ludibriū positis; quod non cognouissent tempus visitationis suæ. Pleni sunt omnes Prophetæ temporis huius, minarum & dispersionis. atque hinc illa Jeremiæ: *Quis dabit capiti meo aquam, & oculis meis fontem lacrymarum? & plorabo die ac nocte inter fellos filie populi mei.* & alibi: *Deducant oculi mei lacrymaen per noctem & diem, & non taceant: quoniam contritione*

tione magna contrita est virgo filia populi mei, plaga pessimâ vehementer. si egressus fuero ad agros, ecce occisi gladio: & si introiero in ciuitatem, ecce attenuata fame. Illud verò eiusdem Prophetæ omnium grauissimum: Si steterit Moyses & Samuel coram me, non est anima ^{Ierem. 15.} mea ad populum istum: eiже illos à facie mea, & egrediantur, si dixerint: Quò egrediemur: dices ad eos: Qui ad mortem, ad mortem; & qui ad gladium, ad gladium; & qui ad famem, ad famem; & qui ad captiuitatē, ad captiuitatē. Precatur oculis suis fontem in perenem fletum, & ut noctem diei iungant lacrymæ, super internecione gentis suæ, & contritione infra omnes gentes, precaturque mærorum fontem, quo, si non auertat gladium ex agris, è ciuitatis bus famem; testetur tamen dolorem suum super plaga pessima populi sui, qui neglexit tempus visitationis suæ. eo magis, quo immedicabilius vulnus fuit, nullis precibus medicandum: non Moysis, qui toties à suorum ceruicibus interminat ac extentam iam ad vindictam Domini manum auerte- rat. non Samuelis magni omnino viri. Additque sceleribus illorum dignissimam sententiam, mortem, gladium, famem, carceres, ciectionem à facie sua. cum enim mederi possent, noluerunt impij in Redemptorem, in parentem, in Deum. Non eueniant hæc nobis. imò, non eueniant deteriora. cum deteriora mercantur sclerera nostra, ingratitudo nostra, duries cordis nostri, audacia & impudentia in mandatorum diuinorum transgressione, quam Iudæorum mera cæcitas, quæ omnem illis cognitionem abstulit nobilissimi totiesque in Christo promisi temporis, quod fatuè neglexerunt, post tot diuites Dei sponsiones. tempus nimirum visitantis Christi, regnumque illis spondentis æternum in magno Messia no- mine. De hoc etiam tempore est illud Domini apud Lucam: *Væ autem prægnaptibus & nutrientibus in illis diebus: erit enim pref-* ^{Quia non cognouit tempus vi- sitationis suæ.} *suræ magna super terram, & ira populo huic. & carent in ore gladij,* *& captiui ducentur in omnes gentes, & Ierusalem calcabitur à Gen- tibus, donec impletantur tempora nationum.* Quia nimirum non cognouerunt tempus visitationis suæ. Videamus singuli, quid

Ddd

ex-

exspectare debeamus, aut quid non meritò metuere, cùm toties neglexerimus, & porrò negligere pergamus, tempus visationis nostræ: monitorum diuinorum, sponzionum, minarum, præmissionis, clementiæ tempus. O quid dicturi sumus in die Domini magno, die inclemetiæ, cùm videbimus, quām paruo euitare æternas potuimus flamas; & contemptimus, monentemq; Dominū negleximus? Non neglexit hoc tempus Rex magnus, cuius post delictum illa: *Laboravi in genere meo, lauabo per singulas noctes lectum meum, lacrymis meis stratum meum rigabo.* addit: *Fuerunt mihi lacrymae mee panes die ac nocte.* & alibi: *Cibabis nos pane lacrymarum, & potum dabis nobis in lacrymis in mensura.* Cibus & potus magni Regis lacrymæ sunt, nocte & die. O quis nostrum post scelera imitatur? quis se cibat & potat lacrymis? aut cui post innumera scelera cibus & potus lacrymæ? quis post illa stratum suum lauit lacrymis? imo quis faciem? addo, & oculos ipos? nesciunt scelera nostra lacrymas, & inambulamus securi. nesciunt dies, nesciunt noctes, nescit mensa nostra. sōnnum illæ sciunt, delicias mensæ exulant lacrymæ. Sanè aut fatuus ille Rex est, cui post delictum vnum alterumūe pro cibo & potu & balneis, lacrymæ: aut nos fatui nimium, quibus post plurima scelera, risus & ioci: aut, si quis dolor, superficiem radit. Audiamus cumdē Regem-

Lacrymandum post peccatum commissum.

monitum super crimine suo à Propheta: *Peccavi Domino.* & meruit audire: *Dominus quoque transfudit peccatum tuum: non morieris.* Quis nostrum audit monentem, quis minitantem? quis intima cordis nostri pulsantem Dominum, & nunc minis terrentem, nunc blandè allicientem? ô si audiamus: *Non morieris!* audiemus; si cum Rege dixerimus: *Peccavi Domino.* ita tamen, si illius exemplo, verba hæc innatauerint lacrymis die ac no-

Psal. 12. Et. quibus alligata promissio illa: *Qui seminant in lacrymis, in exultatione metent: eunt ibant & flebant mittentes seminas sua, venientes autem venient cum exultatione, portantes manipulos suos.* Futuræ messis semina, lacrymæ sunt. vt Christianorum semen, Martyrum sanguis est: ita pœnitentiū lacrymæ, semina sunt nobis-

nobilissimæ messis in horreum Domini reponendæ in omnem æternitatem. Meminit huius Christus apud Lucam: *Beati, qui nanc fletis, quia ridebitis.* & apud Ioannem: *Plorabitis ego cap. 16.* *flebitis vos, mundus autem gaudebit: vos autem contristabimini, sed tristitia vestra vertetur in gaudiam.* Beati, quorum lacrymæ vertentur in gaudium. numquam deponendum. infelices, quo- rum gaudia vertentur in lacrymas numquam sistendas. Prudentes, qui modicis lacrymis gaudia mercantur æterna. imprudentes, qui modicis gaudijs lacrymas mercantur æternas. Audiamus alterius Regis lacrymas. *Fleuit Ezechias fletu magno.* 4. Reg. 20. & audit: *Audiri orationem tuam, et vidilacrymas tuas; et ecce sanauisse.* Audiuerat antè: *Morieris, et non viues.* Fleuit: vixit. tan- tum possunt lacrymæ, ut adiudicatum à Domino morti, red- dant vitæ. Magna lacrymarum vis; quæ quasi mutare semel latam sententiam cogunt Deum. sed memineris tamen fleuis- se Regem fletu magno, ut imiteris in lacrymis, si paria sperare voles. nec cadant à peccantibus oculis tuis lenta stillicidia, sed imbres, qui rigando sufficient lesto. Videamus illam, cuius laus est in Euangelio: *Stans retrò secus pedes eius, lacrymis cœpit rigare pedes eius, et capillis capitis sui tergebat, et osculabatur pedes eius, et vnguento vngebat.* Hoc non est pauculas auaras dare; est fundere & prodigere lacrymas, & tamquam ruptis nubibus aut aggeribus tota flumina profundere. Beatæ lacrymæ, quæ Saluatoris pedibus amica struxerunt balnea. beatæ, quibus innatarunt pedes magni Dei. sed & capilli felices tantis ter- genidis pedibus facti linteum. fortunata labra, post lacryma- rum balnea, facta pedibus spongia. nimitùm beata oscula! ô si æternent hæc oscula! & pœnitentiæ balneis amoris succedant balnea! & in vicem dolentium, amantium succrescant lacrymæ! quibus & inebrietur amans anima, & inebrietur amatus animæ sponsus. semper fluant hæ lacrymæ, ut semper fluat amor! Felix etiam vnguentum, quod vnxit pedes Domini. fuit vnguentum pœnitentiæ, è quo natum post mortem vnguentum amoris, cùm properaret ad sepulcrum amans, nunc

Ddd 2

pœ-

pœnitens. beatum vnguentum! illud tamē magis optandum;
 Cant. i. cuius meminit sponsa: *Curremus in odorem vnguentorum tuorum.* Semper hoc eueniat nobis. Habemus deinde flentem A-
 Matt. 16. postolorum Principem: *Egressus foras fleuit amarè.* negauerat: recordatus deinde verbi Domini, *fleuit amarè.* ac ne arbitreri tantum fleuisse, additur, *amarè,* vt ex amaro fletu, cordis amaritudinem colligas, dolorisque magnitudinem è magnitudine fletus. vt imitari non pudeat in medela, cùm imitari non puduerit in lapsu. Et post has lacrymas, audit: *Pasce agnos meas, pasce oves meas.* quemadmodum illa lacrymis lauans, & tergens capillis pedes, audierat, *Remittuntur tibi peccata tua.* Fleuerat in remissionē. impetravit. Quid non possunt lacrymæ? in muliere impetrant remissionem peccatorum omnium; in Petro principatum Ecclesiæ. optandæ lacrymæ! quas etiam habemus in Publicano, qui à longè stans nolebat nec oculos ad cœlum leuare; sed percutiebat pedus suum, dicens: *Deus propitius esto mihi peccatori.* non fuit oculorum illa depresso, non pectoris tensio, non ingenua confessio sine lacrymis. in hoc flumine matauit illa cymba, & audijt: *Dico vobis, descendit hic iustificatus in domum suam ab illo:* à Pharisæo nimirum laudatore sui. additur ratio: *Quia omnis qui se exaltat, humiliabitur: & qui se humiliat, exaltabitur.* Miserrima conditio se hîc exaltantium & efferten-
 tium, cùm humiliatione deprimatur æternâ. felix verò è contra humiliantium se hîc conditio, cùm exaltatione efferten-
 tium, cùm humiliatio deprimatur æternâ. delige lector. modicum hîc humiliari, vt exalteris æ-
 ternum; modicum hîc seruire, vt imperes æternum: aut per-
 modicum hîc exaltari, vt deprimaris æternum; modicumque hîc imperare, vt durissimam seruias seruitutem æternum: mo-
 dicis hîc voluptibus, opibus, honoribus fuji, vt crucieris æ-
 ternum; aut illis hîc modico destitui, vt maximis certissimisq;
 fruaris æternum.
 Cap. 2. Alterum tempus horroris & lacrymarum describit Isaías:
 Iudicij dies dies horro. *Dies Domini exercituum super omnem superbum & excelsum, & super omnes & lacrymarum cit-*
*per omnem arrogantem: & humiliabitur. & super omnes montes ex-
 collos,*

celfos, & super omnem turrim excelsam, & super omne quod visu pulchrum est. & incurvabitur sublimitas hominum, & humiliabitur altitudo virorum, & eleuabitur Dominus solus in die illa: & introibunt in speluncas petrarum, & in voragini terre, à facie formidinis Domini, & à gloria maiestatis eius, cùm surrexerit percutere terram. Super omnem quidem peccatorem dies Domini grauis erit, magis tamen super arrogantem & excelsam. cùm magnitudinis suæ præteritæ memor, & præsentis vilissimæ conditionis, indignatione tabescet, cùm præferri sibi videbit ultimos hominum, idque æternū: cùm nullo æuo mitigandos carnifices dæmones intuebitur. occurrit præterita, eo nunc duriora, quo maiora fuerunt: occurrit iamiam futura, eo infelicia, quo felicia præterita: occurrit pro momentaneis delicijs, voluptatibus, opibus, honoribus, pœnæ æternæ; pro fugitiua gloria, contemptus æternus; pro non multorum annorum magnitudine, altitudine, depressio æterna; pro humanis laudibus, damnatio æterna; pro tam modicis, tam breuibus, æterna. eritque illud tormentum inter maxima. potui modico gloriam mihi parare æternam. potui pro momentanea voluptatum fuga, inter æternarum castissimarum voluptatum ciues adnumerari. potui pro non magno, æternū iungi Deo. neglexi. potui pro re leuissima pœnis eximi æternis, & numquam-morituras flammæ à ceruicibus meis excutere re minimâ, & pro temporario opum, honorum, voluptatum neglegi. Etu, tormenta effugere æterna. neglexi. O nimis grauis cogitatio modicorum huius vitæ, & alterius æternorum! misera commutatio! quæ omnia eo miferiora sunt, quo non profundituræ hæ sunt cogitationes. Et quæ spelunca peccatorem teget; quæ terrarum voragini, à facie omnia intuentis Dei? aut quis effugiet manum eius? & non quo maiestatis eius gloria maior, hoc terribilior erit peccatoribus omnibus? Prudentes, quidum viuunt, meminerunt æternorum, & in perpetua illorum exspectatione viuunt: qui proposita gaudiorum felici, & infelici pœnarum æternitate mores suos ad illorum consecutionem,

Ddd 3

tionem,

Luc. 23.

tionem, harum fugam, comparant. beati, in quorū cordibus p̄petuō insonat illud Domini: *Si in viridi ligno hac faciunt, in arido quid fiet?* si ad expianda scelera aliena, innocentissimus Dominus tam acerba & immania pati debuit, quid non erit metuendum nobis in sceleribus proprijs, maximè post passionem, sanguinemque pro nobis fusum? cùm post illum immensū creuerit scelerum magnitudo. Beneficiorum enim in nos collatorum immensitas auxit peccati in nobis malitiam, auxitque ingratitudinem, quam beneficijs parem fecit. quæ cùm pretij fuerint infiniti, creuisse necessum ingratitudinem, peccatique malitiam in infinitum. cui, sepositâ clementiâ, ad iustitiae expletionem, respondere pœna debeat infinita. quod fit dum in omne æcum peccatores cruciantur in inferno.

Non est
quodd in
aduersis
conqueran-
tur, si
Christum
intucamus.

Et nos hīc interim querimur, si quid aduersi intercurrerit, si exilia iniuste irrogata, si bonorum deprædationes, si filiorum immaturæ mortes, si amicitiæ versæ in odia, si contumeliæ pro laudibus redditæ, si pro beneficijs damna illata, si munera ingratitudine repercussa, si nullâ datâ causâ, Principum, magnorum, amicorumque gratiâ exciderimus; si detractores siue domesticos, siue externos passi; si insidijs circumuenti, si dicta factaque nostra improbè interpretata, si inuidentium machinationibus depresso, si conatus nostri ad magna æmulantium molitionibus repressi, si dignitatibus per fraudem exuti; si aut è nudis suspicionibus, aut aduersantium potentia præter meatum damnati; si persequentium lingua & manibus tamquam pilæ iactati, si in magnis cogitationibus nostris amicorum operâ destituti, si spe nostrâ aliorum consilijs & machinationibus frustrati; si aut inferiores genere, opibus, factis, eruditione, ingenio, robore, prudentiâ, in cuiuscumque demum rei prosecutione nobis prælati, aut nos in dignioribus postpositi; si prudenter à nobis excogitata, neglecta aut improbata etiam stolidè verò ab alijs suggesta, probata fuerint; si dicta scriptaque nostra laudem promerita vituperentur, si virtu-

virtutes nostræ inter vitia, aliorum vitia inter virtutes numerantur; si, cùm probi sumus, docti, sapientes, inter improbos, indoctos, fatuos recensemur; si magna meriti negligamur, aut contemnamur, dolisque malis à cogitatis excludamur. Quæ dum eueniunt, querimur, toties interim per scelera inferorum numquam morituras pœnas promeriti. Et non mollierter paterneque, adeoque & maternè, nos habet Deus, cùm per aduersantia ad scelerum nostrorum cognitionem conatur prouocare? non leniter nos habet & amicè, cùm pro æternaturis ignibus immittit aduersa modico finienda, aut, vt quām maximè, cum vita tamen finienda? vt per illa ad meliora flestamur, & dum causas in nobis inuenimus pœnarum æternarum, immortales Deo gratias agamus, quod tam maternè ab illo habeamur, & per aduersantia ad illius & nostri cognitionem deducamur, & à perpetuantibus flammis abducamur, cælorumque opibus, honoribus, gaudijs æternis, pro morituris huius sæculi aptemur. Et quid querimur arida ligna, quid emarcida, exsuccida, quid omni plerumque virtutum, operumque bonorum meliore succo destituta, cùm pulsamur aduersis; cùm Christum intuemur viride lignum, omni virtutum virore, omnium flore & odore vestitum, omni bonorum operum succo redundantem: intuemur illum arborem vitæ per vniuersam orbem longè lateque fœcundissimos ramos sios in omnium salutem spargentem, fœcundissimosque fructus suos in quidquid vbique est, munificentissimâ dexterâ suâ dispergentem: intuemur illum nobilissimam vitem optatissimo diuini amoris poculo carissimas sibi animas inebriantem, implantemque cælesti musto suo torcularia, in æternaturarum virium repastinationem, deiectorumque animorum creationem, ægrantium mentium medicabulum, sub graui crucis pondere prostratum, & tantum non ultimum spiritum trahentem, sudore, lacrymis, sanguineq; suo lotum. Quæ poterit par huic sceleri pœna reperiri? Et interim nouo iudicis peccatorum pondere Christum premimus. ita non satis nobis

bis est cùm Iudæis semel duro crucis pondere oppressisse. iuuat vsque & vsque nouis semper opprimere, cùm nouas illi crues, quantum in nobis est, nouis sceleribus fabricamus. in qua re barbarem immitatem & crudelitatem nostram discimus in Deum ipsum. Quid ergo ab hoc iudice speremus, in quem inuercundissimi ac crudelissimi toties fæuimus? aut quam misericordiam & clementiam, immisericordissimi ac inclemensissimi, & immanissimi in illum, à cuius manu utraque æternitas felix infelixque pendet?

VII. Addit Euangeliſta ex ore Domini: *Beatae ſteriles, & ventres*

qui non generunt, & ubera que non laetauerunt. Quia in prolibus non viſuræ miserrimam temporum illorum à Domino

Beata prædictorū ſterilitas & virginitas à Chriſto.

prædictorum conditionem: sed neque viſuræ filios damnationis æternæ, nec paſſuræ illos hostes, accusatores, exprobratores in ignibus æternis. Simulque indicat beatam continentium ſterilitatem, & ſpontaneam infœcunditatem; uberaque felicia ignara lactis, quia ignara viri. beatasque quæ maturitatem omnem ſuam ſacrarunt Deo: quæ in æterna virginitate virginī Deo coniunctæ, angelis pares, cælorum heredes: in quibus de virginitate ac continentia censentur omnes, etiam illæ viduali continentia, quæ aliquando hîc nuptijs traditæ. Olim infelices erant ſteriles, eratque infœcunditas infamiæ quædam nota. nunc beatæ denunciantur, quæ non lactant: quæ nimirum de virginitate censentur, & parem in terris angelis vitam ducunt. Et videtur hîc quædam properantis in mortem Domini benedictio, virginibus peculiari modo impertita: vt beatæ dicantur. crederes Isaacum ab Eſau ad Iacob minorem omnem benedictionem conuertisse. ita Christus fœcundarum olim benedictionem, aut ſanè fœcundis beatam, tranſtulit in infœcundas, quæ ætate minores, noui nimirum testamenti futuræ erant, in quarum mentibus templum ſibi, ac quaſi familiare domicilium paraturus erat Spiritus sanctus. Nobilissimum testatoris nostri legatum, quo beatitatem virginibus addicit, cùm antè dixiſſet beatos mundos corde,

quia

quia Deum visuri; fruituri nimirum illius in omne æcum in beatissima æternitate præsentia. Beatae omnino virgines, quas angelis parauit Christus. Quis scit, an non ex hac benedictione Domini, tot postea virginum sanctorum agmina prognata, omnium tormentorum genere nobilitata: quæ & carnificum lassarunt dexteræ, & tyrannorum detrumpnarunt seuitiam, & Ecclesiam virginè sanguine suo collusstarunt? è quibus plurimæ neccum maturæ nuptijs, maturæ cælo, maturæ Christo sposo sponsæ per omnia pœnarum genera noble virginitati trophyum in omnem posteritatem statuerunt. Quis has non beatas dicat, siue ab angelorum paritate, siue à virginitatis prærogatiua, siue à Christi connubio, siue ab iniusta inter tormenta mente, siue à cælorum incolatu?

Considera sequentia Euangelistæ verba: *Et baiulans fibi crucem, exiuit in eum, qui dicitur Calvaria locum, Hebraicè autem Golgotha.* *Baiulat sibi crucem Christus, cui affigatur.* baiulat nobis,

ne æternum affigamur. nos interim quam crucem volentes baiulamus? sequere saltem baiulantem Christum, & vniuersam crucis salutis nimirum nostræ viam, sanguine suo signantem. videbis hîc misceri illius sanguinem luto, lutoq; mistum passim ab omnibus calcari; nobilissimumque Dei sanguinem pedibus proteri. Quid potuit grauius fieri in contemptum? vna illius sanguinis gutta nobilior erat orbe toto, creatisque

omnibus pretiosior. & copiosissimè interea toto hoc itinere fusus, calcatur ut vile lutum, qui in vniuersi orbis salutem profundebatur; & quod in salutem propinabatur, calcatur ab ijs quorum saluti dabatur. O quoties nos illum calcamus! fit hoc in omni scelere grauiore. vide quid merearis qui tam inuercundè & barbarè Filij Dei sanguinem calcas, & vilissimis pedibus proteris. aut quæ pœna satis digna reperiri in æternum poterit huic tanto sceleri? ut non mireris æternastanti sanguinis calcatoribus flamas parari. Sæpè verò hanc viam tacitus tecum perlege, & venerare tanti sanguinis viam, & amain hac salutis tuæ pretium. collige etiam fusum hunc pro te sangu-

Christus
crucem
suam bai-
lans viam
omnem
sanguine
conspergit
qui passio-
conculca-
tur.

Eee nem,

Quomodo eum ipsi colligamus, nem, & cordi tuo reconde. nec magno h̄ic opus molimine, non necessum est maria nauigare, aut abdita terrarum inuestigare, aut summa montium aut rupium descendere: palam funditur sanguis, & totæ viæ sanguine insteruntur, ne quisquam prætexere laborem, aut virium suarum imbecillitatem, aut locorum difficultatem possit. non opus h̄ic armatâ manu, non magnis opibus, non ingenij magnitudine, non robore: facilis collectio sanguinis est, quo publicæ natant viæ omnium pedibus tritæ. nemo h̄ic egestatem suam, iuuentam, renosque annos adducat. nullo h̄ic opus pretio, viribus nullis, maturitatē nullâ. omnibus resignatus sanguis est palam propinatus, è quo tantum haurire plebeiorum vltimus, quantum primus Regum potest. non hauris in salutem? ignauia & improbitati tuæ deputa. Cùm verò viam hanc crucis vniuersam Christi sui sanguine signatam vides, vide quibus tu notis viam vitæ tuæ signas. quæ signa præferat. sanguinis & sudoris, castitoniæ & pietatis, amoris in Deum & proximum: an socordiæ, impuritatis, impietatis, deliciarum, odiorum, detractiōnum, iniustitiæ. an vnaus sis ex illis, qui currunt in odorem sanguinis Christi, gaudent quæ suum pro illius prodige fundere, & summam beatitatem suam esse putant, totum pro illo fundere, qui vniuersum antè fudit. an verò ex illis, de quibus illud apud Sapientem: *Venite ergo, & fruamur bonis quæ sunt, & utamur creaturâ tamquam in iuuentute celeriter. vino pretioso & unguentis nos impleamus: & non prætereat nos flos temporis. coronemus nos rosis, antequam marcescant. nullum pratrum sit, quod non pertranscat luxuria nostra. nemo nostrum excors sit luxurie nostra, ubique relinquamus signa lœtitiae; quoniam hec est pars nostra, & hac est fors. Misera omnino fors, & pars misera. vina, vnguēta, flos, rosæ, prata virentia, luxuria præteruolans, & plus amaritudinis quam voluptatis circumferens, & fugitiua lœtitiae signa, quibus viam suam signant qui sæculo seruiunt. ô nimis volatrica, dubia, vana, momentanea! vt non multò post audiant:*

sap. 2.

sap. 4.

Flos autem Dominus irridebit. & erunt post hæc decidentes sine honore,

Quibusc signis ipsi vita noſtre viam conſignamus.

tate, & in contumelia inter mortuos in perpetuum: quoniam disfram-
 pet illos inflatos sine voce, & commonebit illos à fundamentis, & us-
 que ad supremum desolabuntur: & erunt gementes, & memoria illor-
 rum poribit. venient in cogitatione peccatorum suorum timidi, & tra-
 ducent illos ex aduerso iniquitates ipsorum. Miserrimum irrideri à
 Domino, decidere sine honore, in æterna contumelia versari,
 disfrenpi, à fundamētis commoueri, in omne æuum defo-
 lari, pro momentanea lætitia æternū gemere, in perpetuo
 timore inter tormenta viuere, peccatorum conscientiâ æter-
 nū premi, sceleraque perpetuo ob oculos versari tantorum
 causam malorum, nullā in omne tempus spe meliorum. Sed
 & illi ipsi iactabundi, non multò pōst gementes, inclamat:
 Errauimus à via veritatis, & ambulanimus vias difficiles; viam au- Sap. 5.
 tem Domini ignorauimus. quid nobis profuit superbia? aut diuitiarum
 iactantia quid contulit nobis? transferunt omnia illa tamquam um-
 bra. & virtutis quidem nullum signum valimus ostendere: in mali-
 gnitate autem nostra consumpti sumus. addit Sapiens: Talia dixerunt
 in inferno hi qui peccaverunt: quoniam spes impij tamquam lanugo
 est, qua à vento tollitur: & tamquam spuma gracilis, qua à procella
 dispergitur: & tamquam fumus, qui à vento diffusus est. Verè er-
 ant, qui vitæ suæ vias libidinibus, comedationibus, opibus
 signant. ambulantque vias difficiles, periculi, inuidentiaz, o-
 diorum plenas; cùm viæ Domini suaues sint, & amoris plenæ.
 verè etiam tamquam umbra transiunt, quæcumque sæculi
 huius sunt; nec aliud dum sunt quam umbra sunt, imò nec
 umbra diuinorum gaudiorum, opum, honorum. vt meritò
 Sapiens quidquid hīc magnum est componat lanugini à ven-
 to raptæ, spumæ à procella dispersæ, fumo à vento diffuso. &
 quid lanugo, spuma, fumus est? Et propter hæc tamen, tam
 vana, tam nulla, excludimur æternū cælo, includimur vo-
 lentes æternū ignibus. ô stulti! quanto meliores sunt viæ
 crucis, quibus æterna respondent præmia! sequamur, & pre-
 manus Christi præcedentis vestigia. nec sanguine terrcamur.
 fermen est, cælo in arbore sua reponendum. non terruit ille

Errant quid
vias sæculi
incidunt.

tot tenellularum virginum millia, quas lætiores fuso quam intacto vidit sanguine carnifex. quo minus terrere debet viros, quorum est animos à sanguine sumere. tantum audendum. reliqua largietur Dominus bona voluntatis auctor & præmiator.

IX.
Isaie 9.

Excutienda hîc nobis proprius crucis baiulatio, olim à Prophetâ denunciata: *Paruulus natus est nobis, & filius datus est nobis, & factus est principatus super humerum eius, & vocabitur nomen eius, Admirabilis, consiliarius, Deus, fortis, pater futuri sæculi, Princeps pacis.* Paruulus natus in Bethleem, stabulum pro domo, præsepe pro cumis, fœnum & stramina pro culcitra sortitus, pro satellitio bouem & asinum. filius datus nobis, Dei magni Filius, factus Virginis filius, virgineque utero, obumbrante Spiritu sancto conceptus, virgineque natus, lacteque pastus virgine, sinuque fortus virgine. neque enim virum magna illa mater & virgo nouerat. nouerat Deum: à quo viro illi Filius, ignara reliquorum. Cui paruulo & filio, ubi adoleuit, inædificatus principatus humero est, non aliud quam crucis & ligni, cum regnauerit à ligno Dominus. hinc illud Apostoli: *Humiliavit semetipsum factus obediens, usque ad mortem, mortem autem crucis, propter quod & Deus exaltauit illum, & donauit illi nomen, quod est super omne nomen, ut in nomine Iesu omne genu flectatur celestium, terrestrium, & inferorum.* A cruce exaltatio, & nomen quod est super omne nomen regium & imperatorium; quod genuflexione adorant cælites, inferi, & qui sæculo hoc continentur, & adoratione regium agnoscant nomen, & genuflexione venerantur. crux ergo causa exaltationis & regij nominis huius magni, quod per illâ promeritus fuerat. Allusisse ad hoc videtur Propheta: *Et dabo clavem domus Dauid super humerum eius: & aperiet, & non erit qui claudat; & claudet, & non erit qui aperiat.* Clavem domus Dauid, Ierusalem nimisrum cælestis, dedit Deus super humerum Christi sui, cum crucem humeris illius imposuit, quâ referati cæli sunt: ut merito crux clavis dici possit & debet cælorum, tot sæculis per primordiale

*Crux fuit
Domino
signum
principatu-
ris, & cau-
sa exalta-
tionis.*

Philip. 2.

Isaie 22.

*Fuit item
clavis quâ
cæli sunt
referati,*

diale paradisiacum delictum clausorum. Hac enim vnâ reserati nobis cæli sunt, nullâ aliâ clavi reserandi. sed neque post illam veteri modo claudendi: cum semper etiam peccatori maximo parata clavis illa sit, quâ sceleribus clausum aperiri cælum possit. quod solis meritis suis, cruce suâ ita aperit Christus, vt nullâ cælestium, terrestrium, inferorum potentia claudi possit: sed neque vi vllâ quâm cruce, morte meritisque ipsius aperiri valeat. Ut proinde iure dicamus, à cruce Christi nostri calorum reserationem & obstructionem pendere. Ut meritò idem Propheta dicat: *Iugum oneris eius, & Iuga 9. virgam humeri eius, & sceptrum exactoris eius superasti.* Iugum enim oneris Israëlis sustulit Dominus. vnde illud Apostolorum Principis: *Quid tentatis Deum, imponere iugum super cervices discipulorum, quod neque patres nostri, neque nos portare potuimus?* & pro durissimo veteri seruitutis iugo, cruce suâ, morte suâ, iugum nobis promeritus est & imposuit suave, & onus leue: Matt. 11. *ximè illi populo, qui etiam tum ambulabat in tenebris, & in Isiae 9. regione umbra mortis;* cui per crucem exorta lux magna est, densissimâ depulsâ nocte, quâ tot retro sæculis premebatur. Sed & virgam humeri sustulit, cum & ferream Ægyptiam virgam ab Israëlis humero reputat, & Gentium in circuitu potentiam & arma, quibus premebatur, excusit, & in libertatem, pulsâ vndique seruitute, afferuit. Magis etiam sustulit virgam ab humeris Gentium, infidelitatis nimis & inferorum, quâ in æternum interitum premebantur: virgamque peccatorum & scelerum, quâ miserrimè lacerabatur: seruitutisq; virgam, cui Quam vir. gam ab hu- meris Gea- rium Chri- stus amo- verit.. ante crueem mancipati erant, incredulitatis pistrino inclusi, arctissimis idololatricis compedibus vincliti: Quod per Prophetam olim suum spopondisse Dominus videbatur: *Conte- Nabum 1. ram virgam eius de dorso tuo, & vincula tua disrumpam.* subdit: *Ecce super montes pedes euangelizans & annuncians pacem.* Nemo alius euangelizauit super montes, quâ Christus, & annunciauit pacem. vnde illud angeli, nato Christo: *Gloria in altissimis Deo,* Luc. 2. *& in terra pax hominibus bona voluntatis.* & illud nobilissimum A-

Ecc 3.

postoli

- Ephes. 2. postoli ad Gentes: *Vos, qui aliquando eratis longè, facti estis propè in sanguine Christi. ipse enim est pax nostra, qui fecit utraque unum, & medium parietem macerie soluens, inimicitias in carne sua: legem mandatorum decretis euacuans, ut duos condas in semetipso in unum nōnum hominem, faciens pacem, & reconciliat ambos in uno corpore Deo per crucem, interficiens inimicitias in semetipso. & veniens euangelizauit pacem vobis, qui longè fuistis, & pacem ijs, qui propè. quoniam per ipsum habemus accessum ambo in uno Spiritu ad Patrem.* Aberrabant omnino longissimè Gentes à veritate & Deo. facti sunt propè veritati & Deo, in sanguine Christi pro ipsis, ut pro Israele, fuso. nec aliis quām Christus fecit utrumque populum, Israeliticum & Gentilitium, unum in una fide. qui utriusque populi inimicitias in diuersa fide fundatas in carne sua morte-que sua soluit: euacuans nouis noui testamenti decretis veterem legem, duos antè populos in semetipso in unum populum condens, in una fide, mediatore uno: dissentientes reconcilians per crucem, interficiens utriusque populi inimicitias in semetipso, quas denuntiata pace extinxit in fide una. ut iam per ipsum uterque populus accessum habeat ad Patrem, qui per crucem Christique sanguinem factus est utriusque populi pater, uno utrumque populum Spiritu sancto in uno Pātre per
- Aior. 10. Christi merita iungente. De quo illud: *Verbum misit Deus filius Israel, annuncians pacem per Iesum Christum: hic est omnia Domini.*
- Ioan. 14. Quod & ipse confirmat verbis suis apud Ioannem: *Pacem relinquo vobis, pacem meam do vobis: non quomodo mundus dat, ego do vobis.* Non simulatam mundi pacem, non mentientibus verbis promissam, cùm ore pacem denuntiante, odijs corda natant. sed pacem veram, integrum, non defractatam: quæ ingentem animo tranquillitatem pariat, & iuge quoddam largiatur menti conuiuum, omni mœrore pulso. Et dixerat antè
- Cap. 9. Isaias: *Sceptrum exactoris eius superasti. fortis nimirum armati, qui in pace ante Christum natum custodiebat atrium suum, factus possessor omnium vndique nationum & populorum, quos uno peccati vineulo continebat: quem superueniens innumer-*
- Qualem pacem mundo attulit.

numeris modis fortior Christus per crucem suam superauit, armisque & spolijs exuit, hominemq; seruitute exemit, libertate donauit, & saeui exactoris diaboli vim confregit; sanguine suo delens quod adversus nos erat chirographum decreti, quod ^{Coloff. 2.} erat contrarium nobis; & ipsum tulit de medio, affigens illud cruci: & exspolians principatus & potestates, traduxit confidenter, palam triumphans illos in semetipso. Paradisiacum delens decretum contrarium nobis & saluti nostrae, quod affixit cruci, exspolians inferorum in nos principatum & potestatem: palam de acerbissimo, iam inde ab initio, humani generis hoste triumphans in sanguine suo. per quem palam fusum, palam nobilissimum triumphum retulit & egit, terrâ cæloque plaudente, nequidquam frendentibus & mœrentibus inferis.

Sequitur: Ducebatur & alij duo nequam cum eo, ut interficerentur. ^{Luc. 23.}
 Quam nobili comitatu procedit Christus! cingunt latera illicius latrones: ut medius inter eos deterior habeatur, nec queritur de infami hoc comitatu, nec designatur socios latrones. de quibus illud Isaiae: Cum sceleratis deputatus est. additur praemium: Ideo dispertiam ei plurimos, & fortium dividet spolia. Examina hic animum tuum. vide an componi te feras cum inferioribus pietate, eruditione, dicendi gratia, prudentia, rerum experientia, ingenio, iudicio, robore, gratia, formâ, nobilitate; an cum longè deterioribus, nequioribus, scelerioribus, inuercundioribus, ignobilioribus. vide deinde, quo animo hæc feras, quantâ moderatione, quam pacatè & tranquillè, & in quas non iras & indignationes insurgas, si quid illorum euenerit; si quis dicta factaque tua improbauerit, adeoque & non probauerit; si quis contemptim de te tuisque locutus, si quis male, si quis improbe, si facta dictaque tua in malignum sensum & alium à mente tua, ac in deteriorem partem interpretatus fuerit; si quis ex meritis suspicionibus, aut æmulo corde, in deteriorem partem tua rapuerit; si quis facta dictaque tua fortiter, prudenter, eruditè, generosè, depressoerit; aut ut languida, stolida, indocta, ignava expresserit: si quæ laudem in te

te merentur, vituperauerit; quæ præmium, damnauerit; quæ admirationem, contempserit: si naturæ dona extenuauerit; si nobilitatem, eruditioñem, prudentiam, virtutesque in te reliquas verbis factisque minuerit; si etiam improba, iniusta, impia, ignaua, inuercunda, stolida, temeraria, palam dicta fatue tua, ut dicta & facta ex vero narrauerit, nihil in contemptum adiiciens, nihil in excusationem adducens. Hæc discute. & si nec meritam quidem vituperationem feras, nec cum paribus in delictis & improbitate componi æquâ mente perferas, immo, si non sine aliquo mœrore sentias, non laudari, quid facies, si Christi tui exemplo, innoxens cum nocentibus & latronibus, cum impijs improbisq; componaris? quid si accedant vincula, exilia, secures? si opum, honorum, commodorum spoliationes? si pro omnium laude, admiratione, amicorum & clientum turba, vituperationes, contemptus, omnium solitudo? si amicissimis destituaris, omnium linguis percutiaris, omnium conuitijs proscindaris, omnium calamis jacereris, omnium, in quos beneficia plurima contulisti, ingratitudine percutiaris?

Quæ consideratione ad contumaciam ferendam animamur.

Hæc vides in Christo tuo; & imitari piget, & ferre pudet. quā ergo partem regni illius speras? Nulla alia supereft via. quare aut illâ incedendum est tibi; aut, aliam si calcaueris, à regno illius aberraſti. Sed neque unquam te satiis depressoſis, si præteritas pœnas, si scelera tua cogitaueris. nam quantulares est, infra omnes, etiam mortalium pessimos improbissimosque, ſubmissio, si inferorum tormenta toties promerita cogitauerimus? quid contemptus huius læcūtū ad contemptum dæmonum æternum? quid depresso mundi huius ad infernales in æternis ignibus pœnas? quanto satius hīc deprimi, vt æternū cum Christo tuo extollaris; quam hīc modicò extolli, vt æternū deprimaris? præfer æterna perituris, maxima modicis, & infra omnes lubens gaudensq; te colloca, vt, cùm venerit ille, qui ad æternas nos epulas vocavit, audias: *Amice, ascende superius.* cuius prærogatiuæ causam addit: *Quia omnis qui*

Luc. 14.

qui se exaltat, humiliabitur; & qui se humiliat, exaltabitur. Ne, si monentem Dominum neglexeris, audias: Quomodo hic intraisti, non habens vestem nuptialem? vestem nimirum Christi, humiliatis vestem. & quod deterius, audias: Ligatis manibus & pedibus eius, mittite eum in tenebras exteriores; ibi erit fletus, & stridor dentium: in caminum ignis, in locum omnium superborum & excellentium. hæc enim superbiaz merces, nec alia. miserrima conditio, fatuus delectus: pro peritura magnitudine, contemptum pœnasque diligere æternas, tenebras pro breui hac luce æternas, ardentesque fornaces æternas.

*Matt. 22.**Matt. 13.*

Vide deinde, qualibus associetur Christus, qualésque ad-ministros habeat cruenti sacrificij sui magnus hic *Sacerdos in eternum secundum ordinem Melchisedec, appellatus à Deo Pontifex iuxta ordinem Melchisedec.* de quo verè illud Apostoli dici potest, & de hoc solo: *Rex pacis æternæ, sine patre, secundum corpus; sine matre, secundum diuinitatē; sine genealogia, secundum deitatem; neque initium dierum, neque finem vita habens: assimilatus autem Filio Dei, adeoque & Filius Dei, manet sacerdos in perpetuum. alijs quidem plures facti sunt sacerdotes, idcirco quod morte prohiberentur permanere: hic autem eo quod maneat in eternum, sempiternum habet sacerdotium. unde & saluare in perpetuum potest accedentes per semetipsum ad Deum, semper viuens ad interpellandum pro nobis.* Verissimus sacerdos Christus in eternum, sempiterno decoratus sacerdotio. qui nunc in hoc latronum comitatu properat ut faciat pro peccato sacrificium & holocaustum, & pacifica ad expiandum pro domo Israel; & pro omni omnino populo nationum omnium, gentium orbe toto omnium. Properat ad montem, ad cruentum altare innocentissimus agnus, nobilissima victima, melior Isaac, qui solo cruentus voto, solo que altaria votiuo cruore purpauerat; cum noster Isaac, verissimo sanguine suo lauerit altare suum crucem, & substratum cruci terram, & nos omnes, iuxta illud Apocalypses, *Primogenitus mortuorum, princeps regum terre, qui dilexit nos, & lanuit nos à peccatis nostris in sanguine suo.* Nulla sunt balnea illu-

XI.

*Psal. 109.**Heb. 5.**Christus**sacerdos**est secundū**ordinem**Melchise-**dec.**Heb. 7.*

F ff striora

striora sanguinum, nullaque potentius detergunt fôrdes, maxime si structa è sanguine magni Dei, qualia hic videmus concessa nobis in medelam, in fôrdium detersionem, in salutem.

Gal. 1. Et benè Apostolus: *Qui dedit semetipsum pro peccatis nostris,*

I. Petr. 2. *vt eriperet nos de praesenti seculo nequam.* Benè etiam Petrus: *Christus passus est pro nobis, vobis relinquens exemplum vt sequamini verbigia eius. qui peccatum non fecit, nec inveniens est dolus in ore eius;* qui peccata nostra ipse perculit in corpore suo super lignum: *vt peccatio mortui iustitia vivamus, cuius liuore sanati sumus.* & alibi: *Christus semel pro peccatis nostris mortuus est, iustus pro iniustis, vt nos offerret Deo, mortificatus quidem carne, vivificatus autem spiritu: deglutiens mortem, vt vita eterna heredes efficeremur.* Nobilissima victimâ, quâ vnâ viuimus, non victuri nisi caderet hæc victimâ aut si cruci eriperetur, ut Isaac olim gladio. fortunatissima oblatio pro peccatis nostris, quæ nisi consumetur, omnes peccatis immorareremur. felicissima super ligno altari consumptio, quod ni factum esset, nec mortui essemus peccato, nec iustitiae viueremus. beatissimus mortis liuor, qui ni foret, desperata salus omnium esset. mors denique ipsa optatissima, quæ ni secura foret, non viuificaremur spiritu: ac nisi mortem morte suâ deglutisset, non scriberemur heredes vitæ æternæ, scriberemur mortis æternæ. Sanè nisi sanguinem fudisset hic agnus, victimâ & oblatio pro nobis facta, numquam expiati a delictis spem haberemus cœlestis regni. Reliquum est ut audiamus & sequamur monentem Apostolorum Principem. *Christo igitur passo in carne, & vos eâdem cogitatione armamini; quia qui passus est in carne, desist à peccatis.* Desist à peccatis, qui pro peccatis alienis satisfecit Patri in carne, ut nos à peccatis proprijs desinamus, ne vltra ambuleamus in luxuriis, desideriis, vinolentiis, commissationibus, potationibus, reliquisque vitiis: sed ut cōmunicantes Christi passionibus, in reuelatione gloriaz eius gaudeamus exultantes. in cuius nomine si opprobriatumur, beati: quoniam quod est honoris, gloria & virtutis Dei, & qui est eius Spiritus, super nos requiescit. Si tamen compatimur

Fuit quoque victimâ & oblatio pro peccatis nostris.

I. Petr. 4.

Christo passo quid reperdere debeamus. Ibidem.

Ibidem.

vt

vt conregnemus, & cādem cruce armamur. si renunciemus
carni & sanguini. nam si, vt antē, sceleribus inuoluimur, iterū
Christum crucifigentes, quid speremus? nam si iustus vix sal- *Ibidem.*
vabitur, impius. Et peccator ubi parebunt? Sequamur ergo Christum in nouitate vitæ, exuentes veterem hominem, memores
moniti magni Apostoli: *Sicut exhibuisti membra vestra seruire Rom.6.*
immunditiae, & iniquitatis ad iniquitatem; ita nunc exhibete membra
vestra seruire iusticie in sanctificationem, vt mortui peccato viua-
mus Deo, tamquam ex mortuis viuentes in Christo. Facie-
mus, si inferenda cruce imitemur Christum, eumq; generosè
sequamur ad Caluarie locum, locum mortuorum, in quo do-
ceamur mortis. *Omnes enim morimur, & quasi aquæ dilabimur in*
terram, que non reuertuntur. Nec inter cadauera & ossa, discri-
mina dominorum, Regum, diuitium, doctorum; & seruorū,
subditorum, egentium, indoctorum reperies. æquantur om-
nia morte: nec imparitas vlla nisi à sola virtute est. quo ma-
gis huic incumbendum, quā vnâ æternūm viuimus Deo. Et
sanè diligens cadauerum scrutator humanarum admonetur
miseriarum, & ad meliora impellitur. Verè in hac materia Sa-
piens: *Cum morietur homo, hereditabit serpentes, & bestias, & ver- Ecli. 10.*
mes. In diuinarum, dignitarum, voluptatum locum succedunt
serpentes, bestiæ, vermes, in quæ etiam robora & pulchritu-
do nostra degenerat. amet hæc quisquis illa amauerit. De im-
pijs vero apud Isaiam Dominus: *Videbunt cadauera virorum qui* *Isiae 66.*
prævaricati sunt in me: vermis eorum non morietur, & ignis eorum
non extinguetur: & erunt usque ad satietatem visionis omni carni.
vt merito inclamat Psalmista: *Mors peccatorum pessima. cum* *Psal.33.*
interim pretiosa in conspectu Domini mors Sanctorum eius sit. illos *Psal.115.*
non-morituri manent vermes, ignes, tormenta; hos pulchri- *Mortis*
tudo, gaudium, gloria æternitati commensuranda. delige. de- *proborum*
lectus in manu tua est, cum fuga & perpetratio peccati in ma- *& impro-*
nu tua sint: sed & imitatio Christi cui in manu tua est. errare *boreum*
non potes hoc duce. de quo illud Apostoli: *Videmus IESVM pro- Heb.2.*
ppter passionem mortis gloriam & honore coronatum: ut gratia Dei, pro

omni.

Fff 2

*omnibus gustaret mortem. Decebat enim eum, propter quem omnia, & per quem omnia, qui multos filios in gloriam adduxerat, auctorem salutis eorum per passionem consummare. Moritur Christus, & propter passionem gloriâ & honore coronatur. amas gloriam & non-morituram coronam? imitare passionem. gustat ille mortem, & mortem crucis pro omnibus, & pro peccatis omnium. quid nos refugimus crucem pro peccatis nostris, tanto nocentiores, quanto minus patimur? Iam, si decebat per passionem consummare eum, qui peccata circumferebat aliena: an decebat nos per delicias, comedationes, voluptates, opes, honores consummare, qui peccata circumferimus propria? quod si etiam auctorem salutis & gloriae alienae decebat per crucem consummare; poterimusne salutem & gloriam sperare propriam per vitæ huius commoda, per mensas, per fœdas corporum voluptates? Erramus fatui: tantumque à salutis aberramus via, quantum à Christi vestigijs aberramus. ille crucem tulit & mortem, nobis in exemplum. & tulit nobis, cum ille nec cruce, nec morte egeret in salutem, expers peccati. nos verò egemus his remedijs in debitorum satisfactionem, scelerum expiationem, salutis consecutionem. Quid times imitari, qui optas coronari? nulla corona viduatur cruce. & adeò coronæ omni crux comes est, & associatur illi individuo nexu, ut spina rosæ. non exhorrescit spinam, qui rosam cogitat. Tu ne fuge crucem, qui æternatura cogitas gaudia & gloriam. sed nec time crucem, nec mortem. prior utramque vicit Dominus, & potentias fregit utriusque, mitigauit amaritudinem, leniuit duritiem, dolauit asperitatem morte suâ. hinc illud: *Ego mors tua, ô mors; mors tuus ero, inferne.* In animationem hæc dicta nobis & facta. victor morte suâ mortis stetit Christus, inferosq; morte suâ domuit. mortis victor, ut cuius morte vita mortuis reparata, nec mors iam amplius æterna, cum per illius mortem vita sequatur priore melior, nobilior, maior. non esset hæc, & iaceremus omnes in ignava morte, tanta iam & puluis, nisi Christus morte suâ mortis im-*

Per passio-
nem ad
gloriam
nobis ten-
dendum.

oficij 13.

impetum & robora fregisset, vitam dedit non iam amplius morituram, sed æternâ gloriâ & vitâ donandam. ut meritò amare Christi cogamus crucem & mortem, per quæ data nobis gloria & vita. *Quicumque enim baptizati sumus in Christo Iesu,* Rom. 6. *in morte ipsius baptizati sumus.* Iam, cum sine baptismio impossibile sit saluari, baptismus verò vim omnem suam à Christi morte mutetur; frustra salutem extra illius crucem & mortem speramus, qui ut *primogenitus mortuorum*, ita & viuentium primogenitus est. victuri proinde cum illo, si mortui antè cum illo fuerimus, si crucem lubentes tulerimus, si frequenti mortis memoriâ pectus firmauerimus: cum potentior sit in peccatorum fugam, irruentiumque & ad se allicientium tentacionum victoriā, frequens crucis & passionis Domini, quam omni momento dubia mortis memoria. amoris priora, posterius timoris validum incentiu[m] est, certumque præseruatuum medicamentum, propugnaculumque validum in aduersis, in hostium procuracionibus, in voluptatum, honorum, diuitiarum proritationibus.

Cum Christo
mois-
tes resur-
gemus ad
gloriam.
Apocal. I.

C A P V T XI.

De crucifixione.

CONSIDER A illa Matthæi: *Venerunt in locum, qui dicitur Golgotha, quod est Calvaria locus. Et dederunt ei vinum bibere cum felle mixtum:* Et cum gustasset, noluit bibere. Potuit fingi maior inhumanitas & barbaries? omnium gentium etiam barbarissimarum more, adiudicatus reus morti, & iam iam tormentis admouendus, cibo & potu meliore pascitur, ut vel tantillo animent ad ferendas penas. Iudæi vinum, quod propinant Christo ex crucis pondere lasso, & ex ingenti sanguinis toto itinere profusione, exhausto, miscent felle. ne nimirum lingua in id tempus intacta, vacua esset tormento. ut verum sit illud Deuteronomij: *De vinea Sodomorū, vinea eorum, Et de suburbaniis Gomorrhae: vna eorum, vna fellis, Et botri amarissimi. fel draco-* Cap. 32.

I.

Matt. 27.

Christo
propin-
atur vinum
felle mix-
tum.

num vinum eorum, & venenum aspidum insanabile. Verè de vinea

Sodomorum, & de suburbanis Gomorrahæ hæc veniunt, ab

Cap. 6.

ijs nimirum, de quibus apud Amos queritur Dominus: Ve

qui dormitis in lexis eburneis, & lascivitis in stratis nostris, qui come-

ditis agnum de grege, & vitulos de medio armenti: qui canitis ad quo-

cem psalterij, bibentes vinum in phiglis, & optime vnguento delibuti:

& nihil patiebantur super contritione Ioseph. Non aliis hic Ioseph,

quam Christus, super quo verberibus, sudore, sanguine, cru-

cis pondere de lassato non sunt compassi Principes Iudeorum

lascivientes in stratis & mensis, in voluptatibus & epulis. nam

de veteri Ioseph intelligi hæc non possunt, cuius fratribus co-

uenire non potest, dormire & lascivire in stratis eburneis: sed

neque reliqua Prophetæ huius. Christus ergo hic Ioseph est,

cuius Propheta meminit. super quo tantum abest, ut compas-

sisti Iudeorum Principes fuerint, vt vinum felle miscerent. ut

*bonè dictum sit, *Vina eorum, una felle, tum quod vinum felle**

temperassent, tum quod odiorum felle natantes, quidquid in

solarium esse potuisset, Christo negassent. Et verè etiam fel dra-

conum, & venenum aspidum insanabile vinum illorum. odio

planè immedicabili, nullaque arte, beneficijs, miraculis sanabili

tenebantur Iudei; odioque super draconum & aspidum

venenum venenatiore, nullis flagris & vulneribus, nullisque

taerymis, sudore, sanguine saturando. Ingeniosum semper in

tormentis odiutum est: nam & quæ inter solatia reperta, vertit

in tormentum. ita nunc vinum in Christo felle miscet. Et va-

ticipinatus hoc angelus Rex magnus: Dederunt in escam meam fel, &

in siti mea potauerunt me aceto. primum hinc videmus: alterum in

ipsa cruce. vnde etiam illud Threnorum: Recordare paupertatis

& transgressionis meæ, absinthij & fellis. addit: Memoria memor

ero, & tabescet in me anima mea. super absinthio & felle, quo à

populo suo potatus; magis etiam super felleo corde populi

sui dilecti. de quo merito queritur: Factus sum in derisum omni

populo meo, canticum eorum tota die: repleuit me amaritudinibus, ixe-

briavit me absinthio, & felle absinthio deteriore. Et vero Iudai-

cus

*Christus
verus fuit
Ioseph.*

Vinum fel-
leum ci-
propinan-
dum pre-
dictum à
Prophetis.

Psal. 68.

Tbren. 3.

Ibidem.

cus populus inebriauit Christum amaritudinibus. docet hoc
vniuersa illius passio. implevitque illum plagis & doloribus
vsque ad summum, à vertice nimirum capitis ad plantam pe-
dis. Atque hinc illa etiam comminatio Domini apud Iere-
miam: *Ecce ego cibabo populum istum absinthio, & potum dabo Ierem. 9.*
eis aquam fellis. caput aspidum fuger, & occides eum lingua viperæ Cap. 20.
non videat riuios fluminis, torrentes mellis & butyri. imprecatio in
impios apud Job: Panis in vtero illius vertetur in fel aspidum in-
trinsecus. Euenerunt haec illi populo à morte Salvatoris. cum
cibatus fuit maximarum vbique iactationum absinthio: cum
*orbe toto sparsus, & in mancipia venditus omni populo ter-
ræ, babit aquam fellis, aquam tribulationum multarum: babit*
verò venena, factus omnium linguarum opprobrium: caruit-
que riuis fluminum Palæstinæ, longissime factus ab illis: nec
vidit ultra torrentes mellis & butyri, quibus in Palæstina frui-
tus fuerat seriens Dominio: versusque est illi panis, quem in-
ter omnium populorum vineula comedit, tamquam in fel
aspidum. neque enim panis vllus amarior, quam quem inter
carceres & compedes vinceti comedunt. Vnde illa apud Pro-
*phetam altera eomminatio: *Va qui potum dat amico suo, mittens Hab. 2.**

fel suum: repletus es ignominia pro gloria: circuipidabit te calix dexteræ
Domini, & vomitus ignominie super gloriam tuam. Misit fel suum
populus Iudaicus in potum amicissimo sibi Domino. pro quo
repletus est ignominia omniū vbique gentium, & calix per-
fæctionis dexteræ Dei circuredit eum vndeque: factus tam-
quam vomitus ignominie omniū nationū; & pro eo quod
nudauit Dominum, nudatus est omnibus ornamentiſ iucun-
*ditatis adolescentiæ suæ, nec habuit quo regeret inuisam re-
dendamque omnibus nuditatem suam. Est & apud alium ter-
tia comminatio: *Et conuertam festinantes vestras in luctum, & omnia*
vicia cantica vostra in planctum: & inducam super omne dorsum ve- Amos 8. 11
trum saccum, & super omne caput caluitum: & ponant eam quasi stu-
Elum unigeniti, & nouissima eius, quasi diem amarum: & nouissimum Cap. 9.
*eorum in gladio interficiam: si descenderint usque ad infernum, inde ma-**

Iudiciorum
castigatio
post Chri-
sti mortis

nus mea educet eos: & si ascenderint usque in celum, inde detrabæcos: & si celauerint se ab oculis meis in profundo maris, ibi mædabo serpenti, & mordebit eos: & si abiurint in captiuitatem coram inimicis suis, ibi mandabo gladio, & occidat eos: & ponam oculos meos in malum, & non in bonum. Superuenerunt hæc omnia Iudaëis, & nouissima eorum amara valde: nec fuit orbe toto angulus, qui eos teget; gens nulla, quæ protegeret. potati usque ad ebrietatem calice fellis, absinthij & amaritudinum Domini. Videamus hic an non eadem nos manent, quorum scelera & multitudine & magnitudine sui Iudaica superarunt. nam quod illi igna-

*Q[uod]modo
peccatores
Christo
propinquent
vinum fel-
le & absin-
thio misto.* ri Dei Saluatoris sui perpetrarunt, nos diebus singulis non ig- nari perpetravimus: potamusque illum non viuo felle mixto, sed felle nudo scelerum nostrorum, & peccatorum nostrorum absinthio. Neque enim quidquā amarius Deo est sceleribus Christianorum. atque hinc illi vomitus, quibus eos euomit ex ore suo, nec parcit in æternum. neque in ullis magis sauit, aut minus parcit. quod si ad modicum vindictam differat, duplicat dilationē in pœnam; & ut dilatio misericordiae fuit, ita quod insequitur illam, severitatis maioris est. & exinde oculi & dextera illius semper in malum, numquam in bonum, quia in ignem semper vrentem, numquam consumentem, numquam finientem.

II. Considera Euangelistæ sequentia verba: *Postquam venerunt*

Luc. 23. *in locum, qui vocatur Calvaria, ibi cruciferunt eum & latrones, unum à dextris, & alterum à sinistris. Perpendenda hic varia.*

In monte Christus currit crucifixus. Calvariaz mons: in quo pro omnium salute crucifigendus. & quidem in monte, quo omnium oculis clarius pateret. Ma-

Exodi 20. Magna in montibus patrata. præcepta in Sinai monte Moysi à Deo tradita. octo etiam beatitudines Apostolis in monte de-

Matt. 5. nunciatæ. dimissâ turbâ, ascendit in montem solus orare, orationis locum montem diligens. Apostolos deinde Petrum,

Matt. 17. Ioannem, Jacobum cum duxisset in montem excelsum seorsum, transfiguratus est ante eos: & resplenduit facies eius sicut sol, vestimenta autem eius facta sunt alba sicut nix. paraturus se vero per ora-

orationem ad mortem, exiuit in montem Oliveti. denique in Mat. 26.
Caluariæ montem. Ita olim Abraham, cùm ligna holocausti ini- Gen. 22.
posuisset super Iaac filium suum, in monte, Dominus videbit; ex-
tendit manum, & arripuit gladium, ut immolarec filium suum. in
figuram verissimi secuturi cruenti sacrificij huius vnigeniti
Dei Filij: cuius humeris, holocausti illius nobilissimi lignum
Iudaicus imposuerat populus. è monte etiam Galileæ, cùm
benedixisset Apostolis, elevatus est, & nubes suscepit eum ab oculis Matth. 28.
eorum, & assumptus est in celum, & sedet à dextris Dei. Hæc plu- Luc. 24.
raque alia in montibus. Scio infeliciter à Satyl pugnatum in A&or. 1.
montibus: quare & damnati æternâ sterilitate à Dauid. Montes 2. Reg. 1.
Gelboë, nec ros, nec pluvia veniant super vos, neque sint agri primitia-
ram: quia ibi abiectus est clypeus fortium, clypeus Saul, quasi non esset
enatus oleo. Quid Saul, quid Ionathas ad Christum nostrum?
quid montes Gelboë ad Caluariæ montem? quid illorū mors
ad Christi? quid veriusque clypeus ad illius robora & poten-
tiam? aut quæ comparatio hîc esse personarum potest, quæ
dignitatum? Et maledicit interim Dauid Gelboë montibus Caluariae
maledictione penitentia: cùm nos benedicamus Caluariæ mon- montis
elogium.
ti in morte magni Regis nostri. Felix mons, nobilissimâ inter
omnes montes prærogatiuâ donata: cùm in te consummatum
sit sacrificium cruentum, quo uno salus omnium nostrûm
continetur; & sine quo perieramus omnes. fœcundissime
montium, in quo defixum lignum, quod non terrarum tan-
tum nostrarum, sed & paradiſi arbores omnes fœcunditate
suâ vinceret, & cui comparata arbor vita, mortis verius arbor
quam vita est. fortunate mons, in cuius medio nobilissimi
quinque salierunt fontes, omnium ægritudinum medicabi-
les, etiam mortis: infamis autem mons sceleratorum cadaveri-
bus lassatus, veritatem nomen in benedictum: cùm illum delege-
rit Dominus, in quo omnium malis medicaretur, omnium
vulneribus, omnium morbis: prodaçtamque per scelerata salu-
tem nostram, redderet meliorem, nosque omnes peccatis
non semel mortuos restitueret vita. Obstupefacti hîc superad-

Ggg mi-

mirandis Dei consilijs: natiuitati delegit stabulum, morti Cal-
uariæ locum; ibi bestias socias, hîc latrones; ibi infans pro cu-
nis præsepe, hîc grandior pro lepto lignum; ibi fascias, hîc
clauos; ibi Virginis vbera, hîc vinum felle mistum; ibi vene-
tabundos pastores, hîc illudentes Iudæos. quæ omnia non si-
bi, sed tibi, salutis tuae. Vide quid aut reperdas illi, aut pro salu-
te facias tua: quam ingratus in illum; quam negligens ac fa-
tuous in retua, maxime cum de æternitate agatur, felici aut in-
felici, de gaudijs & ignibus æternis.

III. Intuere deinde Christum in monte constitutum, inter tot
propæ carnificium, quot hominum manus: & vide hîc repeti-
tati nudationem corporis totius, omniumque quasi oculis
prostitutam integerrimam castitatem, angelicâ mille modis
superiorem. nec cogita hanc Iudæorum fieri manibus, sed
tuæ tuæ enim fordes, voluptates tuæ fœdæ toties repetitæ,
tœles etiam nuditatem repetitæ scrunt in Christo. Et quid aliud
inuercundissima hæc nudatio omnium in monte oculis ob-
iecta significat, quam tuas etiam occultissimas animorū for-
des omnium oculis obijciendas, omnium retegendas? quæ res
eo grauior erit, quo post in Christo nudationes in fôrdium
tuarum expiationem, nullo rubore tactus, ad easdem ut ca-
nis ad vomitum rediuiisti, nullâ aut commiserationis in Chri-
sto, aut poenitentia in te ductus ratione. execute nunc rubo-
rem tuum, cum omnium orbe toto luminibus nudæ expo-
nentur fordes tuæ, parietibus nunc teæ. Quid si nudus ex-
ponendus essem omnium transiuntium oculis, an non grauior
morterubor hic essem? quid erit, cum non corporis tantum,
sed & animarum intimæ fordes retegentur omnibus? Perpen-
de deinde fôrdidorum peccatorum magnitudinem, cui me-
denda toties exutus vestibus suis Christus, cælo, terrâ, inferis
spectatoribus. Potuit ignominia excogitari maior? ut etiam
deaudatio maximi viri non veriti fuerint dicere, hanc vnam in Christo
ei fuerit gravis, in reliquas omnes superasse crudelitatem suâ poenas, acerborem-
que ea omnia vulnus, que hanilli fuisse flagris vulneribusque omnibus. sed nim-
renuata.

am inimicorum hominum fordes, & domestica hæc & familiariæ nimis scelerata, tantum pœnarum in satisfactionem exigebant. Vide deinceps vestrum denudationem, vulnerum omnium quamdam renouationem. ne numera frustrè numerum subduces. unum vulnus est tantum, corpus totum. Intuere hoc proprius anima Christiana. videbis non tam humani corporis formam, quam excoriatæ bellæ. nihil hic hominis est, si oculos consulas. quia nihil in te hominis in sceleribus est. quia nihil rationis. infra enim bestiam in omni grauiore sceletere peccator omnis est, cum plus peccet in rationem omnem quam quæcumque bellua. Et pro his omnibus quid refers gratitudinis, quid amoris Domino tuo? aut quam subis pro rot sceleribus tuis pœnam? vbi vulnera tua, vbi liuores, vbi sanguis, vbi flagra? vbi cum Regibus David & Ezechia preces, cineres, sacci? vbi cum Petro & Magdalena lacrymæ? vbi densa cum Publicano & Prodigio suspiria? vbi cum Niniue ieiunia & orationes?

Contemplare verò nudum stantem, omnium impurissimum oculorum ludibrium, dum exspectat crucis conteribrationem, in quam barbaræ coniicitur transfigendus Christus tuus. Cum hæc vides, quid cogitas Christiane, qui Christi discipulus & imitator audire vis, qui præmia ab illo speras? te ipsum consule. confer molles lectos tuos cum duro & indolato crucis ligno: vestes tuas solo sàpè pretio graues, cum nuditate Christi tui: cubilia tua ventilante vndique serico, purpurâ, aulæisque auro grauidis, arte mentiente naturam, cum Caluariæ loco: stratum tuum ad inuidiam non raro pavonum variegatum, cum ligneis latronum crucibus Christi crucem ambientibus, & ornantibus. Et quam speras è tam mollibus victoriâ? quos triumphos è puluillo & plumis quæ præmia è purpura & auro? Diues nos docet Euanglicus, qui post purpuram & mensarum delicias, ignibus pascitur; post epularum & vestium splendorē aquæ guttam inter maxima beneficia depofcit; nec impetrat. tu quid post parem

IV.

Christi lectus cum seculariū mollie confertur.

Ggg 2 splen-

splendorem speras? non pariantur pœnâ qui demeritis? Iam, quomodo te habes in currentibus arduis? perfers imposita, aut vltro amplectaris? an magis refugis? habes illa vt amica, an vt inimica? repellis occurrentia? an sponte accersis, & in te prouocas vt profutura? Quam longè aberramus à Christo! quam longè à vijs illius! & speramus interim cælo præmia. ô

- Sancti omnes viae sunt crucis sunt ingressi, quam fuit via crucis sunt cœulares.* *Hebr. 12. Psal. 117. Psal. 72. Cap. 46. Psal. 72.*
- fatui vna via est Christi, quæ dicit ad illa, aberraisti à via? frustra terminum speras cælo clausum. nemo aliam à Christo viam-ingressus, præmia retulit cælo reposita. percurre Sanctorum omnium iam inde à mundi exordio vitam. & monemur ab Apostolo: *Quem diligit Dominus, castigat; flagellat autem omnem filium, quem recipit.* & de se Psalmista: *Castigans castigavit me Dominus.* &c. *Fui flagellatus totâ die, & castigatio mea in matutinis.* & apud Ieremiam: *Noli timere serue meus Jacob,* ait: *Dominus, quia ego tecum sis, quia ego consumam curias gentes, ad quas eiœ te: te vero non consumam, sed castigabo te in iudicio, nec quasi innocentem parcem tibi.* Parcere enim hic Domini, non est amoris, est vindictæ grauioris, est indignationis, est neglectus, ac quasi reprobationis. vnde illud Psalmi: *In labore hominum non sunt, & cum hominibus non flagellabuntur.* Dum viuunt nimurum, non flagellabuntur; quod filiorum est: flagellabuntur verò post hanc vitam; quod seruorum & reproborum est: Sequitur in Psalmista: *Ideo tenuit eos superbia; operi sunt iniquitate & impietate suæ.* Quia scilicet filiorum more castigati non sunt, operuit eos superbia, imiquitas, impietas. deteruisse hæc castigatio, & animos docuisse submittere, & agnoscere Dominum, & ad meliora redire, & iniquitatem ac scelerata facias diluere, impietatem exuere, pietatemque pro illa repouere, & timorem Domini. Addit: *Prodit quasi ex adipice iniquitas eorum; transierunt in effectam cordis.* ex adipato & iniquitatibus stipato corde: cum iam propè in naturam iniquitas versa, confertim tamquam ex adipice profluit adipata & incrasata iniquitas. Et admirabundus interim inclamat Prophetas: *Ecce si peccatores, & abundantes in seculo, obtinuerint diuinas: tam-*
- Ibidem.*

tamquam in præmium peccatorum. Sed subiungit: *Quomodo facti sunt in desolationem, subito defecerunt: perierunt propter iniquitatem suam. velut somnium surgentium, Domine, in ciuitate tua imaginem ipsorum ad nihil rediges.* Tamquam somnium à somno surgentium ad nihil redacti sunt peccatores, transiitque imago illorum, memoriaque omnis, ut *imago somniantium.* & hæc merces viri peccatoris. ô nimis inanis, & fugienti subnixa arenæ! quanto fortunatiores sunt, quos filiorum hic more cum Christo punit Deus, ut æternū parcat & præmiet!

Considera sequentia Euangelistæ verba: *Postquam tenuerunt in locum, qui vocatur Calvarie, ibi crucifixerunt eum & latrones, unum à dextris, & alterum à sinistris: & impleta est Scriptura Matt. 15. que dicit: Et cum inquis repudiat est.* Singula hic intuere, anima Christiana, quali incubet lecto amor tuus. vide manus, ut trahibut clavis affigantur duro crucis ligno: audi immenses malleationes, barbaros pulsus, crudeles confixiones. eadem intuere in pedibus: par utrobique feritas: extendi deinde corpus inter hæc videbis sanguino attractu, violentâ protensione, ut singulatim numerari costæ possent, iuxta illud: *Sicut aqua effusus sum, & dispersa sunt omnia ossa mea.* Ut vilis a Psal. 22. qua effusus in sanguine suo est Christus; maximè in crudeliter membrorum omnium in cruce extensione; quâ renouata vulnera omnia, & validius aperta; & data via sanguini. Dispersa verò sunt ossa, mutuò à se disiunctæ, & loco metu, barbarâ hac effusione. Sequitur: *Foderunt manus meas, & pedes meos, dinumeraverunt omnia ossa mea.* non tantum ob validam corporis protensionem; sed quod verberum multitudine nudata sis essent carnibus.

Te hic cogita, scelerata manuum pedumque tuorum. quoties illas ad omnem iniquitatem extenderis: quoties pedes veloces ad currendum in malum, impulisti etiam fortius. Attollitur deinde in altum crux; & infigitur terræ: & spectaculum fit Dominus mundo, angelis, hominibus. ut nemo dubitare de-

G g 3 morte

Isiae 55. morte posset, nemo de pretio pro delictis nostris oblato; eniūs rei testes essent angeli & homines: nemo de medela pālām proposita. ad quam inuitamur apud Isaiam: *Omnes sitten-
tes venite ad aquas; & qui non habetis argentum, properate, emite
& comedite: venite, emite absque argento, & absque tutta commuta-
tione, vinum & lac.* Medicabiles hīc aquæ sunt lacrymarum &
sudorum Domini supra Probaticam piscinam, & Iordanis a-
quas, & petram Horeb, & quidquid vsquam, vñquam medicamen-
tosum. nec opus hīc auro aut argento. nulla tam nuda
paupertas, quæ excluditur. imò quo maior illa, hoc propior
gratuitæ huic mensæ est, in qua inempta ac vtronea appo-
nuntur fercula, nullo auro parabilia. sola hīc pietas ac virtus
premium est. quas nulla auri egestas excludit: magis etiam ad-
mittit, vt virtutis comes. vinum hīc & lac est: vinum com-

Psal. 59. punctionis & lētitiae. iuxta illa: *Potasti nos vino compunctionis,*

Psal. 103. &, *Vinum lētificet cor hominis.* vnde istud: *Date siceram mæren-
tibus, & vinum his qui amaro sunt animo: bibant, & obliuiscantur*

egestatis sue, & doloris sui non recordentur amplius. Nullum poten-
tius vinum in gaudium, quām illius, cuius meminit sponsus:

Cant. 5. *Bibi vinum meum cum latte meo: comedite, amici, & bibite, & inebri-
amini carissimi, ab vberibus vni & lactis. & nulla vbera com-
poni cum vulnerū vberibus Saluatoris nostri possunt, nullum
etiam vinum, lac nullum.* Allusio ad hæc videtur Propheta:

Ioel 3. *Erit in die illa: stillabunt montes dulcedinem, & colles fluent latte: &
per omnes riuos Iuda ibunt aquæ: & fons de domo Domini egredietur,*

& irrigabit torrentem spinarum. Nulli montes conferri cum Cal-
uariæ monte possunt. nam si aliqui stillarunt, hic totis tor-
rentibus, imbrisque totis dulcedinem è vulneribus Christi
profudit. nulli etiam colles siue vberum, siue terrarum, nobis
lac dederunt in escam, in potum. nec per omnes tantùma
riuos Iuda, sed per orbis vniuersitati riuos fluxerunt aquæ lacry-
marum Domini: & sanguis de latere Christi egressus irrigauit
torrentes spinarum cordium nostrorum, & pro spinis vias ro-
saque fecit crescere; & quidquid durum, amarum, spinosum
ani-

*Calvariae
montis v-
bertas &
suavitatis.*

animabus nostris inhærebat, vertit in dulcedinem; tamquam si quis fella vertat in mella, absinthium in saccarum. Quid? quòd inuitet nos in vini potum Dominus per Sapientem: Bi. Proa.9.
bite vinum, quod miscui tibi. relinquite infantiam, & viuite, & ambulate per vias prudentie. Nusquam nobilis miscuit, quām in cruce: nec vsquam nobilis emisit, quām per crucis suæ clausos. Et monemur relinquere infantiæ mores imprudentes & fatuos, quales omnium peccatorum sunt; & viuere, cùm non viuant peccatores, quos mors pessima interemit; & ambulare per vias prudentiæ, non stoliditatis, quales sunt viæ omnium transgredientium mandata Domini. Ad observatiōrem verò mandatorum illius hæc dicta: Comede in letitia panem Ecdes.9. tuum, & bibe cum gaudio vinum tuum: quia Deo placent opera tua. Nullus conferri cum Christi corpore potest panis, nullum vinum cum illius sanguine: quæ sub panis & vini specie petrificas testamenti sui tabulas legauit omnibus Christus.

Considera propiùs hæc verba: Cruciferunt eum. Olim male- VII.
dic̄tus à Deo est, qui pendet in ligno. unde illa ad Moysen post Mo- Deut. 21.
abiticas exhortationes: Tolle cunctos principes populi, & suspen- Num. 25.
de eos contra sōlōm in patibulis, ut auerteratur furor meus ab Israēl. Sus- Crocifixio
pensus etiā Christus, ut iustus nimis ob scelera nostra Det Pa- infame
tris furor auerteretur à nobis. meminit huius Apostolus: Chri- suppliciū,
- t̄bus nos redemit de maledicto legis, factus pro nobis maledictum; quia Gal. 3.
Scriptum est: Maledictus omnis qui pendet in ligno. Ille maledictus, Peccata
qui proper scelera sua prōmeritus est ut affigeretur ligno: Christum
quia verò Christus scelera nostra fecerat sua, quoad expiatio- crucifixe-
nem, licet non quoad maculæ susceptionem, factus dici po- runt, & in-
test maledictum, ratione criminum nostrorum, quæ illum af- de is male-
fixerant cruci: cùm ingens illa scelerum nostrorum series af- dictum.
fixa dici potuerit cruci, ijsdemque confixa cum illo clavis,
quibus merito asscribi potest Maledictum: tūm quòd male-
dicti nomen scelera in se mereantur, tūm quòd Dei Filium af-
fixerint cruci: nec expiari potuerint, nisi magni Dei vulneri-
bus & sanguine. è quibus magnitudinem illorum cognoscas,
&

& detestari ac perhorrescere discas. quæ nullâ re aliâ quam
vnigeniti Filij Dei morte expiari potuerunt. Quamquam &
Christus dici possit factus pro nobis in cruce Benedictum.
nam licet Maledictum dicatur, quod maledictam olim crucis
mortem, ac non nisi grauissimis sceleribus debitam pro nobis
subierit: cum tamen crucis illâ suffixione maledictum omne
à nobis depulerit, & maledictos Patri reconciliauerit, male-
dictione detersâ, quæ sceleribus debebatur; iure maximo, &
benedicta iam nobis crux est, & benedictus, qui in illa pepen-
dit.

Per Christum crucem benedicta, & qui in ea vita est. vt verum iam sit: Erit vita tua quasi pendens ante te.

Deut. 28. Peperit enim vita nostra Christus ante nos. sine qua, altissi-
mo perpetuæ mortis tenebamur sepulcro; & quâ vnâ viui-
mus Deo & cælo. Beati proinde, ante quorum oculos pen-
det Christus, siue in terrorem, siue in imitationem, amorem,
gratiarum actionem. neque enim res vlla aut magis terret &
revoçat à scelere, aut potentius accendit in amorem, aut for-
tius impellit in omnem virtutem, auocatque à vitijs. sed ne-
que res vlla magis medetur malis, certiusque animi depellit
morbos, sanat vulnera. cuius iam antè signum legimus. Fac

Num. 21. serpentem eneum, & pone eum pro signo: qui percussus afficerit eum,
vniuet. Fecit ergo Moyses serpentem eneum, & posuit eum pro signo:
quem cum percussi afficerent, sanabantur. Meminit huius Iohannes:

Cap. 3. Sicut Moyses exaltauit serpentem in deserto, ita exaltari oportet filium
hominis: ut omnis, qui credit in eum, non pereat, sed habeat vitam
eternam. In medelam eorum, qui iicti erant à serpentibus, ere-

Quam ipsa nobis sit salutaris & medica. xit serpentem Moyses. Cælestis vero Pater Filium suum erigi
permisit in salutem omnium, qui in primis parentibus ser-
pentis consilijs obsecuti fuerant, & exinde saucij iacebant,
paradisi & cælorum exules, è supernorum bonorum heredi-
bus ignium æternorum heredes facti: è tam fortunata ad in-
fortunatissimam inferorum conditionem. & vt Israel serpen-
tum morsibus perit, ita nos æmuli serpentis suasionibus, vnius
pomi infelici morsu cadimus, æternum perituri, ni Dei Filius
morte

morte suâ mortem nostram in meliorem vitam commutasset. vt verò ictus Israel solo erecti serpentis intuitu à venenarijs morsibus curatur: ita nos à grauiorum peccatorum venenarijs morsibus solo Christi de cruce pendentis intuitu curamur. nec vlla post scelerum vulnera certior curatio, nullaque de medica arbore nobiliora fluunt balsama, nullus de medicis herbis medicabilior succus, nullus de quocumque metallorum prodigiosior perignes exprimitur liquor, quam è vulneribus de cruce pendentis medicus profluit sanguis; quo non omnia morborum tantum genera curantur, sed & mortui in vitam reuocantur, nec quatriduani tantum, sed annorum plurimorum. Illud verò hic obseruandum venit: condescisse serpentē in paradiſo vetitam arborem, & maledicto designatam, & ex illa venena sua diffusisse per primos parentes in omnes: sanitatem deinde per fusilis serpentis in ligno suspensi aspectum restitutam Israeli: vitam denique nobis omnibus peccato creptam, per Christum in ligno redditam, & paradiſo, imò cælo restitutos, à quo primi serpentis æmulâ prauitate excideramus. quamquam nulla sanitas restituta sit Israeli ab æneo pensili serpente, nisi quâ parte similitudinem quamdam referebat suspendendi aliquando Christi. Docemur hoc non tantum ab Apostolo, sed longè antè à Sapiente: *Etenim Sap. 16. cùm illis superuenit saeva bestiarum ira, morsibus peruersorum colubrums exterminabantur. sed non in perpetuum ira tua permanxit; sed ad correptionem in breui turbati sunt, signum habentes salutis ad commemorationem mandati legis tuae. qui enim conuersus est, non per hoc, quod videbat, sanabatur, sed per te omnium salvatorem: in hoc autem ostendisti inimicis nostris, quia tu es, qui liberas ab omni malo.* Non alius salvator nisi Christus; à quo ab omni malo erepti & sanati: cùm æneus ille serpens ligno affixus prævia quædam similitudo crucis fuerit, Christiq; in illa suspendendi; per quem primæuæ sanitati redderemur.

Excitandi hīc in nobis affectus tres: Condolentiaz, Timoris, Amoris. Condolentiam in te excitabit pœnarum magnitudo,

Hhh

Condolē-
dum Chri-
sto cruci-
fixo.

tudo, vulnerum multitudo, carorum fuga, solitudo, inimico-
rum numerus, accusantium malignitas, torquentium crude-
litas, irrisiorum acerbitas, amicorum paucitas, erubescenda
nuditas, latronum associatio. persona dein quæ patitur, si co-
gites; parentem tuum esse, saluatorem, redemptorem, animæ
tuæ sponsum, conditorem, Dei Filium, Deum. causam dein
si tacitus tecum excusseris, peccata tua, salutem, cælorum re-
gnum, debitaram à te pœnarum exsolutionem, gloriæ con-
cessionem, corporis simul & animæ beatitatem. quæ omnia
meritò in nobis prouocare debeant mœrorem. De amicis sa-

Iob 2.

Christi &
Iobi cru-
ciatus in-
ter se com-
parantur.

nè Iob Scriptura loquitur: *Cum eleuassent procul oculos fuos, non cognouerunt eum, & exclamantes plorauerunt, scissisq; vestibus spar-
serunt puluerem super caput suum in celum: & sederunt cum eo in terra
septem diebus & septem noctibus, & nemo loquebatur ei verbum: vt-
debant enim dolorem esse vehementem.* Quid Iob, ad omnium cre-
atorem, ad Dei Filium, ad Deum? quid illius vlcera, ad huius
vulnera? illius scabies, ad huius verbera? illius sterquilinium,
ad huius crucem? quid vxor ridens, ad Principum populi illu-
siones? quid amici monentes, ad amicorum fugam? quid cor-
poris illius ægritudo, ad immanes huius lacerationes? quid it-
lius testa, ad huius clauos? quid fanies, ad huius sanguinem?
quid illius ad huius innocentiam? illius ad huius virtutes, ex-
cellentiam, dignationem, magnitudinem, merita? quid vero
amici Iob, ad te ipsum? illi amici tantum: tu creatura, subditus,
seruus, filius. illis nihil passus est Iob: tibi Christus. & quid
quid passus, tuum est, tibi est, saluti & animæ tuæ est. pro te
flagella in Christo ingeminata sunt: pro te fluxerunt vulnera:
tibi stetit columna, spinæ, clavis, tibi verbera, crux & lancea.
quo magis condolendū tibi Christo tuo est, & mœrore lon-
gè maiore. Exclamat amici Iob, plorant, scindunt vestes,
spargunt caput puluere, fedent diebus noctibusque septem
mœrentes super amico, cùm viderent dolorem esse vehe-
mentem. Quid nos facimus super Christo pendente? ubi sunt
exclamationes doloris nostri? ubi eiulatus, & ploratus? ubi

con-

conscientia vestium, cineris aspersio, humiliatio, iejunij indicio, silentium admiratione concitatum? vbi septem dierum super vnigeniti dolore meditatio? & quomodo conregnabimus, si non compatimur? quomodo congaudebimus, si non condolemus? Et quid speramus? si stamus ad tanta tormenta faxei aut ferrei? si nullæ fluant lacrymæ cōmiserationis, mœroris, timoris, amoris testes? si pro verberibus non reddimus suspiria, pro vulneribus mœrorem, pro sanguine lacrymas? si pro totius corporis lacerationibus, non scindimur cordibus? pro crudeli spineæ coronæ terebratione non aspergimur cinere? pro nullo calamo explicando crucis dolore barbaraque clauorum transfixione, non sedemus attoniti, & mœrore emaciati? si denique plus exclamationum, planctuum, ploratum, cinerum, dolorum, videamus in amicis Iob, super misera amici constitutione, quam in nobis super vnigenito Dei Filio, pro sola salute nostra mille modis acerbius habito, & quidem à peccatis nostris, quæ Iudæorum & Gentilium manibus tam barbarum crudelemque in modum in illum saevierunt? super quibus omnibus si nulla nos tangat commisratio, non verendum, ne audiamus? *Vocaui, et renuisti; extendi* Proh. i.
manum meam, et non fuit qui aspiceret: ego quoque in interitu vestro ridebo, et subsannabo, cum vobis id, quod timebatis, aduenerit, cum erruerit repentina calamitas, et interitus quasi tempestas ingruerit: quando venerit super vos tribulatio, et angustia: tunc inuocabunt me, et non exaudiam. Miserrima omnino illoru& infelicissima conditio, qui vocantem non audierunt, qui extendentem in cruce manum, consolantem, auxiliantem, medentem, amplexantem, redimentem, non aspexerunt venerantes, gratias agentes, condolentes, amantes. sequitur enim hos infortunatus Domini risus, subsannatio super calamitate & interitu inexpectato & improviso, quo tamquam à fluctibus & repentina tempestate obruentur, frustra auxilium sperantes, frustra inuocantes. si foret interitus hic annorum aliquot, si postquam saeuisset, tempestas se remitteret, si tribulatio finem sci-

Vocantem
Dominum
relicientiū
vesania.

ret, & angustia certis terminis circumsciberetur; fieri posset, vt libertatis spes non parum pœnam leniret. Sed cùm agatur de angustijs animæ oppressæ, de tribulationibus vndique cingentibus, de tempestatibus inter inferorum flammæ & frigora, de calamitatibus nullo calamo aut lingua explicandis, de subsannatione & risu super interitu æterno: quis non obstupescat insaniam illorum, qui tam citò perituri, modicis gaudijs, volaticis voluptatibus, breui mensarum risu, opibus, & dignitatibus fallentibus, fugientibus, & numquam certum pedem firmantibus, æterna mercantur tormenta? Non cœniant hæc lectori meo, sed vocantem audiat Dominum, timeat minitantem, vereatur iudicem, amer præmiantem, & extendenti manum manum porrigit, totumque se illi regendum tradat. imitetur vitam moresque illius. aberrare à vero, ab utili, ab honesto, à salutari, & æternum profuturo, imitando illum non potest. sed & audiat consilientem. certiora semper magisque salutaria consilia illius sunt omnibus sæculi consilijs; cùm omnis prudentia orbis totius cum Christi diuinaque composita, fatuitatis, non prudentiæ, mereatur nomen. Et interim quām pauci inter Christianos Christi consilia sequuntur! quām multi sæculi è viginti, imò quinquaginta millibus vix unum alterumque reperias, qui aures præbeant consiliis Christi, qui vestigijs illius insistant, qui fidem dictis illius adhibeant. sequerentur, si adhiberent, non sequi, est fidem derogare. Sunt qui imitatores consiliorum Christi probant, cùm ipsi sequi nolint. quid aliud hi agunt, quām vese damnent, dum in alijs probant quod sequi nolunt? nam si laudem mereantur, qui sequuntur; improbandi erunt, qui non sequuntur. si prudentes illi, hi necessariò inter imprudentes numerandi. si optimam partem illi elegerunt, hi pessimæ. Iam, quis prudens sciens volensque deteriora eligat, melioribus reliquit, & audier prudens? imò quis non dicat fatuum, qui cùm possidere possit meliora, negligat, vt quod deterius est consequatur? facit hoc quisquis diuina consilia postponit humanis:

manis: quisquis illa negligit, quisquis non sequitur: quisquis humana amplectitur, quisquis ad illa consequenda studium omne suum sudoresque impendit.

Timorem prouocabimus, si considerauerimus, quanta pro nobis perferat Dei Filius, ut nos reconciliet Patri; quanta, ^{Timot.}
^{quomodo} excitatus.
 vt exsoluat debitum à nobis Patri, vt iustitiae satisfaciat, vt ex-
 ules reddat cælo, vt mortuos vitæ, ægros sanitati, saucios va-
 letudini bonæ. Quæ dum cogitas, perpendifq; tacitus tecum,
 quid pro omnibus sceleribus tuis pœnarum vltro subeas, quid
 pro nouis indies peccatis offensio reponas Numini, quantum-
 que ac quale tandem numeres pretium pro delictorum ex-
 piatione, debitiique exsolutione; perfacile videbis, quid meri-
 totimere debeas. nam vt omnem omnino pœnarum subeas
 seriem, omniaque mundi tormenta in te vnum prouoces, ad-
 eoque & inferorum inuoluaris ignibus, etiam æternum; non
 tantum ad diuinæ iustitiae satisfactionem, debitiisque per sce-
 lera exsolutionem obtuleris, quantum vel vnâ sanguinis gut-
 tâ obtulit Patri Dei Filius, cum vel minimâ illius guttula plus
 valeat ad iustitiae expletionem, quam quidquid vñquam tor-
 mentorum mundus & infernus tulit. Cum ergo non vnam
 guttam, sed quidquid habuit sanguinis Christus profuderit,
 quò pleniùs debitum expleret; non erit difficile cogitare, quid
 tibi faciendum, quæ vita institueris, quæ austerioris subeun-
 da. Audiamus monentem Apostolum: *Qui autem sunt Christi,* Gal. 5.
carnem suam cruciferunt cum vitijs & concupiscentiis. Beati, qui
 non indulserunt vitijs, noxiâ nimia indugentiâ: qui non
 pepercerunt, sed piâ seueritate clavis illa cum Christo affixe-
 runt cruci, ne æternum non-profuturis pœnis torqueantur.

Amorem prouocabis, si cogitaueris hæc pro te pati Dei Fi-
 lium, pro seruo dominum, pro mancipio, pro iurato hoste, ^{Quomodo}
^{amorem}
 pro ignibus æternis adiudicato, dæmonum seruo; Deumque ^{prouoce-}
^{mus.}
 adeò ipsum, iudicem, Regem, patrem, conditorem. Potuit
 amor excogitari maior? cogita, quid reliquerit pro te Dei
 Filius, quid assumpserit. Potuit dein morte perire magis pu-
 Hhh 3. dibun-

dibundâ, infami, graui? quæ omnia amoris magnitudinem docebunt. quin & tacitus tecum cogita, quæ maiora veri amoris signa & documenta deponscere posses. Et quis interim, aut vbi amor tuus? aut quem rependis amori amorem? aut quid potest minus à te exigi, quām ut amores tam tenerè ac prodigè amantem? quām ut pro sputis, alapis, flagris, sanguine, clavis, cruce reddas amorem? quid facilius quām amare amantem post tot contestata amoris signa? Sanè in humanis etiam inter barbaros beneficijs prouocatur amor. nec ullum potentius amoris incitamentum, quām pro alicuius incolmitate, gloria, commodis, vita, fortunas vitamque suam posuisse. quo magis prouocari in te amor debeat, cùm videas, non à pari, aut homine, sed à Deo ipso hæc pro salute tua fieri. & quid dicas de illo, qui post plurima beneficia, post exilium, vincula, damnationem, libertati, bonis, sibi, suis, vitæ redditus, non agnoscat benefactorem suum, negligat, contemnat? non tu illum omni dignum morte iudicabis? Verte hæc in te, & vide quām parum gratum animum ostendas Christo pro te passo. quām ignores illius in te beneficia, quām parum grata memoriam recolas. restitueris per hunc libertati, fortunis, gloriæ, vitæ; & interim quid rependis, aut quid reponis pro his omnibus? nam si resideret in te beneficiorum memoria, aut occupasset amor mentem, an tam inuercundè indies nouas nouæ mortis causas Deo tuo dares?

IX.

Conditiones Christi crucifixi.

Intuere dein proprius Christi pro te crucifixi conditiones, quo potentius in te amorem excites. Dominus est, tu seruus. pro seruo dominus debitas pœnas luet? Dux est, tu miles. quomodo imitaris & sequeris ducem miles? non vel sola verecundia excitare te debeat in sequelam? quæ præmia, fugitiue & ignaue miles, à duce speras? Iudex est, tu reus. pro reo, & tantorum criminum reo iudex promeritam capitis sententiam subibit? Rex est, tu subditus. & tam acerba pro subditi secleribus vltro Rex perferet? pro huius capite, ceruices submittet suas? Pater est, tu filius. pro prodigo filio, & tot modis parenti ini-

inimico , post toties promeritam mortem , parentem ipsum pati ? vt restituat illum hereditati à qua exciderat , cælo à quo exclusus , cælesti Patri , cuius indignationem promeruerat . tam atrocia pati? nec moueri , aut excitari nos in amorem ? Intuere hîc paterna viscera filius , vide pro te extensa . vide brachia in amplexum explicata , caput in oscula demissum , & totum patrem . vt nemo sic fuerit orbe toto pater , nemo mater . Et quibus tu signis ostendis te filium ? potes esse filius , qui te tam mollibus habes , cùm pro te pater tam duris & inclementibus exerceatur ? potes in conspectu patris toto pro te corpore excruciat & laceri , genio indulgere , voluptatibus mancipari ? non erubescis sub tali patre , pro te , saluteque tua crudelem in modum dilaniato , clavis affixo , delicijs innatare , & quidquid asperum est fugere , quidquid blandum & molle sectari ? aut stare tibi color potest inter hiantia patris vulnera , sanguinemque toto corpore profluentem ; & mensas tuas , cubilia tua , vestem & ornatum tuum ? Deus est , tu creatura . quantum interest , cogita , Deum inter & creaturam , vt agnoscas & eorum , quæ patitur , magnitudinem , & amoris , à quo impellitur , excellentiam . simul etiam quid exspectare debeas , quid vereri , si Dei in te amori non responderis ; quantaque te maneant tormenta , si pergis , contemptâ Dei pro te morte , sceleribus teda-re . Denique sponsus est anima tua , Christiane . tu sponsa . illius hîcamorem vides . vbi tuus ? amas ? sequere amantem sponsum , sponsa . non sequeris ? nec amas , nec sponsa es . sequereris , si amares : & si sponsum crederes , sequereris . vide vbi cubet , in meridie , sponsus tuus . vide magni Salomonis tui lectum sanguine lotum , nobilissimâque vndique purpurâ cinctum . pro columnis argenteis , reclinatorio aureo , ascensu purpureo ; lignum , clavos , lanceam . Et tu , Christiane , huius Salomonis & sponsi tui , sponsa es ? excute te , & sponsum tuum ; & vide , amerearis magni illius sponsi sponsa dici , & esse : & quid agendum tibi , aut quæ vita instituenda , vt habeti possis sponsa , & æterno illi connubio felix iungi . Qua de re illud Apostoli est :

Despon-

2.Cor. II. *Despondi vobis vni viro virginem castam exhibere Christo. Desponsisse se nos Apostolus scribit Christo. & nos quam longe sumus ab hac desponsatione! Vera enim desponsatio amore, tamquam glutine, mutuo eos qui despontantur, nequit. & amor noster ubi est? ubi amica illius vincula, quibus iungimus Christo animæ nostræ sponsos, & nihil petenti, nisi nobiscum despontari? quod ut à nobis impetrat, nihil refudit pœnarum, ut veræ sponsæ in nobis prouocet amorem, excitetq; desiderium sui, cum tam ardens in ipso videamus desiderium nostri. Iam, quis credet illum amare, qui ubi viderit affixum cruci amore sui Deum, pergit nouam præbere causam nouæ mortis? crederent aliquem pendere de cruce Deum propter scelerata nostra, & iterare scelerata stare cum nouis sceleribus fidem posse? & quis credat, unoquoque grauiore scelerate, quantum in nobis est, Apostolo teste, iterum Christum crucifigi, Deum & patrem, & noua veteribus addet scelerata? & hoc amare est? quid est odisse, si hoc amare est? sanè si cruci Deum & patrem, & animæ suæ sponsum affigere, amare est; in æternum punire, amare erit.*

X. Considera deinde in Christo pendente & nudo, paupertatis amorem: cum nihil sibi seruet, ne vestis quidem fragmentum, quo nuditate tegat. & quid nos rependimus? quibus nos in illius gratiam exuimus? quibus non dico necessarijs, sed superfluis, & quibus non incommode carere possumus, spoliatur? Et interim amare viderivolumus, nec imitamur a manrem. imò non tegimus nudum pendente de cruce Christum, amorem nostrum. tegit, quisquis cum in egentibus tegit, quisquis pauperum nuditatatem contegit, quisquis Christi discipulos vestit. Verba illius sunt: *Amen dico vobis, quamdiu fecistis vni ex his fratribus meis minimis, mihi fecistis. & Quamdiu non fecisti vni de minoribus his, nec mihi fecistis.* Hæc iudex Christus, cum in die suo magno mutuis elementorum collisionibus prænotato, exprobrat damnati disfamem, sitim, nuditatem suam in suis, damnatq; hanc ignibus æternis, præmiatq; coniectam

Extrema Christi in cruce pendens pauperas.

Matt. 25.

tectam nuditatem suam in suis, gaudijs æternis. nec aliam aut præmiationis aut damnationis caussam adfert, quām famem & sitim expletam, nuditatem vestitam, vinculorum mœrorē detersum, & hospitij concessionem. Te hīc examina. &, vt reliqua raceam, vide quantum discriminis sit inter te & Christum tuum; inter paupertatem illius, & diuitias tuas; nuditatem illius, & ornatum tuum. & dum cogitas propter vestium in te superbiam, ornamentorum fastum, inuere cundum ornatum libidini præludentem, omnium egenam. hanc in cruce nuditatē Christum tulisse; cogites etiam, quæ te maneant, quem nulla probrofa Christi nuditas reuocare ab illicitis potuit. aut satis tibi videtur, hanc pro te pœnam Christum tulisse? ille nimirum nullius criminis reus, inuere cundissimam in cruce nuditatem perferet: tu continuati post crucem criminis reus, nec perferes quidquam, & præmio etiam donaberis? tuum Christo crimen erit in pœnam, tibi erit in præmium? tuus vestium fastus Christo erit in nuditatem, tibi in laudem? ô. nimis stolidæ cogitationes! quām fallimus nos ipsos & ludimus in re salutis, à qua felix infelixque pendet æternitas, nimis magno præmianda aut luenda! Vide hīc quām paucos paupertatis suæ imitatores inueniet Christus, vt non sit mirum, multos vocatos, paucos electos, cùm è plurimi paucissimi vocationi Christi responderint. non miror si salvandorum numerus componatur vuis, quæ vindemiatores effugerunt. Imò quām paucos reperias paupertatis, si non in se, saltem in Christo amatores, quām pauci gratum pro paupertate hac pro salute nostra suscepit animū gerunt! Quamquam in hac Christi paupertate magnæ sint diuitiae, imò omnes, cùm in illo sint omnes thesauri sapientie & scientie absconditi. sed & in ipso inhabitat omnis plenitudo divinitatis, quiescit caput omnis principatus & potestatis. Et nusquam magis, quām in illa crucis nuditate & paupertate. nam antea absconditi erant thesauri. & quò nobis absconditi? nunc in cruce nudati & reiecti sunt, patuitque omnis thesaurus: clausæque, vt ita dicam, adaman-

Nuditas
ciusdem
quid nos
doceat.

Paupertatis
pauci
salvanda
tores.

*Qui nobis
in cruce
thesauri
referati.* damante, cælorum dissilierè fôres, mille clauibus obseratae. vt dici hîc possit illud Poëtæ:

*Effulgere artus, membrorumque omnis aperta est
Lætitia, insignesque humeri, nec pectora nudis
Deteriora genis, latusque in corpore vultus.*

Nobis effulsere, saluti nimirum nostræ. membrorumque lætitia patuit, læta nobis: cùm per hæc membra in cruce nudata, perq[ue] hos humeros flagris concisos, perq[ue] pectus lanceâ referatum, cælorum nobis gaudia plenio finu plenisq[ue] campis aperta fuerint. Stabant antè gaudia abscondita nobis, & magnum inter nos & illa chaos interuehiebat; & inuia via omnis erat, & frustra spes. vt primùm nudatus Christus noster in cruce sublatum inq[ue]ns illud chaos, planata via, quæ patuit omnibus, etiam pueris & infantibus. neque detenus perfosum nobis pectus fuit, genis percussis, vulsis, consputis. nec inferiora nobis pectoris illius vbera, otis ac vultus illius osculis fuere; nec minus ad salutem. vt fateri cogamur, in illa siue nuditate, siue paupertate summos latusse thesauros, quos ipsa nobis nuditas aperuit; vt amare cogamur diuitem in nuditate paupertatem. Nemo miretur si dicam diuitem paupertatem:

*Matt. 5.
Pauperes
ob Christu
diues est.* cùm præcat mihi Christus: *Beati pauperes spiritu, quoniam ipsorum est regnum cælorum.* Non diues est, qui regna possidet cælorum? vides ergo hîc pauperes diuites: videsque maiores pauperum quam mundi Regum diuitias. nam quid regna mundi ad cælorum regna? sequere quisquis hæc regna amas. Amabat

Philip. 3. ille, cuius hæc verba: *Omnia arbitror ut fieri, ut Christum lucifaciam.* crucifixum nimirum, nudum & pauperem. Amabat ille, cuius illa: *Qui te habet, Domine, beatus est, licet reliqua omnia non habeat. qui reliqua omnia habet, & te non habet, beatus non est.* Et beatus & diues est qui Christum possidet: & ille solus vere beatus & diues est. nam reliqua omnis extra Christum beatitudo, infelicitas est, non beatitudo: reliquæq[ue] extra Christum diuitiae, egenia elementa sunt, & egestas mera. Ad has consequendas Christi diuitias in crucis paupertate constitutas, tot

Vir-

Virginum, tot Martyrum, tot ubique Confessorum millia, opibus se suis excoerunt, commodis spotiarunt, abdicaruntq; à se voluptates, & quidquid ambire, miseri, venari sacerdolum solet: quidquid huc etiam latrum, quidquid animalium corpori, quamquam per pauci hoc intelligant. sequentur, si intelligerent. ut bene dicat Propheta Regius: *Quam magna multitudo dulcedi-* *Psal. 30.*
nis tue, Domine, quam abscondisti timentibus te! In gratiam timetum Dominum, magnitudo dulcedinis, quæ ex passione Domini nascitur & hauritur, abscondita est; ut hi soli illâ fruantur, soli experiantur reconditam dulcedinem in diuite Crucifixi paupertate latentem. sciunt hoc timentes, sciunt amantes Dominum, qui mille maiores voluptates à Dominicæ passionis meditatione, quam quotquot sacerdolum sequuntur, ex omnibus corporum voluptatibus hauriunt.

Considera suspensum Christum inter duos latrones, vs XI.
latronum primus & maximus haberetur. quorum enim par pœna, par crimen esse debuit: à criminis enim paritate, pœnarum paritas profluit. medius vero locus illi datus tam.

Pendet
Christus
medius in-
ter latro-
nes.

quam sceleratori, & maiorum criminum reo. Et verò maiora longè erant, quæ soluenda & luenda in se Christus suscepserat crimina: cùm non vnius, aut duorum latronum, sed multorum millium scelera circumferret. Et sanè cùm omnium in se suscepisset peccata Christus, ac se cælesti Patri statuisset pro omnibus reum, omnesque qui grauiorum criminum rei erant, meritò latrones dici possint & debeant; tot latronum, quot peccatorum, personam referebat Christus. Singulos verò peccatores animarum suarum latrones esse, dubicare nemo potest, & latronibus, qui Christo crucifixi sunt, deterioriores. hi enim alios occiderant: peccator seipsum. nunc quanto deterior homicida sui est, tanto nos latronibus illis deteriores: & quanto grauius crimen est in se, quam in aliud facire, tanto major pœna debetur sui, quam alterius homicidae. cogita proinde hic, quantas mercaris pœnas, toties homicida tui. non corporis tan-

Peccatores
sunt latro-
nes anima-
lum, & libi
ipsi no-
centes.

tum, sed & animæ. cuius mors eo grauior, quo vita illius, corporis immensum nobiliore est. immo & animæ & corporis homicida tui es, cum utrumque reum statuas per peccatum mortis æternæ, poenarumq; æternarum in omnem æternitatem. Vide hic, quanto tenearis odio tui, qui te ipsum in præsentissimum per omne peccatum projicias discrimin flammam æternarum. Quis se ipsum amans, spoliat bonis, famâ exuit & honoribus, damnat exilio, securibus subiicit, ignibus injicit, præcipitem agit, immergit aquis? & quis hunc fatuum non dicat, quis non odio sui laborant? Grauiora de omni peccato re duci merito possunt. ut nemo unquam tyrannorum in alios crudelior, nemo stolidorum in se stolidior peccatore sit, cuius in se sequitiam & barbaram crudelitatem, in omni grauiore delicto, nullus calamus explicet. Et tamen vult videri se amare. si se perimere, amare est; amat se peccator. si cælorum hereditate se excludere, flammisque se vrendum tradere æternis, amare est; amat se peccator. si denique ultra se statuere inimicum Dei, & ex illius filio mancipium diaboli, amare est; amat se peccator. Sanè nullum excogitari odium potest maius, nulla saeuior crudelitas, quam quâ in omni grauiore peccato in se saeuit ac fuit peccator. ut excidisse illum mente merito credas, quoties se grauiore criminis obstringit: Comparatione rerum quarumdam clarius hoc innotescet. si quis in amicum, cuius in se expertus non semel esset beneficia plurima, ferro aut veneno saeuiret, quâ poenâ dignum putares? si quis verò in dominum seruus, in Regem subditus, in iudicem reus, in patrem & matrem filius; quibus tormentis crederes excrucianum? aut ullum par criminis tanto putares reperiri posse? quâ ergo dignus poenâ erit, qui in se ipsum crudeliter in modum per peccatum saeuit? cum enim amor sui omnem reliquum amorem supereret, sit, ut quicumque in amorem hunc peccat, grauissimo se scelere contaminet. facit hoc peccator omnis in omni delicto grauiore.

XII. Scquitur in Euangelista: *Et imposuerunt super caput eius casum*

fam ipsius scriptam: *Hic est Iesvs Rex Iudeorum.* A Pilato hunc ^{Matt. 27.}
 titulum scriptum narrat Ioannes: *Scripsit autem et titulum* ^{Ioan. 19.}
Pilatus, et posuit super crucem: Iesvs Nazarenus Rex Iudeorum.
 Causam mortis imposuit cruci Pilatus, obiectam à Iudeis,
 quasi se Regem fecisset. quod crimen videbatur in Impera-
 torem laesae maiestatis. Verum huic responderat, adeoque
 & satisfecerat Christus. nec affectati regni testem producere
 Iudei poterant. Sed & post quinque panum multiplicationē,
 cum de Rege constituendo cogitarent qui pasti erant; dicit
 Euanglista: *Iesvs ergo cum cognovisset, quia venturi essent ut ra-* ^{Ioan. 6.}
perent eum, et ficerent eum Regem, fugit iterum in montem ipse sol-
lus. Non refert haec fuga affectatum regnum. vanissima pro-
 inde erat regni accusatio. voluit tamen Pilatus hanc dam-
 nati Christi causam ponere, ne accusari apud Imperatorem
 posset de innocentis damnatione. maximè, quod vel leuissi-
 ma regni suspicio iniecta Regibus sat iustum videatur dam-
 nationis causam continere. ita omnia imperantibus suspecta;
 quæ regnum tangunt, nec potest quidquam inuidiosius ob-
 iisci, & quod proprius conceptat & pupillam oculi. Potuit etiam
 Pilatus hac inscriptione vsus fuisse, ut Iudeorum in Christum
 odia totiorbi aperiret: cum verisimile non esset illuni regnum
 affectasse, in quo nulla vñquam affectati regni signa notata
 fuissent. nec poterat hoc ignorare populus, qui testis erat vi-
 tæ, morum, monitorum, factorum Christi: ut vel hinc cog-
 noscere posset & Christi innocentiam, & Principum suorum
 improbitatem, & in Christum odium. Denique iustissimo ^{Christus} _{verè Rex}
 Dei iudicio titulus hic cruci inscriptus. Verissimus enim Rex ^{erat.}
 erat Christus, & cum omnium, tum Iudaici populi Rex ma-
 gnus, toties per Prophetas prouissus: hinc illud apud Daui-
 dem: *Ego constitutus sum Rex ab eo super Sion montem sanctum eius.* ^{Psal. 2.}
Dominus dixit ad me: Filius meus es tu; ego hodie genui te. De nullo
 alio dici Regum potest, quam de Christo, quem genuit
 Pater hodie: in omni æternitate. cui omnis æternitas tam-
 quam dies una, & vnum hodie. & alibi: *Attollite portas Principes* ^{Psal. 23.}

Vestras, & eleuamini portæ æternales, & introibit Rex glorie. Quis est iste Rex gloria? Dominus virtutum ipse est Rex gloria. De quo hæc quām de Christo? in cuius post resurrectionem, assumptione, eleuatæ sunt portæ æternales; cælorum nimirum portæ: verè æternales, siue quia cælorum æternorum, gaudiorum æternorum, beatitatis æternæ: siue quia æternæ adiudicatae clausuræ post primi parentis lapsum, ac non nisi Christi morte referandæ. & infra: Adorabunt eum omnes Reges terre, omnes gentes seruient ei. De nullo hoc Regum Israel intelligi potest: neque enim vlli Regum Israel Gentes seruierunt, & maximè Gentes omnes, quæ Christo & fidei illius seruierunt. Illud et psal. 71.

Cap. 9. iam Zachariæ clarum & elegans: Exulta satis filia Sion, iubila filia Jerusalem: ecce Rex tuus veniet sibi iustus, & saluator: ipse pauper, & ascendens super asinam, & super pullum filium asina. loquetur pacē Gentibus, & potestas eius à mari usque ad mare, & à fluminibus usque ad fines terre. Quid clarius de Christo dici potuit? Sancte de nullo Regum Israel dici potest: Ipse pauper. de nullo, qui ascenderit super asinam, & pullum asinam: siue secundum litteram de vera asina & pullo illius intelligamus, quos ascendit Christus, acclamante populo, *Benedictus qui venit in nomine Domini;* siue per asinam, Iudaicam gentem intelligamus, quam prior ascendit Dominus: huic enim primò imperauit, quæ prima fidem admisit; & exinde Gentibus, quæ pulli loco intelligi possunt: cum Gentes à Iudeis fidem in Christum acceperint, unde Iudea facta est tamquā mater Gentium. Cum verò asinæ comparatur Iudea, viliori sexui comparatur; meliori verò gentilitas, quæ pullo comparatur, meliori nimirum sexui: Iudei nimirum feminis, maribus Gentes. Sed neque cuiquam Regum Israel concessa potestas usque ad terræ fines: cum Iudaicum omne regnum arctissimis finibus concluderetur. Rex ergo Christus: & naturâ quidem Rex, ut qui filius esset, & unicus filius, Regum omnium maximus, Patri per omnia similis, & naturâ idem, nec aliâ quām Patris. Emptione etiam ac redemptione Rex omnium. meminit redemptionis huius Isaías:

Isaias: *Excusere de puluere, consurge; sede Jerusalem: solue vincula* Cap. 52.
colli tui captiuas filia Sion; quia haec dicit Dominus: Gratis venumdati
estis, & fine argento redimemini. Et alibi: *Delehi ut nubem iniqui-* Cap. 44.
tates tuas, & quasi nebulam peccata tua: reuertere ad me, quoniam
redemi te. &, Dicte filia Sion: *Ecce saluator tuus venit: ecce merces* Cap. 62.
eius cum eo, & opus eius coram illo. Et vocabunt eos, *Populus sanctus,*
redempti à Domino. Apostolus verò Paulus: *Qui dedit s̄emetipsum* Tit. 2.
pro nobis, ut nos redimeret ab omni iniquitate, & mundaret fibi po-
pulum acceptabilem, sectatorem bonorum operum. & Petrus: *Scientes* I. Cap. 1.
quod non corruptibilibus auro vel argento redempti estis de vana ve-
stra conuersatione paternae traditionis: sed pretioso sanguine quasi a-
gni immaculati Christi, & incontaminati. & sequenti capite: *Qui*
peccata nostra ipse pertulit in corpore suo super lignum; ut peccatis mor-
tui, iustitiae vivamus. cuius liuore sanati sumus. & in Apocalypsi
fua Ioannes: *Cantabant canticum nouum, dicentes: Dignus es Do-* Cap. 5.
mine, accipere librum, & aperire signacula eius: quoniam occisus es, &
redemisti nos Deo in sanguine tuo, ex omni tribu, & lingua, & populo,
& natione: & fecisti nos Deo nostro regnum, & sacerdotes: & regna-
bimus super terram. Emptione ergo & redemptione Rex noster
est Christus, persoluto pro nobis pretio omnium maximo, o-
mnium nobilissimo, sanguine suo: qui infinitis partibus di-
gnatione suâ debita à nobis superaret. Et quidem per crucem
Rex nobis factus. hinc illud Apostoli: *Humiliauit s̄emetipsum* Philip. 2.
fatus obediens usque ad mortem, mortem autem crucis: propter quod
& Deus exaltavit illum, & donauit illi nomen, quod est super omne no-
mē: ut in nomine IESV omne genu flectatur cælestium, terrestrium,
& inferorum: Omnis lingua confiteatur, quia Dominus IESVS Chri-
stus in gloria est Dei Patrius. Propter crucis mortem exaltatum
est nomen illius super omne nomen Principum, Regum, Im-
peratorum. ita ut in nomine IESV omne genu flectatur, quod
regium est. Addit: *cælestium, terrestrium, & inferorum;* ut videas
cælorum, terrarum, inferorum Regem per crucem constitu-
tum. nec una gens tantum, sed omnium ubique orbe toto
gentium linguae gloriam illius confiteantur, Regemq; suum
agnos-

Per tractacē
Christus
est exalta-
tus.

- Cap. 19.* agnoscant. de quo etiam videtur illud Apocalypseos: *In capite eius diademata multa, habens nomen scriptum, quod nemo nouit nisi ipse.* Et uestitus erat ueste aspersa sanguine: Et vocatur nomen eius *Verbum Dei.* & habet in uestimento & in femore suo scriptum: *Rex Regum, & Dominus dominantium.* Quod est verbum Dei, nisi Filius Dei? quis Filius, nisi Christus? & cuius uestimenta nisi huius sanguine aspersa? fuit vero propinquissimum illi uestimentum corpus, quod vndeque sanguinem natavit, maximè in columna & cruce. Iusto proinde Dei iudicio Pilatus regium nomen inscripsit cruci; & Christum, licet misteriorum ignarus, Regem vocauit. Addidit: *Nazarenus;* indicaturus patriam, cum Nazarenus haberetur. vnde illud Petri: *Iesum Nazarenum, vi-
rum approbatum a Deo in nobis, virtutibus, & prodigijs, & signis.* &:
Aetor. 2. *In nomine Iesu Nazareni, surge & ambula.* & Philippus: *Quem scri-
psit Moyses in lege, & Prophetæ, inuenimus Iesum filium Joseph a Na-
zareth.* & euntis in Emmaus discipuli: *De Iesu Nazareno, qui fuit
vir propheta, potens in opere & sermone, coram Deo & omni populo.* Ut non mirum fuerit, si Nazarenum scripsit, qui in Nazareth conceptus & educatus esset, licet in Bethlehem natus. Sed & ve-
*re Nazarenus dictus, qui omni virtutum flore exornatus, no-
bis etiam omnia gratiarum genera protulit: non facturus, nisi
mortuus fuisset.* Ad quod apud Ioannem alludit ipse Domi-
*nus: Nisi granum frumenti cadens in terram, mortuum fuerit, ipsum
solum manet. si autem mortuum fuerit, multum fructum affert.* Ipse ve-
rum illud granum fuit, quod in cruce terræ infixa mortuum, fructus retulit nullo calamo aut ore exprimendos; nullaque, ne angelorum quidem, mente concipiendos. innumerí enim sunt dignatione & numero. cuius rei testis unusquisque no-
strum indies esse potest.

XIII. Carpe hinc anima Christiana, de mortui huius granis fructus,
*Quem fru-
crum è
crico ipsi
cavere
possimus.* arboris huius poma. O quanto haec melior in montis medio plantata, illa quam in medio paradisi olim plantauerat Deus! cuius fructus cum serpentis suauiter carpsisset Eua, Adamque coniugis suæ impulsu; excidimus miseris ab ementitis dæmo-
nis

nis sponsionibus: & è Dei simillimis, facti per peccatum diffimili sumus: morti adiudicati, qui vitæ destinati eramus æternæ. Infelix arbor, magis nos infelices, qui in primis parentibus inuenimus mortem, ubi vitam sperabamus; & excidimus Dei similitudine, quam maiorem sperabamus, dum credimus diabolo, fidemque derogamus Deo, qui cerram denunciauerat mortem. Quanto verò paradisi arbore infeliores, tanto Caluariæ arbore feliores, in cuius morte vitam inuenimus, cum in illius arboris vita mortem. Felix arbor, quæ morte suâ vitam largita est omnibus. felicissimi nos, qui huius arboris morte, è morte reuocati in vitam sumus. perieramus infelici illâ, redditi nobis sumus felicissimâ hac arbore. illa nos paradi so excluserat, in seruitutem dederat: hac reserantur clausi cæli, reddimurque meliori paradi so, in libertatem asserti, & Deo redditi, à quo peregrinabamur. Carpere ex hac fructus possumus: sunt vitæ, non mortis: sunt verae libertatis, non seruitutis: sunt gloriæ, non ignominiæ: sunt in salutem, non in interitum: sunt in omnium ægritudinum medelam, omnium vulnerum sanationem, omnium malarum temptationum depulsionem. Quidquid nihil æquè potens ac validum sit ad omnium peccatorum fugam, quam vel intueri semel in hunc dependentem è ligno Christum. solus enim in illum prospectus animos auget, viresque ad resistendum præbet cuicumque etiam peccato. Dum ergo pulsamur temptationibus, & vndeque cingimur hostibus, carne, mundo, dæmone; intueamur hunc de cruce dependentem. & sentiemus auxilium, & hostes fugari, & victoriam parari. Quod si fortius impetamur; propriùs etiam accedamus, aduoluamur pedibus, admoueamus dependentem capiti, pectori. & experiemur auxiliarem illius manum. Quod si nec sic quidem importuni secedant hostes; lauemus cum Magdalena pedes lacrymis. & certò tibi persuade, omnium temptationum ignes hoc flumine extinguendos. Remanet adhuc hostilia vestigia? misce dolentes lacrymas tuas sanguini pedum Christi tui, & certam tibi victoriam sponde. ne metue.

Crucifixi
aspectus
vires dat,
& animos
addit.

K k k

am-

S. n. 2.

amplectere audax pedes, & balneum illis para oculorum tuorum imbribus. nulla illi flumina gratiota, nulla magis amica sunt, nulla tam valida ad quiduis impetrandum. siue illa fundat amor cum Magdalena ad sepulcrum ; siue cum eadem coponitent in domo Simonis. Quod si non pedibus tantum, sed & manibus & lateri, ac toti adeo cluendo corpori flumina effuderis, è felicibus oculorum imbribus, næ tu peccatus, & cælestibus iam animabus adnumerandus. ne verere : ille de cruce pendens, post frequetata oscula tua & amplexus, rescindet oculorum tuorum nubes, referabit fontes, & prouocabit amica sibi flumina. excitator enim & prouocator talium ipse est. tantum aude sperare, amplecti, & exosculari. nec cessat, donec senseris aut concuti dolore, aut amore: è quibus duobus tamquam Mosaicis virginis petræ scinduntur, scaturiunt fontes, decurrunt flumina. Quod si qua interna premit fames, si qua fitis, ne time, inuenies in hac cruce, quod & illam & hanc expleaf. vt non immitterò cantet Ecclesia: *Crux fidelis, inter omnes arbor non nobilitis: nulla flua talem profert, fronde, flore, germine: Carpe, fidelis anima, frondes, flores, germina. carpe non-morituros fructus, numquam morituram vitam spondentes. carpe noui meliorisque paradisi poma ex hoc ligno scientia boni, & non mali, ligno vita, & non mortis: comedere & saturare. Sed & bibe. Nam quod de veteri paradiſo Scriptura, Fluvius regrediebatur de loco voluptatis ad irrigandum paradiſum, qui inde dividitur in quatuor capita. de hoc dici potiore iure potest. fluvius enim sanguinum de loco omnis voluptatis, corporis Christi nostri, ad irrigandas fidelium mentes, & cordis nostri terram, per quatuor scaturigines, tamquam per quatuor fontium capita, egressus est. quæ sunt quatuor pedum & manuum vulnera viuentis adhuc Christi. accessit vulnus quintum, tamquam flumen quintum mortua.*

C A.

C A P V T XII.

De quinque Christi vulneribus.

NHIS VERÒ QUINTA vulneribus multa consideranda sunt, Quinque
Christi
vulnera
sunt velas
fontes. componique nobilissimis rebus possunt, quibus in illorum amorem impellamur & admirationem. Sunt enim hæc tamquam quinque omnium gratiarum fontes. de quibus illud Isaiae: *Hæc aquæ in gaudio de fontibus Salvatoris.* & illud Zacharie: *In die illa erit fons patens domini David, in ablutionem peccatoris.* Cap. 12.
Cap. 13. Nullis alijs fontibus, quam in cruce salientibus ablui peccata possunt. Illud etiam Iohannis: *Fons de domo Domini egredetur, & irrigabit torrentem spinarum.* Quis alijs fons irrigare spinas, pectora nimis peccatorum, agrum spinarum potest, quam sanguineus Caluariæ fons? ut iure Dauid: *Apud te est fons vite.* Psal. 35. & de se fatetur Dominus: *Sicuti dabo de fonte aquæ vite gratis.* Apocal. 21. Gratuitus ille fons, fons crucis est: & idem fons vite est. Hinc illud: *Agnus, qui in medio throni est, deducet eos ad vitæ fontes a-* Apoc. 7.
Cap. 35. *quarum.* quas prodigè fundunt omnibus in vitam quinque fontes vulnerum Christi. ad quos respxisse videtur Isaías: *Si se sunt in deserto aquæ, & torrentes in solitudine. & que erat arida,* Cap. 35. *erit in stagnum, & sitiens in fontes aquarum.* Maxima solitudo Caluariæ mons, mons mortis, & solius caluariæ fœcundus; nullumque desertum maius, damnatus locus, & soli morti fertilis. in hoc emarcido & arido loco, & soli morti noto, aquæ fluxerunt & torrentes, è crucis fontibus natæ. è quibus aridæ Gentes, & à vite æternæ succo exulantes, factæ sunt in stagnū, & in aquarum fontes, vt non sibi tantum, sed & alijs fluant: saliant in salutem alijs, expleantq; plurimorum sitim, qui antea siti exaruerant. Hi sunt illi crucis fontes, qui conuertunt petram in stagna aquarum, & rupem in fontes aquarum. Psal. 113. Lapidea & faxea peccatorum pectora diffluere faciunt in aquas, in oculorum stagna: rupeaque corda dissoluunt in fontes, vt pro la-

K k k 2

pidi-

pidibus aquas pluant, dissectis antè congelidatis & omni rupe durioribus oculorum nubibus.

Item flumina, quibus orbis totus ixi-
garur.

Gm. 2.

Sunt tamquam quinque flumina, quibus vniuersus orbis fecundatur: crede hīe dictum, quod olim: *Fluuius egrediebatur de loco voluptatis ad irrigandum paradisum, qui inde dividitur in quatuor capita.* A Christo, qui verò sincerissimæ ac castissimæ locus voluptatis est, ut in quem desiderent angeli prospicere, & à cuius aspectu Beati implentur voluptate, flumen egredsum est in quatuor capita, quatuor pedum ac manuum vulnera, dum adhuc viueret, diuisum: imò per hæc quatuor capita, tamquam per quatuor scaturigines, in omnem terram, omniumvbiique corda diffluens. nam quintum vulnus, tamquam flumen quintum, non nisi mortuo iam Christo accessit. de

Psalms. 45. quo illud Psalmi dici potest: *Fluminis impetus lætitificat ciuitatem Dei: sanctificauit tabernaculum suum. Altissimus. Lætitificat ciuitatem Dei: vel cor Christi Domini, è quo fluxit, cùm cor sedes lætitiae sit. lætitificat verò, qui hoc flumine consummati sunt.*

Vel sanè fluuius hic è corde fluens, lætitificat cælum, cùm per hoc flumen compleatur quidquid ad reserandum cælum necessarium. lætitificat denique cælum, beatos nimirum omnes cæli incolas, qui in hoc lateris flumine summum in se amoris Christi pignus acceperunt: De fluminibus illis crede dictum illud Isaiae: *Dedi in deserto aquas, flumina in inuio, rūt darem potum populo meo, electo meo.* Dedit Christus aquas & flumina, in deserto, Hierosolymæ nimirum, quæ exaruerat à salute, & quam deseruerat Dei gratia, facta cubile draconū & serpentū, peccatorum scelerumque spelunca; cùm antè soleret esse hor-tus irriguus magni Dei, virtutumque omnium habitaculum, timorisque ac amoris Domini domicilium: vt daret potum populo suo, siue qui illum etiamnum in terris exspectabat, siue qui in limbo sicutiebat Messiam suum, tot vœis, lacrymis, suspirijs, æstatibus expetitum. Dedit etiam aquas in deserto, in Gentes nimirum desertas, & à salute ieiunantes, ad quas nullæ salutares aquæ, nulla gratiarum flumina peruenierant. Has

cap. 43.

potare

potare Christus in cruce voluit: elegerat enim illas sibi in populum, antè non populum, nec misericordiam antè consecutam, nunc consecutam. & potare sanguine suo voluit, ut magis illam sibi iungeret, ac quasi corporaret, quem sanguine suo potabat, carne pascebat. Illud etiam Apocalypses hic dici potest: *Ostendit mibi fluuium aquæ vitae, splendidum tamquam crystallo, procedentem de sede Dei & Agni. In medio platea eius, ex utraque parte flaminis lignum vite, afferens fructus duodecim, per menses singulos reddens fructum suum, & folia ligni ad sanitatem Gentium.* ^{Cap. 12.} *Quis hic fluuius aquæ vitae, nisi fluuius sanguinis Dei & Agni in cruce fusus, in quo lauerunt stolas suas quotquot electi à Domino? Quod lignum vite, nisi lignum crucis, in quo pependit vita nostra Christus, quo vno cælis & saluti viuimus, reliqua mortui? Qui fructus duodecim, duodecim mensibus commensurati, nisi vel Apostoli duodecim, quos in vniuersam terram misit Dominus ad denunciandum Euangeliū crucis, animasque Deo conciliandas, ab errore reducendas, ad fidem transferendas? aut tribus Israe duodecim, ad quas sanandas venerat? aut nobilissimæ virtutes duodecim, quæ maximè in cruce enituerunt? quales potissimum sunt, Humilitas, Obedientia, Patientia, Paupertas, Clemētia, Benignitas, Fortitudo, Constantia, Spes, Fides, Prudentia, Caritas. Quæverò folia ligni ad sanitatem Gentium, nisi sanguis è ramis manuum ac pedum profluens, qui Gentium infidelitati medicaretur? & vnde alia infidelitatis morbo spectari medicina, quam à cruce & sanguine posset?*

Tamquam quinque *mari* nobilissimarum cælestium mercium multitudine terram fatigantia. Verè mare magnum è quinque fluminibus natum: quod cum Moysè & Israele sic transit vestigio, quisquis spem omnem in Deo posuit. acceditque hic omnibus sæculi sectatoribus, quod olim Pharaoni & exercitui illius, ut submergantur in hoc mari rubro, deprimatq; obruatq; hos mare hoc magnum: & quod sequentibus Dominum est in salutem, hoc sequentibus mundū sit in

Kkk 3 inter-

interitum. ut idem sanguinum mare, quod iustos deuicit ad
Salutis portum, gementesque super delictis suis animas mun-
dat & lauat; iniustos & in peccatis suis obfirmatos perdat: ita
quod illis est in vitam, his sit in mortem.

Item quasi
piscis tor-
rentes, qui-
bus animz
vivens, que serpit, quo cumque venerit torrens, viuet: & erunt pisces
pascantur.
Ezech. 47. multi satis, postquam venerint illuc aquae istae, & sanabuntur & ri-
aent omnia, ad que venerit torrens. & stabunt super illas pescatores.

Plurime species erunt piscium eius, sicut pisces maris magni, multitu-
dis nimis. Et super torrentem orietur in ripis eius ex utraque parte
omne lignum pomiferum: non defluat folium ex eo, & non deficiet fru-
ctus eius: per singulos menses afferet primitiva, quæ aquæ eius de san-
ctuario egredientur: & erunt fructus eius in cibum, & foliae eius ad me-
dicinam. Quæ anima serpit, si non illa, quæ imitata Christum
suum, qui ministrare, non ministrari venit, ad infima quæque
se demittit, gaudetque contemptu, & vilioribus delestatur: ad
quamcumque talem venerit sanguineus crucis torrens, viuet
illâ, quæ non moritur, vitâ, quæ finem nescit, ignorat exitum.
Erunt verò pisces multi satis, postquam venerint illuc aquæ.
post promulgatum crucis Euangeliū, denunciatum Christi
sanguinem, erunt pisces, quos cum Petro pescabuntur fidei de-
nunciatores. Sanabuntur verò ab infidelitatis morbo, & pec-
catis mortui reuocabuntur in vitam. Plurimæ verò species
erunt piscium illorum, cùm in domo Domini mansiones plu-
ritimæ sint. & per euangelizantium pescationes, alij ad virginiti-
tatis lauream, alij ad Martyrum palmas, alij ad Confessorum
coronas vocantur. Pomifera verò ligna, quæ fructum refe-
runt, quæ sunt, nisi imitatores Christi, qui fructus referunt
bonos, opera bona in Domini horre areponēda? Neque defi-
cient hi fructus, cùm bonorum operum merces æternas sit. Af-
ferent verò per singulos menses primitua grata Deo, noua
semper libamina, fructus nouos, opera noua Deo gratissima.
Aqua verò, quæ de sanctuario egrediuntur, quid nisi torrentes
sanguini-

sanguinum, quibus irrigatæ animæ, in æterno virore, flore, fructu sunt? Sed & fructus crucis non in cibum & potum sunt? non caro crucifixi facta est nobis cibus, non sanguis illius potus? Audiamus, quid apud Ieremiam dicat: *Adducam eos per Cap. 31.*
torrentes aquarum in via recta, & non impingent in ea: quia factus sum Israels pater. Non alij torrentes, per quos in viam, à qua aberrauerat, reëstam reductus Israel, quàm torrentes crucis. sed neque impingere possunt in via torrentium illorum, cùm planissimæ ac cessissimæ viæ sint, quæ ducunt ad cælum. Factus verò non tantum pater, sed & vberibus mater: nec Israeli tantum, sed orbi toti. cuius *spiritus velut torrens inundans* è medio ^{Isaie 30.}
 Caluaria montis, vniuersum mundum à salute sterilescentem fœcundauit, & sibiunda & anhela pectora sanguinis sui tortente potauit.

Tamquam quinque *luminaria*, quibus fedentibus in tenebris, & in umbra mortis prælucetur. vnde illud Isaiae: *Surge, illu-*
minare Ierusalem: quia venit lumen tuum, & gloria Domini super se
orta est. quia ecce tenebra operient terram, & caligo populos; super te ^{Item ceu luminaria,}
autem orietur Dominus, & gloria ejus in se videbitur. & ambulabunt
Gentes in lumine tuo, & Reges in splendore ortus tui. Illuminata fuit
 Ierusalem aduentu Domini. hinc claritas Dei circumfusa pasto. ^{Luca 2.}
 res, & secutæ voces militiae celestis: *Gloria in altissimis Deo, & in*
terra pax hominibus bona voluntatis. Et operuerant tenebræ terram, infidelitatis tenebræ oecupauerant terram, & ingens fidei caligo circuminxerat gentes omnes; cùm ortus est Dominus in Bethlehem, & gloria illius cluxit in stabulo; & indicio stellæ cuocati Magi, ambularunt in lumine, quod in Iuda cluxerat. sed cluxerat Gentibus magis quàm Israeli. nam in media luce cùm ealigaret Israel, nec stellam lucis præviaram & comitem videret, nec lumen ipsum, alrâ nimis cæcitatis nocte circumfusus; viderunt in Regibus suis Gentes ambulantes in lumine & splendore, in quo cæcutiebat Israel: eo que magis, quo lumen hoc erat maius. crederes lumen ipsi fuisse tenebras; & quæ tenebras erant Israeli, lumen fuisse Gentibus. ^{I. Pet. 5.} quas de tenebris

bris vocavit in admirabile lumen suum. vt proinde dicat Ioannes:
Apocal. 21. Ambulabunt Gentes in lumine eius. quod lumen Israeli nox fuit
profunda.

*Item velut
soles aqua-
bus mea-
ces illu-
strantur.*

Tamquam quinque animarum *soles*, qui diem nobis sta-
 tuunt, longè hoc terrestri lucidiorem, vt cuius luce ad cogni-
 tionem ipsius magni Dei, rerumque supernarum omnium
 deducamur; quibusque noctium depulsis tenebris, toti col-
 lustramur, vt iam nullæ vltra in nobis resideant tenebræ, ini-
 micæ Deo nostro: nulla nimirum peccata, quæ tenebras se-
 cum vehunt, omnibus Ægypti noctibus densiores. Quantus
 verò sol Christus sit, docemur, cùm lucerna, quæ cælum mil-
 le modis clarius quam elementarius sol terras, illuminat, sit

Apoc. 21. Agnus. vt proinde non egeat sole, neque luna, vt luceant in ea.

Amen. 8. Sed & solem verè dici posse Christum, discimus à Propheta:

Occidet sol in meridie, & tenebrescere faciam terram in die luminis.
 Nullus sol occidit in meridie, nisi Christus, qui sub meridiei
 tempus animam Patri reddidit. & obtenebrata terra est in die
 luminis: erat enim dies mortis Christi, dies luminis, omnibus
 sedentibus in tenebris. tunc enim primùm lux fidei & gratiæ
 illuxit orbi: nam antè per primorum parentum peccatum lux
 cædi & veritatis subtrahita nobis erat, & inuoluebamur tene-
 bris. Discussit has dies mortis Domini, & reddidit nos nobis,
 lumini primæuo, lumini gratiæ. sed & cum morte sua debi-
 tum à nobis pretium exsoluit Patri, pullaque peccatorum no-
 ste diem reddidit. Quid? quod apud Matthæum legamus:

Cap. 17. Resplenduit facies eius sicut sol. & apud Ioannem: Facies eius sicut

Apoc. 1. sol lucet in virtute sua. Imò de iustis ipse Christus: Iusti fulge-

Matt. 13. bunt sicut sol in regno Patris eorum. Quo magis ipse Christus, per
quem iusti omne lumen suum habent, & à cuius morte &
meritis omnes illud mutuantur?

*Eiam vel-
ut elemen-
ta quibus
sustenta-
mur.*

Tamquam animarum *elementa*, quibus tamquam terrâ fir-
 mamur, aquis humectamur, aëre spiramus, igne accendimur.
 Verè enim Christi vulneribus tamquam solidissimæ terræ in-
 figimur, tamquam saxo inædificamur, vt resistere ingruenti-
 bus

bus quibuscumque procellis possimus; nec vlla nos vis loco
dimoueat. Verè etiam illis tamquam rore & pluviâ arentes
humectamur, sterilentes fœcundamur, sitientes potamur,
omnemque bonarum rerum sitim restinguimus, noxiūque
quarumcumque tentationum ardorem extinguimus. Sed &
verè illis, animorum molestijs oppressi, respiramus, souemur,
vitam trahimus, mœrores lenimus, refocillamur, animos no-
uos induimus. Verè denique accendimur, in amorem rapi-
mur, pulsoque animorum gelu incalescimus, excussoque te-
pore & frigore inæstuamus. Hinc illa amorum iacula, quibus
cælum pulsamus: hinc illa caritatum fulmina, quibus ipsum
Deum petimus: hinc etiam exsurgit amor in proximum, ad-
eoque & in hostes, quibus pro malefactis benefacta reddi-
mus, pro odio amorem, pro contemptu laudem, pro perse-
cutione gratiarum actionem, pro alapa alteram maxillam,
pro pallio tunicam, pro detractionibus orationem. Et sanè ma-
gnum discrimen inter infirma & egena elementa mundi, &
crucis. illa ferè macra & arida, & humore suo destituta, hæc
pinguia, medullata, & in succo suo natantia. illa egena & e-
marcida; hæc ditia, & æterno flore & fructu grauida.

Tamquam loca refugij, ad quæ, post per quæcumque scele-
ra demeritam mortem, decurramus. Olim refugij loca Iraeli
designauerat Dominus. nec innocentii patebat reditus ante
regnantis Pontificis mortem. Nobis quinque certissima refu-
gij loca post quodcumque scelus, largitur Dominus. etiam
nocentissimo patent hæc loca, nec cuiquam millies licet mor-
tem merito clauduntur. nec exspectanda nobis mors Ponti-
ficus. semel ille pro nobis mortuus, ignorat mortem secun-
dam. sed omni omnino tempore ut patet refugij aditus, sic
patet reditus. non patebat aditusante Christi Pontificis nostri
mortem; sed neque patebat reditus in gratiam cum cœlesti
Patre: nec paradiſi aut cœli spes vlla supererat. sed mortuo
Christo semel, etiam post repetita sclera patent poenitenti,
dolenti, deprecanti vulnera quæ circumfert, refugij loca, in

Item loca
refugij.

vitam, in medelam, in cucionem, in securitatis dominium.

- Psal. 17.* Sciebas hoc Rex, cuius illa: *Dominus firmamentum meum;* & *refugium meum.* & alibi: *Fortitudo mea,* & *refugium meum es tu.*
- Psal. 31.* &c. *Refugium meum tribulatione,* que circumcidit me. Demique: *Dominus fortis refugium & auxilio, adiutor in tribulationibus.* qui factus est refugium pauperi: *adiutor in opportunitatibus, in tribulatione.*
- Psal. 9.*

Ceu pro-
pagnacula
quibus
protega-
mur.

Tamquam quinque propugnacula, quibus contra omnium hostium incursum & oppugnatione validè protegantur, contra omnia ignea illorum tela tamquam clypeis recti propugnantur. Verissima propugnacula hęc sunt, quibus integrantur.

- Psal. 70.* Sciebat hoc qui diebat: *Elo mihi in Deum protellor,* & *in locum mūtuum, ut salutem me facias.* &c. *Quis deducet me in ciuitatem munitionem?* nōne tu, Deus, qui repulisti nos? Repulerat Deus Israelem ob infidelitatem & idotolatriam, & varijs subicctat barbatis Regibus, disperseratq; per universum propè orbem: *Hec spes villa libertatis pristinæ, nisi à Domino.* nec ciuitas villa firmior, nec propugnaculum validius; nec securior munitio, vulneribus Christi. atque hinc illa gratiarum actio: *Benedictus Dominus, quoniam misericordiam suam mihi in ciuitate munierat.*

- Psal. 30.* Nulla magis munita corde Christi, ad quam adirem nobis fecit lancea. Nec incommodè illud Jeremias de Christo dici potest: *Dedi te hodie in ciuitatem munitionem,* & *in columnam ferream,* & *in murum eneum,* super omnem terram; Regibus Iuda, Principibus eius, & sacerdotibus, & populo terre. *& bellabunt adversante;* & non premebunt. In quem fortius insurrexerunt Principes, sacerdotes, populus? discimus hoc in passione Domini. Verè munita ciuitas Christus, quæ oppugnata eruit ingentem magnam: imò in gentem omnem. nec iuisset in Gentes, nisi oppugnata fuisset. Verè etiam columna ferrea, murus æreus. frustra illam euertere conati sunt Iudei, frustaque eruere. Quibus qui insixus fuit, certius ferro stetit & ære. quisquis oppugnauit, ut preceps cumulo salit unda minantes In scopulos, & fracta redit, vulnera retulit, quæ dare meditabatur, & infelitem exitum.

Cap. 1.

*existim: darum nimis minima contra Reinsulum calcare; durus
in asse feridus impingens ut leviter et mite laeviter et bunt*

Tanquam quinque prævalida astre, quibus omnes ho-
stiles exercitus profligamus, omniaque illorum robora ener-
giam, victoriariamque ac triumphos nobilissimos aeternitati
in scriptis deo hoste ducamus. Dicimus triumphos Christo
ductore, qui castrorum & exercituum Deus est, iuxta illud
Iaie: Redemptor noster, Dominus exercituum nomen illius, sanctus
Israel. Non aliis redemptor Israëlis & Gentium, quam Chri-
stus: nec alibi, quam in cruce. & alibi: Dominus exercituum no- Cap. 47.
men eius: & redemptor sanctus Israel, Domini omnis uerba vocabulum.
Vt et redemptor sanctus. nec redimere posse, nisi sanctus,
quia nec misericordia potuisset, nec exoluere, quo tenebamur, de-
bitum, nisi sanctus. Describit hunc Joannes: Vestitus erat veste Apoc. 19.
asperga sanguine, & vocavit nomen eius Verbum Dei, & exercitus
qui sunt in celo, sequabantur eum in equis albis, & vestiis byssino albo
& mundo: & habebat in femore scriptum, Rex Regum, & Dominus
dominantium. Asperga fuit, immo & innatauit sanguini Christi
vestis. nec aliud Dei Verbum quam ipse. nec equi & byssi-
num album & mundum aliud, quam inculpati mores, vice in-
nocentia, virtutum candorem amicta. & meritò Rex Regum ac
dominantium dicitur, qui imperat Regibus, & regna donat: &
Dominus ac Redemptor omnium est. Quid? quod ipse de se
apud Isaiam dicat: Dominus exercituum nomen meum. Sed & Da- cap. 51.
uid cum complexisset offertens holocausta, & pacifica, benedixit
populo in nomine Domini exercituum.

Tamquam quinque armamentaria omni armorum spiritu-
alium genere resertissima, è quibus contra insultantia vnde-
que virtus, omnis generis arma copiosissime in tuitionem &
oppugnationem defumete licet. Nam siue te superbia oppu-
gnet, habes hinc humilitatis arma, quibus cervices illius depri-
mas: & quæ humilitas maior esse potuit Deo crucifixo? siue
aeraria premat: habes hinc liberalitatis ac munificentiae tela,
quibus illam confodas; cuius nec yltimæ sanguinis guttae pe-

Item utracum
mamenta-
ria omni-
genis ar-
mis spiri-
tualibus
instructis-
sima.

pererit. siue te luxuria colaphizet; habes castitatis scutum, quod opponas. cum etiam verecundissime nudari, orbe inspectore, ob inuerocandas libidines tuas voluerit. siue tecumaceret inuidia habes hinc, quae te roboret & gaudio perfundat, caritatem; quam impulsus scelus Iudeorum excusat, ignorantiam praeterit, veniam postular. siue te opprimat intemperantia: habes, quam illam ante excusias, sobrietatem: habes acetum, felle mistum, quod gustare voluit in intemperantia tuae expiationem. siue te ira tamquam fornax accendat; habes hinc mansuetudinem, quam illius ignes mitigos & extinguis: cum etiam inter blasphemias ac sacrilegas Iudeorum & alterius latronis voces nihil reponat, nisi latronum alteri deprecanti paradisum. siue te socordia ad ignauiam impellat: habes hinc vigilantiam, constantiam, generositatem; que illius iacula excutiant, & mortidoceant, & recte inchoata, non nimis, non spacioibz interrupte, sed cum vita fortiter finire. Quidquid deinceps vitiorum se se in unum caput tuum effuderit, habes hinc præsentia ad omnia malitia remedia. habes arma, quibus hostilia reprimas, conteras, cuertas. Sciebas hoc, qui diebat: Apprehende arma et scutum, & exurge in adiutorium nati. &c; Axiūm conteret, & confribges armas, & scuta comburere igni. Vnde & monemur ab Apostolo: Abiciamus opera tenetarum, & induamur arma lucis: que ex hoc Christi nostri prævalido & diuine armamentario suppeditantur. Quæ qualia sint,

- Psal. 34. Psal. 45. Rem. 13. 2. Cor. 10. 2. Cor. 6.
- Apprehende arma et scutum, & exurge in adiutorium nati. &c; Axiūm conteret, & confribges armas, & scuta comburere igni.* Vnde & monemur ab Apostolo: *Abiciamus opera tenetarum, & induamur arma lucis: que ex hoc Christi nostri prævalido & diuine armamentario suppeditantur. Quæ qualia sint,*
 - docet idem: Arma milie nostræ non carnalia sunt, sed potencia Deo ad destructionem munitionum. à Deo, & in Christo Deo potentia, & virtute crucis huius potentissima, ad destructionem munitionum infernaliū; quibus nocte dieque oppugnamur. sed fortior armatus Christus superueniens, yniuersa Principis tenetarum arma, in quibus superbis confidebat, per crucem & crucis vulnera abstulit, exurgo spolijs munitionibusque nudavit. Et exinde monemur: Neque exhibeatis membrana nostra arma iniquitatis, peccato; sed arma iustitiae, Deo. Satis est, & nimium, peccasse semet: nimium etiam semel peccatorum luctu suisse.*

in-

mittatos: miratum sub iniuritatis armis fudasse: vestiamur armis iustitiae, & induamur armaturam Dei; ut possimus state Epes. 6.
aduersus infidias diaboli, & aduersus Principes & potestates, aduersus mundi rediores tenebrarum harum, contra spiritus sae nequitie, in celestibus. Arripiamus ergo armaturam Christi nostri, succutgamur in veritate, induamus torticam iusticie, calceemus pedes in preparationem Euangeli pacis: in omnibus sumentes scutum fidei, in quo possimus omnia tela nequissimi ignea extinguere: sed & galeam salutis assumamus, & gladium spiritus, quod est verbum Dei. Quæ omnia rauanda nobis à vulneribus eruefici; in quibus deposita sunt omnis generis arma, aeternum invicta.

Tamquam quinque horti, prata, monses, colles, nemora, è quibus nobilissimos omnium omnino virtutum fructus, flores, omnesq; contrâ animorum morbos medicas herbas colligas. Atque hinc amica illa invitatio: *Veni in hortum meum, soror mea sponsa: misse myrram meam cum aromatibus meis: comedi fauum cum melle meo, bibi vinum meum cum latte meo.* Ad paria invitat comedenda, bibenda, amantem animam. Reddit sponsa: *Dilectus Cantic. 6: meus descendit in hortum suum ad areolam aromatum, ut pascatur in horis, & lilia colligat.* Castorum nimirum lilia animarum, quibus pascitur. Vnde illa verba: *Sicut lilyum inter spicas Cantic. 2: nas, sic amica mea inter filias.* Tantum nimirum discrimitur inter amicam Deo animam & alias, quantum inter lilia & spinas. Et illa sponsa: *Dilectus meus mihi, & ego illi, qui pascitur in hortis inter lilia.* inter animas nimirum castas. Et audet etiam exinde imitari dilectum suum: sponsa: *Veni, dilecte mi, egredies Cantic. 7: mur in agrum, commoremur in vallis. manè surgamus ad vineas, videamus si floruit vinea, si flores fructus parturiunt, si floruerunt mala prouicia.* Sed maiora his reddit dilectus dilectorum animæ suæ: *Hortus conclusus soror mea sponsa, hortus conclusus, fons signatus, fontis hortorum, putus aquarum silentium, que fluant impercepti de Libano.* Addit etiam maiora: *Perfla hortum meum, & fluant aromata illius.* Quibus audacior facta anima, audet: *Veniat dilectus meus in hortum suum, & considerat fructum pomorum suorum.*

Ceu horti
vindimia
virtutum
fructus
proficien-
tes.

Cant. 5.

Cantic. 6.

Cantic. 2.

Cantic. 4.

Cantic. 5.

- Fatetur se hortum, inquitque ad carpendos fructus, reddit
 Cant. 5. vero dilectus: *Veni in hortum meum, foras mea sponsa.* &c. alibi:
 Cant. 4. *Vadam ad montem myrrae, & ad collens thuris.* &c. apud Isaiam:
 Cap. 58. *Eris quasi hortus irriguus, & sicut fons aquarum, cuius non deficiunt
 Ecli. 24. aqua.* Addit sponsiones: *Rigabo hortum meum plantationum, &
 inebriabo prati mei fructum.* Optimus & fecundissimus rigator
 Christus, qui & inebriat amantem animam amoris sui vino.
 Psal. 22. Atque hinc fidenter Rex ait: *Dominus regit me, & nihil nubi de-
 rit: in loco pascue ibi me collocavit.* Nulla meliora pascua, nulla
 que pin-
guia pa-
sega.
 Psal. 64. fecundiora vulneribus Christi. Et de collibus: *Pinguescunt spe-
 ciosa deserti, & exultatione colles accingentur.* Nisi quare certius,
 Cap. 51. quam in vulneribus Christi. audi Isaiam: *Consolabitur Dominus
 Sion, ponet desertum eius quasi delicias, & solitudinem eius quasi hor-
 tum Domini.* ut iam anima fiat hortus Domini, & locus deli-
 ciarum eius. Fatetur hoc, qui dicit: *Delicia mea, offecit filii ha-
 minum.* & cum laudat: *Quam pulchra es, & quam doceas et carissima,
 cant. 7. in deliciis!* & cum admiratur celorum angelii: *Quae est ista, que
 ascedit de deserto, deliciis affluens?* Et iam ante dixerat magnus ille
 Job 21. Orientis pugil: *Dabit pro terra silicem, & pro fibro torrentes auricas:*
 tunc super Omnipotentem deliciis affluens, & elevabis ad Deum faciem
 tuam. Etiam usque ad oris oscula. atque hinc audet una: *Oscu-
 letur me osculo oris sui.* Quantis hæc delicijs circumfluebat, quam
 Cant. 1. oris sui osculo dignatus erat Deus, & quæ innitebatur Deo
 sponso suo, à quo & amplexus dexteræ accipiebat! & quæ au-
 dire merebatur: *Ostende mihi faciem tuam, sonus vox tua in auribus
 meis: vox enim tua dulcis, & facies tua decora.* Hæc dicit à Deo, &
 hæc audire animam addictam Deo? quid est cælum ad hæc
 prærogativa amantis animæ? Et vide diuites sponsiones Dei:
 Ierem. 31. *Conuertam luctum eorum in gaudium, & consolabor eos, & latificabo
 à dolore suo: & inebriabo animam sacerdotum pinguedine: & populus
 mens bonis meis adimplebitur.* In altari nimirum Domini sacer-
 dotes inebriantur pinguedine virtutum sacrificij incruenti: &
 populus de mensa illius adimplebitur bonis cælestibus om-
 nibus. & alibi: *Canticum erit vobis, sicut nox sanctificate solani-
 tatis,*

Et latit in cordis, sicut qui pergit cum tibia, ut intret in montem
 Domini ad fortem Israe. Nullus mons verius mons Domini di-
 ci potest Caluariæ monte: nullusque fortior illo, qui fortem
 armatum damnationi, orbis possessorem, armis exuit, dominio spoliauit,
 nec nos villes soleramior ab orbe condito illa, quæ pendente in
 eruce Christo obliuēnit, cum tenebræ factæ super uniu-
 ersam terram. Quæ meritò Christianis omnibus ire debet in
 canticum, in æternam gratiarum actionem, laudem æternam.
 ne quo causa villa lætitia maioris, quam crux Salvatoris nostri,
 quæ pascimur, potamur, vivimus, cuiusque munere ipse etiam
 Deus amans animæ suæ pascuis & hortis pascetur: ut iam vi-
 tissimi mortuo sibi horti sint, mutuaque pascua Deus & anima.
 Audi hanc: *Venias delellus meus in horum suum, & comedat.* audi ^{Cant. 5.}
innum: Veni in hortum meum, soror mea sponsa: comedite, bibite, ine-
briamini. audi iterum illam: *Dilellus meus descendit, ut pascatur* ^{Cant. 6.}
in hortis. de cælo in amicam sibi animam, ut pascatur vberibus
 illius, quæ dicit, *Dabo tibi vbera mea.* ut videas, ad quanta Deus ^{Cant. 7.}
 amicam sibi animam promoueat. De nobili hac prærogatiua
 dixerat antè Sapientia: *Rigabo hortum meum plantationum, & in-* ^{Ecli. 24.}
ebriabo prati mei fructam. Non satis habuit animam hortum
 suum rigasse; inebriare etiam vult. facit hoc amoris sui potu-
 lis, cælestisque amoris nube & imbre. O semper hic pluat, ut
 inebriemur semper! De montibus & collibus habes illud Isaï:
Erit in nonissimi diebus preparatus mons dominus Domini in vertice ^{Cap. 1.}
montium, & elevabitur super colles; & fluent ad eum omnes gentes.
& ibunt populi multi, & dicent: *Venite & ascendamus ad montem*
Domini, & ad domum Dei Iacob, & docebit nos vias suas, & ambu-
 labimus in semitis eius: quia de Sion exibit lex, & verbum Domini de
 Ierusalem. Quis hic mons, ad quem fluent omnes gentes, &
 populi multi, nisi Christus ipse? quis cæli vias aperuit nobis, &
 in cuius semitis ambulauimus, si non in Christi? de cuius de-
 niique ore lex noua prodiit, & verbum in quo saluamur, si non
 de Christi? de quo ipse Propheta Regius: *Constitutus sum Rex* ^{Psal. 2.}
^{Christus}
^{mons est.}
ab

ab eo super Sion montem sanctum eius. Dominus dixit ad me. Filius
meus es tu, ego hodie genui te. Postula a me, et dabo tibi Gentes bene-
ditatem. Dici haecde Davide non possunt. de Christo vero in-
telligi debere nimis claret, qui Israeli per omnes propè Pro-
phetas promissus Rex fuerat. nec ipse negauerat se Regem,
Pilato petente. nec aliud Filius Dei est, quem genuit hodie.
in omni nimirum æternitate, quæ tamquam dies una coram
Deo. & cum semper Filium gignat, numquam incepit, num-
quam desist: commensuratur enim Filius Patri, nec ille poste-
rior, hic prior est: coætaneant æternitati. & semper Pater gi-
gnit, semper Filius gignitur, semper utriusque genitori & geni-
to, hodie est, omneque æternum hodie est, quibus omnibus illud
hodie, æternum est. Iam, cui dedit cælestis Pater Gentes in
hereditatem, si non Christo? aut cui alteri, quam huic? & ha-
bemus rogantem Isaiam: *Emitte agnum, Domine, dominatorem*

terre, de Petra deserti, ad montem filia Sion. Nullus hic agnus nisi
Christus, de quo multa in Apocalypsi. Et montis huius alibi
meminit idem Propheta: *Erubescet luna, et confundetur sol, cum*

regnauerit Dominus exercituum in monte Sion, et in Jerusalem. Fa-
ctum in cruce Domini, cum subtracto lumine, conditoris sui
mortem sol & luna luxerunt, erubueruntque ad tanti sceleris
indignitatem. Sed & tituli crucis inscriptio Sionis regnum de-
nuntiat. & alio loco: *Quam pulchri super montes pedes annun-*

ciantis et predicantis pacem, annunciantis bonum, predicantis salu-
tem! Nemo hanc pacem tot sæculis exspectatam, inter cæle-
stem Patrem & hominem, nisi Christus prædicauit, qui unus
hanc promeritus fuit, unus firmauit. nemo alias salutem de-
nunciauit, nemo dedit. de quo illud Ioëlis: *Erit in die illa: stilla-*

bunt montes dulcedinem, et colles fluent lacte, et per omnes riuos Iuda-

ibunt aquæ. Stillavit dulcedinem Caluariæ mons, & fluxit lacte.

mons mōs dulcis & lacte fluens quæ enim dulcedo maior, quæ optatior sanguine Christi in

hoc monte pro salute omnium profuso? quæ ybera meliore

liberos lactarunt lacte, quam Christi vulnera nos omnes? mul-

ta his matrum componi ybera possunt. his pascimur in aug-

men-

cap. 16.

cap. 24.

cap. 52.

cap. 3.

Caluariæ
mons mōs
dulcis &
lacte fluens

mentum corporis illis in animæ. robatur matrum vberibus, caro; Christi vero, anima. illa anno pascunt aut altero; haec æternum. illa vitam nobis aperiunt breui eripiendam; haec dominant numquam-moriturâ. illis maturescimus mundo; his cælo. lactatur illis infanthia; his maturior ætas.

De nemoribus, habes illud Balaam ex ore magni Dei:

Quàm pulchra tabernacula tua Iacob, & tentoria tua Iisrael: ut valles Num. 24.

nemoroſe, ut horti iuxta fluvios irrigui, ut tabernacula qua fixit Do-

minus, quasi cedri prope aquas. Quæ valles Christi corpore sub-

missiores, quæ depressores? quæ pluribus perenni virore, no-

uaque semper prole grauidis arboribus; quàm Christi corpus

flagris, consitæ? quæ tentoria Iacob vulneribus Christi nostri

nobiliora? in quibus non Israel tantum, sed gentes omnes do-

micia figant. Olim imperat Esdras: Egredimini in montem; Ezra 2.

afferte frondes olive, & frondes ligni pulcherrimi, frondes myrti, & na-

mos palmarum, & frondes ligni nemoroſi, ut fiant tabernacula. &

fuit letitia magna nimis. E quo monte fecundiores pacis oliuas

quàm è Caluariæ monte, Christiana decerpit anima? è quo

ligno in omnem ætatem pulchriores, quàm è cruce; frondes? è

quo odoratores, quàm è Saluatoris cruce, myrti frondes? è

quo perenniores palmarum, quàm è cruce, rami? è quo nemo-

re cessiores, illustriores, patentiores, quàm è cruce, frondes? è

aut ubi certiora Christianus, quàm in Christi sui vulneribus

tabernacula statuat? aut quæ letitia potest esse maior, quæ ef-

fusio? quæ considerantis vulnera Saluatoris? quibus mortui vi-

uimus, exules patriæ reddimur, in libertate seruî vindicamur,

& è reis damnationis æternæ heredes gloriæ statuimus æter-

næ, & exinde cohæredes Christi. Iam, qui sunt hortim agis irri-

gui raro, pluviâ, fontibus, quàm Christi nostri corpus sudore,

lachrymis, sanguine? quæ cedri cruce sanguine illius lotâ au-

gustiores? De Salomone narrat Scriptura: Ducentas hastas au-

reas, trecenta scuta aurea posuit Rex in armamentario, quod erat constitu-

nemore. Quid ducentæ hastæ aureæ, ad hastam, quæ latus no-

bis, & in eo cælum, aperuit Saluatoris? quid aurea scuta trecen-

Mmm ta

ta

Prophetia
Balaam de
Israele
Christo
adaptata.

ta

ta</i

ra ad quinque vulnerum scuta, adeoque & vulnerum super
quinque millia Redemptoris nostri? Quod nobilis arna-

Cant. 4. mentarium Christi corde? in quo non mille clipei pendunt omnis
armatura fortium, ut è turri David, que edificata est cum propugna-

Cant. 3. culis. nec sexaginta fortes ambulant illud ex fortissimis Ifridet; omnes
tenentes gladios, & ad bella doctissimi: cuius virtus etiamque enīs su-
per femur suum propter timores nocturnos. sed vniuersa armis pen-
dunt cælestia, circumstantque omnia angelorum agmina. &

4. Reg. 19. quibus vnius nocte vnâ in castis Sennacherib centum oculis
quinq̄ue millia deluxit. Quod verò armamentarium futurum in ne-
more venustiore, quam cor Christi in Calvariaz monte veris-
simo vitæ ligno affixum? in hoc enim salus vitaque nostra pe-
pendit: & quod vñquam nemus magis certiusque medicum
lignum prætulit? quid enim paradisi nemora ad hoc lignum?
quid illius arbores omnes ad hanc vnam, que infelcis arbo-
ris primordiale delictum vertit in salutem?

Vulnera Christi sunt vbera. Et ditta: semper plena, numquam vacua: semper fluentia,
hæc semper plena. numquam deficientia: semper munifica, numquam arida:
semper materna, numquam noueritalia: semper parata, num-
quam retracta: semper obvia, numquam abdita: semper vi-
trō inuitantia & propinaria, numquam refuga; è quibus sem-
per haurias, semper fugias, semper farnem litigiasque restingas.

Cant. 2. Ut non iam dicas cum spousa, Dulcis meus milites sed, Egō dile-
cto meo, ut pascas inter vbera illius, cara super omnia aromati-
tum nemora, & vnguentorum reconditoria. Nulla hinc hora
intemperitia, non dici, non noctis. haurire horâ omni potes:
omni tamquam modo genitus infans horâ labra matris his
vberibus imprimere: omni, amico osculo & amplexu fugere:
delicias enim illius, esse eum paruulis. nec amat, nisi paru-
los: nec vbera alijs præbet, quam paruulis. nemo adulcis præ-
bes, nec filij quidem ad dulcioribus mater. Quare ut vberibus
illius fruariatur, necessarii officiamur sicut paruuli, menteisque
moresque induamus paruolorum, malitia paruuli, humilitate

&c

& mititate paruuli, mansuetudine & benignitate paruuli, in honorum & opum appetentia paruuli. talium enim sunt vbera. Beata vbera! beatus, qui affixus his vberibus saturatur hoc lacte: quid ultra depositat? quid infans ultra matris vbera, in quibus paradisum suum inuenit? quid amans anima ultra Christi fui vbera, in quibus cælum suum inuenit? Felix ô nimis amans anima vberibus his pasta, saturata vberibus! quis expliceret delicias pendentis ab his vberibus? quis castissimas has castissimorum vberum volupates? quis hunc vberum paradisum? quis adeò animarum hoc cælum? Illud etiam magis mirum, quod pasta hoc lacte anima audeat prouocare dilectum suum ad vbera sua: *Veni, dilecte mi, egrediamur in agrum, Cant. 7. comodoremur in vallis. manè surgamus ad vineas. ibi dabo tibi vbera mea.* Quis credat creatam animam cælesti lacte pastam, vbera offerte sua Deorum maximo? præbere vbera Deo? Nil nouum. pascitur amore Deus. & maiora semper vbera amantis animæ, quam corporis. Iam, si corpore pascitur Deus, non dico in matre, sed in paupere; quanto magis in anima, ab amante anima? & si, qui facit voluntatem Dei, Dei mater est, matris autem sunt vbera: qualis erit mater, anima amore illius liquefacta? Ne mireris proinde vbera filio offerri à matre, ab amante nimirum anima Deo, cum & animæ tribuat vbera Deus. *Vbera tua sicut boiri vinea. qui scire potuit, nisi ante su- Ibidem. xisset vbera? & alibi: Punctiora sunt vbera tua vino, soror mea Cant. 4. sponsa. qui sciret, nisi vidisset, nisi proprius accessisset? Atque hinc audet prouocata anima: Veni, dilecte mi, egrediamur in a- Cant. 7. grum. ibi dabo tibi vbera mea.* Audax omnino dictum: vbera ut det Deo suo anima creata, & fiat conditoris sui mater: & à filiæ suæ pendeat vberibus pater: fiatque sponsa & mater, quæ creatura erat conditoris sui. Nec illud minus: *Fasciculus myrræ Cant. 1. rhe dilectus mous mibi, inter vbera mea commorabitur.* Potuit aliquid audaciùs dici? potuit liberiùs? quanta est vis amoris! nec personam intuetur, nec rei difficultarem. sed & verecundiam omnem exuit amor. nec erubescere didicit, cum pariliberitate

Mmm 2 cum

cum Deo agat, quâ cum homine ignorat ruborem omnem tantum amare se scit. nec magnitudine terretur, nec maiestate, dum nullius meminit, quâm amoris sui.

Sunt item
tamquam
lactea mul-
etralia,

Sunt dein vulnera hæc tamquam quinque *lactea multitra-*
lia, *lacte* natantia; vt non iam amans ab vberum tenui qua-
dam pendeat vena, aut tamquam per bibulos atomos, sed to-
tobibat corpore, totoque in lacte natet, copiosissime à quin-
que vberibus profluente: nec ore se iam, sed toto proluat cor-
pore, mente totâ. Quâm beatè lacteo huic innat anima bal-
neo, abluitur lacte, reparatur lacte, totusque egreditur homo
lacteus, niueus, candidus totus, cùm plurimis antè teneretuz
peccatorum maculis & sordibus!

& apothe-
ce aroma-
tariz,
Cant. 1.
Cant. 5.

Cant. 4.

Eddi. 14.

Ibidem.

Sunt tamquam quinque *aromatatum apothecæ*: quibus prouo-
cata exclamat anima: *Oleum effusum nomen tuum. trahe me: post te*
curremus in odorem unguentorum tuorum. & alibi: *Genæ illius sicut*
areole aromatum confite à pigmentariis. Labia eius lilia distillantia
myrrham primam. Nec inferiora his reddit dilectus: *Odor vesti-*
mentorum tuorum sicut odor thuris. nardus & crocus; fistula & cin-
namomum, cum uniuersis lignis Libani, myrrha & aloë cum omnibus
primis unguentis. Quid potest his addi? & hæc animæ sponsæ
suæ tribuit Deus. Verum à quo hæc habet sponsæ, nisi à sponso
suo Deo? Audi quid Sapiëtia, quæ est Verbum Patris, Christus
noster de se dicat: *Sicut cinnamonum & balsamum aromatizans o-*
dorem dedi: quasi myrrha electa dedi suavitatem odoris: & quasi flo-
rax, & galbanus, & vngula, & guta, & quasi libanus non incisus va-
porans habitationem meam: & quasi balsamum non mixtum odor meus.
Ego quasi terebinthus extendi ramos meos, & ramim honoris & gra-
tia. Ego quasi vitis fructificaui suavitatem odoris: & flores mei fru-
ctus honoris & honestatis. Vides hîc omnium odoramentorum
& aromatum apothecam; è qua sua mutuata est sponsa: quæ
nusquam magis, quam in vulneribus Crucifixi elucent. Inui-
tat deinde amantes omnes: *Transite ad me omnes qui concupisci-*
tis me, & à generationibus meis implemini. Subiungit rationem:
Spiritus enim meus super mel dulcis, & hereditas mea super mel & fa-
num:

ann: memoria mea in generationis seculorum. Et apud Ecangeli-
stam suum: *Venite ad me omnes qui laboratis, et onerati estis; et ego Matt. 11.*
*reficiam vos. Tollete iugum meum super vos, et discite a me, quia misericordia
mea est humilis corde: et inuenietis requiem animabus vestris. Iugum
animae meae suave est, et onus meum leue. Nihil mirum, cum Christi
iugum & onus, ansoris iugum & onus sint. at nihil graue amo-
ri, nil durum, nil molestum, nisi carere amato. quo semper a-
mans anima fui potest: cum semper habere praesentem, quem
amat, possit, a quo & invitata vlerò, in mutuam amoris fruitione
prouocatur. neque deesse vniquam amanti animæ vulnera a-
romatum & amorum cellæ possunt amati. Et olim quidem se-
mel Regina Saba Hierosolymā impleuit aromatibus: Christus
animæ nostræ sponsus vniuersam orbem odoratis vulnerum
seorum aromatibus impler semper. nec vniquam illa denegat
petenti; ac irrogatus etiam offert: *Sicut: id abo de fonte aqua vita, Apocal. 21.*
gratis. nec malè potest: Qui sicut, veniat: et qui vult, accipiat aquam Cap. 12.
*vita, gratis: è nullis fontibus, nullis cellis certior aqua, quam vita
consequimur æternam, hauritur; quam è vulneribus Christi.**

Sunt etiam hæc vulnera tamquam quinque *vini torcularia, & velut
cellaria vini quinque, vineæ quinque.* vnde illæ voces: *Bibite, et
inebriamini; & sponsæ: Introduxit me in cellam vinariam, ordinavit
in me caritatem.* Beata cellaria magis beati, qui ingrediuntur
illa, ut exultent in ijs, & latenter, & extinguant fumum. felix vi-
naria cellæ magis qui à sponsō introducuntur in illam, in qua
ordinata ardet caritas, pellitur noxium animarum frigus, dis-
soluit gelu, & succenditur & animatur sponsi sui vino spon-
sa, adeoq; & inebriatur. cum vero reliqua damnanda ebrietas;
optanda hæc vna, damnanda omnis alia; laudanda hæc vna.
beata nimis anima sponsi sui poculis inebriata! beatæ mensæ
& cellæ, in quibus mutuis sponsa & sponsus inebriantur amo-
rum poculis! fortunati botri! fortunatior sponsi tantis botris
grauida, tantis inebrianda. optanda dies, & mille optanda ve-
ris, quam è manibus Christi sponsi sui poculum accipit, & po-
tatur musto, clavorum & crucis torcularibus expreso. O quis

Mmm 3

non

non amet haec torcularia: non quia torcularia, sed quia nobis
lissimi musti expressoria, quibus hilarescit anima gaudio plena,
ignata iam sui, nec vllius quam sponsi & amati sui conscientia,
reliquorum nescia. Beata anima: de qua illud apud Prophetam.

Ioel. 2. *Fili Sion, exultate, & letamini in Domino Deo vestro: quia dedit vobis doctorem iustitiae. & implebuntur areæ frumento, & redundabunt torcularia vino & aleo. & erit: omnis qui invocauerit nomen Domini, saluus erit; quia in monte Sion & in Ierusalem erit salvatio. Non aliis doctor, quam Christus, datus est: per quem & areæ & sacraiores mensæ, neplæ sunt frumento, cuius meminit apud Ioannem:*

Ioan. 12. *Nisi granum frumenti cadens in terram, mortuum fuerit; ipsum solum manet. si autem mortuum fuerit, multum fructum adferat; Non de alio, quam de se hæc Christus, & de morte sua, de que fructu & messe è morte sua speranda. ad quod*

psalm. 80. *allusisse videtur David: Cibauit eos ex adipi frumenti, & de petra melle saturauit eos. Verè adeps & frumenti medulla dici potest Christus sub panis speciebus delitescens. Sed & verè ipse petra est, quod non uno loco testatur. è qua, tamquam melle, vino, oleo sifientes saturauit. Et inuitat ad se Sapientia: Si quis parvulus est, veniat ad me. & insipientibus locuta est: Venite, comedite panem meum, bibite vinum quod miscui vobis. Sapientia, cælestis Patris Verbum, Christus noster, parvulos, humiles nimis, & opinione suâ parvulos & insipientes, stulta nimis mundi, ad panem suum & vinum inuitat. Meminisse horum videatur Propheta: Quid bonum eius est, & quid pulchrum eius, nisi frumentum electorum, & vinum germinans virgines? Quod frumentum electorum, nisi panis vitæ, & donans vitam? quod vinum germinans virgines, nisi noui Testamenti vinum, quo fideles potantur? nam nullum in veteri Testamento vinum germinabat virgines, cum ignota virginitas esset. omnis vero hæc nata à Christo est, à sanguinis illius potatione, & effusione.*

Zach. 9. *Nec frumentum setantum & vinum, sed & vitæ esse clarissime apud Ioannem testatur: Ego sum vitæ vera, & Pater meus agricola est. omnem palmitem in me non ferentem fructum, tolleret eum;*

Ioan. 15. *¶*

& omnem qui fert fructum, purgabit eum, vt fructum plus afferat.
 Subdit: Sicut palmes non potest ferre fructum a se metipso, nisi manse-
 rit in vite: sic nec vos nisi in me manseritis. ego sum vitis, & vos palmi-
 tes: qui manet in me, & ego in eo, hic fert fructum multum; quia sine
 me nihil potestis facere. Sequitur: Si quis in me non manserit, mitte-
 tur foras sicut palmes, & ardet, & in ignem mittent. Vera omnino
 vitis Christus. & nusquam magis quam in cruce: cui vitis haec
 maritata nobilissimos botros, vulnera tulit, nobilissimi suc-
 ci reconditoria, vini cellas & torcularia. Huius vitis palmites
 in cruce facti sumus: & fœcundi palmites, quamdiu de diuor-
 tio vitis non cessemur. sine qua frustra fructus speramus. nam
 à præciso quid sperari palmita potest: aut cui resectus palmes
 nisi igni? nec nos aliud exspectare debemus, si præscindimur
 à cruce, si non innectimur illi: cum salus omnis nostra à cruce,
 & ab hac sola vitaque omnis nostra ab hac vna, vt palmites à
 vite. Neque se tantum vitem vocavit, sed & nos dignatus hoc
 nomine Dominus: Quid est quod debui ultra facere vinea mea, & Isaia 5.
 non feci ei: an quod exspectavi vt faceret uas, & fecit labruscas? Fa-
 ctum à Iudeis, à quibus pro vino felle & aceto potatus; pro be-
 nefactis maledicta retulit, sputa, colaphos, flagra, spinas, cru-
 cem. idemq; sit à peccatoribus singulis. Addit in delicti pœnā:
 Auferam sepem eius, & erit in direptionem: diruam maceriam eius, &
 erit in conculationem. & ponam eam desertam: non putabitur, &
 non fodietur: & ascendent vepres & spinae: & nubibus mandabo, ne
 pluant super eam imbre. Factum est. abstulit sepium munitio-
 nem omnaem ab Israele, deditque illum in direptionem omni-
 bus gentibus. diruitque maceriam urbium eius, & factus est
 in conculationem omnium popolorum. sed & Palæstina v-
 niuersa versa est in desertum: orbis paradisus in solitudinem,
 & ferarum speluncam. vt pro lacte & melle, pro butyro &
 vino, pro frumento & oleo, vepres metas & spinas: nec aliud
 quam tribulos & vetricas ignium materiam in horrea deferas.
 induitq; omnis illa regio maledictionem Gelboë montium,
 vt vix rorem aut pluuiam sentiat. Apud Ieremiam etiam que-
 ritur

Christus
vera est
vitis.

Cap. 2.

ritur Deus: Ego plantavi te vineam electam, omne semen tuum: quomodo ergo conuersa es mihi in prauum vinea aliena? Nimirum inimicus homo superseminaluit zizania, cum indormissent homines vineæ custodes, & intepuisserent in commissarii sibi animalium cura. inde nata scelera, & relictis Dei, transierunt ad hostilia castra, facti ex Dei filijs & ceterorum heredibus, dæmonum mancipia, & æternorum ignium infelix materia. O nimis frequens, nimiumque infrequens numerus eorum, qui plantati à Domino vinea electa, finierunt in illa! ut dictum nimis verè sit: *Quasi qui colligit acinos, post vendematores, ita numerus vineæ in finem electæ, ad prauam; seminis boni, ad zizania; palmitis viti suæ inhærentis, ad præcisi.*

Vulnus
Christi
c' amant
amorem.
Heb. 12.

Gen. 4.

Luc. 23.

Rom. 10.

Cap. 55.

Isaie 43.

Ezech. 18

Sunt etiam hæc vulnera tamquam ora clamantia; Amorem, amorem. Meminit huius Paulus: Accessisti ad testamenti novi mediatoris IESVM, & sanguinis aspercionem, nclus loquacem, quam Abel, cuius sanguis vindictam clamat de Cain. atque hinc illa: Maledictus eris super terram, que aperuit os suum, & suscepit sanguinem fratris tui de manu tua. At Christi nostri sanguis & vulnera clamant: Pater, dimitte illis: non enim sciunt, quid faciunt. &c., Hodie mecum eris in paradiſo. &c., Palam appari iis, qui me non interrogabant. ad Iſrael autem dicit: Totâ die expandi manus meas ad populum non credentem & contradicentem. Idem habes apud Isaiam: Expandi manus meas totâ die ad populum incredulum, qui graduerit in via non bona post cogitationes suis. Nusquam magis expandit manus, quam in cruce, prouocans populum in amplexum, & ad ubera sanguinem pro lacte sudantia. ut videoas hic matrem, videasque patrem ad prodigi sui amplexum paratum, & ad omnium delictorum & offenditionum obliuionem. hinc illud: Ego sum, ego sum ipse, qui deleo iniurias tuas propter me, & peccatum tuorum non recordabor. Et, Conuertimini, & agite pœnitentiam ab omnibus iniurias uestris: & non erit vobis in ruinam iniurias. Projicite a vobis omnes prævaricationes vestras, in quibus prævaricatus estis, & facite vobis cor nouum, & spiritum novum. & quare moriemini domus Iſrael: quia nolo mortem mortentis, dicit Dominus Deus,

Dominus, reuertimini, & viuite. Et apud eumdem: Verbo ego, dicit Dominus cap. 33.
minus Deus: nolo mortem impij, sed ut conuertatur impius à via sua,
& viuat. conuertimini, conuertimini à via vestris pessimi: & quare
moriemini domus Israel? Non vult mortem, sed vitam; qui, ne
moreretur, vitam posuit. non vult mortem, qui vt nospec-
cato mortuos redderet vitæ, vitam suam prodegit. non vult
sanguinem, tucete Iudai sibi & toti posteritati innocentem il-
lius sanguinem imprecati sint in interitum, qui pro improu-
idis & crudelibus imprecatoribus sanguinem fundit, & im-
precationem à Patre deprecatur. Neque pro omnibus sceleri-
bus aliud depositit, quam amorem. quid facilius, quam amare
amantem? quid imponi in poenam mitius possit, quam ama-
re amantem? Moritur in cruce Christus morte omnium sa-
uissimâ, ut nos reconciliet Patri, reddat cælo. nec crucem pro
cruce, pro vulneribus vulnera, pro flagris, spina, felle, clavis,
lancea reponi hæc vult; sed amorem. & tamen si priora omnia
depositeret, hilares dare deberemus, & inter summa beneficia
ponere, in poenis ipsi pariari, & paribus cum ipso torqueri.
nunc solo amore contentus est: nec aliud depositit, quam a-
mari à nobis lanceam, clavos, fellæ, spinas, flagra, vulnera,
crucem; quæ nobis, non sibi tulit; saluti nostræ, non suæ. Sed
& hæc ipsa cogitata, amorem aspirant, profundunt amorem;
nec aliud clamant, quam, Debitas à te poenas in se exsoluentē
ama: morientem pro te, ama: clausum tot sæculis cælum re-
ferantem sanguine, clavis, lanceâ, ama. & amantem redam: a
amoremque in te suum morte testantem, nullâ realiâ quam
amore testare. Potest aliquid imperari mihi, potest gratius?
etiam bestiæ, feritate depositâ, agnoscunt beneficia, & propu-
gnatores suostuentur. factum non ab uno leone. quo magis
homo beneficiorum memor, pro amore amorem reponet?
eo magis, quod facillimum habeat Deum ad preces. Testa-
tur hoc apud Isaiam: Erit antequam clament, ego exaudiā: adhuc cap. 65.
illis loquentibus, ego audiam. & : Ecce sto ad ostium, & pulso: si quis Apocal. 3.
audierit vocem meam, & aperuerit mihi ianuam, intrabo ad illum, &

N n n

cana-

Cant. 5. *cartabo cum illo, & ipso mecum.* Vis maiora? audi rogamem: *Aperi-
ris nobis, soror mea, amica mea.* Rationem, quā illam ad aperient-
duam moueat, addit: *Quia caput meum plenum est rore, & cincinna-
tus guttis noctium.* Ita nec noctibus sibi parcit, ut admittatur.

Sunt ea
velut por-
tus & sta-
tio fida
Psalm. 68.

Sunt & vulnera hæc tamquam quinque portus, & tutissima
navigantibus hoc mare magnum littora, ac fida per optimam
statu. Expertus hoc mare fuerat David: *Venit altitudinem ma-
ris, & tempestas demorsit me.* vnde illæ ibidem ad Deum precessit:
Non me demergat tempestas aquæ, neque absorbeat me profundum,
neque urgeat super me putens os suum. Venerat in altitudinem ma-
ris, & iactabatur fluctibus, undarum pila & lusus. & conieca-
ranti illum in hoc sorbere & nulli parcer affuetum mare, pec-
cata; Bethsabæ, Vitæ, numerati populi. & eximi, quibus con-
volvebatur fluctibus, rogat, ne ab irrespirabili profundo in-
tegatur, neue sorbeatur æternum. respicit proinde ad portum
Deum, à quo exciderat: ad fidam illorum, qui habitant in ad-
iutorio Altissimi, stationem: ad diuinæ clementiæ & bonita-
tis ligata. Meminerat maris huius Iosias: *Impij quasi mare fer-
uens, quod quiescere non potest, & redundant fluctus eius in conculca-
tionem & lusum.* Miserrima impiorum conditio. etiam Princi-
pum & Regum, & in quacumque purpura magnorunt, qui &
dum viuant, perpetuis tempestatisbus iactantur, omnis tran-
quillitatis & malaciæ ignari, & dum moriuntur, vertuntur in
ludem; omnesque honorum flatus, & quidquid blandiens
fortuna adiecit, quidquid denique illis opum ac dignitatum
aspirauit, redundat in conculationem, in pedum puluerem,
in terrarum cinerem, in lusum, risum, fabulam, in concharum
bullam, umbram, nihil. Quam verò nimis verum, seruere ac
extuare impium, & nusquam quiescere, cum numquam sa-
rietur opibus, honoribus, voluptatibus: numquam delicijs
expleatur, maiora semper ambiens, & ad noua protendens
manum, præsentium fastidio, præteriorum tædio, futurorum
spe laborans? hinc continui in animo illius fluctus, quibus
modò inani spe attollitur, modò assequendorum desperatio-
ne

ne deprimitur. sed & ipsa impietas, & commissum aut cogitatum scelus, in cordis medio, tamquam effervescentia à substrato igne oleum, effullit, & hinc inde iactatur, quietis neficia: cùm contra pietatis in aeterna pace, bellorum ac fluctuum inexperta viuat. ignorat rabiem Noti, Aquilonis furores, sorbentes inferius lumen fluctus, inclematis clementi ululatus, & saeuiores morte minas, duriores sepulchro iactationes. portu & littoriibus gaudet & fruatur, quod si quis tempestas insurrexerit, aduolat cum Apostolis ad Dominum, excitat dormientem prece. & quod olim exsurgens comminatus est vento, et dixit mar: *Marc. 4.*
Tace, obmetesse. Cessavit ventus, et facta est tranquillitas magna,
 in se expectur: sentiturque imperantem Dominum, & tranquillitatem sequentem. Nusquam tamen fidenter statio, quam
 in vulneribus Christi: nusquam securior portus, nullumque
 magis amicum litem. ut non immergit dicat Bernardus: *Vbi Serm. 61.*
suta firmaque infirmis requies, nisi in vulneribus Salvatoris? tanto *in Cant.*
 illic securior habito, quanto ille potentior est ad saluandum. Maxime
 post iactationem, post tempestates, ventos, fluctus, post a-
 stuantis maris furores: qui nulli didicerunt parcere, nulli
 purpuræ vndas remittere, nulli sceptro decrescere, nulli dia-
 demati derumescere. Vere amicalittora, Christi nostri vulne-
 ra. sigamus in illis speci nostre anchoras, non fallent, nec fra-
 strabuntur sperantem, nec iudent fidenter. explebuntque,
 adeoque & superabunt vota, quantumvis magna. vincere e-
 nim didicerunt, non viaci, non superari, non æquari. ut mo-
 ritò inclameret Augustinus: *In omnibus aduersitatibus non impuni-*
zam efficax remedium, quam vulnera Christi: in illis dormiri securus,
et requiesco intrepidus. maxime post tempestates, & saevas vnu-
 darum seculi concussions: nulla enim beneficia gratiora sunt,
 quam quibus à periculis erimus: & periculorum memoria
 beneficiorum magnitudinem augemus. Ita & portus ille gratissi-
 mus est, qui nos sibi suo post tempestates excipit. Faciunt
 hoc Christi vulnera. De quibus sibi more acutè & benè Au- *Lib de vir-*
 gustinus: *Inspece timbora pendentes, sanguinem morientis, pretium gemitus.*

redimentis, caput hoc inclinatum ad osculum, cor apertum ad diligendum, brachia extensa ad amplectendum; totam corpus expositum ad redimendum. hæc quanta sint; exegitate: hec in statu vestri cordis appendite: et totus tuobis figuratur in corde, qui totus pro vobis fuit affixus in cruce. Numquam magis inspicienda haec vulnera, quam ut naufragi portum & littora in tempestate. nam ut sanguis ægris in medelam, mortuis invitam est; ita vulnera naufragis in portum sunt, ut vero merita illius in debiti nostri exsolutionem sunt; ita vulnera in asylum sunt, & fidum post naufragia littus. caput inclinatur ad oscula, ad quæ ab ipso inuitamur. transfigitur cor amoris habitaculum, ad universum amorem profundendum, & nos recte suscepti, extenduntur brachia in amplexum, patris, matris, sponsi. totum corpus redimit, quia totum patitur: totum meretur, quia totum pro sceleribus nostris luit; totumque debita nostra exsoluit. Quæ quanta sint, ignoraro nemo debet, nemo potest. Si vero illius merita immittamus in statuam, cum omnium quaqua hominum sceleribus, infinitis illa modis dignatione, pretio, pondere, haec superabunt: ut iure infigidus per amorem cordi nostro sit, qui pro salute nostra cruci affixus est. Neque reponere minus possumus, quam pro cruce amorem. & monet nos ipse hujus: *Pone mox ut signaculum super toruum, ut signaculum super brachium tuum, ut nimis Crucifixi imaginem in corde circumferas, in seculas pectoris firmesque cor tuum vulneribus Crucifixi, ne quis aditus parcat inimicis crucis. ut tamquam signaculo eorum tuum vulnera signent Christi eius, quo nil nisi amicum illis admiteat.* circumferas deinde brachijs crucifixum Christum, tamquam sponsus sponsam, & in æterno illius amplexu verseris: operaque tua omnia, quæ ferè brachijs peraguntur, Crucifixum, nec alium redolant. facies hoc, si amaueris. nam ut bene eodem loco: *Ponis est ut mors dilectio, aqua multa non potuerunt extinguere caritatem, nec fluminis obruerunt illam.* Nulli torrentes, flumina, maria flamas extinguere amoris possunt, cum infra cælum torrentes, flumina,

ma-

maria sint. amor vero caelos transcendat, nec nisi in pedibus, adeoq; & in sinu ac pectore maghi Dei, aut in vulneribus sedentis ad dexteram Patris quiescat, quo nulli torrentes, flumina, maria assurgunt. sed neque vllæ tempestates concutere cœlum, amoris sedem possunt. nimis seculo reconditur amor portu, in quem nulli attolluntur, & frustra iras mirasque cælo iaculauntur fluctus. frustra preinde amori, qui cælo clauditur.

Sunt deinde vulnera tamquam *quinq; oratoria, templæ quinque, altaria quinque.* Neque enim usquam aut calidores, aut magis profuturae funduntur preces; neque ad alias vllas aut pronior, aut facilior, aut indulgentior Deus. neque ex villo terrarum loco, aut breuior aut certior ad Deum aditus. neque vlla nobilia aut magis grata Deo templæ. nulla gratior solitudo, aut profundioribus aptior meditationibus. neque vlli præsentior loco Deus; neque in vllum plus cælestium gratiarum depluitur. sed neque locus vllus poteratius magni Numinis radijs illustratur, rore fecundatur, præfentiâ decoraatur, robore firmatur, delicijs circumfluit cælestibus. nulla altaria propiora Deo, nulla digniora: nusquam sacrificia nobilara, odoratoria: nulla gratiarum diuinarum cælestiumque amorum magis protectoria, peccatorum remissoria: nusquam etiam familiarius cum homine colloquitur Deus: nusquam audaciùs cum sposo suo sponsa, quem audet invitare ad oscula, ad hortum florum, ad vineam, ad cubiculum genitricis suæ, ad vberæ. nusquam etiam maiorem affectum animæ tamquara sponsæ ostendit sponsus: nusquam plus deliciatur, luditque in nominibus columbariæ, tururis, hinnuli, ceruorum, caprarum, lunæ, solis, aciei, thuris, myrræ, aromatum, lassis, vini, botri, musti, mellis, nardi, croci, cinnamomi, vaguorum, fontium, aquarum, fluminum, hottorum, pomorum, malorum punicorum, granatorum, roris, mandragoræ, palmaræ, vberum. Quæ quicunque audire desiderat, ingrediatur hæc vulnera, oratoria facta, templæ, & altaria magni Dei, magnique animarum sponsi & sponsæ; facta-

& quasi o-
ratoria,
templæ,
altaria.

Nnn 3 que

que cubicula castissimorum amorum animarum duarum.
verissima oratoria & templo. ad quæ allusio videtur David:

Psal. 64. Replebitur in honore domus tua; sanctum est templum tuum, mirabile in aequitate. Nullis impletu & satuari hunc possimus, quam
qua magna domus pectoris Salvatoris nostri in cruce profudit. Neque sanctius ullum templum corde Christi nostri, in
quo æternam sibi sedem fixit sanctus sanctorum Deus ipse.
Ecce omnia illud templum mirabile in aequitate: cum a-
equitatis ac iustitiae numeri omnes in hoc meritorum templo
expleri fuerint. Satisfactum enim per Christi vulnera, quæ tem-
pla nobis sunt, cælesti Patri in salutem omnium nostrum sa-
crata, rigidissimæ diuinæ iustitiae: & plus etiam erogatum,
quam debebatur. In his templis altaria habes magni Dei: in
quibus non vitulorum & taurorum sanguis, sed Agnai imma-
culati Christi funditur. Nec aliud hic sacrificium, quam ipse
Agnus. quem semel cruentum, incruentum exinde Christia-
ni sumunt. ut dicere meritò cum magno Rego possimus: *Alta-
ria tua, Domine virtutum, Rex meus, & Dominus meus.* Non pecorum,
sed virtutum Christi altaria. ut proinde meritò cum eodena

Psal. 42. dicamus: *Introibo ad altare Dei, ad Deum qui laetificat iumentum meum.* immo, qui facit ut semper nobis sit iumentus. cum exal-
tari hoc præbeatur nobis panis vitae, quem qui manducat di-
gnè, vita viuit æternâ. Cauendum tantum, ne sumamus indi-
gnè, ne quod erat in vitam, sit in mortem; quod in salutem, in
interitum; quod in medelam, in perditionem; quod in glo-
riam, in damnationem. cauendum etiam, ne admissi ad hæc
templa, cum clementibus ac vendentibus cœciamur à Domino:
aut cum destituto yeste nuptiali, ligatis manibus & pedibus,
mittamur in tenebras exteriores, & stagnum ignis ardoris:
aut denique imparati cum fatuis virginibus, meritorumque
oleo destituti, excludamur cælo.

Denique
sunt velut
pharæ &
fornaces
amoris.
Cant. 8.

Sunt denique hæc vulnera tamquam quinque pharetra,
pharæ & fornaces quinque, ignes & flamme quinque caltorum amorum.
vnde audet amans una: *Pone me ut signaculum super cor tuum, ut
signa-*

signaculum super brachium tuum: quia fortis est ut mors dilectio,
 dura sicut infernus amulatio: lampades eius, lampades ignis atque
 flammaram. aquæ multæ non potuerunt extinguere caritatem, nec flu-
 mina obruerint illam. Lampades ignis & flamarum deuomunt
 hæ fornaces; iaeulantur prunas & fulmina, maiora nubium,
 inferorumque fulminibus maiora. nec potest his quidquam
 comparari; non mors, non ignes, non infernus. sed neque
 vllæ tam copioſæ aquæ, nullæ tam gelidæ, nulla flumina, ma-
 ria nulla, quæ extinguere has flamas possint. Et cùm nulli
 ignes possint in animas, soli hi possunt. videmus elementario
 igne liquefcere, quidquid validum, lapides, metalla omnia.
 Nec quidquam tam durum, quod perpetuò illi resistat. in fo-
 ram animam nihil potest. in quam solam possunt ignes vul-
 nerum Christi nostri, ut etiam colliquecat anima tota, illis
 iniecta. Quid? quod & in ipsum possint Deum, quem tam ar-
 ctè innectant animæ humanæ, ut coalescere videantur in v-
 na, vnaq[ue] anima ex diuina & humana exsurgere, felicissi-
 mæ coadunatione. Beata nimis anima, quæ in his amorum
 fornacibus colliquecit Deo suo. dicere illa potest, cælo se
 frui suo; nec aliud cælum depositere. Sanè nemo gaudium ex-
 plicit ardoris in his fornacibus animæ, ut omnis humana hi-
 karitudo, gaudium omne, voluptas omnis, cum hoc animæ
 gaudio, inter amoris flamas & vulnerum ignes, si compo-
 natur, inter tormenta potius quam inter voluptates referri
 debeat. Sed neque mens vlla magnitudinem illius concipere
 potest, nec calamus explicare. sola amans anima conscientia sibi
 gaudiorum est. quorum magnitudinem licet sentiat, num-
 quam tamen explicet. ita sentiri illa potest, dici non potest:
 gustari potest, exprimi non potest. quod ubi fit, vilesunt o-
 mnia sæculi hæc magna, sæculi iucunda: vertunturque huius
 mundi mella in felicerum, saccarum in absinthium, læta in
 tristia, voluptates in tormenta, musica in luctum, deliciæ in
 venena, honores in contemptum. inde illæ voces soli amato-
 rorū. inde etiam deliquescentis animæ, ac quasi de corpore
 com-

- commigrantis tarda suspitia . atque hinc audaces illæ voces:
Pone me super brachium tuum. baiulari nimirum vult vt infans,
 sinu etiam excipi, vt infans. Nec his contenta , inclamat: *Pone
 me ut signaculum super cor tuum,* ita non contenta brachijs, sinu,
 collo, ore, oculis, cordi incubare amati sui desiderat. Quā au-
 dacia sunt hæc votiva puluinaria amantis animæ! ne miretis.
 nil nimis magnum amanti est. non ipse Deus. nihil etiam illi
 nimis audax aut temerarium videtur. & quid posset deposce-
 re maius quām incubare cordi Dei ipsius? Neque hoc conten-
 ta, vult incubare ut signaculum, quasi futura custos amoris
 Dei, quasi signatura cor Dei, ne alio vagetur, ne uicem alium ama-
 torem admittat. Atque hinc illæ querulæ voces, si fors absit
 Cant. 5. amatus, & absens loquatur, licet de propinquo, *Pessulum ostij*
cordis mei aperui dilecto meo. at ille declinaverat. *anima mea liquefa-*
eta est, vt locutus est: quasiu, & non inueni: vocari, & non respon-
 dit mihi. adiuro vos filiae Jerusalēm, si inuenieritis dilectum meum, vt
 Cant. 6. nuncietis ei quia amore langueo . Ego dilecto meo, & dilectus meus
 mihi. Nec finis, donec audiat à dilecto : *Pulchra es, amica mea,*
 Cant. 7. *sua vis & decora.* una es columba mea, perfecta mea . quām pulchri
 sunt gressus tui! quām pulchra es, & quām decora carissima, in delicijs!
 Cant. 4. quām pulchra es, amica mea, quām pulchra es! tota pulchra es, amica
 Cant. 2. mea, & macula non est in te. Et alibi: *Surge amica mea, speciosa mea,*
 & veni columba mea: ostende mihi faciem tuam, sonet vox tua in
 auribus meis: vox enim tua dulcis, & facies tua decora. Et hæc à
 Cant. 4. Deo ad amantem animam. addit: *Fauus distillans labia tua,*
sponsa: mel & lac sub lingua tua: & odor vestimentorum tuorum sicut
 odor thuris. Vt meritò obstupescamus amica hæc verba magni
 Dei, amantis animæ amore succensi; meritoque exclamemus:
 Cant. 8. *Quæ est ista, quæ ascendit de deserto, delicijs affluens, innixa super di-
 lectum suum?* Quæ deliciæ de deserto, de terra hac , quæ cælo-
 rum comparatione desertum quoddam est? & tamen ipsi Deo
 amans anima deliciæ sunt. Quid? quod & innitatur anima
 Cant. 3. Deo , ac amicâ quâdam familiaritate innitatur illi, vt sponsa
 sponso? Addamus & illud admirabundi: *Quæ est ista, quæ ascen- per*

per desertum, sicut virgula fumi, ex aromatis bus myrrae, & thuris, & unius pulueris pigmentarij? O nimis beata! magis etiam, cum audit: Veni de Libano, sponsa mea, veni de Libano, veni, coronaberis. Cant. 4.

coronâ sponsi sui coronanda. Quis hæc credat, nisi ab illius ore venirent, qui coronare potest, fallere non potest? Quibus inuitata respondet: Ego dilecto meo, & ad me conuersio eius. &c, Ego Cant. 7. dilecto meo, & dilectus meus mibi, qui pascitur inter lilia. Nec his Cant. 6. contenta, audet, quod nemo credat: Quis mihi det, ut inueniam Cant. 8. te foris, & deosculer te? Audax, immò dictum temerarium. sed quis hæc in amante damnet, in quo & audaciam & temeritatem admittimus, adeoque & laudamus? Et audi noctibus etiam quærentē. ita non contenta frui die est: Per noctes quæsumi, quem Cant. 3. diligit anima mea. ita etiam dormienti vult adhærere sibi amatum. Post seriam deinde secessionem, post lacrymas & suspitia nuncios amantis, felix inuentu, inclamat: Inueni, quem diligenter anima mea: tenui eum; nec dimittam, donec introducam illum in domum matris meæ, & in cubiculum genitricis meæ. in cor nimirum suum.

Sed & pharetræ similia sunt vulnera, è quibus amorum educuntur iacula, quibus non uno amico sauciata vulnere, ex animis propè iacet anima. sed & ipsa, quibus sauciata iacet, tellis ferit iacentem. Vnde illa saucij verba: Vulnerasti cor meum, Cant. 4. soror mea sponsa, vulnerasti cor meum in uno oculorum tuorum, & in uno crine colli tui. Si in uno oculorum, quid faciet in duabus? quām altè vulnerabit? si in uno crine colli; quid faciet in omnibus capitis crinibus? sanè si tot iacula, quot crines, non integræ hīc silua exsurget telorum, quibus omni parte saucitur dilectus? Optata nimis vulnera amantium animarū, dum mutuis concidunt iaculis. felicissima mens humana, quæ è quinque his amorum pharetris confixa iacet. non mittuntur ex his tela; pluunt, omniq[ue] pluunt imbre densius, omniq[ue] iaculantur nube copioſus: omni verò fulmine validius, omni altius. cùm enim fulmina sola norint corpora, sola feriant: animas amoris feriunt tela, & ipsum sauciū ostentant Deum.

Ooo

vis

vis magna! quis credat? nisi vulnerū suorum testem habeant
Deum, & fatentem vulnerum, & quidem in uno crine. ut hinc
colligas, quantis confessus vulneribus iaceat, in quem ex vni-
uerso corpore, amorum amans anima iaculatur tela. amica
nimis vulnera! amica tela! beatæ pharetræ tantorum recondi-
toria telorum, tam amicorum, tam optatorum! fortunatissi-

Cant. 2. ma anima, quæ post tela & vulnera inclamat: *Fulcite me floribus, stipate me malis: quia amore langueo.* Amoris telo sauciata,
fulciri vult floribus, tamquam in victoria & lætitia signum
contingat hæc mihi, & lectoribus meis.

Matt. 27. Sequitur in Euangelista: *Postquam cruciferant eum, divise-
runt vestimenta eius, sorte mittentes: ut impleretur, quod dictum
est per Prophetam dicentem, Diviserunt sibi vestimenta mea, & super*

Psal. 21. *vestem meam miserunt sortem. Habes hoc apud Davidem: Ipsi con-
sideraverunt & inspexerunt me: diviserunt sibi vestimenta mea, &*

*super vestem meam miserunt sortem. Profuderant viuensum fan-
guinem: ditidunt vestimenta, quæ partim secant, partim for-
te partiuntur. ita nihil integrum relinquunt Domino, ut, cum
sæuire ultra non possent in corpore, sæuiant in uestes. vide odij:
magnitudinē, quod non contentum corpore, furorē suum
deuomit in uestem. Exemplum hic vides eorum, qui Christum in Martyribus persecuti. quorum post profusum san-
guinem, facultatibus insidiantes, nullam partem intactam re-
liquevunt, nullam crudelitatis & liueris sui vacuam. Ita satiari
vnāre odia non possunt. noui tempore aliquid querunt, in quod*

*Qui eius
veste mo-
do diuidat
& stindat.* futores suos novo modo profundant. Sunt alij, qui cum mi-
tiores videri volunt, in solas fæciunt fidelium opes, priocibus
sæuiores. nam hi vnā morte improbam sustinuntur expletū
contenti semel pereuisse. posteriores mille propè mortib[us] es
eos afficiunt, cum omnibus opibus exutos, morte ipsa durio-
rem trahere vitam cogunt. Et sane extrema egestas cotinuum
quoddam martyrij genus est: maxime cum cadit in pauper-
tatis inassuetos, in viros frobiles, matronas, virgines, laborum
ignaros: quibus vel sola paupertatis ignominia protumento

&

& morte est: adeoque & morte ipsa grauius est, inglorios, omniumque ludibri expositos viuere: quibusque inassueta mendicitas omni poenarum genere acerbior est. Illi etiam Domini vestem scindere dicuntur, qui doctrinarum nouitate, adultero calamo fidem à Domino per Apostolos, Apostolicique feminis viros traditam scindunt, adulterantes Scripturarum sensum nouis commentis. Ita Petrus Alexandrinus martyrio vicinus, Achillæ & Alexandro Arij deprecatoribus, dixisse fertur, noctu apparuisse sibi Iesum veste discisa, causamque rogatum respondisse, Arius vestem meam, quæ est Ecclesia, lacerauit. Sub Arij verò nomine hereticos intellige omnes, qui Ecclesiæ unitatem, doctrinarum varietate dilacerant: & dum in Ecclesiam sœuiunt, sœuiunt in Christū, Ecclesiæ sponsum. nisi quod grauius etiam ferocire videantur, qui in illam sœuiunt. Sanè sponso omni fortiter amanti acerbius accidit, si quis in amicam sibi sponsam ferocius aut indignius insurget, quam in seipsum, leuisque conuicia in se, quam in illam iacula ferre solet, leuisque etiam verbera vulneraque sibi quam sponsæ suæ illata. Nunc verò certum, carissimā Christi sponsam Ecclesiam esse, quam nobilissimo sibi sanguine desponsauit: in quam quicunque iniurius it, grauius deliquerisse videatur, quam si in Christum ipsum. nam qui in Christum, in hunc tantum; qui verò in Ecclesiam, in hanc, & in Christum. amor enim Christi in Ecclesiam facit, ut vulnerum huius particeps ipse fiat; eoque fortius hæc sentiat, quo fortius amat. & non amantium vulnera, mutua sunt? & tenerius amat vulnera quam propria sentiuntur. quod eo magis locum habet, quo tenerior amor est. qui ante mortem suam deligat, quam vel leuem amati contemptum. Vestem etiam Christi scindere videntur pauperum & discipulorum Christi oppressores. avari etiam & immites, qui opibus innatantes, carentium subuenire necessitatibus negligunt. quibus fortiter improperat Dominus in die suo magno, sibiique attribuit, quidquid in his peccatum; sibiisque negatum, quidquid negatum illis; subtra-

O o o 2

Etum

ctum sibi, quidquid subtractum illis: sibi etiam concessum; quidquid concessum illis. Quicumque denique grauioribus se sceleribus inquinant, scindere Domini vestem dici possunt. scindunt enim innocentiam, quâ tecti à Deo fuerant, & quæ meritò vestis Domini dici potest. scindunt baptismalem togam, quâ induiti à Domino fuerant: & dum se per scelera à Domino scindunt, scindere Dominicam vestem non incongrue dici videntur posse.

Cap. 27. Subdit Matthæus: Prætereuntes autem blasphemabant eum mōuentes capita sua: *Vah, qui destruis templū Dei,* & in triduo illud reædificas: *salua temetipsum: si filius Dei es, descende de cruce.* Similiter & *Principes sacerdosum illudentes cum Sribis & senioribus dicebant:* *Alios saluos fecit, seipsum non potest saluum facere: si Rex Iſrael es,* descendat nunc de cruce, & credimus ei. Denunciatum hoc olim per Dauidem. Omnes videntes me, deriserunt me: locuti sunt labijs; & mouerunt caput. *Sperauit in Domino;* eripiāt eum: *saluum faciat eum, quoniam cūtūt eum.* & per Ieremiam: *Plauerunt super me manib⁹ omnes transentes per viam: sibilauerunt, & mouerunt caput suum.* aperuerunt super me os suum omnes inimici mei: *sibilauerunt, & tremuerunt dentibus;* & dixerunt: *Duorabimus: enī ista est dies, quam exspectabamus: inuenimus, vidimus.* Illudebant Domino populus, milites, Principes, Sribæ, seniores. & quod inauditum in omni barbarie, illudebant pendentē de cruce; & morti proximo. Improperant salutem alijs datam. & dum confitentur miracula, impietatem suam aperiunt, qui tantorum miraculorum patratorem, post tot salutes plurimis impertitas, tam crudeliter habēt, ingratissimi simul & crudelissimi. Nec quidquam olim ignavius apud veteres, etiam in altissima gentilitate & barbarie, quam insultare miseric & mortuis. Illud verò stolidissimum: *Salua temetipsum: si filius Dei es, descende de cruce.* Dubitare videntur; an Dei Filius sit: & ausi dubitantes affigere Dei Filium cruci, quo maior impietas & scelus ipsorum fuit. imitati diabolum, quo magistro hæc loquebantur: de quo illud Euangeliste: *Affumperit eum diabolus, & statuit eum super pīnaculum.*

Psal. 21.

Ihesu. 2.

Matt. 4.

naculum templi, & dixit ei: Si filius Dei es, mitte te deorsum. Cognosce hinc ingenium diaboli. persuasit Iudæis, ut sœuirent in Christum, quod operâ illius plurimos ab improba vita ad meliorē transire videret. dubius tamen de diuinitate, occidi nolebat; quod morte Dei Filij sciret humanum genus damnationis eripiendum. sœuire voluit, ut gloriari posset, quasi de Dei Filio subacto; ut cui per tormenta imperasse videretur. mori tamen nolebat, cum ab illius morte omnium vitam pendere sciret. ita dum duplice odio accensus rapitur, sœuire in Dei Filium voluit; occidere noluit, ne dominio humani generis excideret. Audiamus Principes, nihilo populo meliores, imò deteriores: Alios saluos fecit, seipsum non potest saluum facere: si Rex Irael est, descendat nunc de cruce, & credimus ei. Exprobrant salutem alijs impertitam: imbecillitatem obijciunt in salute propria procuranda. idque eo tempore, quo vicinus morti misericordiam mouere debebat, & hostium etiam corda ad mititatem flectere. Addicunt se credituro, pro Messia nimirum habitros, pro Dei Filio, pro Rege suo, si descendat de cruce. bis impij, crudeles, fatui. stabant dubij, an Rex Irael, & toties promissus Messias esset; & affigunt cruci. & quod stolidius, credituros se in illum spondent, si descendat de cruce. quâ fronte crederent in illum, & haberent pro Rege, post tot verbera, tot vulnera & crucem? deinde quomodo agnoscerent Regem, qui solum Cæsarem agnoscerent? non starent læsæ maiestatis in Cæsarem rei, qui Regem agnoscerent? Et quæ fatuitas esset Christi, descendere de cruce post tot tormenta, cum iam vici- nus esset triumpho? aut, si descendere voluisset, non potius cauisset, ne in Iudæorum manus veniret? & qui se subduxerat de manibus illorum qui præcipitum minabantur, non poterat præcavere vincula, cum intima illorum cogitata notissima ipsi forent: quod non semel restatum fecerat. Iam, qui tot mortuos excitauerat, tot cæcos, claudos, paralyticos, leprósos curauerat, non poterat Iudæorum enirare manus? ad cuius vocem, Ego sum, corruciant armati; non poterat se eripe-

Cur dia-
bolus Chri-
stum nol-
let occidi,
cruciari
vellet.

Principes
Christo
insulta-
bant, &
qualiter.

Poterat
Dominus
de cruce
descende-
re, si vo-
luisset.

re, cùm prostertere hostes posset? Accuratissimè Sapiens Iu-
 dæorum cogitationes, consilia, fatuitatem explicat: *Circumue-
 niamus iustum, quoniam inimicus est nobis. Filium Dei se nominat, &
 gloriat patrem se habere Deum. videamus si sermones illius veri
 sint. si enim est verus filius Dei, suscipiet illum, & liberabit eum de
 manibus contrariorum. Morte turpissimâ condemnemus. Factum
 in Christo. Addit: Hec cogitauerunt, & errauerunt: execauit enim
 illos malitia eorum, & nescierunt sacramenta Dei. Ignorauit om-
 nino hæc Iudæi: & nescierunt solâ Christi morte, & sc., & hu-
 manum omne genus saluari posse. periturumque illud omne,
 si descendisset de cruce Christus, æternaque omnes morti in-
 sepeliendos, ni mortem pro nobis subiuisset Dominus subiit,
 & morte illius vitimus: morte vita & cælo reddimur, & mo-
 numque potestati eripimur, & ex ignium æternorum heredi-
 bus, heredes statuimus non morituræ in æternum gloriæ.
 Quòd si obsecratus dæmonis & Iudæorū consilijs fuisset Do-
 minus, posuissest æternum omnes. quòd vivimus, morti il-
 lius debemus. Vtè proinde nescierunt sacramenta Dei; quæ
 abdiderat Deus à cordibus & oculis eorum, in salutem om-
 nium. si enim certò sciissent quæ hic latebant, numquam
 Regem gloriæ crucifixissent. ignoratio autem & cæcitas illo-
 rum, & malignitas, occasionem salvationis nobis dedit. Ne-
 que ideo sine scelere Iudæi, quos improbitas & malitia excæ-
 cauerat. tum quòd non magno negotio, seposito odio, è Pro-
 phetarum oraculis Christum nosse poterant: tum quòd eum,
 quem innocentem sciebant, nulliusque criminis reum, nullis
 testibus conuictum, morti damnassent omnium turpissimæ
 & crudelissimæ: nolentemq; iudicem, & rei innocentiam non
 semel palam fatentem, minis ad innoxium damnandum im-
 pulissent. Accedebant ingentia miracula, quorum ipsi oculati
 testes fuerant, moreisque inculpati, vitaque omni reprehensione vacua, doctrinaque supra humanam, nullo magistro
 tradita, virtutefque omnino omnes oculis omnium expositæ,
 factisq; innumeris comprobatae. iam, stella & Magi, & trans-
 latum*

Cæcitas
 Iudæorū.

latum à Iudeis regnum, aliaque plurima. è quibus in Messiae cognitionem venire poterant. Sed exæcauerat Principes populi odium, ex amore commodorum suorum natum; morumque in Christo diuersitas; à quibus vitam moreisque suos damnari videbant.

Notanda hinc nobis hæc verba: *Alios saluos fecit, seipsum non potest salvum facere.* Sunt enim non pauci, qui alijs cùm sint salutis causa, damnationis sibi sunt præludent eruditione, ingenij magnitudine, valent gratiâ, eloquentiâ, dicendi scriben-
di que peritiâ, prudentiâ, magna que in rebus dexteritate & in-
dustriâ, ac singulari in omnibus acutâ, docentque quæ ad
plurimorum salutem sunt. & dum multis consulunt bene, si-
bi consulunt male. ostendunt viam alijs veram, à qua dege-
nerant. docent fortiter, viuum ignauissimè. Meminit horum
aliquando apud Evangelistâ Dominus: *Super cathedram Moys.* Matt. 23.
*¶ sedent Scribe et Pharisæi. omnia ergo quæcumque dixerint vobis, sernate, et facite: secundum opera vero eorum nolite facere et dicere enim, et non faciunt. alligant enim onera graui, et importabili, et imponunt in humeros hominum: digito autem suo nolant ea mouere. omnia vero opera sua faciunt, ut videantur ab hominibus. Miseria omnino condicio, alijs prodesse, obesse sibi; alijs cælorum regia referare, sibi claudere; ab alijs nocitura depellere, ad se at-
trahere. In afflictâ salute prudentes, in sua stolidi: eo miseri-
ores, quod videntes volentesque pericant, ac se perdant vero:
monent alios periculorum, in que se voluntate sua consu-
elunt: tamquam si quis amicum deterreat à venenario potu,
quem ipse sciens bibat: aut à precipitio dehortetur, cui teme-
raris ipsius insistar, certus de lapsu & interitu. Aliud habet
nihil à Christo, de quo illud: *Cœperū Iesu facere et docere.* Facta
cum præcedunt, perfacilis verborum suassio est. & poteris ora
longe ad persuadendum, verbis facta sunt in militiæ duce, in
Regibus, in parentibus, dominis, monitoribus omnibus. Hinc
illa etiam Domini apud Matthæum: *Et fructibus eorum cognoscetis* Matt. 7.
scitis eos. & apud Lucanum: *magisq; arbor de fructu suo cognoscitur.* Cap. 6.*

Re-

Luc. 3.

Respondent operibus fructus; & quod in arbore fructus, hoc in homine opera sunt. Addit: *Omnis arbor non faciens fructum bonum, excidetur, & in ignem mittetur.* Infelix ratio. Iam, quod accidit arbori non ferenti fructus, accidit homini non facienti opera. nisi quod melior sit conditio arboris, quæ vstitutionis sensum nullum habet, nec ultra cineres viuit. in homine æternus ignis est, nec cineres nouit, nec poenarum moderationem.

Marc. 8.

Luc. 9.

Vnde meritò inclamat Dominus: *Quid proderit homini, si lucretur mundum totum, & detrimentum anima sua faciat?* & apud alium: *Quid proficit homo, si lucretur uniuersum mundum, se autem ipsum perdat, & detrimentum sui faciat?* & hoc æternum. cumq; lucrum momentaneum sit, poena æterna; peritum lucrum, non-moriturâ poenâ, quæ Deo cōmensuratur, quam fatuum est venari & amare!

Dominia
cruce pa-
tientia

Apoc. 12.

Septem
peccata
capitalia
in cruce
confregit.Philip. 2.
Isaie 53.
1. Cor. 1.

Considera denique pendentis in cruce patientiam inter hos crudelis & barbaros risus; neque quidquam remittenterem de amore in nos omnes: nec cedentem minis, monitis, sponsorshipibus diaboli, ut morte suâ nos eriperet è potestate illius, quâ tonebamur. Certe si usquam, omnem hîc malitiam & industriam suam euomuit diabolus, iuratissimus iam inde ab initio hostis salutis nostræ. De quo illud, Surrexit draco magnus rufus, habens capita septem & cornua decem. qui insecurus est mulierem partui proximam, filiumque illius, qui recturus erat Gentes. Per quæ capita non incongruè intelligi possunt septem peccata capitalia, quæ confregit in cruce Dominus.

Superbiam, humilitate & tolerantia contemptum. Vnde illud Domini de sead nos omnes: *Discite à me, quia misericordia mea est semper cum vobis.* & *Humiliatus semetipsum factus obediens usque ad mortem, mortem autem crucis.* & Isaiae: *Vidimus eum despissum, & nouissimum virorum, virum dolorum.* Et benè Paulus: *Predicamus Christum crucifixum, Judais quidem scandalum, Gentibus autem stultitiam.* ita omnium ore crux contempsa. *Avaritiam, nuditate extrema;* cum omnibus spoliatus, ac nec ultimæ quidem sanguinis guttae pepercere. *Luxuriam & carnis voluptatem,*

tem omnium membrorum vulneribus, doloribusque acerbissimis. vnde illud apud Prophetam: *Videte si est dolor sicut dolor meus. Inuidiam, amoris magnitudine, cum etiam pro hostibus pateretur, & Patrem pro ijs deprecaretur, & scelus minueret: Non sciunt quid faciunt. Gula, fellis & aceti potatione. Iram,* ^{Luc. 23.} mansuetudine: *Quasi agnus mansuetus, qui portatur ad victimam.* ^{Thren. 11.} & *Sicut ovis ad occisionem ducetur, & quasi agnus coram rudente se obmutescet, & non aperiet os suum. Acediam & ignauiam, fero ingenti quo tenebatur ad passionem. vnde illa: Desiderio desi- leraui hoc pascha manducare vobiscum, antequam patiar. Non ob aliam causam, quam quia ultimum erat, & crucifixum proximum, & via ad hanc. & Petro eximenti gladium, & amputanti auri culam serui Pontificis, dixit Christus, Mitte gladium tuum in* ^{Isaia 53.} *vaginam. calicem, quem dedit mihi Pater, non vis ut bibam illum?* quasi indignabundus de impedimento iniecto. Cornua deinde decem draco habuisse dicitur, quasi decem opposita via decem Decalogi preceptis. illa etiam in cruce morte sua oppressit, vitiorum omnium victor: haec firmauit sanguine & morte, ut essent in salutem aeternam. cum sine illius morte non essent profutura in vitam. Quod dixi de dracone, intelligenti etiam potest de bestia, cuius meminit Ioannes: quam dicit habuisse capita septem, & cornua decem, & super cornua decem dimata, & super capita nomina blasphemiae: cui dicit draconem dedisse virtutem suam, & potestatem magnam.

Sequuntur Euangelistae verba: *Ad IESVM cum venissent, ut videtur eum iam mortuum, unus militum lancea latus eius aperuit: & continuo exiuit sanguis & aqua.* Explauerat salutis nostrae opus: amore morte signauerat: victoram de morte moriendo retulerat: vitamque nobis morte sua reddiderat. neque enim victuri eramus, nisi mortuus fuisset. mortuus est: viximus. medicinam de serpente medici contra serpentum venena conficiunt. nobis medicinam Christus morte sua contra mortem fecit. Res omnibus saeculis inaudita, nullis audienda: ut mors vnius mortem omnium pelleret, vitam daret. tamquam si

P pp. vnius

**Amor
Christi ex-
ga nos quā
lit prodi-
gus.**

**Lanceā cor-
eis aper-
tum est.**

vniuersis mortuis, mortuis omnibus esset pro anima. Vide deinde in Christo peccatis amoris prodigum. profuderat, quidquid virium, vita, animarumque habebat. non stetit tamen hic amot. non didicit stare, si amot est. non magis quam ignis. & tamen quid daret mortuus? omnia dederat. vestes, sudorem, lacrymas, sanguinem, animam. aliquid tamen cum sensisset amor reliqui esse, circa cor, sanguinis & aquæ, utrumque datur voluit, ne quidquam sibi reseruasse videretur, aut amato negasse, aut subtraxisse. Lancea ergo latus aperiti voluit, ut hac viam profunderet, quidquid amor corde condidet. Nam, cum reliqua omnia corporis patet per vulnera, solumque cor clausum teneretur, reserati cor amor voluit, sedem suam, in quam amatum admitteret. aperuerunt pedes & manus clavi, caput spinæ, corpus vniuersum verbena. supererat cor inuulneratum hactenus. laticeam inuenit amor. ita ingeniosus semper est, ut te ipsum perdat, quod amatum seruet. Nam, cum minora essent pedum & manuum vulnera: nec facile per haec aditus magnis peccatorum mokibus onustis pateret, totum latus lancea reseravit, aditum quantumvis onusto facturus. cum vero nobilissimum in homine cor sit, quod nobilissimum habuit, dare nobis voluit. noluit integrum dare. & quod mihi cor clausum? dedit secundum. quod facilius pateret aditus ad cordis intima, ad magistris affloris sedem. Fruamur haec, dum licet. licet semper. & spernamus generosè, quidquid exulat ab hoc corde: cum in hoc uno salus omnium sit, & numquam mortuata vita.

C A P V T XIII

De septem verbis in cruce prolatis. De Primo:

**R.
Luc. 23.
Dominus
orat in.**

CONSIDER A Primo, illa Euangelistæ: Pater dimitte illi: non enim sciunt quid faciunt. Orat pro hostibus, pro persecutibus, illudentibus, blasphemantibus, interimentibus. & excusat pec-

peccatum; causamq; accexit, ignorantiam, q̄m veniam mereatur. Vnde etiā illud A postoli: Si enim cognosserent, numquā Domini gloria crucifigissent. & illud Petri: Scio, quia per ignorantiam fecisti, sicut & Principes vestri. Planè per ignorantiam. Laborat ignorantia hac omnis infidelis: nec grauior vlla est. neque q̄dā maiores tenebris infidelitatis esse possunt; cūm omni fundamento luminis vniuersitatisq; caelestis careant, omniq; omnino divino lumine destituātur, profundissime infidelitatis nostri insepulti. quo maiores Deo gratias debemus, quibus Christiana dies illuxit, quorumque pectora magnus veritatis sol optatā luce suā collustrauit. Ad quos illa Apostoli sunt: Ut iam non ambuletis, sicut & Gentes ambulat̄ in vanitate sensus sui, tenebris obscuratum habentes intellectum, alienati à vita Dei, per ignorantiam que est in illis, propter cæcitatem cordis ipsorum. Prudenter monet fideles omnes, ne ambulent in vanitate sensus sui, Gentilium more: sed in ijs, quæ à Domino acceperunt, à quibus omnis exulat vanitas. neque in ijs, quæ sibi singuli Gentium de morte fabricarunt: sed in ijs, quæ à Deo tradita. Addit obscuratum Gentium intellectum tenebris, alienosque à vita per ignorantiam, & cordis cæcitatem: cūm omni interno animorum lumine destituti sint. quo sit, ut tamquam in tenebris gradientes, ibi caput, alibi pedes & manus illidant, torso etiam impingant corpore. Atque hinc ab eodem monemur: Nolite ergo 2.Cor. 6. ducere cum infidelibus. que enim participatio iustitiae cum iniquitate? aut que societas luci ad tenebras? que autem conuentio Christi ad Belial? Omnino nulla: quo maiores debemus gratias Christo, à quo ex infidelitatis tenebris ad lucem vocati sumus. Iuxta illud Isaïæ: Dedi te in lucem Gentium, ut apertis oculis cecorum, Isaia 42. & educeres de conclusione vniuersitatis, de domo carceris sedentes in tenebris. & illud eiusdem: Populus, qui ambulabat in tenebris, vidiit Isaia 9. lucem magnam: habentesq; in regione umbra moreis, lux orta est eis. Lux magna: quam post fidem semet acceptam sola peccata depellunt, cūm pro luce noctem inducunt, pro scientia ignorantiam. Correspondit idem Iudeus, qui alienissimi à fide, longis

P p p z simè

Indorum
 cæcitas &
 tenebrae.
 simè à veritate aberrant, obcæcatum habentes cor denses-
 simâ nocte: remotissimi ab omni cælesti die, dum sibi nouum
 solem, Messiam nouum figurant; ad verum solem, Messiam
 verum, tenebrescentes: Mosaicis, veterisque legis ceremonijs
 irretiti, longeque maiori nocte, densioribusque, quam olim
 Ægyptij, tenebris inuoluti. Quod eo miserius & infelicius,
 quo in medio ipsi sole nati: aut verius, in illorum medio, sol
 exortus, quicquid vnde longè latèque, & quâ patet orbis
 universus, radijs suis collustraret. cum ipse è tanta vicinitate,
 nihil præter tenebras, omnium quæ vñquam fuerunt denses-
 simas sentirent: quas etiam in omnem posteritatem suam,
 cum infortunato semine diffundenter. tenebant manibus
 ipsum solem, qui ingenti & in ætates inaudito miraculorum,
 eruditio[n]is, omniumque virtutum luminae fortissimè oculos
 mentesque illorum percutiebat. sed irrito conatu: cum non
 penetraret hæc lux tam spissas voluntarias tenebras, quæ illu-
 strari nolebant, fortiusque radios omnes repellebant, quâna
 immittebantur. Atque hinc Apostolus verè: *Obrui sunt sensus*
eorum. & V[er]o que in hodiernum diem volamen positum est super cor eo-
rūm. Ut illud Sapientis dici de illis possit: *Omnis orbis terrarum*
līmpido illuminabatur lumine; & non impeditis operibus continebatur
sobis. autem illis superposita erat grauis nox, imago tenebrarum, qua
superuentura illis erat: ipsi ergo sibi erant grauiores tenebris. Eadem
 videbis in omnium sæculorum & ætatum hæreticis: qui fidei
 lumen Baptismo infusum, ultra accessus euocatisq[ue] tenebris
 obtenebrarunt: habent illi quidem Euangeliū, solem ma-
 gnūm; sed tantis illud propriorum iudiciorū nubibus obuol-
 uunt, ut nihil illi soli luminis reliquum relinquant: aut ve-
 riùs, ab omni se illius luce scientes volentesque excludant.
 De quibus monemur ab Apostolo: *Hæreticum hominem post v-*
nam & secundam correptionem deuita: sciens. quia submersus est, &
delinquit; cum sit proprio iudicio condemnatus. suo nimis iudi-
cio damnatus, suo à lumine exclusus. De quibus verissimè il-
 lud Ioannis dici potest: *In tenebris est, & in tenebris ambulat, &*
noescit.

2.Cor.3.
 Sap.17.
 Heretico-
 rum tene-
 bræ & ce-
 citas.
 Tit.3.
 2.Dan.2.

nescit quò eat, quia tenebrae obcaecauerunt oculos eius. De quibus il-
lud eiusdem est: Si quis venit ad vos, & hanc doctrinam non affert,^{2. Ioan.}
nolite recipere eum in domum, nec Ave ei dixeritis. qui enim dicit illi
Ave, communicat operibus eius malignis. Grauis sententia; sed vera.
& præmonemur à Paulo: Nemo vos seducat in anib[us] verbis: pro-^{Ephes. 5.}
pter hæc enim venit ira Dei in filios diffidentiæ. nolite ergo effici parti-
cipes eorum, nolite communicare operibus infructuosis tenebrarum,
magis autem redarguite. Peccator etiam omnis in obscuris habi-
tat, & magnâ ignorantia laborat, sui, Dei, periculorum, utriusq[ue] æternitatis. Et quis diuinam cogitans potentiam, præsen-
tiam, vitam omni momento pendulam, pœnarum criminis
debitarum æternitatem, grauitatem, æternæ beatitatis exilia,
laberetur? quis in oculis magni Dei punienda meditaretur; si
non graui teneretur futurorum ignoratione? aut quis con-
fcius magnitudinis peccati, & damnorum quæ secum trahit,
ultrò se illi daret, & nobilissimam animam ad imaginem Dei
figulatam, cælestium heredem, diabolo infestissimo hosti se
subderet? quis ob volaticam voluptatem, ob fugitives hono-
res, perituras opes, æternitatis se periculo exponeret, si aut il-
lorum tenuitatem, aut huius grauitatem intueretur? Ignora-
tione proinde quadam tamquam densa nube inuolutus, om-
nis peccator est, ut diem non videat. de quo illud Sapientis:
Qui relinquunt iter rectum, & ambulant per vias tenebrofas: qui la-^{Prou. 2.}
tantur cum malefecerint, & exultant in rebus pessimis: quorum vie
peruersæ sunt; & infames gressus eorum. & alibi: Fustorum semita,^{Prou. 4.}
quasi lux splendens, procedit & crescit usque ad perfectam diem. via
impiorum tenebrosa: nesciunt ubi corrunt. Quid? quod impij ode-
rint lucem, iuxta illud Ioannis: Dilexerunt homines magis tenebras,^{Cap. 3.}
quam lucem: erant enim eorum mala opera. omnis enim qui male agit,
odit lucem, & non venit ad lucem. Quod & fatentur impij: Erra-^{Sep. 5.}
simus à via veritatis, & iniustitia lumen non luxit nobis, & sol intelli-
gentiae non est ortus nobis. Nimirum in ignoratione & tenebris
ambularunt, densissimâ peccatorum nocte circumfusi. Vnde
illud Psalmista: Nesciarunt, neque intellexerunt, in tenebris ambu-^{Psalm. 84.}
lant.

- Ecli. 11.* *Lant.* & illud Eccles. Error & tenebre peccatoribus concreata sunt.
& 21. & eiusdem: *Via peccantium complanata lapidibus;* & in fine illorum
inferi, & tenebrae, & pœna. Durissimis omnino complanata pecca-
 torum lapidibus. & sanè duriora saxis scelera sunt, & pecca-
 toris omne cor saxeum reddunt: & è molli, carneo, suavi a-
 sperum, lapideum & scabrum statuunt. inde etiam ignoratio
 & tenebrae Ægyptijs densiores, quibus peccantium animi
 circumsepti, & tamquam grauissimam nebulam obseculi tenentur.
 succeduntque his vitæ huius tenebris, numquam apud infes-
 ros morituræ pœnarum tenebræ æternarum. Atque hiac illæ
Isiae 59. apud Isaiam impiorum nimis veræ voces: *Expectauimus lu-
 cem, & ecce tenebra; splendorem, & in tenebris ambulauimus. palpa-
 uimus sicut caci parietem, & quasi absque oculis atrectauimus: im-
 pegimus meridie quasi in tenebris, in caliginosis quasi mortui. Igne-
 rantiæ, cæcitatis, & tenebrarum harum causam reddunt. Mul-
 tiplicatae sunt enim iniuriantes nostra coram te, & peccata nostra re-
 sponderunt nobis, quia scelera nostra nobiscum. Quia scelera, ideo &
 tenebrae, & nox alta, & densissima cæcitas. Meminit huius So-
Cap. 1. phonias: *Ambulabunt ut caci, quia Dominus peccauerunt.* & Iob:
Cap. 12. *Palpabunt, quasi in tenebris, & non in luce, & errare eos faciet quasi
 ebris.* in via veritatis & cælorum, in qua peccator omnis am-
 bulat vtebrius, dubijs & semperfalentibus passibus. De Pha-
 risæis verò ambulantibus in tenebris Dominus ipse apud
Cap. 3. Marcum: *Circumspiciens eos cum ira, contristatus super cæcitatem cor-
 dis eorum.* Scelera hanc pepererant, extincto primo cordis
 lumine, quo ante peccatum collustrabantur. & apud Mat-
 thæum: *Caci sunt, & duces cæcorum. cæcus autem si caco ducatur
 præbeat, ambo in foueam cadunt.* Impius impio quem ducatum,
 nisi impium, & à via aberrantem, præbeat, à cælo nimirum &
 Deo recendentem, & ad interitum ducentem? Et fortiter Pha-
 risæos increpans apud eumdem: *Duces caci, excolantes calicem,*
*Pharisæorum tene-
 brosa cali-
 go.* *cap. 15.* *camelum autem glutientes.* Pharisæe cace, munda prius quod intus est
 calicis & paropsidis, ut fiat id quod deorsis est, mundum. aforis qui-
 dem paretis hominibus iusti, intus autem pleni estis hypocrisi & ins-
 quitate.*

quitate. serpentes geniminae viperarum, quomodo fugietis à indicio gehennæ? Induxerant hanc ignorantiam & cæcitatem scelera, quibus interiora illorum obsessa tenebantur. Lupi intrinsecus rapaces, sub externa ouilla pelle: sepulchra dealbata, plena intus spurcitiâ, & mortuorum ossibus. verè enim animo peccatis mortui erant. neque illa mors perniciösior aut detrior, animæ. viuere tales arbitreris, si corporis functiones intuearis: si animæ, mortuos reperies. occiderunt scelera. Quidquid impios, serpentes, & viperarum dicat genimina? germina & semina sunt primi illius serpentis, à quo omnium scelerum initium. Infelicissima peccatorū omnium conditio. ambulare in tenebris, cæcos esse, hypocritas, inter mortuos numerati, inter serpentes & viperas, gehennæ denique adiudiari æternū. Et de hoc hominum genere Propheta: *Vae qui Isaie 29.*

profundi estis corda, ut à Domino abscondatis consilium: quorū sunt in tenebris opera, et dicunt, Quis videt nos? et quis nouit nos? peruersa est hæc vestra cogitatio. quasi si latum contra figulum cogitet, et dicat opus factori suo, Non fecisti me. et figuramentum dicat factori suo, Non intelligis. Arbitreris in Pharisæos dictum. qui in profunda nocte ambulantes, regere dicta, facta, consilia sua sperabant posse: & iisdem tenebris tamquam retibus irretiri Dominum. Sed frustra obijciunt tenebras suas Christo soli, de quo illud: *Oculi Domini multo plus lucidiores sunt super solem, circa Eccl. 23.* cum spicientes omnes vias hominam, et profundum abyssi, et hominum corda inuenientes in absconditas partes. Frustra illi mentis ostia claudimus, cui nihil clausum: frustra obijcimus noctem, cui nulla nox est, dies sunt omnia.

Pharisæis similes, cæci, & mentis lumine destituti sunt, & in magna rerum ignoratione versantur, qui omne suum studium parandis sacerduli honoribus impeditunt: qui amant primos recubitus in cœnis, et primas cathedras in synagogis, et salutationes Mat. 23. in foro, et vocari ab hominibus Rabbi. Cùm per Prophetam suum fortiter talibus interminetur Dominus: *Dies Domini exercituum Isaie 2.* super omnem superbium, et exzellentem, et super omnem arrogantem: et humili-

II.

Seculariū
magna cæ-
citas &
ignoratiā.

- humiliabitur. & saper omnes cedros Libani sublimes & erectas, & super omnes quercus Basan, & super omnes montes excelsos, & super omnes colles eleuatos, & super omnem turrim excelsam, & super omnem Malach. 4. myrum munitum. & per alium: Ecce dies veniet succensa quasi campanis: & erunt omnes superbi, & omnes facientes impietatem, stipula: & inflammabit eos dies veniens, que non derelinquet eis radicem & germe. Subiungit: Et orietur nobis timentibus nomen meum sol iustitiae. cum impij. & sublimes inuoluerentur tenebris, & nimis altâ depresso iacerent nocte. Addit: Et calcabitis impios, cum fuerint cini sub planta pedum vestrorum, in die qua ego facio, dicit Dominus exercituum. Impij & exaltati, & honoribus tumentes, & cedrorum instar sublimes, & erecti ut quercus, eleuati ut colles, ut turre, ut montes, redigentur in cineres, & audient puluis pedum iustorum; quibus dies & iustitiae sol illuxit.
- Baruch 5. Monemur huius apud alium: Constituit Deus humiliare omnem montem excelsum, & rupes pereunes, & conualles replere in equalitate terrae. & alibi: Ego Dominus humiliavi lignum sublime, & siccaui lignum viride, & frondere feci lignum aridum. Dominus est, qui humiliat, & qui exaltat: humiliat sublimes, exaltat humiles. Domum enim superbiorum demolietur Dominus. & Ponit humiles in sublime. Vnde illud Psalmista: Quoniam tu populum humilem Isaiæ 40. saluum facies, & oculos superbiorum humiliabis. & illud Isaiæ: Omnis vallis exaltabitur, & omnis mons & collis humiliabitur: & erunt prauia in directa, & aspera in vias planas. Addit: Omnis caro fænum, & omnis gloria eius quasi flos agri: exsiccatum est fænum, & cecidit flos, quia spiritus Domini sufflavit in eo. & alias: Erunt sicut paleæ ante faciem venti, & sicut fauilla quam turbo dispergit. Quis hoc intelliget virorum sæculo magnorum: ô quam spissâ laborant profuturarum rerum ignoratione! caligantque ad hæc oculi, & profunda nox eos tenet. nec nisi serâ pœnitudine & luce inclamat: Quid nobis profuit superbia? aut dinitiarum iactantia quid contulit nobis? transferunt omnia illa tamquam umbra, & tamquam nuncius percurrent, & tamquam nauis, que pertransit fluctuantem aquam; cuius, cum preterierit, non est vestigium inuenire. Miserrimum
- Prou. 15.
Iob 5.
Psal. 17.
Isaia 40.
Job 21.
Sap. 5.

rum non profuturâ hæc prudentiâ videri; nec antè oculos aperiri, aut lucem antè ostendi, quæm in die nullâ arte medicabilis quanto prudentiâ feliciterque antè illa præuidiunt. sed nimirū cæcutiebant ad illas Domini minas: *Laus impiorum brevis, & gaudium hypocrite ad instar puncti. si ascenderit usque ad calum superbia eius, & caput eius nubes terigerit, quasi sterquilinum in fine perdetur: ex: qui cum viderat, dicent: Vnde est? velut somnium anolans non invenietur: transire sicut visio nocturna: oculus, quem viderat, non videbit: neque ultra intuebitur eum locus suus.* O nimis breue gaudiū! laus breuis ab honore veniens! instar puncti dignitas omnis, cuius finis sterquilinum, fructio, somnus, & nocturna visio dominum suum fallens. quæ certitudo somnij? quæ magnitudo puncti? quæ dignatio sterquilinij? Et in his maxima pars hominum sudat, astatem consumit, valedicinem macerat, animam projicit, salutem prodigit, non morituras in omne ævum pœnas accersit. Potestne cæcitas reperiiri maior? aut densiores timeri tenebrae? aut nox profundior?

Nisi fors comparandarum diuinarum ignoratio & cæcitas III.
non minor. de quibus monet Apostolus: *Glorietur frater hu- Iacob. i.*
*milis in exaltatione sua: diues autem in humilitate sua, quoniam sicut Diuitias
flos fæni transibit: exortus est enim sol cum ardore, & arescit fænum,* consecuta-
tum cæci-
tas.
& flos eius decidit, & decor vultus eius deperiit: ita & diues in itineribus suis marcescat. Fæno, & flori illius, diuitias & diuitem comparat. Quid leuius fæno? quid flore illius fragilius? Fortius de-
in intonat in omnem diuitem: *Agite nunc diuites, plorate vulan-* Cap. 5.
tes in miserijs vestris, quæ aduenient vobis. diuitia vestra putrefacta sunt: thesaurizasti vobis iram in nouissimis diebus. Infelix opum commutatio, in lamenta, ploratus, v lulatus, in miseras, in putrefactionem, in nouissimæ diei iram, æternâ pœnarum sententiâ signandam, ut non immerito inclamet Apostolus: *Qui I. Tim. 6.*
volunt diuites fieri, incidunt in tentationem, & in laqueum diaboli,
& desideria multa inutilia, & nocua, quæ mergunt homines in infernum & perditionem. Grauis res. exitusque infortunatus diuitia-
Q q q uitia.

uitiarum, diaboli laqueo irretiri, mergique in infernum & perditionem. Allusisse ad hoc videtur Dominus apud Marcum:

Cap. 10. *Quam difficile est, confidentes in pecunias, in regnum Dei intrare!* & apud Lucam: *Quam difficile quis pecunias habent, in regnum Dei intrabunt: facilius est enim camelum per foramen acus transire, quam diutinem intrare in regnum Dei.*

Dura sententia, sed vera: quia Dei pecuniarum fiducia & possessio, quantum impedimentum cælorum consecutioni iniicit! & quis credat, camelum acus foramen transire posse? hoc qui credat, omnia credat. & tamen facilior camelo transitus per foramen acus est, quam homini per opes ad cælorum regna. Mentiri non potest, qui hoc dixit. falli non potest. & quis divitiam hoc credat? cœciunt omnes ad hanc veritatem, & insepulti diuitiarum tenebris, ignorant lucem sententiarum Domini. nec cogitant il-

Cap. 27. *Dives cum dormierit, nihil secum auferet: aperiet oculos suos, & nihil inueniet: apprehendat eum quasi aqua inopiae, nocte opprimes eum tempestas: tollit eum ventus urens, & auferet, & velut turborapiet eum de loco suo.* Et vident tamen hæc fieri; nec credunt. vident tot undique diuitiam mortes, nudosque redire, qui nudii venerant; obruique subito morte, tamquam flumine; perfundique per mortem inopiâ, tamquam aquâ; mediisque noctibus, conuiuijs, deliciisq; medijs, tamquam subortâ inter malaciam tempestate rapi & forberi. nec vident tamen, neque enim hæc in animum dimittunt: aut paria timent. neque tot funestis omnium ætatum exemplis tententur, aut in melius mutantur. Minus etiam credunt illud Iacob: *Nonne Deus elegit pauperes in hoc mundo, diuitias in fide, & heredes regni, quod remisit Deus diligentiibus se?* Sed neque ipsi Deo fidem adhibent. audiunt quidem dicentem: *Beatis pauperes spiritu; quoniam ipsorum est regnum cælorum.* Sc, *Beati pauperes, quia vestrum est regnum Dei.* Sed non credunt. sequerentur, si crederent. non sequi, incredulitatis signum est. nam quis credat cælorum regna esse, & non amet illa, non ambiat? quis amet, & paupertatem non amet, quâ parari illa & emi certò posse, Veritas te-

**Divites di-
uinas mo-
nitias non
credunt.**

Cap. 2. *Beatis pauperes spiritu; quoniam ipsorum est regnum cælorum.* Sc, *Beati pauperes, quia vestrum est regnum Dei.* Sed non credunt. sequerentur, si crederent. non sequi, incredulitatis signum est. nam quis credat cælorum regna esse, & non amet illa, non ambiat? quis amet, & paupertatem non amet, quâ parari illa & emi certò posse, Veritas te-

Mat. 5. *ipsum est regnum cælorum.* Sc, *Beati pauperes, quia vestrum est regnum Dei.* Sed non credunt. sequerentur, si crederent. non sequi, incredulitatis signum est. nam quis credat cælorum regna esse, & non amet illa, non ambiat? quis amet, & paupertatem non amet, quâ parari illa & emi certò posse, Veritas te-

Luc. 6. *ipsum est regnum cælorum.* Sc, *Beati pauperes, quia vestrum est regnum Dei.* Sed non credunt. sequerentur, si crederent. non sequi, incredulitatis signum est. nam quis credat cælorum regna esse, & non amet illa, non ambiat? quis amet, & paupertatem non amet, quâ parari illa & emi certò posse, Veritas te-

statur?

statur? Quid? quod hinc etiam remuneretur Deus paupertatis amatores. Nemo enim est, qui reliquit domum, aut parentes, aut fratres, aut uxorem, aut filios propter regnum Dei; & non accipiat multò plura in hoc tempore, & in seculo venturo vitam eternam. Verba Dei sunt: mentiri possumus omnes: non potest Deus. verum quām pauci credunt Deo affirmanti! amplectentur paupertatem æternæ vitæ donatricem, si crederent. at nimis altis obuoluuntur tenebris, & peccatorum profundâ nimium cæcitate percussi iacent. Errauerunt: excauit enim illos malitia eo-
rum, ut veritatem ore Dominico prolatam non viderent. O, si diuites in tenebris suis sequantur monentem Prophetam!

Frange esfienti panem tuum, & egenos vagosque induc in domum Isiae 58.
cum videris nudum, opert eum. tunc erumpet quasi manè lu-
mē tuum. cum effuderis esfienti animam tuam, & animam afflictam
repleueris, orietur in tenebris lux tua, & tenebrae tuae erunt sicut meri-
dies. & implebit splendoribus animam tuum: & eris quasi hortus ir-
riguus, & sicut fons aquarum, cuius non deficient aquæ. Magna vis
eleemosynarum. quæ tenebras vertunt in meridiem, noctem
in diem, aridum solum in hortum irriguum, siccitatē in fon-
tes non deficientium aquarum. Facit hoc, dum ex consilio
Prophetæ, Peccata tua eleemosynis redime, diues peccata sua eleë- Dan. 4.
mosynis redimit & abluit, tenebrasq; peccato illatas detergit.

Neque foedarum corporis voluptatum ignoratio & cæci- IV.
 tas inferior, si non maior. hinc illæ impurorum voces: *Vino* sap. 2.
pretioso & vnguentis nos impleamus; & non prætereat nos flos tempo-
ris. coronemus nos rosis, antequam marcescant: nullum pratum sit, Voluptates
quæritan-
quod non pertranscat luxuria nostra. nemo nostrum exsors sit luxurie *tum igne-*
nostriæ: ubique relinquamus signa lœtitiae: quoniam hec est pars nostra, *rantia &*
& hæc est fors. Nec multò post improvidâ oppressi morte, præ
angustia spiritus gementes: Errauimus à via veritatis, & sol intelli-
gentiae non est ortus nobis; ferò inclamant, insensati olim & cæci.
vnde etiam illa Sapientis verba: Latare iuuenis in adolescentia Ecles. II.
tua, & in bono sit cor tuum in diebus iuuentutis tue, & ambula in viis
cordis tui, & in intuitu oculorum tuorum; & scito, quod pro omnibus
Qqq 2 his

- bis adducet te Deus in iudicium. Grauissimum iudicium, quale
accidit diuini, qui induetur purpurā & byso, & epulabatur quo-
tidie splendide. Cui post illa verba: Pater Abraham, miserere mei, &
mitte Lazarum, ut intingat extremum digiti sui in aquam, ut refri-
geret linguam meam, quia crucior in hac flamma; responsum est:
Recordare quia receperisti bona in vita tua, & Lazarus similiter ma-
la. nunc autem hic consolatur, tu vero cruciaris. Misera in diuite
commutatio & fatua, periturorum bonorum cum poenitentia
& aduersitatum cum aeternis bonis! sapiens delectus La-
zari, stultus Epulonis. tenuit ille salutis viam, à qua diues
aberrauit. O nimis fatuus error, in illum se coniungere locum,
in quo medias inter flamas, extreimi digiti in aeternum hu-
mectatio negetur! Verè à Propheta dictum: Qui vescebantur
voluptuosè, interierunt in viis: qui nutriebantur in crocēs, amplexa-
ti sunt stercora. In medio voluptatum suarum cursu extincti,
amplexati post hanc vitam stercora, inferorum sordes, quæ fa-
ctæ illis in cibum & potum. Imò & in hac vita amplexati sunt
stercora. neque enim rebus alijs propriis comparari corporis
voluptates possunt, quæ ferè latinarum receptaculis transi-
guntur, & cum bestiis homini cōmunes sunt. De matrimonio
nihil dico: audiamus Apostolū: Qui matrimonio iungit virginem
suum, bene facit. Quis damnet addit: Et qui non iungit, melius fa-
cit. Hābemus sententiam Apostoli. quam pauci hoc vident!
quam pauci probant, & sequuntur! subiungit: Dica non nuptis
& viduis: bonum est illis, si sic permaneant. Cæcutiunt hic pler-
ique, nec vident, nec monentem audiunt. Sequitur: Quod si non
se continent, nubant: melius est enim nubere, quam viri Miserum bo-
num. quod non nisi compositum flammis, bonum dici po-
test. flammis nimirum malum minus, vstione minus. Agno-
uerat hoc videratque, qui exclamabat: O quād pulchra est casta
generatio cum claritate! immortalis est enim memoria illius: quoniam
& apud Deum nota est, & apud homines. cùm presens est, imitan-
tur illam: & desiderant eam, cùm se eduxerit; & in perpetuum cora-
nata.*
- Castitatis
præstantia.*
- Sap. 4.*

nata triumphat in coinquinatorum certaminum præmium vincens.
 Hæc ille Rex, qui nihil animo suo & voluptati negauerat.
 quo validius argumentum est prestantiæ castitatis. pulchritu-
 dinem illius laudat, immortalē memoriam prædicat, Deo
 hominibusq; gratam: præsentemq; iuxta ac absentem com-
 mendat: coronâ, triumphis, præmio æternat. Audiamus sacer-
 dorum summum. Ioacimum populi illius, cuius benedictio-
 nis pars magna matrimonij & liberis absoluerebatur. *Tu glori* Iudib 15.
Jerusalem, tu letitia Israel, tu honorificentia populi nostri. Causam
 huius subiungit: *Quia fecisti viriliter, & confortatum est cor tuum.*
 Animi & roboris huius causam tradit: *Eò quod castitatem ama-
 veris, & post virum tuum, alterum nescieris: ideo & manus Domini
 confortauit te, & ideo ex ea benedicta in eternum.* A castitate hæc be-
 nedictio & fortitudo. & quidem à viduali castitate: Quanta
 esset ab integra & virginali? potuit illa in femineo pectore &
 manu viriles animos excitare, & viris omnibus superiorem
 facere feminam: docuitq; audere castitas, addiditq; felicitatē.
 in medio maximi exercitus, Assyriorum ducem sola aggredi
 mulier audet: deerat ferrum: inuenit castitas. nudare docuit,
 ferire, robustissimiq; ducis cervices præscindere. Olim Lucre-
 tia, non ausa admittere violatoris ferrum, admiserat suum. sed
 antè virum passa non fuisset, nî alienum ferrum timuerit,
 quæ non timuit suum. & Ianè fortius alieno cecidisset, quam
 suo. & cecidisset castius. Fortior Judith nostra, cum corpus ca-
 stitate armasset, & alterū nesciret: amatoris sui ferro castas ar-
 mavit manus, & in uiolata viatrix stetit; & tot antè gentium
 domitorem una mulier casta domuit. Confirmat hoc eadem
 Scriptura: *Praelatior erat mulier a terra Israël. erat etiam virtutis* Iudib 16.
castitas adiuncta. Magnum in eo populo, apud quem ignorata
 integritas, & abominata sterilitas, tam validè castitatem lau-
 dari: & huic vni Holofernis cædem, exercitus fugam, victoriā
 triumphumq; Israelis de Affyrijs tribui. Meminat etiā virtutis
 huius Zacharias: *Quid bonū eius est; & quid pulchrū vius; nisi frumē-* Cap 9.
tum electorū, & vinum germinans virgines? Vinum nimis natum.

Q q q 3

ab

- Iean. 15.* ab eo, qui de seipso dicit: *Ego sum vritis, vos palmites.* & de quo
Cantic. 1. sponsa in castitatis suæ thalamo: *Botrus cypri dilectus meus mibi.*
Ab illa vite naræ virgines. neque enim à casta vite, alia quæna
Deut. 32. virgines; castæ à casta. nam de libidinosa, Scriptura: *Vix coram*
vua fellis, & botri amarissimi: fel draconum vinum eorum, & vene-
nrum aspidum insanabile. Magna etiam castitati tribuerat Dauid:
Psal. 33. *Quis ascendet in montem Domini? aut quis stabit in loco sancto eius?*
Innocens manibus, & mundo corde. A mundo corde, innocentes
& castæ veniunt cogitationes, è quibus castæ manus. confir-
Matt. 5. mat Dominus Prophetæ sui vaticinium: *Beati mundo corde, quo-*
niam ipsi Deum videbunt. in monte nimirum Domini, & in lo-
Ecli. 26. co sancto eius. Ut merito dixerit Sapiens: *Omnis ponderatio non*
est digna continentis animæ. De continentibus enim dici potest,
Psal. 35. *Inebriabuntur ab ubertate domus tue, & torrente voluptatis tue po-*
tabis eos. quopiam apud te est fons vita, & in lumine tuo videbimus
lumen. Contingit hoc omnibus videntibus Deum. quo magis
Matt. 5. continentibus, quibus singulari prærogatiæ tribuitur, *Quo-*
niam ipsi Deum videbunt. Quis hoc sæculi prudentum credat?
Sequerentur, si credent. nunc densâ voluptatis nebulâ cir-
cumfessi tenentur. quo fit, ut castitatis pulchritudinē non vi-
deant, non intelligant, non sequantur. sunt enim filij sæculi
huius, de quibus Saluator: Filii huius sæculi nubunt, & traduntur
ad nuptias: illi vero qui digni habebuntur secundo illo, & resurrec-
tione ex mortuis, neque nubent, neque ducent uxores: neque enim ultra
mori poterunt: & quales enim angelis sunt, & sunt filij Dei, cum sint
filij resurrectionis. Vides hic castos, & quari angelis, & peculiari
filiorum Dei nomine insigniri. vides etiam nuptias exulare
cælo; ac non obscure indicari, mori posse, & excidere cælo, si
matrimonio iuagerentur. vides denique eos, qui castitatem
hic profitentur, angelicam in terris vitam ducere, & angelicæ
hic quasi formam induere, & angelica hic veste indui ac
superuestiri. ut magnam intelligas castitatis siue in terris, siue
in cælo prærogatiæ. Quam etiam expressit Ioannes cantici
Apocal. 14. nomine: *Et audius vocem de cælo, sicut citharædorum citharizan-*
tium
- Casti-*
quantur
angelis.

zum in citharis suis. Et cantabant quasi canticum nouum: Et nemo poterat dicere canticum, nisi illa centum quadraginta quatuor milia, qui empti sunt de terra. Hi sunt, qui cum maleribus non sunt coinqi-
nati: virgines enim sunt. hi sequuntur Agnum, quocumque ierit. hi
empti sunt ex hominibus primitie Deo & Agno: Et in ore eorum non
est inuentum mendacium: sine macula enim sunt ante thronum Dei.

Magna nimis virginum in celo prærogatiua canticum Deo ^{Eorum in}
cantare reliqua: Sanctorum negatum; Agnum sequi, quo-^{celo præ-}
^{rogatiua.}

cumque ierit; primitias votari magni Dei, ante thronum Dei
stare, ac de propinquitate illius censi. verum magnæ hic te-
nebrae sæculi huius amatoribus. Videamus quid dicat Apo-

stolus. *Lætare steriles, quæ non paris: erumpere & clama, quæ non partu-* Gal. 4.

ris: quia multi filij desertæ, magis quam eius quæ habet virum. Ad

virgines Apostolo verba. ad illas quæ ignorant virum, quæ
voluntate, non naturâ steriles, maturitatem suam sponsarunt

Deo. ad cuius thalamum & vbera inuitatae, ad casta vicissim
audent inuitare Deum cubilia. *Introducam illum in cubiculum ge-* Cant. 3.

nitricis meæ. Et exinde ab vbera, *Dabo tibi vbera mea. pro lacte,* Cant. 7.

casto amore distenta. Sed & audent osculum deposcere. *Oscu-* Cant. 1.

letur me osculo oris sūt. Audaciam hanc castitas inflabellauit, &

timidis animos addidit; & paria propè Deo audere docuit. Iam,

multos filios desertæ quis credat, nisi Apostolus dicat? Nam

quod inquam desertum fœcundum, nisi fors sterilium are-

narum? & nomen ipsum testatur. & tamen multi filij desertæ.

destitutæ nimirum viro, animarum & cordium fœcundantur

filijs: castarum cogitationū & operum, quæ illis pro filijs. nam

non corpus tantum, sed & anima gignit. & non Deus ab æter-

no Filium genuit? animæ proinde filiij, operationes illius sunt.

quæ in virginibus soli Deo notis, castæ cogitationes sunt, qui-

bis deliciatur Deus: cùm deliciae illius sint, esse cum filijs ho-

minum! maximè cum ijs, quæ omnem alium virum nesciunt.

ad quas illa illius verba: *Surge amica mea, speciosa mea.* hæc Cant. 2.

Deus ad eam quæ virginem suam intactam seruauit. Hoc et-

iam hic notandum: deserta plurima maximaque, multis ali-

quando

Heb. II.

Cap. 54.

Sterilium
æterna
generatio.

quando Virginum millibus habitata: & quæ antea audiebant inhospita loca, immenso Virginum numero culta fuisse. vt ingētes solitudines versæ sint in Virginum tabernacula, è quibus illi quorum meminit Apostolus: *Quibus dignus non erat mundus, in solitudinibus errantes.* vt non amplis ciuitatibus, sed integris componi prouincijs deserta possent: & quæ antè audiebant, frustra ager, centenis Virginum millibus fœcundarentur. Audiamus Isaiam. *Lauda sterilis quæ non paris, decanta laudem: dilatā locum tentorij tut, & pelles tabernaculorum tuorum extende. ad dexteram enim & ad laevam penetrabis: & semen tuum Gentes hereditabit, & cinitates desertas inhabitabit.* In laudem & incantica prouocat sterilem, quæ ignara viri, ignara stetit & prolium, & vult hanc dilatare tentoria, & tabernaculorum suorum pelles extendere. idq; ad dexterā & laevam. Addit: *Semen tuum hereditabit Gentes, Gentium loca, & cinitates desertas ab ijs quæ viris iunctæ, inhabitabit.* Sed qui sterilis semen diffundetur in Gentes, & desertas explebit ciuitates? felix sterilitas, quæ celsantibus puerperijs, æternam mundo profert generationem. Factum in tot Virginum millibus, quæ se vni Deo dicarunt: quæ omni semper sacerculo, mutuo sibi succedentes, orbem repleuerunt, virorum ignorare. Docent hoc regnis propè omnibus sparsæ Religiosæ familiæ, quarum parietes angustiantur numero: cum integræ illarum agmina quæ de virginitate censentur, circumdant verecundiæ suæ vallum, & murum sexui suo obstruunt, qui nec suos emitat, nec alienos admittat oculos, ne gladius fiat, viris & sibi, sed & extra has familias, iam inde à Christo, non mundum ypiuersum fœcundarunt virgines? vt integros ex his scribere exercitus posses. quæ contempto virili connubiali thoro, omnium voluptatum siluam excaudicantes, & à concessâ etiam matrimoniali fruge ieuantes, omni viro renuntiarunt: sequi vni Christo sponsarunt, cui omne studium suum impendunt, placendi per decorum, sed decorem virtutis. atque hinc omnibus lasciuia ornementis depositis, virginitatem suam, etiam vestium castigatione,

zione, Deo immolant, auro & gemmis exultantes, solo probitatis serico, sanctitatis bysso, pudicitiae purpurâ se vestientes. quibus pigmentatae Deum habent amatorem. Et tamen, non melius est nubere, quam virginitatum, incendium ignibus extinguitur, & ebrietati vinum medetur, ut flammis oleum. & non melius facere pronuntiat Apostolus virginis conservatorem, quam erogatorem? non dicit, melius esse mulierem non tangere? ut etiam à concessa matrimonij pomo abstine-re suadeat; beatasque prædicet, quæ permisam voluptatem sponte ponunt.

Neque minore inficiâ tenentur illi, qui omnem beatitudinem suam in mundi huius prosperis ponunt. De quibus illud Psalmista: *Beatum dixerunt populum, cui haec sunt.* Quibus Isaías respondet: *Popule meus, qui te beatum dicunt, ipsi te decipiunt, et viam gressuum tuorum dissipant.* Qui ergo beati? audiamus Domini: *Beatis eritis, cum vos oderint homines, et cum separauerint vos, et exprobrauerint nomen vestrum tamquam malum.* & , Cùm Matt. 5. maledixerint vobis, et persecuti vos fuerint, et dixerint omne malum aduersum vos mentientes, propter me: *gaudete et exultate, quoniam merces vestra copiosa est in cælis.* Quis hæc credat prudentum sæculi? quis ultra amplectatur, aut amet immissa? quis inter maledicta gaudeat? aut exultet in persecutionibus & aduersis? quis vero audiat monentem Dominum? *Diligite inimicos vestros, benefacite his qui oderunt vos: benedicte maledicentibus vobis, et orate pro calumniantibus vos.* Addit Marthæus: *Et pro persecutib[us], ut sitis filii patris vestri, qui in cælis est.* Durum videtur, inimicos diligere. dilexit te prior Christus, cùm inimicus es. & dilectionis suæ magnæ signa dedit maxima: nec usquam magis, quam in cruce durum etiam, benefacere odientibus. benefecit prior Deus, nec desinit inimicis suis, quales peccatores sunt omnes, beneficia impendere: nouisque prouocare muneribus in agnorem, & vita morumque in melius mutationem. nec minus fons durum, benedicere maledicentibus; & pro calumnia laudem reponere. O, quis sectatorum sæculi

V.

Prosperita-
tes seculi
ambientū
ignoratio.
Psal. 143.
Cap. 3.

Luc. 6.

huius imitetur, & audiat monentem Dominum? & tamen ab errare à vero non potest Deus. aberramus nos omnes, qui a liam viam ingredimur. Illud verò quod in Luca sequitur, doceissimum: *Qui te percussit in maxillam, prebe ei alteram.* & quod in Matthæo: *Si quis te percussit in dexteram maxillam tuam, prebe illi et alteram.*

Luca 6. *Mat. 5.* Non hic inclament omnes faculi prudentes, non, dentem pro dente, oculum pro oculo; sed, pro maledicto factum, pro alapa fustem, pro fulte mortem? etiam post aperata mendacia, si mentiri dixeris, alapam exspecta. quasi nudus ferro expiari non possit verbum. O fatui! & tamen si extra hæc placita recesseris, habere ignarus, indignus maioribus, balteo indignus, degener & fatuus, & nobilitati ludibrium, & omnium opprobrium, maximè si Nobilis, si miles, si gladio accinctus. Aliud inclamat Deus, placitaque illius toto diversa cælo fuit. cui fides? Deo, an homini? quis in decernendis rebus prudentior? Deus, an homo? cuius decreta certioribus rationibus innixa? Dei, an hominis? aut ignorare nobilitatis & armorum leges potuit. Deus? aut imperauit non sequenda? aut ad solos Religiosos illa verba, & non ad omnes? ad omnes, ad omnes. sanè ad illos omnes, qui filij esse volunt cælestis Parris. an fôrs nobilitas non agnoscit illum patrem? aut ad cælestis Parris nomen nobilitas etubescit? & dici Nobiles Dei noluntur filij, ne cogantur imitari patrem? sed mundus. sed Deus. quid opposis mundum Deo? illius prudentiam & decretum, prudentia & decretis diuinis? clara Dei verba sunt: non admittunt alium sensum. Dices esse consilij, non præcepti. Sanè ex quacumque causa odisse vetamus, & malum malo remittimus. *1. Thess. 5.* *Apostolo monente:* *Videte, ne quis malum pro malo aliquid reddat.* & *Petro:* *Non reddentes malum pro malo, nec maledictum pro maledicto: sed è contrario, benedicentes;* quia in hoc vocati efficiuntur benedictionem hereditate possideatis. In quam schitentiam est illud Pauli: *Si effunctor inimicus tuus, tiba illum; si fecit, potum da illi.* *Rom. 12.* *Pauli:* *Si effunctor inimicus tuus, tiba illum; si fecit, potum da illi.* *Prov. 20.* *noli vinci à malo, sed vince in bono malum.* & illud Sapientis: *Medicari: Redda malum. exspecta Dominum; & laborabit te. & illa Dantis dis-*

Mundi &
Dei placita
toto cælo
diuersta
fuit.

dis imprecatio: Si reddidi retribuentibus mibi mala, decidam meri-^{Psal. 7.}
 sà ab inimicis meis manis. Quid ad hæc dicturi sæculi nostri Po-
 litici, quid viri nobiles? ignorasse nimirum Apostolos aulico-
 rum placita. Verùm quid ad Dauidem & Salomonem? illius
 illa ætatis fuisse. Sed à quo nouum hunc ætatis suæ morem
 Nobilitas didicit? à Christo? negat Christus. & vt solius con-
 silij sit non consilia Christi, sæculi consilijs anteponenda? aut
 imperare aliquid mundus potuit, quod cum Christi consilijs
 pugnaret? aut fors discere ab ætatis nostræ prudentibus, sa-
 piencia documenta Christus debebit, vt audiat prudens? aut
 non ultra vitam suam docuit, posteritate neglecta, aut igno-
 ratâ? O, quantæ nos tenent tenebra! cæcitas quanta! quanta
 agendorum ignoratio! quanta futurorum! & interim pru-
 dentes haberi & audire volumnus: & docere etiam iuuat alios,
 & educatum cæci cæcis præbemus. Sed & virtutem inclama-
 mus, virtutibus destituti. ô stulti! quis non rideat, cùm vide-
 rit superbum, humilitatem quam ignorat, docere; intempe-
 santem, sobrietatem; liberalitatem, auarum; mutuum amo-
 rem, inuidum; castitatem, impurum; mansuetudinem crude-
 lem; iniuriæ condonationem, iracundum; diligentiam, igna-
 dum? non reddit vas quod non accepit. felli si bibit, non pro-
 pinabit mella. lacte repleuisti? ne spera vina. habes in hanc
 rem illud Domini: Numquid colligunt de spinis tuas, aut de tri-^{Matt. 7.}
 bulis ficus? Viderat has sæculi & peccatorum omnium tene-
 bras Christus: viderat fatuam in scelerum delectu ignoratio-
 nem. quare dimitti petit in cruce, non Iudeis tantum, aut mi-
 litibus, sed peccatoribus omnibus, quorum magis sceleribus,
 quam aut illorum linguis, aut horum manibus affigebatur
 cruci. ignosci illudentibus, blasphemantibus, cædentiibus, cri-
 minantibus, occidentibus petit. Tu hîc te, conscientiamque
 tuam discute. vide an excuses inuidentium & odientium te
 dicta, facta. an ignorantiam maledictis, detractionibus, dolis,
 improbis circumventionibus prætexas. an non magis, quæ
 ignorantia poteras, tribuas malitiæ; & in detiorem ferè par-

secularis
distant à
Christo in
cruce pro
inimicis
orante.

tem dicta in te factaque interpreteris. vide deinde, an minuas illa, an augcas. an excuses, an damnes. an vindictam depoſcas, an veniam. an non paria, & deteriora referas; aut ſane impreceris. an non circumferas animo odia. an non foucas, accerſit. hinc inde rationibus. an non alios impellas in eamdem tecum ſententiam. an non dico vltro, ſed rogatus deliſtum fatenti ignoscas. an non ad omne in te delictum exfurgas in iras, & vindictæ ſtudium. an non reponere coneris grauiora illatis. an facilis, an durus ad ignoscendum. an clemens an ſeuerus, adeoque & crudelis in puniendo. an altè animo in te facta recondas, quæ oportunitatem nauctus rependas. an pronus in iniuriarum obliuionem. E quibus videas perſacile, ſub quo duce ſtipendia facias; Christo an mundo. vt ſcias à cuius manibus ſperare mercedem debeas. non potes prudens à tam pugnantibus præmia ſperare. mundimores placitaque imitaris? mundi exitum cum Epulone & diuite ſpera. Christi gloriam amas? ſequere præuentem. orat ille pro hostibus, & atrociflma omnium ætatum crima ignoratione minuit, & veniam deprecatur.

VI.

Pater pro
hostibus
Dominus
oravit.

In quo illud notandum, primum in cruce verbum pro hostibus fuiffe. crederes immemorem ſui, matris, diſcipulorum. ſollicitudo pro hostibus, & prima pro illis cura fuit. Nec mirum. vulnera pro hostibus fluebant. crux, clavi, verbera hostibus ſtabant in expiationem. & venerat non iustos, ſed peccatores, hostes nimirum, vocare: quorum ſcelera ſanguine ſuo, tamquam aquâ ignem, reſtingueret. Nec dubium, quin exauditus fuerit pro ſui reuequentia: cum validiſſimos adhiberet oratores, verbera, flagra, ſpinas, crucem, clavos, & paſſionis ſuæ reliqua. Et quid negare Filio poterat Pater, pretiū pro delictis offerenti? maximè cum pretium omni delicto debitoque nobilius maiusque eſſet. nam quid unigeniti Dei. Filij ſanguini componi poſſet? aut quæ tam grauia delicta purpureo hoc flumine non abluerentur? aut quod tam grande debitū pretio tam nobili, tam magno, exſolui non poſſet? maximè cum.

cum præstantiâ sui, omne cœratum innumeris partibus vin-
ceret: nec quidquid vñquam orbe toro scelerum, malitiæ suæ
magnitudine, vel vnius gutta sanguinis Filij Dei excellentiæ
comparari posset. Sed neque offerentē Filium, quod debeba-
tur, pretiū, repellere Pater poterat; licet iudex esset, pater non
esset: magis cum pater & mater esset. nec iustitia pretij tenui-
tatem accusare poterat. meritò proinde hostes sibi concedi
postulabat, & ignosci hostibus, quod per scelera contraxerant
debitum; cum ipse exsoluendo debito longè nobilius maius-
que pretium offerret, quo tot modis contracta nomina dele-
rentur. Factum esse habemus ab Apostolo: *Qui in diebus carnis Hb. 5.*
sue, preces supplicationesque ad eum, qui possit illum salutem facere à
morte, cum clamore valido, & lacrymis offerens, exauditus est. Et sane
exaudiri merebatur, cum tot modis diuinæ iustitiæ numeros
expleret. nam quid cœlestis Pater peteret, nisi vt, non dico mi-
sericordiæ & clementiæ, sed vt rigidissimæ etiam iustitiæ fieret quare.
satis; neque quidquā clementiæ daretur, sed iustitiæ tantum;
ne queri hæc de clementia posset, aut necdum ad æqualita-
tem expleta nomina? Satisfecit Filius, & expleuit non tantum
quidquid seuerissimæ & nihil ignoscendi iustitiæ debebatur:
sed numeravit pretium, quod infinitis partibus debitum ex-
cederet. vt iam obstrictam sibi iustitiam Dei Filius haberet, ac
quasi infoluentem. vt non mireris, si quasi iure suo petat ig-
nosci, & debitum remitti, & ignorantiam criminibus præ-
texat, quo facilior remissio esset. Vt tu illum etiam imiteris in
omni offensa & hostilitate. excuses dicta, minuas facta, igno-
rantiam prætexas. non potes cogita à Deo tibi obuenire, vel
in peccatorum pœnam, vel in gratiarum & meritorum aug-
mentum. in quo ingens elucet benignitas Dei, qui tam leui
aduersantium tibi pœnâ, peccatis tuis medetur, quibus ignis
æternus debebatur. Et non longè mitius, calumnijs hic impeti
inimicorum, aut fraudibus circumveniri, dolisque malis; aut
opum honorumque, quamcumque lingua & manu, iacturam-
pati, quam Purgatorijs ignes, inferni, extra vnam æternita-

Exaudiens
cuius oratio
ab eo me-
ruit, &

R. 3. tem,

tem, pares? Et sanè si deligendum proponat Deus, aut hīc im-
proborum percuti linguis, aut insidijs peti, aut de gradu de-
iici, aut fortunis exui, aut optatis & speratis malā viā excludi,
aut calumnijs obrui, aut simul omnibus; aut sanè nihil horum
pati; sed ignibus exuri, aut æternūm, aut definito tempore
post hanc vitam; quid deligas? non leuiora longè sæculi hu-
ius mala sunt, futuris? si ergo quidquid hīc occurrerit aduersi,
tamquam è iudicis ac patris manu acceperis, etiam cum gra-
tiarum magna actione accipies. Deinde quid sperare à Deo
debes, quam delictorum veniam, quam debitaram pœnarum

Huius nobis exempli hostibus est parendum.

Marc. 4. Cq. 28. non semel æternarum condonationem, si offensus non re-
mittas, si non ignoscas, si vindictam spires, si nec verbulo lædi-
velis, si nullam excusationem admittas, si nullâ commisera-
tione in tales tangaris; cùm Dominus, & super Ierusalem, &
omnem peccatorem fleat, & vltro veniam offerat, & ignosci
à Patre petat, & culpam minuat, & ignorantiam prætexat, &
super obuenturis doleat? quid, si super aduersis hostium tuo-
rum gaudeas, ac tamquam de spolijs post victoriam relatis
exultes, ac deteriora etiam vogueas; responsurus es Deo tuo la-
crymanti, condolenti, super pœnis hostium suorum, & super
ijs, quæ tu non semel per scelera promeritus es? aut grauiora
sunt, quæ in te homines, quæ tu in Deum commisisti?
aut pariari tu potes Deo? & cùm ignosci tibi velis in omni cri-
mine à Deo, ignoscere non vis in te delinquentibus? Quid ve-
niam speras à Deo, quam negas alijs? memento illius: *In qua
mensura mensi fueritis, remetietur vobis, & aducietur vobis.* Non
par tantum, sed maius bonum malumque adiicitur, donanti
bonum vel malum; vt hinc aut spercos, aut metuas. Memento
etiam illius Ecclesiastici: *Relinque proximo tuo nacenti te: & tunc
deprecanti tibi peccata soluentur. homo homini reservas iram, & à
Deo querit medelam: in horumque similem filii non habet misericor-
diam, & de peccatis suis deprecatur? ipse cùm caro sit, reservat iram, &
propitiationem petit à Deo? quis exorabit pro delictis illius? Quis ex-
orabit, cùm factis se ipsum oppugnet, factisque paria sibi ap-
pre-*

precetur quid enim exspectet à Deo , cui mille talenta debet,
cum talentum vnum proximo non remittat? aut quâ fronte
ignosci sibi graues in Deum offensas petit, qui leues non do-
nat proximo: quam misericordiam sperare à Deo audet, im-
mitis in proximum? vna clementia aliam prouocat, vt vna se-
ueritas aliam, implacabilitas vna aliam, benignitas aliam.

Disce deinde discriminem inter Deum tuum, Christum tuum,
& viros ahoqui magnos. Viderat Chama nudatum Noë pa-
trem, denunciauerat fratribus ; & audit *Maledictus Chanaan,*
seruus seruorum erit fratribus suis. Nudatur Christus à Iudeis, &
omnium oculis nudus obijcitur ; & pro maledicto audiunt:
Pater, dimitte illis; non enim sciunt quid faciunt. Ochozias rex Is-
rael mittit quinquagenarium Principem , & quinquaginta qui erant
sub eo, ut énocet ad se sedentem in monte Eliam; & audit Prin-
ceps: *Descendat ignis de celo, & devoret te, & quinquaginta tuos.* fa-
ctum hoc secundò ; & descendit ignis de celo , & devorauit daos
Principes quinquagenarios. Christus in monte cruci affigitur,
verberibus & blasphemis oneratur, & pro igne reddit: *Pater,*
dimitte illis. Eliseus calvus ridetur à pueris ; & maledixit eis in
nomine Domini: *egressi quo sunt duorum si de satu, & lacerauerunt ex-*
eis quadraginta duos pueros. Christum in cruce pendente deri-
debant *Principes illudentes cum Scribis & senioribus.* imitatus Prin-
cipes suos populus, secutusque miles summos Sacerdotes, illu-
debat crucifixo: sed & alter latronum improperabat ei. & au-
diunt omnes: *Pater, dimitte illis.* nulli hinc è saltibus vrsi, nulli
leones. & Elisei caluitiem ridebant pueri: Christi diuinitatem
impijs, scurribus, blasphemis vocibus lacetabant vici, summi
Sacerdotes, Principes, Scribae, seniores, Pharisai, miles, popu-
lus vniuersus . & nulla vindicta . Naaman Syrus leprosus ab
Eliseo curatur. accipit, inficit Propheta, munera Giezi, & te-
fert: *Accepisti argentum, & accepisti vestes, & emas videntur, & tui*
necas, & vices, & bones, & ferros, & anticas. sed & tepra Naaman ad
barebit tibi, & semini tuo, usque in sempiternam. & egressus est ab eo
leprosus quasi nix. Innoxium Christi sanguinem triginta argen-
teis

teis emerunt Iudæi: vestes miles in cruce secuit, diuisit, forte distribuit: miracula Iudæus improperat, ludit in Dei & regio nomine; & audit: *Non enim sciunt quid faciunt.* Si non sciant summi Sacerdotes, non Principes populi, non Scribæ, seniores, Pharisæi; qui scient? & tamen nulla hîc lepra, quæ vel præsentes occupet, vel posteritatem decoloret. sed: *Pater, dimittet illis.* Imperat Dominus Ionæ, vt interitum Niniuitis denunciet. at ille fugit in Tharsis. inde subortâ tempestate mittitur in mare, excipitur à visce, redditusque terræ, irascitur super hedera, quæ vnâ nocte nata, vnâ exaruerat. ad quem Deus: *Iane 4.* *Putasne benè irascere tu super hedera?* & dixit: *Benè irascere ego usque ad mortem.* Audacter responsum ab homine. letatus fuerat *super hedera latitiâ magnâ.* à qua ab ardoribus solis defendebatur. indignatur exarescenti, & tutelari capitis sui tantum-non mala imprecatur. Christus filius hominis non habet ubi caput reclinet in cruce, nulla illum hedera solatur, nulla solares radios retundit. nec ullum indignabundum ab ore illius verbum. sed quo magis omnibus destituitur, hoc magis inclamat: *Pater, dimitte illis.* Dauid Regum clementissimus, caelo à Philistæis hoste suo Saule & liberis, inclamat: *Montes Gelboë, nec ros nec pluvia veniant super vos, neque sint agri primitiarum: quia ibi abscessus est clypeus fortium.* Quid peccauerant montes? maledixisset Philistæis, quorum ferro ceciderat Israel. sed quod peccatum Gelboëmontium? & hæc ab ore mitissimi Regum. Christus postponitur homicidæ, medius inter larrones crucifigitur, destinatur ab omnibus, & inter acerbissima tormenta ab omni hominum genere ridetur: nec Caluariæ monti, in quo cruci affigitur, nec Ierosolymæ, aut populo illius maledicir, aut sterilitatem imprecatur terræ; sed veniam ingratissimo populo despiciatur, scelus excusat, ignorantiam prætexit. Samaritanis non recipientibus Christum, Jacobus & Ioannes dixerunt: *Kis dicimus ut ignis descendat de celo, & consumat illos.* & instigavit illos, dicens: *Nescitis, cuius spiritus ostis. filius hominis non venit animas perdere, sed salvare.* Semper hoc fecit, maximè tamen in cruce.

I. M. 23.

I. M. 4.

M. 8.

2. Reg. L.

Luc. 9.

cruice: cùm crimina ignorantia excusat. saluare nimisum ve-
nerat; non perdere. ignemque cælo detulerat, quo in amorem
Dei Israelem & Gentes accenderet, non quo perimeret. &
crux vniuerso orbi in vitam, non in mortem stabat. nec alium
ignem nouerat, quām amoris. Ad Petri increpationem *Ana-*
vias cecidit & expirauit. cuenitque idem vxori eius. Ad Christi
in horto vocem, Ego sum, Iudæi & milites, & ipse proditor Iu-
das abierunt retrosum, & ceciderunt in terram. non expirarunt.
venerat enim vt saluaret, non vt perderet, vinculaque vltro in
salutem omnium appetebat, non in mortem. hinc illa illius:
Non egent qui sanis sunt medico, sed qui male habent. non veni & vocare *Luc.5.*
iustos, sed peccatores ad pœnitentiam. Docuit hoc in Matthæo, Za-
chæo, Publicano, filio prodigo, Magdalena, ipso etiam Petro &
Paulo, adeoq; & latrone in cruce. vnde etiam illud illius: Dico *Luc.15.*
vobis, quod si a gaudium erit in cælo super uno peccatore pœnitentiam
agente, quām super nonaginta nouem iustis, qui non indigent pœniten-
*tia. Paulus fornicantem tradidit *Satana in interitum carnis.** *1.Cor.5.*
Christus ad mulierem in adulterio deprehensam: Nemo te con-
demnauit: que dixit: Nemo, Domine. dixit autem Jesus: Nec ego te
condemnabo. vade, & iam amplius noli peccare. Ad Samaritanam
autem satis habuit dixisse: Quem habes, non es tu vir. Nullus *10an.4.*
in his Satanas in interitum: sed benignissima monitio in salu-
tem. eadēm benignitate vsus est in illo, quem ab octo & tri-
ginta annorum infirmitate Sabbato curauerat. Sanus factus es: *10an.5.*
iam noli peccare, ne deterius tibi aliquid contingat. Paulus ad Ely-
mam magum, qui Sergij Pauli Proconsulis conuersioni resi-
stebat: O plene omni dolo, & omnifallaciâ, fili diaboli, inimice omnis *Act.13.*
iustitiae, non desiris subuertere vias Domini rectas. & nunc ecce ma-
nus Domini superte, & eris cecus, non videns solem usque ad tempus.
Et confestim cecidit in eum caligo & tenebra, & circutens quarebat
qui ei manum daret. Christus vero ad Paulum, qui plenus mina-
rum & cædis, Principis sacerdotum litteris humitus, prope-
rabat Damascum: Saul, Saul, quid me persequeris? durum est tibi *Act.9.*
contra stimulum calcitrare, qui post trium non amplius dierum

Sss

cæcita-

cæcitatem, *vias electionis* factus est Domino, dignus habitus qui portaret nomen Dei *coram Gentibus, & Regibus, & filijs Israël.* Nullum hīc verbum durum, nullum asperius, nulli dolis, fallaciæ, fili diaboli, inimice iustitiae. benigna sunt omnia: & patris magis, quam iudicis. Nam si vniuersam Scripturam percurramus, non inueniemus ulli hominum Christum maledixisse. De arbore legimus: *Videns fici arborē unam secus viam, venit ad eam, & nihil inuenit in ea nisi folia tantum, & ait illi: Numquam ex te fructus nascatur in seculum.* & arefacta est continuo sicutinea. Quot ludeorum millia arbores solis folijs diuites, fructuum inænes? immo fructuum diuites malorum, noxiiorum, impreborum: & nullus eorum audivit quod sicutinea. quam multi sub ouina pelle lupum fouebant, inimici Christi? & nullus eorum exaruit. Lacrymas Christi legimus. *Videns cintam floris super eam.* sed & super Lazaro defuncto lacrymatus est Iesus. & non in horto lacrymis, sedore, sanguine natauit nobis, saluti nostræ? nusquam maledicta videmus, cum lacrymas videamus. O, ubi lacrymæ nostræ, in re salutis nostræ nam maledicta, conuicia, detractiones, odiaque in proximum non difficile erit reperire, si abdita pectoris nostri singuli excusserimus: ad lacrymas lapidescimus. in ignibus, vellemus non raro in proximum, maxime hostem, esse cum Elia; in virus & lepra, cum Eliseo; in indignatione, cum Iona; in hostilium agrorum sterilitate, cum Davide; in fulmine, cum Iacob & Ioanne; in mortibus, cum Petro; in increpationibus & cætitate, cum Paulo. Christi lacrymas fugimus. & imitari Christum pudet in lacrymis. non puduit sequi Dauidem, Petrum, Magdalenam, labentes; pudet lacrymantes. & qui non erubuimus ad scelera, erubescimus ad lacrymas. ad illa extorrigimus frontem: ad has subducimus oculos. & cum nulli corporis parti negamus sua crimina, negamus oculis lacrymas. erit cum vellemus fusas. ô non æternum!

Matt. 21.
Nulli hominum Christus maledixit, sed vni auctor.

Luc. 19

Ivan. 11.

Luc. 13.

Docemur denique in illis verbis, *Non enim sciunt quid faciunt,* proximorum facta in benigniorem partem interpretari;

etiam

etiam quæ manifestè mala. neque enim singi quidquam gra-
uius deteriusque potuit, Filij Dei crucifixione. & interim tam
impium ac crudele factum excusationem inuenit: *Non scirent*
quid faciunt. De omni peccatore hoc dici potest, non scit quid
faciat. si enim sciret peccati malitiam, si turpitudinem, si Dei Peccator
offensam, si poenæ magnitudinem æternitati coniunctam: *Si nescit quid*
faciat.

Facta pro-
ximi in be-
niguitatem
parte sunt
accipiēda.

æternæ gloriæ, à qua per peccatum excidimus, excellentiam:
si vitæ omni momento incertitudinem, dubiumque exitum;
numquam in peccatum laberetur. nunc specie boni, commo-
di, delectationis, in fraudem rapitur. Verè nescit quid faciat,
quisquis in peccatum labitur. non faceret, si sciret. ut omnia
peccato ignorantia coniuncta sit. De Iudæis habes illud Petri:
Scio, quia per ignorantiam fecisti, sicut et Principes vestri. Quid? *Agit. 3.*
Vos sanctum et iustum negastis, et peristis virum homicidam dona-
ri vobis: auctorem vero vita interfecisti. Tot præcesserant mira-
cula, quæ Christum loquebantur, cæci reluminati, claudi ere-
cti, hydroponi desiccati, leprosi mundati, obsecsti liberati, mor-
tui in vitam reubcati; & tamen audiunt: *Per ignorantiam fecisti.*
Quis nostrum in manifestis proximorum delictis, maximè si
nos tangant, ignorantiam prætexit? imò quis in occultis lin-
guam continet? quis non abdita illorum retegit? ac quasi de
inuento thesauro sibi gratulatur? quis non in aliorum lapsu,
periculis, damnis, cor quodam quasi gaudio subsilire sibi sen-
tit? quis non dicta factaque aliorum indifferentia, quæ utram-
que partem boni & mali admittere possunt, non in deterio-
rem partem ferè interpretatur? Imò quis non aliorum bona
virtutesque in malignam partem trahit, virtutum nomina in
vitiorum vertens? hinc prudentem, timidum, magnanimum,
superbum, liberalem, prodigum, frugalem, auarum, humi-
lem, abiectum, pium, simplicem, continentem, fatuum, mo-
destum, ignavum, parcum in verbis, infantem, prouidum,
tardum, excitatum, leuem, constantem, pertinacem, fortem,
temerarium, iustum, seuerum, matrum, inamorem, cir-
cumspectum, fastidiosum, serium, morosum, ciuilem, politi-

Bona &
virtutes
non rardia-
malam
partem ca-
piuntur.

cum; blandum, adulatorem; benignum, indulgentiorem; in Sacramentorum vsu frequentem, hypocritam; hilarem, effusum; candidum, improuidum; patientem, ingenerosum; honorum & opum contemptorem, imperitum rerum aestimatorem; solius Dei auidum, solitus amantem, sacerdem & bonorum ignarum; aulicorum morum neglectorum, rusticum; facetiarum minus castarum hostem, inurbanum; measarum & peculiorum inimicum, inhumanum, mutuæque benevolentiazoforem; submissè de se sentientem, pusillanimem; magna de alijs, stolidum laudatorem; iniuriarum immemorem, plebeij pectoris; nullius vindictæ cupidum, ignobilem dicimus. Aliud docemur apud Ioannem à Domino: *Nolite indicare secundum faciem, sed iustum iudicium indicate.* O quantus hic ludit error! quam plurimum fallimur mortales! quoties in casto vultu libidinibus cor natat, in non casto castitas; quoties in demissis oculis superbia latet, in erectis humilitas; in blandis verbis crudelis animus, in tristibus blandus; in amica compunctione hostiles insidiæ, in morosa candor animi; in severa fronte cor leue, severum in leui; in minacibus oculis mitis animus, in mitibus asper; in durioribus verbis amicum pectus, in mollibus inimicum; in rubente vultu ieiunia, conuiuia & pocula in pallido; in prolixis sponsionibus auara manus, liberalis in parcis; in truci & toruo vulnu animus timidus, in suauis fortis; in magnis pollicitationibus infidas animus, fidus in infrequentibus; in verbis fortibus imbelli pectus, in modestis forte; in verecundo obtutu inuercundus animus, in liberiori castus; in externa membrorum compositione mens incomposita, composita in incompositione; in amico amplexu inimicus animus, in frigido amicus; in publicis laudibus priuatæ detractiones, eo nocentiores quo occultiores; in ridente vultu proditor animus, in tristi amicus; in serena fronte mens turbida, pacata in in serena; in verbis pijs mens impia, in improbis improba, in liberioribus pia & proba; in agrestibus verbis humanus animus, agrestis in humanis: ac licet os, frons, oculi, vultus,

Item. 7.

Homo in iudicando sepe fallitur, quia abdita cor ditione vi. deca. sed ex. vera.

vultus, animorum quidam indices sunt; fallunt tamen sēpif-
simē, vt proinde nihil certi ex his proferti possit, nulla senten-
tia secura, nulla cui non possit, & non frequenter soleat sub-
esse falsum. Monet proinde Apostolus: *Quis hominum scit, que 1. Cor. 2.*
sunt hominis? solus ille, qui *corda scrutatur, & universae mentium 1. Pet. 28.*
cogitationes intelligit, quique corda scrutatur & renes, Deus. qui
etiam Samuelem monet super Eliab primogenito Isai: Ne re- ^{1. Reg. 16.}
spicias vultum eius, neque altitudinem staturę eius: quoniam abieci
ōm, nec iuxta intuitum hominis ego iudico: homo enim videt ea que
parent, Dominus autem intuitur cor. Vnde illud apud Ieremiam:
Ego Dominus scrutans cor, & probans renes; qui do unicusque iuxta Cap. 17.
*riam suam, & iuxta fructum adiumentorum suarum. Non intue-
tur altitudinem staturę, nec elegantiam vultus. mentiuntur*
plurimū. quare & iudicia ex his sumpta falluntur non raro.
neque ea que patent foris, recte regula esse possunt. quo sit,
vt, cùm humana iudicia ex his sumantur, in grauissimos nos
*inducent errores, fallanturq; ac fallant sēpē. quare nec fide-
dum illis. Quæ etiam res merito omnem prudentem in con-
temptum quemdam omnium iudiciorum humanorum duce-
re debet, cùm tam dubijs, incertis ac fallentibus innitantur.*

Cùm verò diuina iudicia perscrutentur corda & renes, nulla- ^{Non aber-}
que tam abdita cogitatio sit, quam non ipso homine certius ^{rat in iudi-}
eognoscat Deus; facile videmus falli non posse, eaque sola ti- ^{ciis suis, à}
menda, vt è quibus præmia & poenæ æternū pendeant; sola
hæc etiam æstimanda, cùm & nullis erroribus subiaceant, cer-
tissimæque veritati innitantur, humana fortuita sunt: è qui-
bus è centum iudicij, vix tria quod verum est aperiunt. diu-
na numquam à vero aberrant: fortuitum ignorant. certa illis
omnia. etiam quæ nobis fortuita & dubia, illis indubitate sunt.

Vt merito moneat Apostolus: *Nolite ante tempus iudicare, quo-* ^{1. Cor. 4.}
ad usque veniat Dominus: qui & illuminabit abscondita tenebrarum,
& manifestabit consilia cordium: & tunc laus erit unicuique à Deo:
*Nullæ maiores tenebræ cordium tenebris, nullæ noctes den-
siores: per quas nec homini, nec dæmoni, nec angelis, sed soli*

Deo patet aditus. nec præter eum alias manifestare abdita
mentium consilia, depulsis quibus integuntur nubibus, po-
test. quæ vbi retexerit, præmia sequentur aut pœnæ. Nec ve-
ram quis laudem meretur, nisi ab ijs quæ animo peraguntur.
nam externa, quæ videmus, mentiri probitatem, pietatem, ca-

Externa opera ab interiore animo bonitatem malitiæ mutuantur.

stimoniam, iustitiam, virtutesq; reliquas possunt. sed & quid-
quid operis externi est, bonitatem omnem suam malitiamq;
ab animo mutuatur. vt quantum bonitatis ac malitiæ ille pro-
pinat & largitur, tantum externum opus imbibat, nec am-
plius. Hinc illud Bernardi: *Sola interdum bona voluntas sufficie.*

Cap. II. *cetera non profundunt, si sola defuerit.* & Dominus apud Lucam: *Si oculus tuus fuerit simplex, totum corpus tuum lucidum erit; si autem nequam fuerit, etiam corpus tuum tenebrosum erit.* De mentis oculis loquitur. de mente nimirum ac voluntate proba aut improba. vnde etiam meritum omne demeritumque externum opus ab animo sortitur. Hinc cælorum præmia, inferorum pœnæ, augmenta decrementaque sua ab animo accipiunt. de quo solus Deus, quod decipi nesciat, iudicium ferre potest.

Cap. 4. Hinc Iacobus: *Vnus est legislator, & iudex, qui potest perdere & liberare, tu autem quis es, qui iudicas proximum?* nec legislator, nec iudex, qui nec perdere potes, nec saluare. quod vnius Dei est. Addit: *Qui detrahit fratri, aut qui iudicat fratrem suum, detrahit legi, & iudicat legem. si autem iudicas legem, non es factor legis, sed iudex.* Ingens fatuitas, & inuercunda nimis impudentia, iudicem se diuinæ legis, ac proinde ipsius legislatoris ac Dei sta-
Isaie 14. xuere. nescio an hæc superbia non se supra Luciferi superbiam efficerat. Contentus hic erat æquari Deo. *Ero similis Altissimo.* at qui iudicat fratrem, non cōtentus est, secundūm Apostolum, æquari legislatori & Deo; sed iudicem se statuit legis & Dei.

Rom. 14. Paulus etiam in hanc rem: *Tu quis es, qui iudicas alienum seruum?* Proximus Dei nimirum seruum, proximum tuum. Non insignem irro-
gat iniuriam domino, qui seruum illius iudicat? irrogat hanc Deo, quisquis proximum iudicat. Pergit Apostolus: *Quid iudicas fratrem tuum? aut tu quare spernis fratrem tuum? omnes enim stabili-*

stabimus ante tribunal Christi. Subdit: Non ergo amplius inuicem iudicemus: sed hoc iudicate magis, ne ponatis offendiculum fratri vel scandalum. Stabimus omnino ante tribunal Christi iudicandi, nullo discrimine purpuræ aut sagi, solis meritis demeritisque distinguendi; non opibus, non honoribus, non genere. Et alibi idem Apostolus: *Inexcusabilis es, ô homo omnis, qui iudicas.* Rom. 2.
Addit rationem: In quo enim iudicas alterum, te ipsum condemnas: eadem enim agis que iudicas. Et quis non eadem, quæ in alio damnat, facit? aut quis non grauiora? discutiamus recondita pectori, & inueniemus: non explemus opere? explemus animo, à quo omnis malitia & bonitas. Disce hoc à Domino apud Ioannem. Accusauerant Scribæ & Pharisæi mulierem in cap. 8. adulterio deprehensam, & exquirebant super ea sententiam illius. At ipse digito scribebat in terra. cumque perseverarent interrogantes, erexit se, & dixit: *Qui sine peccato est vestrum, primus in illam lapidem mittat. audientes autem vobis post alium exibant.* magis, quod viderent scelera singuli sua digito Dei inscripta terræ. Ad quæ meritò erubuerunt, cum grauiora sua, quam accusatae mulierculæ viderent: nec damnare in illa crimen audiebant, cum maiora sua agnoscere cogerentur. Audi deinde sententiam Domini: *Nemo te condemnabit: cui mulier: Nemo, Domine.* dixit autem Iesvs: *Nec ego te condemnabo. vade, & iam amplius noli peccare.* Quam longè ab hac Christi benignitate sumus mortales? quam faciles in damnationē? & cui parcimus? non sorori, non fratri, non patri, non matri, non superioribus, non paribus, non inferioribus. Si tam seuerum post vnum quodque delictum experitemur Deum, quam alij nos experiuntur, quis nos frum die vñā staret? & monemur à Domino: *Nolite iudicare, & non iudicabimini: nolite condemnare, & non condemnabimini. dimittite, & dimittemini. eadē mensurā, quā mensura fuerit, remetietur vobis.* Quid vidēs festucam in oculo fratris tui; trabem autem, quæ in oculo tuo est, non consideras? hypocrita, ejice primum trabem de oculo tuo: & tunc perspicias, vt educas festucam de oculo fratris tui. Quam paucis multa! non vis iudicari? ne iudica. non vis

Homines
facilè dam-
nant alios,
& nulli
parcunt.

vis damnari? ne damna. vis dimitti? dimitte. aut vis iudicare; aut damnare? eadem exspecta. non vis dimittere? ne spera di-missionem. Sententiæ diuinæ seueritas ac clementia, à tua in alios seueritate & clementia pender. eadem mensurâ metien-dus, quâ alium mensus fueris. hoc discrimen: quòd hominis in hominem iudicium momentaneum sit; Dei in hominem, æternum. Vide deinde sententiam Domini. aliena quæ dam-namus delicta, festucarum nomine, nostra trabium com-pre-hendit. Et verò quæ damnamus aliorum, plerumque perexi-gua sunt, aut multis modis excusationem admittunt. virium imbecillitas, oppugnationum grauitas, diuinæ gratiæ tenui-tas, occasionum magnitudo, incogita oppressio, maiorum complacentia, ignoratio & inscita, metus, pericula, proposi-ta damna, spes lucri, amicorum impulsiones, offensionis ti-mor, propositus honor, aliorum minæ, intentio aliquo bono vestita, aliaq; plurima, delicti magnitudinem minuunt. Quæ vel omnia, vel plurima in aliorum lapsu, in tuo non repertas, ut proinde tua trabis, proximorum festucæ nomen merean-

Rem.3.lib. *Vt* merito Chrysostomus dixerit: *Si nullum peccatum à no-de comp. his aliud fuisset admissum, pro hoc solo gehenna nos tradi satis abun-dequé sufficeret.* quippe qui in aliorum delictis seueri & amarissimi ius-dices residemus: nostras autem trabes, oculis infixas proprijs non vide-mus; qui aliena etiam minima sollicitè perscrutamur, & ad condem-nandum ceteros, omne vitæ tempus nostræ absuminus. à quo vicio ne-

que sæculi hominum, neque monachorum ullum facile inuenies liberum. & alibi: *Ita nos solemus dissimulare propria negligenter, & insultare impudenter alienis.* Grauis sententia, & vera: hoc solum pecca-tum sufficere ad damnationem. Sanè, si tantâ celeritate nos

De Temp. serm.2. Deus sententiâ suâ percuteret, quantâ nos alios; quòd si etiam tam acerbâ, quam nos alios; nescio an è centum Christiano-rum millibus unus sperare cælum posset. Iam, certum est, ma-gnam vitæ nostræ partem in proximorum damnatione absu-mi, cum colloquiorum nostrorum pars longè maxima in pro-

xi morum delictis versetur. *Vt* verè Augustinus dixerit: *Pars maxima*

Damna-
mus alio-
rum parva,
nostra ma-
gna non
videmus.

Rem.3.lib.
cord.

*Temp.2.in
cap.7.
Matth.
hom.14.*

*De Temp.
serm.2.*

maxima generis humani indiscreto iudicio ad reprehendendum prompta & parata esse probatur: cum tamen non ita velit ab alisis iudicari, quomodo vult alios indicare. Imò neminem repieres, qui non ignosci sibi velit omnia, cum nihil interim ignoscat alteri. sua omnes delicta extenuant: immensum aliorum augent & extollunt, cum sua deprimant. trabes aliorum, festucas sua volunt: quin & supra trabes, aliorum; infra festucas, propria sunt. densissimae nebulae & nubes, aliorum sunt; nostra, tenuissimi, & qui oculos effugiant, vapores sunt. faxei denique montes, aliorum; nostra, verrucæ sunt. & cum veprum noxiarumque ac venenatarum herbarum integros saltus & siluas, in alieno agro videamus; in nostro vix tenuissima zizania, late sparsa cernimus. Prudenter Bernardus monet: *Ita clemens esto in aliis debetis, sicut in tuis; nec quemquam districtius, quam te iudices. sic mōc. 45.*

alios indica, ut ipse indicari cupis. lex tua te constringit: iudicium, quod aliis imponis, ipse portabis. O, quis monentem sequatur? quo vero te hic districtius iudicaueris, alios benignius, hoc clemens experieris iudicium Dei. nihil tibi ignosce, alijs omnia; & inuenies indulgentem Dominum, & peccatorum tuorum immemorem. At nos non contenti mala in alijs damnasse, damnamus & bona. Factum ab amicis Iob: quos grauiter reprehendit Deus. cuius ad Eliphaz hæc verba: *Iratus est furor meus in te, & in duos amicos tuos, quoniam non es tu locuti coram me rectum, sicut seruus meus Iob. Offerte holocaustum pro vobis: Job autem seruus meus orabit pro vobis: faciem eius suscipiam ut non vobis imputetur stultitia.* Temerarij iudicij hæc poena est. iubeturque Iob orare, ne temeritas iudicij in innocentem prolata sit ipsis noxia. Eamdem temeritatem reperies in Pharisæis, qui Apostolos spiritu sancto plenos irridentes, dicebant: *Quia musto pleni sunt. Auctor. 2. linguarum peritiam, & prodigia, musto tribuentes. Nec mirum fecerant ante in Domino: Demonium habet, & infanit: quid eum auditis? & apud eumdem: Nonne benè dicimus nos, quia Samaritanus es tu, & demonium habes?* apud Matthæum vero: *Hoc morborax, & potator vini.* apud Marcum: *In furorem versus est:* *Marc. 3.*

Imò nemo
non sibi
vult igno-
sci peccati,
cum nihil
alteri ig-
noscat.

Ttt

Beel-

Beelzebub habet: & in principe dæmoniorum ejicit dæmonia. De Io-

Matth. xi. anne Baptista: Dæmonium habet. quod nec panem manduca-

ret, nec biberet vinum. Quid hîc faceret Christus? non man-

ducaret, non biberet? cum Ioanne dæmonium haberet. man-

ducaret & biberet? vorator audiret, & potator vini. Idem no-

bis euenire experientiâ quotidianiâ docemur. neque enim con-

*Briam ho-
minum in-
ternas co-
gitationes
iudicare
præsumi-
mus.*

*tentî sumus, de operibus externis sententiam ferre: decurri-
mus ad cogitationes, ad intima animorum proposita, ad abdi-
cissimas pectoris intentiones soli Deo notas. & opera bona,
tanquam cibum bonum, cogitationû veneno temperamus.*

quod cùm de corde nostro mutuemur, transferimus in alios:

& esse volumus eos quod non sunt, & esse quod sumus. ingens

malum, quod nulla pœnitentiæ spongia, nulla lacrymarum

flumina deleant. nam quod semel datum malum est, æternat,

*& non raro per omnem posteritatem decurrit. quis medebi-
tur? unus Deus. Et tamē tam faciles sumus ad aliorum in quo-*

*uis etiam opere bono, intentiones è mente nostra interpre-
tandas, vt nihil orbe toto sit, ad quod celerius decurramus.*

nullumque familiarius vitium est, etiam homini. Religioso,

& interim nullum excogitari nocentius potest: ac vix ullum,

quod maiorem diuinam vindictam promcreat: nullum sa-

nè quod reparari difficultius possit: nullum, quod plus damni

non tantum ijs, quos proximè tangit, sed totis Religiosis Or-

dinibus, inferat; dum per temeraria hæc iudicia frustrantur

illis, quorum virtutibus clarescere possent. quod etiam locum

habet in omni republica, & regno. Audi benignè monen-

tem Bernardum. Etiam si perperam actum quid deprehendas, nec sic

iudices proximum. magis autem excusa. Non potes rem ipsam? mi-

nue. non potes? prætexe ignorantiam. nec hanc potes? potes

intentionem in benignorem partem interpretari, potesque

ijs argumentis ad minuendam dicti factiue alieni malitia-

vti, quibus in pari dicto factoue in re tua lenienda ac mitigan-

da. vt ereris, & cùm numquam tibi desint excusationes in re

tua, non possunt deesse in re aliena, modo memor fueris má-

dati.

*Temera-
riorum iu-
dicatorum
damna.*

Serm. 6.

dati Domini: *Diliges proximum tuum sicut te ipsum. Sunt, ut è ve-* Matt. 5.
teribus magnis Abbatibus quidam dicere consueuerat, qui
linguam contineant, & ore silent; sed quia intus non tacent, & corde
iudicant, ideo sine cessatione garriunt. neminem iunant; sibi obsunt
plurimum. Obsunt sibi. nam eadē sententiā percutientur, quā
alios tacitè percutiunt, eadē mensurā remetiendi, parique
iudicio remunerandi. ac licet hi prioribus minus mali sint, vt
qui nullum exteriū proximo damnum inferant; animo tamē
suo & voluntate inferunt. cuius inspecto & remunerato est
*Deus. qui & apud Zachariam monet; *Malum vir fratri suo non cap. 7.**
cogitet in corde suo. Non satis Deo, verbo proximi dicta factaque
non iudicare: verat nec cogitare malum. Quanta securitas a-
nimo non iudicanti, quanta iudicanti turbatio! quanta pru-
dentia, iudicium omne Deo committere! quanta impruden-
*tia, iudicium de alijs ferre! Vt benè Ecclesiasticus: *Pes fatui fa-* Cap. 21.
*ciliis in domum proximi. & in hanc rem Gregorius: *Stulti tanto in-* Lib. 14.
tentiū de alijs iudicant, quanto sua profundius ignorant. Verè fatui; Mor. c. I.
cùm in tanta eterni varietate, inconstantia, incertitudine, re-
rum in melius aut deterius mutatione, factorum dictorumq; Alios iudi-
pœnitudine, cum Deo reconciliatione, aut mentis obstina-
tione, nihil propè in humanis certi affirmari possit. nam quem
nunc vidisti labentem, fors eadē horā cum magno Dauide
Deus vidit pœnitentem. quem audisti negantem, vidit suspi-
rantem Deus, & cum Publicano peccatus tudentem, cum Pe-
tro flentem amarè. quam vidisti ante Simonis mensam pec-
caticem, videbis in eadem lacrymis Christi lauantem pedes,
osculis tergentem & capillis. quem mirabaris ante arborem
Zachæum publicanum, amplexus est in descensu Christus A-
brahæ filium. quem post prodaetas opes siliquis pasci vide-
bas, non multò ab hara & porcis, patris assidentem mensæ, vi-
tulo, musicâ, vestibus, annulo, amplexu, osculis fortunatum
audies. Quid ergo iudicas? aut quid in deteriorem ferè partem
dicta factaque aliorum torques, cùm plurimum illa in melio-
*rem detorqueat Christus? & cùm aliud non suppetit excusa-***

Ttt 2 tio-

tionis genus, decurrit ad ignorantiam. vides, & audis hoc in cruce. Benè Seneca eos, qui de alijs sentiunt malè, medicæ confert cucurbitæ; quæ ad impuriorem eliciendum sanguinē nata est, nec ad aliud. Miserrima omnino illorum conditio, qui, quidquid alienum est, in malignam interpretantur partem; & cùm dicta factaque damnare non possint, damnant soli Deo notam intentionem. quæ quām aures oculosque effugiat humanos, quotidianâ discimus experientiâ, doce murque à Scriptura. in qua audimus & legimus magnum illud *Peccavi in Pharaone, Balaam, Israele Deuteronomij cap. i.* Achan, Saule, Dauide, Manasse, Achab, Antiocho, Iuda, Simeone Mago, filio prodigo: quām verò dispari intentione & effectu, eādem discimus Scripturâ, cùm duo soli ex omnibus illis felici fine *Peccavi* claudunt. *Vt* hinc humanorum iudiciorum inanitatem colligas; & contemnere assuescas tam dubia, tam incerta, tam fallacia, etiam magnorum virorum: cùm videas ipsum Dauidem, à seruo Miphiboseth filij amicissimi sibi Ionathæ, à quo non semel vitâ donatus fuerat, infraudem falsissimâ delatione deductum: nec veram postea excusationem admisisse; sed medium bonorum Miphiboseth partem, scelerato seruo impioque dominisui proditori Sibæ tradidisse. Intuere deinde tres amicos Job, viros alioqui magnos, quām turpiter in amicissimo sibi capite à vero aberrauerint. vnde illa Domini: *Non es sis locuti coram me rectum, sicut seruus meus.* quare & tauros illis imperat & arietes; & non nisi ad preces Iobi, fatuo illorum in iudicado errori ignoscit. Iam, qui legit illud de Paulo & Barnaba: *Facta est autem dissensio, ita ut discederent ab inuicem.* Causam Scriptura addit. quod Ioannem cognominatum Marcum Barnabas itineris socium vellet, Paulus nolle: ille societate dignum arbitraretur, hic negaret. vide hīc in maximis Apostolis sententiarum mutuò pugnantium varietatē. Quare & Barnabas plenus Spiritu sancto & fide, relieto Paulo, assumpsit Marcum: Paulus verò, relieto Barnabâ, qui illi socius assignatus erat à Spiritu sancto, accepit Silam.

Job 42.

Astor. 15.

Dissensio
iudiciorū
in viris
sanctis un-
de aliquā-
do oratur.

Astor. 11.

Astor. 13.

Facta est autem dissensio, ita ut discederent ab inuicem. Causam Scriptura addit. quod Ioannem cognominatum Marcum Barnabas itineris socium vellet, Paulus nolle: ille societate dignum arbitraretur, hic negaret. vide hīc in maximis Apostolis sententiarum mutuò pugnantium varietatē. Quare & Barnabas plenus Spiritu sancto & fide, relieto Paulo, assumpsit Marcum: Paulus verò, relieto Barnabâ, qui illi socius assignatus erat à Spiritu sancto, accepit Silam.

Silam. Iam, Paulus & Petrus quām totis animis factisque dis-
fenserint, notissimum ei est, cui Scriptura nota est. vt auderet
Paulus de Apostolorum Principe & capite, & super quem Ec-
clesiam suam fundauerat Dominus, *Cum vidīsem, quod non re-* Gal. 2.
st̄e ambularent ad veritatem Euangeliū. de Petro, & Barnaba. &
cum venisset Cephas Antiochiam, in faciem ei restituī, quia reprehensi-
bilis erat. Quid ego hīc dicam? errasse Petrum, pro quo preces
fudit Christus, ne à vero aberraret, & quem statuerat in con-
firmationem reliquorum? dicam errasse in iudicādo Paulum,
qui raptus in tertium cælum viderat ea, quæ nefas erat homi-
nem proloqui? ô, quām incerta iudiciorum veritas! Vide de-
inde Hieronymum & Augustinum, quām non semel inter se
pugnant sententijs, quām fortiter Chrysostomū, & Epiphā-
niū, cùm hic damnationi etiam illius subscriberet, & inter-
hæc, mutuum exitum mutuo Propheticō spiritu denunciarēt.
Iam, Cornelius & Cyprianus, quām valide in re salutis dissen-
tiunt: sed dissensionem martyrio amicant. De Hieronymo &
Rufino, nimis nota dissensio est: nimis etiam magni Calari-
tani cum Liberio & Eusebio Vercellensi: Tertulliani verò
scriptorum primi & maximi, cùm clero Romano. E quām te-
nuibus initij, tamquam è serpillo & camomillo, ad cedrum
& pinum dissensio ad summa peruenit! ô, si non decubuissest in
res fidei! Quis Ennodium ignorat & Symmachum? quis iterū
Chrysostomum & Alexandrinum Theophilum, qui damna-
tos, mītuoque interdicto subieccos, ad Ecclesias suas admit-
tebant? Et post pugnantia inter se tantorum, non in leuibus,
iudicia, quisquam humana iudicia magni faciet? aut damna-
ri ab illis metuet, aut laudari volet? Eadem reperies in omni
gente & Rege. excute tantūm omnium vbiique nationū ver-
naculas historias, & vide Principum ac Regum delectus. vide
quos regno rebusque suis præfecerint, quos in domesticam
familiaritatem admiserint, quos in amicitiam adlegerint, qui-
bus se suaque & regnorū salutem crediderint. imò vide,
quibus non raro Ecclesiæ suæ gubernacula committi permi-

serit Deus. Vide denique, quām in omni etiam sanctiore Religione, Ordinum primi, opinionibus, iudicijs, animis dissenserint. Imò vide, quām pauci in omni hominum genere, in eamdem sententiam iuerint, eamdem per omnia probauerint. Et post hæc quid speres? aut humana quid circumspicis iudicia? quid illa aut amas, aut metuis? quid ambis, aut refugis? in vniuersitate Dei iudicijs spem fige, & metum. illa sola falli non posseunt, cùm interim mille erroribus obnoxia humana sint.

Causæ, cur
humana
iudicia co-
temnenda.
Prima.

Contemnenda proinde hæc sunt, Primò, ob illorum inconstantiam. cùm vix duos reperias, qui in eamdem rem consentiant. imò à seipsis non raro ob intercurrentium varietatem, homines dissentient. Obsequere animo alicuius, vir optimus audies. non obsequere, improbus habebaris. da petenti aut speranti, liberalis eris. negaveris audies. proba, quæ probari quis vult, prudens eris. improba, imprudentia damnaberis. lauda etiam damnanda, vir magnus es. damna meritò damnanda, ignarus rerumque imperitus humanarum es. tueris alicuius causam, etiam iniquam, generosi animi es. deseris iniustam, inter ignavos numeraberis, & eos, qui amare ne-
sciunt.

Secunda.

Quòd meritò fatua dici possint & debeant, cùm inconstans fortunæ varietatem sequantur. Honoribus quis, è quacumque causa, iusta an iniusta, extollitur? inueniet laudatores. deprimitur? parati aderunt qui damnabunt. accrescunt opes? vndique aduolabunt qui amicitiam ambient. decrescunt? celerius auolabunt, quām aduolauerant, comedentes, laudatores. Gratiâ aliquis valeat apud Reges aut Principes, ne nomine quidem antè notus? inueniet veteres amicos, quos nec viderat antè, inueniet nouos. excidit gratia? nec veteres iam amici, nec noui sunt. imò omnes illi, quales antè erant, hostes sunt. Ne mirare. nemo illorum amicus personæ fuit. fortunæ fuerunt. quare nil mirum, si cum illa, quam amarunt, euolauerint. imò singuli horum sibi soli amici fuerunt, sibi amarunt, coluerunt sibi, honoribus nimis, commodis, opibusque

busque suis. quis fidere iudicijs horum potest, siue dum starent, siue dum caderent, quos venerabantur, aut damnabant?

Intuere deinde iudiciorum inter se pugnantia discrimina. Tertia.
 quorū propè singuli capitibus, tot dissentunt sententijs & iudicijs. ne mirare. vix enim, aut sanè per paucos, reperies, qui in ciborum ac potus delectu consentiant. & tamen discriminis per exigua in his causa est. intuere os, labia, linguam, palatum: in tanta similitudine dissimilitudo tamē tanta est. Quid ergo sperandum de iudicijs, in tanta instrumentorum capitibus, iudicijs præludentium varietate? & cùm innumeræ propè rationes mutuò pugnantes occurrant; quis miretur iudicia ex his pugnantia nasci, cùm pugnantibus rationibus, quas singulas natura pro complexionum varietate suggestit, necessum sit iudiciorum varietatem ex surgere? Iam, in tanta varietate cui adhærebis? aut quam alteri præpones? aut denique quam in tanta discrepantium lucta, causam habes æstimandi humana? pugna enim hæc, & mutuò se interimentes rationes, ostendunt, nihil solidi certique in humanis iudicijs residere, nihil quod iure aut ambire aut metuere debeas.

Quam proinde causam habes indignandi; si à te dissentiat Quarta.
 alter? si in uno, si in multis, si in omnibus? quam habes, si quis dissentiat gustu, si in corporis constitutione, vultus, oculorum, oris, frontis, reliquisque corporis membris. Maior in iudicijs discriminis ratio est. priora si nullam meritò indignationem prouocant, nec secunda prouocare debent. Quid? si ex omnium sententia, interfatuos numerandus est, qui indignatur ijs, qui alio cibo, potu, corporis exercitationibus, vestitu delectantur; quique aliâ atque aliâ membrorum compositione sunt; multo potiore iure inter stolidos censandus erit, qui super sententiarum à sua varietate indignatur: cùm longè major in his, quam in illis discriminis ratio inueniatur. Et quis non rideat, si quisquam eodem omnes velit secum cibo, potu, vestitu delectari? easdemque, aut per omnia pares, aures, oculos, frontem, pares, pedes, manus circumferre? magis ridens

dendus, qui omnes in suam sententiam ire vult, & reuenientibus indignatur.

Quinta.

Iam, cùm libera sint hominum iudicia, liberumque Deus hominem creauerit, quis es tu, qui iudiciorum libertati succēses? succense Deo, à quo libertas. aut vis libertatem tollere? tolle hominem: nam illâ sublatâ, necesse est excidere sibi hominem. Sanè Deus, à quo hominilibertas, numquam hanc tollit, nec cogit hominem in sententiam suam. Tu quis es, qui illum in tuam vis cogere? & cur magis alius in tuam, quām tu in alienam eas sententiam? At ratio tua potior est. potiorum suam vult alter. quis dissidentes dirimet? solus Deus, cui vni rerum veritates intimæ notæ, & qui aberrare à vero non potest. nam ab exitu & euentu, & rerum successibus iudicium ferre, fatuum; cùm non raro temerarijs ac fatuis consilijs, fortunatissimus respondeat euentuis; prudentibus verò & prouidis, infortunatissimus.

Sexta.

Quid à iudicijs humanis speras? aut quid ab illis accrescit aut decrescit tibi? eruditio, forma, robur, virtutes, vitia? si nihil largiantur, nihil adimant, quid vereri? quid ambis? adiment illa, aut minuent adnata aut parta. tibi corporis aut animi vitia? inferent menti virtutes, & è fatuo, prudentem; ex incontinenti, & inuercundo, continentem & verecundum; ex imbelli & ignauo, validum & fortem; ex inconstanti constarem; ex auaro, liberalem; è crudeli, mitem; ex indocto, doctū; ex inciui & barbaro, ciuilem & humanum statuerint; non possunt. quid ergo aut metuis illa, aut amas? quid refugis, aut venaris?

Septima.

Disce deinde è iudicijs, quæ indies ferri audis de alijs, quid sperare aut vereri debeas. vide, quām variè de orbe toto primis loquantur & sentiant: de Regibus, Principibus, nobilitate aut togâ primis; de magnis in omni scientiarum generi scriptoribus, doctoribus, concionatoribus. & ex hominum de his iudicijs, spem metumue tuum auge aut minue. audisti ne aliquem ab omnibus probari aut laudari? audisti à plerisque?

que? non semper plura, etiam in summis viris; desiderarunt quām laudarunt? non plura in unoquoque illorum damnarunt quām probarunt? Eadem exspecta: cū causam nullam habeas, cur meliora sperare possis aut debeas. quid ergo in tanta laudantium parcitate, damnantium verò multitudine spondeas prudenter tibi?

Alios dehinc à te ipso metire. vide quid ~~tu~~ de alijs sensu. multa in maximis quibusque desideres, quām paucos per omnia probes, quām multos damnes, quām nullos integrum promereri laudem putas, quām multa etiam in laudandis defrusters: nunc rem, nunc modum damnes, aut sanè non probes. quamque multa velles, aut viâ aliâ, aut modo alio peracta. Eadem in aliorum dictis factisque tuis, opinib⁹ cogita.

Excute etiam te ipsum. vide quoties in ferenda de alijs sententia, à vero aberraueris: quoties nudis opinionibus ad iudicia ferenda descenderis: quoties aliorum delationibus, narrationibus, in errorem ductus: fueris quoties à solis coniecturis, plerumque mentientibus & fallentibus iudicium tuleris: quoties ex aliorum magis opinionibus quām tuis: quoties ex pauculis verbis, aut leuib⁹ factis, graues noxiasque in proximum sententias tuleris. Eadem exspecta, aut deteriora etiam, similique te cogita, aut non dispari censurâ aut grauiore ferendum.

Discute animum tuum. perpende, quoties à dictis factisque tuis animus aberret: quoties non respondeant intentioni tuæ verba: quoties pugnare cum animo facta videantur: quoties falsi fuerint, qui è nudis signis factisque tuis, de mente tua iudicarunt: quoties conscius tibi fueris animi optimi & amicissimi, cū interim è meris suspicionibus, aut è fallentibus plurimum coniecturis, aut è verbis aliorum deortis, pessima quæque de te aut hostilia suspiciati, longissimè à veritate aberrarint. Quod alijs in te, hoc tibi in alijs euenire cogita. assuec proinde perraro ad iudicia ferenda descendere.

Vvv

Vidc,

Vadecimæ. Vide, num quemquam repereris, qui non sæpè in ferendo de alijs iudicio quām longissimè à vero absfuerit: & cuius prudentia non sæpè sibi exciderit: cuius perspicacitas non frequenter lapsa: cuiusque prouidentiæ non sæpè illusum. Nam cui, etiam sapientissimo, non sæpè ignorata plurima? quem non aliquando alienior affectus in errorem impulit? quem non amicus, aut inimicus clām alteri, è verisimilium narrationibus in errorem induxit? quoties verò optimum quemque rumor falsus à vero abduxit? quoties recti species, zelus imprudens, iustitiæ amor, à veritatis semita viros optimos deduxerunt? Quid ergo iudicijs insistis de tealiorum? aut quid illa vereris ut magna, vt falli nescia, vt nocitura? contemne, & vince. nulli illa obfuerunt, nisi volenti, nisi metuenti. ne metue, & vince.

Duodeci-
ma.

Affuesce sola illa iudicia vereri, sola ambire, quæ aberrare non possunt. vnius Dei hæc sunt. reliqua vt mille erroribus obnoxia, neglige. ab illis fortunata iuxta ac infortunata pender æternitas. ab his, nulla. Et monemur à Domino non vereri illos, quibus in solum corpus imperium; illum verò solum timere, qui, vt seruare, ita perdere æternū animam potest: cuiusque iudicijs subiacere falsum non potest, & à quibus solis vera cuiusque magnitudo. cùm tantus quisque sit; nec maior, quantus Dei vnius sententiâ est. Cùm verò ad animorum magnitudinem, omnium hominum iudicia nec latum crimem adiucere possint aut adimere; quid est quòd hæc aut veniamur aut vereamur? cumq[ue] à solius Dei iudicio omnis æstimatione nostra pendeat; quid est cur non huic vni totos nos, nostraq[ue] omnia sacremus? negligamus proinde illa ac contemnamus, quæ nec addere, nec demere quidquam possunt: illa verò amplectamur; & illa sola, à quibus solis verè magni aut parui esse & dici possumus.

6 A.

C A P V T . XIV.

De secundo verbo.

CONSIDERANDA, quæ sequuntur in codem Euanglista: I.

Vnus autem de his, qui pendebant, latronibus, blasphemabat eum, *Lm. 23.* dicens: *Si tu es Christus, saluum fac temeripsum,* & nos. Respondens autem alter increpabat eum, dicens: *Neque tu times Deum, quod in eadem damnatione es.* & nos quidem iuste: nam digna factis recipimus: hic verò nihil mali gerit. & decebat ad IESVM: *Domine, memento mei,* cùm veneris in regnum tuum. Deridebat pendentem populus Principes suos secutus: illudebat & improperebat cùm Iudicatis milites, præter omnium gentium morem; cùm eriam facinorosissimis insupplijs positis compati soleant, & ferè odiaceffent in pœnis. crescent apud Iudeos. Addit blasphemiam latronum alter. *Si tu es Christus, saluum fac temeripsum.* Didicerat hoc à Principibus, à quibus ante audierat, *Se saluum faciat, si hic ibidem est Christus.* & à militibus: *Si tu es Rex Iudeorum, saluum te fac.* & à Scribis & senioribus populi, quorum illa: *Alios saluos fecit, se ipsum non potest saluum facere.* si Rex Israël est, descendat nunc de cruce, & credimus ei: confidit in Deo: liberet nunc, si vult, eum. & à prætereuntibus: *Salua temeripsum: si filius Dei es, descende de cruce.* Imitatus est blasphemias has voces latro, impropetans Christo impotentiam, quasi diceret: Si tu es Christus, saluum te faceres: neque enim deesse quidquam ad potentiam posset Dei Filio. cùm verò te non salues, nec eripiás à pœnis, signum est, te non esse Christum, non promissum Messiam, non Dei Filium: Mendacē proinde faciebat Christum, qui se Messiam, Regem, & Dei Filium professus fuerat. Non absimilia habes in iis, quos nec aduersa, nec morbi, nec tormenta, ab improbitate retrahant: imò qui ea, quæ ad salutem à Domino immittuntur, vertunt in grauioris delicti materiam; & vnde salutem haurire deberent, inde interitum hauriunt, medica-

Latronum
alter Chri-
stum bla-
phemare.

Matt. 27.

Impij ini-
milia à Deo
ad salutem
vertunt in
maioris
delicti ma-
teriam.

V V V 2

menta

menta his pro veneno sunt, sicut aranearum more ex optimis toxica, salutaribus neglectis. hos nulli morbi, nullæ castigationes à Domino in delictorum expiationem, meritorum augmentum, immissa meliores reddunt. nimis nimirum altè malitiam imbiberunt, & versa improbitas consuetudine ipsâ in naturam est. Exemplum huius habes in Pharaone, & non se-
 meli in Israele, & in Regibus illius, Ieroboamo, & successoribus plerisque illius: ac in pluribus etiam Regum Iuda. quos nihil meliores inuenies post flagella. idemque reperies post minas & aduersa in Saulo & Iesabele. Non redierunt illi, à quo recesserant, ad Dominum: sed sceleratam vitam sceleratore morte signarunt. factum idem ab Herode, alijsq; non paucis.
 Addit blasphemus latro: *Saluum fatet ipsum;* & *na*. Im-
 proba comparatio: æquare se videtur Christo; innocentissi-
 monotentissimum, latroni Dei Filium. Quàm frequētia sunt
 hæc in humanis, ut improbissimus quisq; probissimo se com-
 ponat, impius pio, impurissimus casto, sceleratissimus & cru-
 delissimus mitissimo & omni virtutum genere ornato: adeo-
 que & se illi his antecōponant! & haberi volunt boni, cùm sind
 pessimi. Mira etiam in latrone præsumptio, qui blasphemus
 salutem sperat: & ab eo exspectat, in quem blasphemus est.
 impudēs inuercandia. Visitatum hoc peccatoribus: qui cām
 graibus indios sceleribus, insurgant in Deum, mandatorum
 illius transgressores, contemptores, salutem tamen interscele-
 ra sibi ab eo præmittunt, quem, quantum in ipsis est, nouis
 semper sceleribus, tamquam nouis clavis cruci affigunt. Sto-
 lida omnino & fatua persuasio, præmia sperare ascelere. & i
 cùm mille modis præmeritus inferorum sis penas, exspecta-
 re mercedem cælo reponendam: & cùm hostilia omnia ege-
 ris, filiorum & heredum loco haberī velle: & ab offensa manus
 medelam sperare; à læso grauiter iudice, & contempto patre,
 amica oscula emendicare; rotiesque à peccato prostratum,
 triumphos solis victoribus debitos depositere. quod merito
 faruitatis genus maximum videri debet.

Sequuntur

Sequitur in Euanglista: *Respondens autem alter, increpabat II.*
cum. Vnum inuenit, à quo defenderetur Dei Filius. & vnum Latronum
alter Do-
minum
propugnat.
tantum, qui auderet oppugnantem redarguere. reliquos aut
odium tenebat aut metus. vnum repertus est, qui se auderet
improbitati opponere. & quidem latro. sed è latrone factus
propugnator. Misera Christi nostri conditio: qui ita destitui-
tur omnibus, ut nec terrâ, nec cælo toto reperiat propugna-
torem præter latronem vnum, & quidem cruci affixum. O;
quoties nos imprudens verecundia, vanus timor, offendendi
metus, politica ratio retrahit à diuinarum rerum tuitione, à
scelerorum redargutione, ab improborum factorum dam-
natione! & quis nunc pares, non dico superiores, increpet in
Dei causa? & audet vnum latro in blasphemio socio blasphemos
Principes militesque damnare. Neque, ait, tu times Deum, quod
in eadem damnatione es: non times vindicem Deum, nouus bla-
phemus? qui licet tardior sit in vindictam, tarditatem tamet
pœnarum grauitate compensare solet. non times Deum to-
ties mortem: promeritus, post tot sceleras, tot latrocinia? &
morte iam iam imminentem, non times iudicem Deum, à quo
vno animæ pendet salus & interitus? Et positus quidem erat in
eadem crueis cum Christo damnatione, sed in dispari longè
causa; in innocentissima Christus, in nocentissima latro. quod
clarè testatur melior latro. Et nos quidem iuste damnati: nam
digna factis recipimus. promeriti nimirum per latrocinia cru-
cem. Vide hinc veri pœnitentis formam. agnoscit crimen, & Veri pœni-
tentis quæ
sunt signa.
faretur palam. Quam paucos reperias, qui palam commissa
palam fateri volunt? tegimus omnes sceleras, nec admittimus
nomen, factorum rei. Iam, quantæ excusationes in omni cri-
mine? & rationibus etiam propugnare male facta conamur.
Quid? quod vitijs virtutis non raro nomen indamus. & quod
deterius gloriari etiam in rebus pessimis, & laudari amarius
de crimen, argui nolumus: quod si quis verum crimen obij-
ciat, etiam palam factum, indighamur, & insurgimus in iras; &
capulo sœpè manus propior quam confessioni. & inter ea-

lumnias vera nimis crima nostra numeramus. Melius hic latro prodigum, Publicanum, Zachæum, Matthæum imitatus, crima fatetur. & quæ palam commiserat, palam fatetur, ut criminibus confessio responderet. cumque non erubuissest ad crima, non erubesceret ad confessionem. Nos cum non erubescamus sceleribus inædificare in oculis magni Dei, erubescimus tamen, noxiâ verecundiâ, fateri. non erubescimus aures, oculos, manum medicorum in erubescendis morbis: tantus nos tenet valetudinis amor. & erubescimus ad morborum animi confessionem, etiam apud amicissimos. O, quam multi solo pudore æternum pereunt? vivere æternum vñâ confessione poterant. retraxit noxius pudor. perierunt, æterni ignis facti materia æterna. Exuit nocitrum pudorem latro; & quod facilius veniam mereretur, palam delicta fatetur, nec delicta tantum, sed pœnam illis debitam iuste se pati profiteretur. Habes hinc peccati agnitionem, primum pœnitentia gradum. habes pœnæ, in expiationem delictorum, suscepctionem. nam siue vltro quis illam suscipiat, siue à Domino aut alio inflictam, pro eodem habendum; tantumque ad delicta deletionem valet, siue ab alio pœna irrogetur, siue vltro subcatur, si pari alacritate suscipiatur. ab animo, expiatio, & merita pendent. ille mensuram rebus & pondus addit: omnisque omnino æstimatio ab illo est. nec raro plus meriti ab alienâ voluntate impositis, quam à suâ accersitis reperias: cum in his plus amoris, quia plus propriæ voluntatis, intercurrat; in illis minimum de suo est. quo maiore, ad ferendum aliena, quam sua, virtute & constantia opus est. nam quæ vltro deligimus, minus acerba, licet grauiora interdum sint, videntur. tantum liberæ voluntatis delectus valet, vt mitiget mala & dolores, pœnasque leniat: cum quæ alienâ voluntate immittuntur, licet inferiora, grauius feriant, cum nihil libertatis in his eluceat nostræ: & hæc inter inimica, quia inter aliena; nostra inter amica, quia à nobis profecta, numeremus. ac licet promeriti pœnas simus, valent non tantum ad totius delicti expiacionem,

nem, debitique exsolutionem, verùm etiam ad meriti & grāiae augmentum. tanta diuinæ in nos bonitatis & clementiæ vis est, vt & remittat debita, & gratiam augeat, & præmia largiatur, & grauissima, etiam multorum annorum, scelera modicis suspirijs, rarisq[ue] lacrymis largiatur. & ex hoste iurato pœnasq[ue] æternas promerito, heredem regni cælestis statuat; & inter filios numeret, & inter amicissimos habeat.

Pergit pius latro, Christi, post accusationem sui, innocentiam tueri. *Huc verò nihil mali gesit.* Audax dictum è cruce: & inter tormenta, dictum forte. solet inter illa animus decrescere. & audaciam pœnæ minuunt, cōstantiam adimunt. Crescere hæc omnia in latrone videas. nulla in hoc muliebria lamenta, quæ iudicem ad mitiora flectant: nullæ desperantium & indignantium voces: nulla factorum excusatio, pœnarum accusatio: nullæ impiæ voces tormentis expressæ. sed contrà, magna omnia. crederes animos cum pœnis creuisse. & audet, quod nemo aliis, medios inter hostes, inter carnifices, & è cruce, Christi innocentiam fateri: Pilatum Romanum Præsidem innocentis damnatorem, Pontifices, seniores, populum, populiæ Principes, militesq[ue] iniustiæ damnare, qui innocentem damnassent. nec veritus illorum præsentiam, non pœnarum, quæ timere ex his poterat, augmenta, non crudeliores tortorum manus, palam, quod nemo aliis ausus, Christi innocentiam propugnat. Maximis omnino animis opus fuit, ingentiæ fiduciâ. profugerant Apostoli tot prodigiorum in Christo testes & socij, tot cælestibus donis aucti, tanto lumine collustrati, tanto tot annis contubernio digni habiti, magni Dei ore instituti, roborati, & in omnia aduersa armati. & stat vñus in cruce latro, qui nihil in Christo, præter nudum hominem flagris concisum, clavis confixum videret. Plurima Apostoli viderant, quæ Deum suum testarentur, & quæ ab alio quam à Deo nasci non poterant; & ad prima arma & vincula fugam circumspiciunt, & ab hac vna salutem sperant. latro nihil videt, nisi hominem fœdè lacerum, destitutum ab omni-

Latronis
in Domino
tuendo
constantia
& animus.

omnibus, Iudeorum ludibrium, Gentium opprobrium: in quo nihil luceret Dei, & quidquid diuinum erat, altè tegebatur. & audet innocentem proclamare, quem omnis Iudea nocētissimum proclamauerat, Præses damnauerat. Quis non miretur generosos latronis inter pœnas animos? quis non laudet, & veniā dignos & præmio non iudicet? quis non anteferrat Apostolis profugientibus, negantibus? Vnusquisque hīc sc̄ nostrūm excutiat. videat, an audeat palām verum fateri: an protegere innocentiam à potentia oppressam: an vera denunciare, cūm arma, ac potentiorum minæ, contrā steterint: an inter bonorum & honorum pericula, , inter Charybdim & Scyllam, nauigare intrepidus audeat.. an non cedat purpuræ & opibus, non nobilitati, robori, scientiæ, non sanguini, non muneribus, non magnorum fauori & gratiæ; & non plus illis omnibus tribuat, quām veritati. an non in sententia ferenda, in consilio dando, in auxilio præstanto, maiorem longè illorum, quām innocentia & veritatis rationem habeat. Iam, quām multa s̄apè dicat, conscientiā reluctante, veritate reclamante, vt potentioribus placeat, vt non displiceat, vt non excidat gratiā, vt inter Principum amicos numeretur, vt non sentiat fortunas suas occidi, spem secari, dignitates negari aut minui. Superior his omnibus latro noster, pro veritate intrepidus stetit. &, quod magis miremur, inter acerbissima crucis tormenta, & inter metum maiorum totiusq̄ue populi interritis, non armis, non minis, non potentia cessit: & quem inter secundā negauerat, inter tormenta palām confessus est: quem inter prospera hostili animo persecutus fuerat, in ipsa morte, quantum licuit, tutatus & professus est. prudentiorem tormenta & mors fecerunt. Ita plurimū sapimus, morte premente; & quam vitam stolidi peregimus, prudentiores non rārō claudimus. Magna nimurum prudentiæ magistra mors est. quæ præteriorum vanitatem, breuitatem præsentium, futurorum metum dum proponit, ad meliora impellit, & prudentiam docet: quam secundus opum, honorum, voluptatum & deli-

Veritas et
iam inter
pericula
propaganda.

Mors est
prudentiæ
magistra.

deliciarum cursus obtenebrauerat , cultoremque suum infatuauerat . Passus hanc fatuitatem fuerat latro , dum res illi ex voto fluenter. accesserunt vincula, crux, mors; & versa in prudentiam, prioris vita fatuitas est. agnouitque secundum fortunam errorem, aduersae prudentiam. & criminadeteratus , quae publicè contraxerat, publicâ confessione delenit ; & quem ignorauerat in prosperis, in aduersis Deum cognouit. nec minore constantiâ professus est, quam ante negauerat. Excuse hic te ipsum. & vide mores tuos; erroresne tuos fatearis, an tegas; damnes, an defendas; vituperes, an laudes; oditis, an ames; defleas, an probes; an sequaris Sapientem: *Inflas, prior est accusa. Prox. 18. tor sui.* An memor sis eiusdem: *Laudet se alienus, & non os tuum; Prox. 27. extraneus , & non labia tua.* An potius, stultorum more , prior laudator es tui, rerumque tuarum. an , quod faruitatis genus maximum, quod damnant reliqui. tu dictum factumve tuum laudes. Aliud repertis in latrone: qui damnavit palam sua, laudavit Christi. imitare damnator semper tui, laudator Christi, cui soli meritò laus debetur , damnatio nulla. nec erubescere Christum palam profiteri, non fidem, non religionem, non veritatem, non Domini imperia, ut implearis benedictione non erubescientium Dominum. iuxta illud: *Omnis qui confitebitur me coram hominibus, confitebor & ego cum coram Patre meo, qui in celis est.* ne audias: *Qui autem negauerit me coram hominibus, negabo & ego eum coram Patre meo, qui in celis est.* Nobilis remuneratione , pro humana confessione diuinam consequi: humanæque confessioni diuinam respondere . vt quantum quisque hic laudum, quantum fidei Christo dederit, tantum in cælo recipiat. & quidem pro mortali & peritura , immortalem & æternam. Tam diuite mercede compensat Christus, quidquid hic ipsi præstitum. prudens omnino negotiatio , peritura dare, vt consequaris æterna. hic Christi cui fidem profiteri, vt ille te profiteatur suum coram cælesti Patre. Confer hic te & Christum, homines & Patrem cælestem: & videbis quam prudenter foeneretur, quisquis Christo sceneratur. centupla reditio

Xxx hibitio

hibitio parua est. pro vno millia donat: imò pro vno, nulto numero recensenda largitur. Non erubescere proinde Christum, etiam inter armatos hostes, inter minas & tormenta, inter Reges, iudices, tortores; ne erubescat ille te coram Patre suo, & ne numereris inter illos, ad quos Dominus: *Nescio vos.*

Mattb. 25. Non erubuerunt fateri Christum magni in utroque sexu Martires, quibuscumque tormentis propositis, & retulerunt constantiae & amoris sui præmia, cælum, quod qui dicit, omnia dicit. Non erubuerunt virgines, & quidem in illa ætate, quæ ad omnem vitum erubescere consuevit. ad omnia stabant pudibundæ; præterad unam fidem, & Christi sponsi sui confessio nem. cum non erubescerent illum sponsum, qui solus nullum ruborem castimoniae incuteret, nullumque adduceret. ergo illum palam confessæ. & quo magis palam, hoc minore rubore: cum gloriae suæ partem maximam ponerent in auditorum multitudine. & videri, & audiri ab omnibus volebant, tanto futuræ castiores, quanto fortius sponsum suum professuræ erubescabant, si negata profitendi occasio. publicatio ruborem detergebat, quem adducebat secretum. & mori optabant pro eo, qui illas sanguine suo desponderat. & in omnium oculis virginem sanguinem suum fundere volebant, cum ille suum antè, orbe inspectore, fudisset; & in illo sibi illas maritasset, in castissimo castas. Sed & si intuearis sub carnifice singulas, stupesces ad constantiam, ad prudentiam, ad audaciam, in illa ætate & sexu. & ultrò se etiam ingerebant; & cum lassarent tortorum manus, inuitabant ad maiora. & damnatores suos ridebant, cum omnem felicitatem suam ponerent in tormentis. Sed nec ad nuditatem suam erubescabant, cum nullam nudam crederent, quam densa sponsi sui castitas velauerat. nimicum, ut ante primogenium in paradiſo delictum ignota nuditas, & ignota cælo: sic virginibus nostris ignota nuditas, quæ Christo donabatur, & quam ille tegebat; in medio omniū vestium integumento. & præludebat iam tum in illis cælum, cum donasset ueste cælo donandâ. Quid non potest:

Virginum
in Christi
confessio-
ne tor-
mentis, de
nudatione
constantia.

test fides? quid non amor? gaudet publicari: nec erubescit ad amoris casti nomen. erubesceret, si non amaret, à quo amabatur, & cuius amoris testem habebat, columnam, spinas, crucem, clauos, lanceam. Imitari non pudeat, si præmiari non pigeat. imò pudeat à virginibus vinci, & ab illis discere, quæ doceri debebant. magnisq; animis palam Christum nostrum profiteamur. Quid veremur? habemus Dominum animantē,
Ponite in cordibus vestris, non præmeditari quæcumadmodum respondeat. Luc. 21.

tū: ego enim dabo vobis os & sapientiam, cui non poterunt resistere & contradicere omnes aduersarij vestri. Factum non in viris tantum, sed & in pueris & puellis. quæ nemo ignorare potest, qui non ignorat Catharinam, Barbaram, Luciam, Agatham, Agnetem, Cæciliam, Susannam, Christinam, Domitillam, Fidem, Spem, Caritatem; puerosq; Ludouicum in Iaponia, Asterium & Claudium in Lycia, Christophorum in Hispania, Guilielnum in Anglia, Hugonē Lincolnæ, Maximum in mari, aliosque quam plurimos. quorum exemplis, si non planè ignauissimi sumus, & degeneres à Christo, ad parem constantiam animoſq; prouocari deberemus. nam si illorum amamus præmia, amemus & agones. aut si illa sine his speremus, an non meritò inter fatuas virgines numerandi? non inter sacerduli huius prudentes, cælo stultos? quanto sapiunt magis, qui stultiam hîc amant, quæ cælo reponit beatos; qui propter Christum hîc stulti, ut prudentiâ donentur æternâ; quibus mundus indignus, solique digni cæli sunt! Amplectamur hanc stultitiam propter Christum cum Apostolo, ignobilitatem, imperitiam, contemptum, etiam tormenta, quæ magnam remuneracionem reponunt cælo, nullo æuo finiendam, nullo minuendam.

Sequitur in Scriptura: *Et dicebat ad IESVM: Domine, memento mei, cum veneris in regnum tuum.* Post innocentiae propugnationem, delictorum confessionem, doloris ostentationem, pœnarum pro delictis inflictarum lubentiam, subiunxit precites. Et primò vocat Dominum, quo humiliores sint preces. Luc. 23.

- Matt. 8. neque enim vllæ potentiores sunt, quæ humilitati sa-
perædificantur. Tales erant Centurionis: Domine, non sum di-
gnus ut intres sub tectum meum; sed tantum dic verbo, & sanabis
ibidem. puer meus. Tales leprosi: qui veniens adorabat eum, dicens: Domi-
Luc. 18. ne, si vis, potes me mundare. Tales Publicani: qui à longè stans, zo-
lebat nec oculos ad cælum levare: sed percutiebat pectus suum, dicens:
Luc. 15. Deus, propitius es to mihi peccatori. Tales Prodigii: Pater, peccauis in
Ivan. 11. cælum, & coram te; iam non sum dignus vocari filius tuus: fac me sic-
Iudith 9. ut unum de mercenariis tuis. Tales Mariæ & Marthæ: Domine, ec-
caquem amas infirmatur. Tales erant Iudith: quæ ingressa orato-
rium suum, & induens se cilicio, posuit cinerem super caput suum: &
Esther 14. prostrans se Domino, clamabat ad Dominum. Tales Esther: quæ
cum depositisset vestes regias, fletibus & luctu apta indumenta sus-
cepit, & pro unguentis varis, cinere & stercore impletuit caput, & cor-
pus suum humilianiit ieunij: omniaque loca, in quibus ante letaricō-
fuerat, crinium laceratione compleuit, & deprecabatur Dominum.
4. Reg. 20. Deum Israel. Tales Ezechia: qui conuersit faciem suam ad parie-
tem, & oravit Dominum, & fleuit fletu magno. Tales Danielis, qui
Dan. 9. de sciplo: Posui faciem meam ad Dominum Deum meum rogare &
deprecari in ieunis, faceo, & cinere. & oravi Dominum Deum
meum: Peccavimus, iniquitatem fecimus, impie egimus, & recessimus,
& declinavimus à mandatis tuis. auertatur, obsecro, ira tua, & furor
tus à ciuitate tua. Tales erant Susannæ: quæ falsò accusata, flens
Dan. 13. suspexit ad cælum: erat enim cor eius fiduciam habens in Domino. Ta-
les etiam erant Annæ: quæ cum esset amaro animo, oravit ad Do-
minum, flens largiter, & votum votit. Tales Tobiae: qui post va-
rias exprobationes vigilauit, & coepit orare cum lacrymis di-
1. Reg. 1. cens: Nunc, Domine, memor esto mei, & ne vindictam sumas de pec-
catis meis, neque reminiscaris delicta mea. Tales erant Saræ filii
Tob. 3. Raguelis: quæ tribus diebus & tribus noctibus non manducavit,
neque bibit; sed in oratione persistens, cum lacrymis deprecabatur Do-
minum. Tales Ionæ clamantis de ventre piscis: Clamavi de tri-
bulatione mea ad Dominum, & exaudiue me: de ventre inferi clama-
ui, & exaudisti vocem meam. Tales Ninivitarum ad prædictio-
nem:

nem Ionæ: qui prædicauerant ieiunium, & vestiti sunt fassis à maiore usque ad minorem. Et peruenit verbum ad Regem Niniue: et surrexit de sotto suo, & abrexit vestimentum suum à se, & induitus est facco, & sedie in cinere. Et dixit, Homines, & iumenta, & boues, & pecora non gustent quidquam: nec pascantur, & aquam non bibant, & operiantur fassis homines & iumenta, & clament ad Dominum in fortitudine, & convertatur vir à via sua mala, & ab iniuitate, que est in manibus eorum. quis fecit si convertatur, & ignorat Deus? Tales etiam sacerdotum: qui post blasphemias impij Nicanoris voces, steterunt ante faciem altaris & templi, & flentes deprecati sunt 1. Mac. 7. Dominum. Tales Moysis pro populo Dominum deprecatis: Dimitte, obsecro, peccatum populi huius secundum magnitudinem mihi. Num. 14. fericordie tue, sicut propitiatus fuisti egredientibus de Ægypto usque ad locum istum. Quales verò preces ipsius fuerint, ipse testatur: Et Deut. 9. iacui coram Domino quadraginta diebus ac noctibus, quibus eum suppliciter deprecabar, ne deleret vos ut fuerat comminatus. Tales Aliae Regis Iuda; contra quem cum egressus esset Zara Äthiops cum exercitu suo, decies centena millia, & curribus trecentis, invocauit Dominum Deum, & ait: Domine, non est apud te vlla distantia, utrum in paucis auxiliis, an in pluribus: adiuua nos, Domine Deus noster: in te enim, & in tuo nomine habentes fiduciam, venimus contra hanc multitudinem. Domine, Deus noster tu es, non præualeat contra te homo. Tales Iosaphat: Cùm stetisset in medio cætu Iuda & Jerusalem, 2. Par. 14. ait: Domine Deus patrum nostrorum, tu es Deus in celo, & dominus cunctis regnis Gentium: in manu tua est fortitudo & potentia, nec quisquam tibi potest resistere. in nobis quidem non est tanta fortitudo; ut possimus huic multitudini resistere, quæ irruit super nos. sed cùm ignoremus quid agere debeamus, hoc solum habemus residui, ut oculos nostros dirigamus ad te. omnis vero Iuda stabat coram Domino, cum parvulis, & uxoribus, & liberis suis. Tales Esdræ, qui de seipso: Sedebam tristis usque ad sacrificium vespertinum. & in sacrificio vespertino surrexi de afflictione mea, & scissi pallio & tunicam, curvavi genua mea, & expandi manus meas ad Dominum Deum meum, & dixi: Deus meus, confundor, & erubesco leuare faciem

meam ad te: quoniam iniquitates noſtre multiplicatae ſunt ſuper caput noſtrum, & delicta noſtra creuerunt uſque ad celum à diebus patrum noſtrorum: ſed & nos ipſi peccauimus grauerter uſque ad diem hanc.

1. *Eſdr. 10.* Addit Scriptura: Sic ergo orante Eſdrā, & implorante eo, & flente, & iacente ante templum Dei, fleuit populus fletu multo. Et exauditæ ſunt à Deo preces omnium recenſitorum. nam & populus, audito Eſdrā, alienigenas uxores, & ſuceptas ex ijs proles abiecit, & reconciliatus eſt populo Deus. & ad preces Iofaphat filij

2. *Par. 20.* Ammon & Moab, & habitatores montis Seir mutuis concidere vulneribus: nec ſuperfuit quisquam qui necem potuiffet euadere. & Asā de-

2. *Par. 14.* precente, territi à Domino Āethiopes uſque ad internacionem ruerunt: cum decies centena millia numerarentur pugnatorum.

Quia Domino cädente contriti ſunt. Et ad supplices humi prostrati Moysis voceſ, indignabundus Dominus, & ad vindictam

Num. 14. paratus: *Dimiſi, ait, iuxta verbum tuum.* Et post Machabæorum, ſacerdotum, & populi lacrymas, blaſphemus cadit Nicanor.

post ieiunia vero, ſaccos & cineres, Niniue ſibi reſtituitur: auertitque à ſe latam per Ionam Domini ſententiam. & ipſe Jonas de triduano pifcis ventre, terris redditur, post orationem & lacrymas. Et non Tobias meruit filio & Saræ Rapha-
elem, Afmodæi fugam, opes, oculos? & non Anna Elcanæ ſterilis, voto & lacrymis promerita Samuelem eſt? non Susan-
na, oratione & in Deum fiduciâ inuenit Daniele pudicitiae

vindicem? & ipſo Daniele deprecente, non ſeptuaginta he-
bdomadæ abbreviatæ ſunt? nō fletu ſuo magno Ezechias Rex
in annos quindecim prorogari ſibi vitam, Iſaiā, qui mortem
denunciauerat, denunciatore, à Domino impetravit? non
Esther ieiunijs, cinere, crinium laceratione, regiæ vestis de-
positione, mortem à populo ſuo in hostes vertit? non Iudith
cilio & oratione Holofernem vicit, omnemque Assyrio-
rum potentiam una mulier fregit, victoriam retulit, Iudæam
metu exemit? Iam, Maria & Martha quatriduanum Lazarum
reddi ſibi exorarunt, & ſupplex Prodigus ſtolam & annulum,
& poſt ſiliquas vitulum ſaginatum, & cantum, & patris am-
plexus

plexus & osculum inuenit. & Publicanus post pectoris tensiones, oculorum deiectiones, iustior domum redit. & leprosus adorans mundari meruit. & humili suâ prece Centurio puero vitam, pulsâ in ualeitudine, consecutus est. Eadem inuenies non semel in Dauid: etiam in impio Achab post cædem Nabuthæ; in alijs etiam Regibus Iuda, maximè in Manasse. Ut non mireris humilem delicti confessionem, humilemque latronis deprecationē plurimū valuisse, maximè apud eum, qui sub idem tempus pro persequentibus se orasset, criminique, quibus nullum sacerdolum vidit maiora, extenuasset. Quid enim non faceret pro laudatore, defensore, humilique deprecatore, qui pro torribus & blasphemis, & omnium hominum sceleratissimis, supplex Patri fuisset? aut quomodo non remuneraretur propugnatorem, qui oppugnatoribus & hostibus præmia sanguine suo parabat? Quod si hîc etiam consideraueris animos in latrone fiduciâ plenissimos, nil miraberis, regnum à Christo ambiuisse & impetrasse: nam quem orbe totô, extra vnam Dei matrem, conferre cum latrone audias? quem possis? Apostoli ad armorum strepitum, ad vincitorum nomen, fugiunt. unus etiam post triennalem apostolatum, triginta magistrum argenteis vendit; & ne quid impudicitæ deesset, osculo prodit. Petrus vero tot miraculis confirmatus, tot sponsionibus diuitatus, *Tibi dabo claves regni celorum:* Matib. 16. &: *Super hanc petram edificabo Ecclesiam meam.* &: *Confirma fratres* Luc. 22. tuos. deniq; tot monitis eruditus, post magna illa ibide verba: *Etiam si oportuerit me mori tecum, non te negabo:* ad vnius vilis mūt. 16. Herculæ vocem exanimatur. necdum viderat columnæ alligatum, necdum spinis coronatum, necdum sub cruce lapsabundum, necdum in ipsa pendentem. viderat volentem capi, audiens accusari; & de capite periclitari; & nescio quid nimis humanū passus, plus de igne, quo frigidus excaleseret, quam de magistri périculo sollicitus, ignauæ se miscuerat turbæ; quæ ignibus frigus pellebat, non accusantibus, veritus ne agnosceretur. & ad unius ancillæ vocem, ille in mortem

pro

pro Domino iturus, negat se cum nosse, quem non multò antè edoctus à cælesti Patre, Deum fassus fuerat. pro qua etiam confessione, nobilissimā supra reliquos prærogatiuā donatus steterat. at latro ignarus ante id tempus Christi, miraculorum, concionum, vitæ integritatis, innocentia, sanctimoniz, morumque ipsius; multis vulnerum millibus concisum, vermem verius quam hominem, ferreisque clavis cruci affixum, nequidquam Sacerdotum populiq; Iudaici Principibus frenentibus, populo audiente, Romanis testibus, & Regem fateatur, & Deum agnoscit, cum alterius ab eo sæculi regnum sperat, & impetrat. ut non mireris ad tanta tantam confessionē extolli. Excute vero hic Petri & latronis voces; non miraberis disparem exitum. Non noui hominem. &: Memento mei, cum veneries in regnum tuum. Sed & singula latronis nostri accuratè seriū inuestigator discute: singula etiam Petri. Ille criminis socium blasphemum palam damnat: Neque tu times Deum? Petrus se abducit ab accusantibus Christum, ne innocentiam tueri cogatur. Latro ad socium: Qui in eadem damnatione es. &: Nos quidem digna factis recipimus. Vbi Petrus sui damnator? ubi magistri audax propugnator? subsellia fugit iudicū, magistrum destituit, turbas, quo ignorior esset, se misceret. Addit latro innocentia Christi fortis propugnator, dignam regno remunerari vocem: Hic autem quid mali fecit? Quibus paucis verbis Iudaici populi Principes, Phariseos, & Scribas damnat omnes, adeoque vniuersum populum depositentem Christum crucifigi: ipsum etiam Herodem Regem, qui innocentii illusisset: Pilatum denique iudicem, qui illum damnasset, in quo damnationis causa nulla foret. cum Petrus ad vnius ancillæ verba pauidus exhorrescat, & quem fateri timet, nosse negat. Ut non immerito discere debeat à latrone Apostolorum Princeps, & aliud longè in utroque video & audias: & egreditus Petrus fleuit amare. &: Hodie mecum eris in paradyso. Quam dispar exitus timoris & fiduciarum, negationis & confessionis! quam verè iudicia Dei abyssus magna! quanta fragilitas humana

Matt. 26.

Luc. 23.

Luc. 21.

Luc. 23.

mana sibi relicta: discimus in magno Rége: *Dixit abundantia Psal. 29.*
mea: Non mouebo in eternum. addit: *Aurum si faciem tuum à me,* &
fatuus sum conturbatus. Primum præsumptionis; alterum sibi
destituti est. Non inferiora habes in Petro: *Etiam si oportuerit* *Mat. 26.*
me mori tecum, non te negabo. Vides de se præsumtentem, maximè
post tot diuinæ sponfiones, vide sibi relatum: *Non noui homi-*
pem. vide rursum erectum à miserante Domino, & erube-
scentem super inconstantia sua: *Egressus foras, fluit amare.* &
narrant hunc fletum Petro perpetuum fuisse. Nobis post la-
psus plurimos, nescio an paucarū sit guttarum, an lento com-
poni stillicidio possit: imbribus sanè, nec pluviæ potest. Vide
deinde Petrum post lapsum & lacrymas modestiorem: *Simoni* *Iean. 21.*
Ioannis amas me? Domine, tu scis quia amo te. O, quid est homo,
remouente manum Domino? quo magis accubare semper la-
teribus nostris debent timor & humilitas, certissima in om-
nem lapsum firmamenta. Quid etiam est homo, porrigente
dexteram Domino? discimus in latrone: *Et nos quidem digna fa-* *Luca 23.*
ctis recipimus: hic verò nibil malo gesit? Domine, memento mei, cùm
veneris in regnum tuum. Non vereris Romanos, non Cæsarem,
non Herodem, non Pilatum? non Sacerdotum & populi
Principes? non maiora tormenta? quò mihi Romani, quò Pi-
latus, Herodes, Principes, populus, tormenta? maius his om-
nibus pendentis Christi regnum est. Generosa confessio. felix,
quæ audire meruit: *Hodie mecum eris in paradyso.*

Ibidem.

Quæri hinc à curiosoribus posset; an tot latrocinia, vitaque
impiè traducta, non sit in die Domini magno, & in illa beatifi-
tate æterna, tubori futura latroni? non magis quam omnium
nostrum in primo parente lapsus: nec magis quam Davidi
Vrias & Bethsabee; negatio Petro; Saulo mors Stephani; te-
lonium Matthæo; Magdalena, Publicano, Prodigio, Zachæo
prior vita. quin adeò, aliquid potius in ornatum impia prior
vita deleta nobilissimâ confessione, & cui similem nulla prior,
nulla posterior vedit ætas, addet latroni. & ut aliquid elegan-
tiæ à spinis accedit rosis, ita post lacrymas, suspiria, mœro-

Peccatori-
bus non
erunt in
die iudicij
peccata
priora ra-
botia.

Y y y tem,

rem, pœnitentiam à dilutis & detersis peccatis, accedit homini saluando. & exulabit omnis omnino cælo verecundia à peccatis. nec ullus ibi locus rubori: erit honori, & huic soli, quem vniuersusque fronti clementia diuina post dolorem de peccatis attexet. Sanè maior elucescat bonitas diuina in maioris peccatoris pectore, & plus se in hoc ostentabit Christi sanguis, mors, vulnera. atque hinc, teste illo qui mentiri non potest, maius est gaudium in cælo super uno peccatore pœnitentiam agente, quam super nonaginta nouem iustis, qui non indigent pœnitentiâ.

Luc. 15.

IV.

Quid petat latro in cruce a Dño.

minio.

Prom. 3.

Heb. 12.

Vide deinde quid petat latro noster. non, ignem de cælo mitti cum Apostolis & Propheta. non, cum ijsdem sedere ad dextram illius & sinistram: non sapientiam cum Salomone: non dies longos: non cruciatum mitigationem: non opes, non honores, non regnum: neque eximi petit à cruce, à doloribus, aut in integrum post vulnera restitui. quo docemur, non subterfugere crucis, non subducere nos aduersis, non vovere prosperta, non apprecari secunda, non deprecari corpori inimica: cùm ferè ad salutē plus possint aduersa, quam secunda. illaque ferè auocent, hæc ad Deum deducant. illa futurorum memoriam prouocent, hæc extinguant. illa timorem Domini incutiant, hæc excutiant. illa peccatorum grauitatem oculis obijcent, hæc extenuent. illa præteriorum criminum dolorem, pœnarumq; horrorem immittant, hæc præteriorum futurorumq; pariter obliuionem induent. illa seculibus materiam subterrahant, hæc subministrant. Hinc illa Sapientis monita: *Disciplinam Domini, fili mi, ne abiicias: nec despicias cùm ab eo corriperi: quem enim diligit Dominus, corripit; et quasi pater in filio complacet sibi.* Et illa Apostoli: *Quem diligit Dominus, castigat: flagellas autem omnem filium, quem recipit. & Tamquam filius tuobis offert se Deus: quis enim filius, quem non corripit pater? quod se extra disciplinam estis, cuius participes facti sunt omnes: ergo adulteri, et non filii estis. Pergit: Omnis autem disciplina, in praesenti quidem videatur non esse gaudi, sed mæroris: postea autem fructum pacatum exercitatis per eam reddet iustitia. Complacet sibi Dominus in*

in filio quem castigat: cum correptio illius omnis in reben-
dationem sit. quare & in hanc, & in illam, tamquam huius cau-
sam sibi complacet: non quod delectetur filiorum verbtri-
bus optimus pater; sed emendatione e verbotibus natâ. Quid?
quod in illegitimi orum filiorum numerum ponat Apostolus
illos, quos Dominus transiit incastigatos: & inter aduleros
eosdem reponat. solatur deinde omnes, quos corripit Domi-
nus, cum presentis castigationis mærorum vertendum in
gaudium assertit. iuxta illud Ioannis: *Vos nunc quidem tristitiam Cap. 16.
habetis; iterum autem videbo vos, & gaudebit cor vestrum: & gau-
dium vestrum nemo tollerâ vobis: cælorum nimirum æternum,
nullo suo collendum.* Jam, si Scripturam sacram euolueri-
mus, primos omnino Deoque gratissimos aduersis concusso-
fuisse reperiemus. hinc illud apud Tobiam: *Quia acceptus eras
Deo, necesse fuit ut tentatio probaret te.* Cautam cætitatis, pauper-
tatis, rerum aliarum aduersarum tradit, quod placuissest Deo.
Iobi liber nihil propè continet aliud. Verum audiamus lo-
quentem: *Ego ille quondam opulentus, repente contritus sum: tenuit Iob 16.
ceruicem meam, confregit me, circumdedit me lanceis suis, conuulne-
ravit lambos meos: non pepercit, & effudit in terra viscera mea: con-
cidit me vulnere super vulnus, irruit in me quasi gigas: facies mea in-
tumuit à fletu. pelli mea, consumptis carnis, adhaesit os meum: &
derelicta sunt tantummodo labia circa dentes meos. cutis mea denigra-
ta est super me, & ossa mea aruerunt præ cauitate.* Nec delictum vi-
lum in Iobo. sed illi in gloriam, posteritati in exemplum, dæ-
moni in contumeliam hæc euerterunt. Audiamus Dauidem,
vitum secundū cor Dæi: *Percussus sum ut fænum, & aruit cor meum:* Psal. 101.
*quia oblitus sum comedere panem meum. à voce gemitus mei adhaesit os
meū carni mee.* Similis factus sum pellicano solitudinis: factus sum sicut
nycticorax in domicilio: factus sum sicut passer solitarius in tecto. Hæc
ille Rex magnus, qui lectum lacrymis rigat, cinerem pani mi-
scet, & plus lacrymarum quam oculorum bibit. qui Saulem
per saltus, per deserta, per montes, & in uias rupes perpessus, cri-
mine nullo, quiq[ue] inimicum ferrum vidit in filij manu, &

Aduersis
amici Dei
semper co-
cutiuntur.
Cap. 12.

Cap. 19.
Cap. 30.

Y y 2 quod

quod pudēdum magis, filium in toro suo. Quę omnia Regem fecerunt maiorem: neque enim esset aut cognita aut laudata posteritati Dauidis mansuetudo, lenitas, patientia, animi constantia, fortitudo, si aduersa abfuisserent. quę qui abstulerit, maximam laudis partem, imō omnem, à Danide abstulerit.

Imitemur magnos hosce viros: & per inimica & hostilia ad magna tendamus, ad Deum, ad cælum. hæc vna via est. neque tam eximi malis, quam robur in illis petamus. assuefcamusque cum latrone, inter sæculi huius fluctus & aduersa, regardare Dominum, ut memor esso nostri dignetur. maximè sub noctem, præmissâ breui omnium eā die perpetratorum delictorum examinatione, doloreque de commissis, cum serice recommendationis propositione. Proderit etiam orare Dominum, ut in tutelam nos ipse suam suscipiat. Fecit hoc feliciter Iatro: culpam agnouit, deprecatus est, indoluit, meliora animo concepit: adhibuit fidem, fiduciam, supplices preces: Domine me mento mei, cūm cūneris in regnum tuum. Agnoscit Dominum;

Lxx. 28. quem Iudæi Samaritanum, dæmonibus obsecsum, populi seductorem, Cæsaris hostem volebant. agnoscit Regem, de quo apud Pilatum Pontifices: Non habemus Regem, nisi Cæarem.

Iean. 19. Quem negant Regem Iudæi, agnoscit Iatro: non sæculi huius, sed futuri. in quo agnoscit Deum: cūm futuri Rex sæculi, solus Deus sit. Inter crima à Iudæis Christo objicta sunt: Dir.

Lxx. 23. cito, / e Christum Regem esse. Quisfo Regem facit, contradicit Cæsari. & **Iean. 19.** Nos legem habemus, & secundum legem debet mors, quia filium Dei fecit. Omnia hæc fatetur Iatro. Regem esse, Deum esse. & quod

nemo ausus, fatetur palam. Mira omnino res. nulla hic species dominij: & agnoscit Dominum. nulla regni: & agnoscit Regem. nulla Dei: & agnoscit in futuri sæculi regno Deum. Ut non mireris, si ad magna breui tempore prœdictus fuerit, qui unus orbę totogenerosissimam fiduci professionem edidit. sola hanc mater, præsentia testabatur, & factis loquebatur: solus Iatro verbis profitebatur. ut nesciam an non in his duobus tentum, matre & latrone, vera fides vixcit, nullā dubitatione.

con-

concussa, nullo metu fracta. Laudatur mulier, quæ conuiuio se ^{Eius fides} non vocata inseruit, pedes lacrymis lauit, capillis tarsit. & audit: *Fides tua te saluam fecit: vade in pace.* Laudatur libera alterius ^{Luc. 7.} vox: *Beatus venter, qui reportauit: & vbera, quæ suxisti.* Laudatur ^{Luc. 11.} tertia Chananaæ, audire promerita: *O mulier, magna est fides tuæ:* ^{Mass. 15.} *fiat tibi sicut vis.* Laudatur Centurio, & nobili donatur præro-
 gatiuâ: *Amen dico vobis, non inueni tantam fidem in Israël: vade,* ^{Mass. 8.} *sicut credidisti, fiat tibi.* Quo magis omni laude dignissimus latro
 noster, veræ fidei unusorbe roto assertor, & quidem de' crucis,
 è medijs tormentis, hostibus vndique armatis circumfessus:
 dignissimus etiam, qui audiatur à Domino, & quem unum
 habuisset protectorem, solumq; scriberet præmiorum. nam
 quid illæ Magdalenæ, Marthæ, Chananaæ, sanguinantis mu-
 lieris, Centurionis, Reguli, leprosorum, cæcorum, paralytico-
 rum, aliorumq; confessiones ad platronis? Intueretur tempora, &
 intelliges discrimina. priores inter media miracula, populi stu-
 pores, inauditam sæculis eruditio[n]em; cum viderent reluminari
 cæcos, redintegrari clados, paralyticos sibi, mortuos vita
 reddi, leprosos mundari, dæmones verbo pelli, maria calcari,
 ventis imperari, paucis panibus multa millia pasci, Dominum
 & Deum professi sunt. fors non magnum, tunc profiteri. At
 latro noster, cum omnia inuitarent ne crederet, vulnera, spi-
 ne, crux, clavi, spuma, tisus, blasphemæ voces; Dominum, Regem,
 Deum credidit, & professus unus palam est: ut mirari definas,
 si videas ad magna prouectum, neque enim video; quis totu[m]
 Euangeli, aut generosiorem veræ fidei actum, aut amoris in
 Domum maiorem expresserit. vt nouo proinde donandus præ-
 mio fuerit, qui nouo illud modo, & omnibus retro sæculis in-
 andito, promeritus esset. quare audit: *Hodie mekeris in paradiso.* ^{Quod pro} ^{ea præmiū} ^{accepérat.} ^{Luc. 23.}
 Non petierat paradisum; sed memoriam sui in regno. & spon-
 det Christus inscribendum paradiso regno suo. Nec diu differt:
 non in annos, menses, tempora; nec in dies quidem. ipso quo
 petierat die memoriam sui, concedit regnum. Tam facilis in hu-
 miles preces Deus est. vt ipsoctiam momento, quo super sce-

Poenitentes Deus
facile in
gratiam
admittit.

Ieribus suis peccator aut lacrymas fundit doloris testes, aut suspiria trahit mœroris indices, aut pectus pulsat in præteritorum detestationē, non remittat aut expungat delicta tantum, sed peccatorū illius omnium non recordetur amplius. O, quis credat, nisi Deum ipsum habere possumus huius rei testem? Verum hīc illud altè imprimendum animo: Eum, qui gementi & dolenti veniam addixit, nec lacrymas addixisse, nec mœrorem, à quo tamen hæc prouenire necessum, si prodesse debeant. Ita dum gaudemus de ignoscendi facilitate post delictorum mœrorem, timemus ne non profuturus hīc concedatur mœror, quem à gratuita Dei benignitate sperare debemus, & ab illa sola. Ne quærerē hīc merita. Deus est qui mœrores hos prouocat, qui lacrymas excutit & suspiria. Fecit hoc in felici latrone nostro. latronum alterum reliquit sibi: cui euenit, quod plenumque in humanis solet, vlexitus vita responderet: clauderetque improba vitam, exitu improbiore. Quæ res merito terrere peccatores debet omnes: cum ferè exitus respondeat vita, ut stolidissimi ingenij sit, blandiri sibi velle exemplo vi- nius: & polliceri sibi, quod vni cū millibus accidit. Quantio prudenterius vereri debemus, nē cū multorum omnium numero si- mus, quam ne vni cū millibus aggregatemur? O fatui, qui cū retam dubia, tam infrequenti & rara, æterna appendunt, beatitudinem & pœnam! Intueamur Scripturā vniuersam, certissimam rerum magistrām: & videbimus omnes propè Principes, Reges, reliquos, qui ab improbitate & sceleribus noscibiles fuerunt, in iisdem finiuisse, mortemque vitæ similem confectos fuisse. Fateor quosdam ad meliora rediuisse. memini Magda- lenæ, Pauli, Zachæi, Prodigii, Matthæi. sed hi in medio vita, cursum ad meliora verterunt. Verum qui improbos mores sceleraque in mortem extenderunt, & in illo vita supremo, ad gemitus, ad dolores, ad præteritorum poenitentiam venerunt, extra vnum hunc latronem reperio neminem. Ipsi vero omnes propè Reges Israël, plerosque Iuda, & exinde alios, Herodes, Antiochum, Nicanorem, aliosque plurimos, verum esse repe-

In fine vi-
ta rara est
conuersio.

reperias, quod dixi. discute verò diligenter Testamentum,
 vetus, nouum: & vide, num præter vnum latronem inuenias,
 qui improbam vitam felici exitu terminauit. de ijs dico, qui
 emendationem in mortem extenderunt. Fateor numquam Salutis spes
nulli pec-
catori de-
ponenda.
 esse salutis spem deponendam: neque in integrum, quamcumque etiam horā, spei renunciandum. quamdiu enim viuimus,
 & anima iuncta corpori, spei locus est: merendiue ut deme-
 scendi tempus est. Verū quem prudentem non meritò ter-
 reat, in omni Scriptura non nisi vnum narrari, qui scelera in
 mortem protracta beato sine clauserit? Hæc sciri, & videri, &
 legi, & emendationem in mortem reiici? maximè in æternita-
 tis negotio, in quo semel perisse, æternum est. & vnum qui-
 dem Scriptura latronem tradidit in spei exemplum. vnum ve-
 rò tantum; ne vanâ fiduciâ nostri emendationem in postre-
 ma coniucremus. vnam dedit, in diuinæ clementiæ & boni-
 tatis testationem: vnum tantum, in iustitiæ illius documen-
 tum. vnum dedit, ne post scelera desperemus: vnum tantum, Poeniten-
tia in mor-
tem non
est diffe-
renda.
 ne inani nimia spe efforamur. Et cum dilata emendationis
 felix exemplum vnum sit, infelicia propè innumera; hæc po-
 tuis in nobis verteatur, quam illud speremus. Et quis illi, qui
 conuersationem in mortem differt, conuersionis gratiam, quæ
 à sola gratuita Dei voluntate profluit, spopondit? quis secu-
 rum illum reddidit de præteriorum dolore? quis illi valutas
 apud offenditum Deum promisit lacrymas? quis addixit poen-
 tentiam abstergendis criminibus necessariam? & quis conce-
 piendo dolori tempus? cum nemo vel momentum sibi certò
 spondere possit. Iam, quantos imparatos mores rapuit? quan-
 tos in medio scelere? quantos in inchoato? quantos in cogita-
 to tantum, innocentे adhuc corpore? quantos in medijs lusi-
 bus, somno medio? quam improvidi deinde casus, & quos
 nulla præcauere prudentia potest, nos alia omnia cogitantes
 opprimunt; nec momento dolori concessο: vt plures longè in-
 opinati nos casus occupent, quam præmeditati: pluresq; non
 exspectata & subita mors antevertat, quam lenta & cogitata.

Ex

Ex his præoccupatis nónne esse possumus? & non verendum, ne inter plures numeremur, quām inter pauciores? tutiora prudens sequitur: intuta fatuus. prudentes imitemur Magdalenas, Publicanos, Prodigos, dum tempus conceditur, & sibi constant vires, & Deus inuitat, & veniam dolenti spondet. ne, si differamus in mortem, antè fôrs obruamur, quām dolere liceat; imò, quām per ægritudinem, dolores, & molestias lubeat. Et, vt per tempus & valetudinem liceat, quis post toties repulsa diuina monita, spondebit gratiam, à sola Dei manu, tamquam à diuite nube depluendam? non periculum, ne audiamus? Vocaui, & renuistis; extendi manum meam, & non fuit qui aspiceret. despexitis omne consilium meum, & increpationes meas neglexistis. ego quoque in interitu vestro ridebo, & subsannabo, cùm vobis id, quod timebatis, aduenerit, cùm irruerit repentina calamitas, & interitus quasi tempestas ingruerit: quando venerit super vos tribulatio & angustia. tunc inuocabunt me, & non exaudiam: manè consurgent, & non intenient me: eò quòd exosam habuerint disciplinam, & timorem Domini non suscepserint, nec acquieuerint consilio meo, & detraxerint vniuersa correptioni mee.

V. Illud etiam hîc meritò admirationem prouocare debeat, cùm videmus tam facilem in remittendis delictis Deum esse. magis etiam, cùm videmus latroni ad primam reatus sui confessionem, & supplices preces, cælorum regnum promitti. non post pœnas, & annorum satisfactionem: sed ipso precum momento, & quidem ipsâ sponsionis die. Vide mores tuos. quo animo in eos esse soleas qui te offenderunt. an agnoscentibus delictum ignoscas. an ipso agniti delicti momento in opum & honorum & regni socios assumas. an eo loco habeas, quo qui numquam deliquerunt, quique perpetuâ amicitiâ iuncti. an nulla peccatori tuo offendit nebula resideat, nulla malefactorum animo memoria. an paribus beneficijs, quibus amicos cumules, pari benevolentia excipias, laudibus ornas, familiaritate dones pari. an omnem aduersam suspicionem exueris, fiduciam omnē induceris. Quæ omnia in Christo tuo repe-

Veniam
roganti
proximo
fiduciter &
sincere est
ignoscen-
dam.

reperies. qui latronem, iuratum maiestatis suæ hostem, mandatorum calcatorem, sceleribus tamquam flumini innatantem, ad primas preces in gratiam suscipit; ex iuratissimo hoste, amicum habet; ex homicida, domesticum; ex barbaro & crudeli, regni sui socium; quemque supra plurimos perpetuâ innocentia claros statuit. accedit æterna præteriorum obliuio, solaque remanet beatæ confessionis felicisque doloris memoria. O quis sæculi prudentum imitetur? quorum ferè pectoribus alius illud, non esse fidendum hosti reconciliato, reconditum, quam ut vllæ preces, aut temporū longinquitas eruat. aliud videmus in Christo. aliud latro fatetur. vtrumque amplecti non possumus. & alterutrum interim necessum amplectamur. errare mûdus potest: non potest errare Christus. immo semper errat mundus, cum aduersatur Christo. Sequamur ergo Christum, si errare nolumus. immo in delinquentes in nos eo animo simus, quo volumus in nos esse Christum. errare non poterimus, si eâ mensurâ mensi reliquos fuerimus, quam metiri à Christo volumus. vellemusne numquam fidi nobis post delictum, id est, numquam post hostilitatem? & non Christi ac Dei hostis est, quicumque se grauiore crimine obstrinxit? volumus familiaritati, amori, regno illius æternum post graue quodque peccatum excludi? nolumus admitti in beatitudinis illius socios? vellemus omnia nostra suspecta Deo esse? ut improba omnia, & ab inimica mente profecta haberis? nihil intimarum rerum & consiliorum diuinorum nobis credi? numquam in amicitiam admitti? numquam verè amari? Si alia omnia volumus, paria exhibeamus ijs qui nos offendunt. neque enim alia sperare à Deo debemus, quam quæ in proximum impendimus, iuxta illud Domini: *In quo iudicio in-
dicaueritis, iudicabimini: et in qua mensura mensi fueritis, remetietur
vobis.* Et alibi: *Dimitte, et dimittemini: eadem quippe mensurâ,
quam mensi fueritis, remetietur vobis.* Quasi mensura iudicij diuini magnitudinem suam mutuetur à iudicio humano: ut tantum sperare quisque debeat à Deo, quantum in proximum contulerit.

Zzz

lerit.

lerit: eamdemque exspectare delicti remissionem, quam in proximum erogauerit, modoque per omnia eodem. Quod cum ita se habere à Scriptura dicamus, videamus, quo animo, quâc facilitate ac benignitate esse debeamus, quâ delictorum obliuione in eos qui nos offenderunt. imò cogitemus, quid nontantum post delictum à Deo, sed à quocumque hominū optemus. nonne aeternâ obliuione delictum omne sepeliri? nullamque illius memoriam in animo offensi residere? Quod in alio in causa nostra vobemus, in aliorum delictis faciamus, memores illius: *Prout vultis ut faciant vobis homines, & vos facite illis similiter.* & illius: *Quod ab alio oderis fieri tibi, vide ne tu aliquando alteri facias.* Quæcum non facimus, an non nos ipsos indies dampnatus, orantes, *Dimitte nobis debita nostra, sicut & nos dimittimus debitoribus nostris?* non dimittimus: non dimitte. non admittimus post offendam in amicitiam: non admittit. excludimus post delictum in nos, à concubernio & familiaritate: exclude à tua. non fidimus: ne fide. non eredimus illis nostra: non crede tua. non facimus illos socios bonorum horumque nostrorum: non facias nos tuorum.

VI.

Eze. 23.
In quem
paradisum
latro hic
admissus
fz.

Quæstio hîc mœueri potest, cum dicat Dominus: *Hodie mecum eris in paradyso;* cuius hîc paradyssi meminerit. an veteris illius, cuius possessio Adamo ante delictum tradita? an cælum ipsum, an limbum, ac locum aliud designauerit? Non limbum; cum mœroris potius locus esset, quam gaudij. nisi quis dicat, Christo præsente versum pœnarum hunc locum in paradysum, paradyssi Domino locum collustrante, mœroremq; in gaudia verente. Non cælum; cum necdū referandi ante Christi ascensum cæli essent. nisi quis dicat, meritò dici posse in cælo fuisse, qui beatissimæ Christi animæ visione frueretur. neque enim a loco cælum, sed à præsentia magni Dei. quâ quicumque fruitur, cælo frui verè dici potest, quocumque illâ loco fruitur. neque paradiſiacæ deliciæ omnes cum beatifica animæ Christi visione componi possunt. Quamquam nihil repugnet cum Scriptura, si quis dicat, eadem die latronem cum bea-

Beatissima Christi anima fuisse in paradiſo, præſentiāque ſuā ſolario fuisse Henoch & Eliæ, & alijs, ſi qui ibi. Animare verò nos omnes debet, & ad amorem Christi accendere, à peccatis verò reuocare, cita certaque illius præmiatio æternitati commenſuranda. Quod eo magis nos commouebit, ſi vtriusque præmia, Christi & mundi, diſcutterimus: dolos vnius, ſinceritatem alterius: incertitudinem vnius, certitudinem alterius: inconstantiam, leuitatem, tenuitatem, breuitatem vnius; conſtantiam, firmitatem, magnitudinem, durationem alterius: ac in ipſa re maius diſcriben, quam in maximis eſſe ſoleat & minimis, in ſummis & infimis, in viliffimis & præſtantillimis.

C A P V T XV.

De tertio verbo.

CONSIDERANDA hīc Euangeliſtæ Ioannis verba: *Stabant autem iuxta crucem Iesu mater eius, & ſoror matri eius Maria Cleopha, & Maria Magdalene. cum vidibet ergo Iesu matrem, & discipulum ſtantem, quem diligebat, dicit matri ſue: Mulier, ecce filius tuus. deinde dicit discipulo: Ecce mater tua. & ex illa hora accepit eam discipulus in ſua.* Vbi hæc veniunt perpendenda. Primò, pro peccatoribus hostibusq; ſuis Patrem oraffe: cum venifet, ut peccatores ſaluos faceret, impiosque iniustosque à ſalutis via aberrantes, in illam reduceret. quales erant, quotquot orbe propè toto continebantur. Secundò, latronem conuertiffe. qui vnuſ mysticè peccatores omnes designabat. quos qui latrones animarum ſuarum eſſe dixerit, à vero non aberrabit. cum verè perimere dici poſſit animam, quisquis grauiore illam criminē obſtrigat. Tertiò, curam cariſſimæ ſibi, caſtiſſimæq; matris geſſiſſe. Quæ paucis comitata mulieribus, aua fuerat, profugientibus Apostolis & diſcipulis, quos magis pedes quam animus tutatus fuerat, cruci impauida aſtarē. Quis hīc non miretur magnæ huius Matris animos magnos? quæ viris fugâ

B. Virginis
animosi-
tas ſub cru-
cem ſeſe
ingerentia.

Z z z lapsis,

lapsis, non dubitauit medium se hostibus & armatis inferere; non minas verita, non parem mortem & crucem, non hostiles Principum ac populi animos, non carnificum crudeliora manibus pectora. Et sanè nouū omnino genus & inauditū sacerulis, matrem astare tormentorum in filio barbarissimorum testem & inspectricem. cùm reliquæ ferè matres tectis se abdant, latebris condant & tenebris, ne cogantur in filijs videlicet quæ oderunt, & mente circumferre vulnera, quæ oculis intuentur. Sed & minus mite videtur, & supra muliebris pectoris teneritudinem, barbaros filiorum cruciatus, carnificumque

Quomodo manus intueri. & quis sibi vltro accersat vulnera? quis non fuerit affectus in filij sui tormentis. deuitet, cùm possit? In filiorum verò vulneribus, dirisque corporis lacerationibus lacerari præsentem matrem, nemo dubitate potest, qui cogitat quid sit esse matrem. mentiri maternus affectus non potest: non possunt ubera. & cùm nobilis pars matris filius sit, sanguinis nimirum illius pars magna; non potest non mater sentire, cùm in altera parte sui cruciatur: eoque magis, quo tormenta grauiora sunt. à corporum tormentis crescit animorum. Iam, cùm nulla vlo sæculo mater teneiore in filium fuerit affectu, nulla amore maiore; perfidè quisquam videat quanta tulerit, cùm cogitauerit quantum amauerit. ab amoris magnitudine, doloris metienda magnitudo est. Cùm verò sciret mater hæc, cuius filij mater esset, cùm dignitatem pendentis de cruce personæ, cùm sciret illius innocentiam, cùm Deum humanâ pelle tectum, omnium parentem, creatorem, iudicem; necessum fuit crescere in illa mœrorem, cùm adeò crudelē barbarumque in morem lacrum videret, & ab ea gente, quam sibi delegerat in suam, Quæ omnia, quo maiore amoris, hoc maiorem causam præbebat doloris. vt non immerita tota obstupecat posteritas, cùm videat matrem, & talis filij matrem, non sedentem, non iacentem & animo destitutam, non cælum ciulatibus repletam; non manuum complosione, crinum euulsione dolorem testantem; non tortoribus maledicentem, aut inter sustentan-

tantum matronarum manus labentem, sed stantem. Miramur Iahel in Sisara, Iudith in Holoferne: utramque in dormientibus exercituum ducitoribus. & quia feminas, miramur constantiam, licet in dormientibus: illius in clavo & malleo, huius in gladio. Quo magis meritò mirari debemus generosos Mariæ animos, quæ inter armatos hostes non mouit gradum inermis, & mulier, & mater. ausa inter carnificum manus stare interrita, interque Iudeorum odia & minas, tamquam medios inter insanos fluctus stare inconcussa. videre clavos, malleos, lanceam, & in his omnibus manus, pedes, latus, in filio terebrari. audire malèdicas & blasphemas voces, & corde in his omnibus secari, gustare cum filio fella, spinis coronari, flagris cædi, columnæ alligari, ac in filio propè nudari, ut cuius castissimæ menti filij nuditas non minus veretundia ac pudoris incusserit, quam si passa ipsa foret, cum meminisset virginalis castimoniae dilecti filij sui. Et stetit inter tam acerba filij sui mater, nec corpore concidit, nec animo. & quam fidem latro confessus de cruce fuerat, eam ipsa extra carnificum tormenta, præsentia suâ testata, validius operi confessa quam ore. Neque deerant tamen, ut dixi, tormenta. nimis enim verum illud vaticinantis Senis: *Tuam ipsius animam pertransibit gladius.* Multorum Martyrum corpora pertransiuit gladius, qui vnius Mariæ pertransiuit animam, ut doloris magnitudo indicetur. qui non corpus tantum, sed & animam secuit mediam. idque non semel, sed in omni vulnera: quæ cum supra quinque millia Christus sustulerit, non paucioribus conuulnerata mater fuit. fortius etiam, quam si illa in corpore suo circumtulisset. cum enim filium validius quam seipsum amaret, altius in animum vulnera ipsius quam sua dimisit. quo magis mirari meritò tantæ matris post tot vulnerum millia constantiam debemus: & erubescere ad nostram ignauiam degeneresque animos, quibus omne vulnerus morte propè ipsa grauius: omnis corporis extenuatio dura: omnis vel leuis penitentia, molesta: omnis ægritudo

impatientiæ voces extrudit. imò omne vel tenue conuicium exasperat in iras, acuit in vindictam. Cùm videamus matrem inter tam acerba, sacerulisque retrò omnibus inaudita, nec verbo, nec signo, aut indignationem, aut commotioris animi vestigium ostentare. stat illi mansuetudo & mititas sua. nec inter tot vulnera aut indignatur tortoribus, aut vindictam depositit: nec barbarem in innocentem sententiam accusat: neque post tot beneficia ingratitudinem damnat. sed supra omnem virum, solo filio suo minor, impauida stetit: nec erubuit filium inter latrones, quæ innocentiam sciret. seminarum omnium prima.

Mortis memoria nū-
quam no-
bis depo-
nenda, &
eius com-
moda.

Eccles. 7.

Imitemur viri, & vtrò etiam supplicia à nobis depositamus, vtrò subeamus crucem, amplectamur aduersa læti: aut sanè interriti, spe magnâ pleni, immisceamur mœroribus, cùm mebus sit ire ad domum luctus, quam ad domum conuiuij. Causam addit, In illa enim finis cunctorum admonetur homo, & vivens cogitat quid futurum sit. Inter conuiua & pocula nulla futurorum memoria. sed nec vllæ delicie, nec voluptatum aut honorum gaudia, hominem admonent finis sui: amouent ab hac cogitatione, tamquam morosa, tamquam nimis seria, tamquam fastidium paritura, tamquam mœrorum socia & dolorum. Ita ferè videmus in medio secundæ fortunæ cursu ingrata mōrtis, & quæ illam sequuntur, narrationem esse. læta amamus: displacent tristia. iucunda, mollia, suauia, licet noxia, ambimus: auersamur dura & insuavia, licet profutura. Et tamen ad salutem hæc ducunt, illa ad interitum. & quod deterrium, volentes hæc scientesque facimus, & vtrò amplectimur: & magno studio sudoribusque obfutura querimus: & tamquama mica inimica amamus: & tamquam in medelam sint, nocitura & perimentia, quasi in iucunditatis poculo haurimus hilares; numquam exitum finemue, sed præsentia commoda bona que intuentes. De quibus illud Prophetæ verissimè dictum:

psal. 72.

In labore hominum non sunt, & cum hominibus non flagellabuntur. Ideo tenuit eos superbia, operti sunt iniquitate & impietate suâ. pro diit

dit quasi ex adipe iniquitas eorum. Non flagellantur tales à Do-
mino hominum more, filiorum more: non flagellantur in fa-
lutem & emendationem, sed iudicium more in interitum, & a-
liorum exemplum. Imò nec flagellantur quidem in hoc mun-
do. vnde illa Prophetæ: Quare via impiorum prosperatur: bene est *Ierem. 12.*
enibus qui pruaricantur, & iniquè agunt? plantastis eos, & radicem
miserat: proficiunt, & faciunt fructum: propè es tu ori eorum, & lon-
gè à renibus eorum. Subiungit: Congrega eos quasi gregem ad vi-
mam. Ita est omnino. congregare impios videtur Deus. ~~ad~~ vi-
Etiam, saginare nimirum hīc ad infelicem æternitatis victi-
mam. ad diem occisionis. in quo sanctificabitur Dominus, cùm Sæculares
præsentia-
bus inhiat,
futuorum
incurij.
iustè iudicabit, & non parcer: nullusque misericordiae locus e-
rit, sed iustitia solius. hīc proinde impij victimarum more se-
ponuntur, fouentur, aluntur, impinguantur ad infortunatissi-
mae occisionis miserrimum diem. Et verò mirum, impios,
ignibus destinandos, non maioribus hīc donari. mirum, non
ipsos, quos calcant, lapides, verti illis in rocas, & omne amarum
in mel & saccarum. cùm dulcia hæc, vertenda non multò pòst
illis sint in flamas æternas, & momentanea gaudia in mœro-
res æternas, opes, honores, fugitiwas & volaticas voluptates,
in tormenta, contemptum, egestatem æternam. vt meritò sæ-
euli huius felicitatem habere debeamus, tamquam inferni
prænuntiam, pœnarum præcursorum, omniumque in omne
æuum miseriarum indicem & antecubulam. Verùm hæc est
magnæ sæcularis prudentiæ fatuitas, vt præsentibus pascan-
tur, futuorum aut contemptores aut ignari. vnde etiam illud
Scripturæ: Ideo tenuit eos superbia. Elati sunt præsentium magnitu-
dine, commodis, fortunatisq; successibus: cùm infra se vident
eos, quos sola virtus & probitas ornat, pietas tuetur, modestia
continet: laudesq; de sceliorum audiunt, felicitatem suam de-
prædicari & voueri vident. immemores illius: Quomodo proba- *Prov. 27.*
tur in conflatore argentum, & in fornace aurum; sic probatur homo ore
laudantis. Os nimirum laudantis conflatorem & fornax est; in
qua scoriæ discernes ab auro: virum probum ab improbo:
ille

ille laudes contemnet, & transibit ut non suas, vt alienas. hic alienas etiam ad se transferet, & longè supra laudes se efficeret, & maiora sibi promittet, quam omnium adulantiū ora mentionentur, maximè cùm se viderit opibus & honoribus circum-

Psal. 143. sessum, & clientum turbā. Hinc illud Psalmistæ: *Beatum dixerunt populum, cui haec sunt. Nimirum, quorum filij sicut nouella plantationes in iuuentute sua, filiae eorum compositæ, circumornatae ut similitudo templi: promptuaria eorum plena, erucentia ex hoc in illud. Filij sicut nouella plantationes in iuuentute sua, qui fœcunditatem*

Divitium sœculi hu- ius felicitatis in quo sita. spondent, & nomen dant familiæ, augentque illam opimâ fer-tilitate, lateque virentes ramos suos spargunt, nouâque sobole domum diuitant, parentemque recreant, ut solent nouellæ o- liuarum dominos ac spectatores suos, diuite ramorum fructu- umque opimitate beare. Filiae verò compositæ, & circumornatae ut similitudo templi. Ornamenta enim propriæ filiarum sunt. & cùm filios virosque forma magis neglecta deceat, quæ virum suum sapit & loquitur, tum compositio omnis feminas de- cet, feminas testatur. Ita Judith cùm induit se vestimentis iu- cunditatis suæ, discriminat crines, imponit mitram capiti, as- sumit dextraliola, lilia, inaures, annulos, & vngit se myro o- ptimo. Et apud Isaiam legis in filiabus Sion, ornamēta calceau- mentorum, lunulas, torques, monilia, armillas, mitras, discri- minalia, periscelidas, murænulas, olfactoriola, inaures, annu- los, à fronte pendentes gemmas, palliola, specula, acus, vittas, cheristra; quibus in scelerum pœnam minatur se illas Domi- nus spoliaturum. Et semper ornatus mulierum fuit, ætati o- mni, genti omni: ut mutuo lenocinio, naturalis & emendicatae venustatis, virorum stuporem ædificant. Atque hinc iam vi- demus mulieres de concha, de dracone, de serpente, de qua- cumque peregrinitate cultum & gloriam mutuari: quarum non raro tenerrima ceruix & crines saltus & insulas circumfe- runt, & totum kalendarium digiti explent: unoque non raro filo prouinciarum pretia pendent. Atque haec omnia placen- di studio, ut gladius adolescentibus fiant. Ab artifice diabolo

Filiarum compa- tio & or- namenta, sunt pro- pria.

haec

hæc hata in libidinis inuitamentū. sine quibus plurimū mu-
licbris forma ingrata & naufraga iacet. vt verò primū illa ac-
cesserint, exurgunt fornaces Babylonij maiores. cauete viri:
vos ille consanguineus ignis petit. Et benè dixit, filias circum-
ornatas in similitudinem templi: nihil enim inexornatum relin-
quere solent, ornamentorum indigæ. non ornarent, si sat illis
ornamentorum largita natura foret. querunt proinde quibus
carent; & ab alijs mutuantur, quibus domi destituuntur, virofū
naufragia meditantes. in quos solos carbasa sua explicant, ventos
euocant: sed & retia tendunt incautis, & solūm columbis. Fuge
quisquis salutem amas. memento Adami, Dauidis, Salomonis,
Samsonis, & tot orbe toto milliūm, quæ solā muliebri formā,
facta sunt omnium sacerdotorum & regnorum fabula. Sequitur:
*Promptuaria eorum plena, cructantia ex hoc in illud. diuītūm huius
sæculi, quos fortunæ ut filios, ita & pilas meritò dixerī. Magna
hi sibi promittunt, & annos multos. cùm sæpè dies vna, adeo-
quæ vix hora vna, media sit inter summas opes, & inopiam sum-
mam; inter omnium laudes, & contemptum omnium; inter
clientium mutuò se interimentum turbam, & solitudinem; in-
ter magnum nomen, & nullum; inter felicem, & infelicem; in-
ter purpuram, & cinerem; inter capitis coronam, & securim;
inter regnum, & aliena genua. Et quò mihi promptuaria
plena, si misera egestas animam premat? quò mihi plenitudo
hæc, quò horrea & nemora, quò horti & mensæ, quò deliciæ &
musica, quò opes & honores, Epulonis ignibus commutandi?
quò cructatio promptuariorum, flammis expianda? quò torcu-
laria & diuites cellæ, quibus vna in numquam-morituris igni-
bus aquæ negatur gutta? Quis hos beatos dicat? audiant Domi-
num apud Iſaiam: *Popule meus, qui te beatum dicunt, ipsi te decipiunt,*^{Cap. 3.}
& viam gressuum tuorum dissipant. Maxima deceptio, cùm de æter-
nitate agitur, beata amittenda, misera possidenda. Illi verè bea-
ti, qui ambulant in lege Domini, qui scrutantur testimonia eius, <sup>Vera bea-
titudo in
quo sita.</sup>
& to-
*zocorde exquirunt eum. & beatus omnino ille, qui non abiit in consi-
lio impiorum, & in via peccatorum non stetit.* Causam addit: Erit tam-
quam lignum, quod plantatum est secus decursus aquarum, quod fru-*

Aaaa etum

Etum suum dabit in tempore suo. Subiungit de impijs: Non sic impij, non sic, sed tamquam puluis, quem projectus a ventus a facie terre. Dabit pius fructum in tempore suo, in die mortis, & post illam. Hinc

- Apoc. 14. illud: Beati, qui in Domino moriuntur. opera enim illorum sequuntur illos. numquam moritura inter aeterna celorum gaudia, & aeternum premienda. sed & fructum consequentur centuplum laborum suorum, centuplaque generatione sudores hic profundi refundentur ibi, remuneratione aeternâ. Impij vero a facie magni Dei dispergentur, ut puluis areæ, qui a vento rapitur; ut paleæ, quæ excutiuntur a tritico; ut zizania, quæ ignibus committuntur. Sed & opera sequuntur utroque, beatos beato fine coronanda, impios numquam peritiris ignibus crucianda. Infelicissima omnino improborum conditio: qui inter peritura operiuntur iniquitate & impietate suâ, tam dense, ut prodeat quasi ex adipe iniquitas eorum. Adipata nimirum iniquitas. cum opera illorum bona, tamquam ex arida & sterili gleba lentè se tollant: mala vero, tamquam è pingui & fæcundâ terra, sine ratis & ligonibus ultrò profiliant, dominum suum pereemptur. Quæ omnia cum perpendimus, an non meritò illud Sapientis laudabimus? *Beatus homo, qui semper est pauidus: quem nouissima pulsant, & cuius auribus insonat semper illud triste: Surgite mortui, & venite ad iudicium. Quoniam ipse Dominus in iussu & in voce Archangeli, & in tuba Dei descendet de celo. & In momento, in ictu oculi, in nouissima tuba: mortui resurgent incorrupti. Hæc qui cogitat, non expauescat felici pauore: ut & qui illud Ioannis: Venit hora, in qua omnes, qui in monumentis sunt, audient vocem Filii Dei: & procedent qui bona fecerunt, in resurrectionem vite; qui vero mala egerunt, in resurrectionem iudicij. Idem reperies apud Danielem: Qui dormiunt in terra puluere, emigilabunt: alij in vitam aeternam, & alij in opprobrium ut videant semper. Ut meritò metuere prudens debeat, maximè cum legerit illud Sapientis: Sunt iusti, & opera eorum in manu Dei: & tamen nescit homo, utrum amore an odio dignus sit: sed omnia in futurum servantur incerta. Et quis non paueat? quis in hac dum vlivimus, incertitudine gaudio perfundatur? quis reus sub cruce & iudice, incertus sui, & ferenda incertas dubiusque sententias**
- Psal. 72.*
- Pro. 28.*
- 1. Thess. 4.*
- 1. Cor. 15.*
- Ivan. 5.*
- Cap. 12.*
- Eccles. 9.*
- tula-

hilarescere & quæ sententia certior, gravior, durior, ~~magis~~ metuenda & perhorrescenda, perituri iudicis, an Dei? Quo maior metus insidet animis nostris debeat, cum omni momento dubij stetmus de sententia Dei, vitaque momentum nullum certò possideamus,

Iam, si Dei matri animam portransiuit gladius maceroris & doloris, quamdiu obiecta illius oculis miseranda filij forma, siue de cruce pendentis, siue illam baiulantis, siue columnæ alligati, siue denique spinis coronati: nec recessit ab illa gladius, omni passionis tempore, non maceroris, non timoris: quanti maceroris gladius, quanti paucoris ferire ac transire pectus nostrum debet, cum omni momento Deum habeamus superstantem iudicem, beatam deinde æternitatem, à qua æternum excidere miserrimum: infelicemq; inferorum æternitatem, cui æternum addici horrendissimum: mortem denique omni horâ mequendam, omni momento dubiam. Et quo modo seponer hunc gladium vir prudens, utriusque æternitatis contemplator, mortis, & iudicis Dei: aut deponet timorem, tot timoris causis omni momento cinctus? aut quæ prudentia, inter tot timenda ferorum vivere? inquit tot tristitia & dubia hilaresceré: sub ferro & clavis queo constitutum de delicis cogitare? sub ignibus & fornaciis honores venari? voluptatem meditari momētaneam, æternis tormentis excruciantam? opibus infudare numquam-moriturâ poenâ satirandis? O nimis fanai! & quis credat tantam deridentiam posse repentiri, nisi nos ipsi testes nobis huius essemus; & inter tot metuenda, tamquam inter tutissima, & numquam obuentura, vineremus: securi? inter tam dubia ferenda de omni æternitate sententie staremus in certi? inter omni momento minitantes flammis impavidi inambularemus, & gaudio plenie Iam, cum nimis verum sit illud Domini apud Prophetam: Ego Psal. 74. iustitas iudicabo: quid fieri de iniustiis, de impietate, & sceleribus, quibus obiectum? si in iustiis & operibus bonis nostris inuenientur quod iudicari & damnari debet; quid fieri de peccatis? & si verum illud Prophetas: Facti sumus ut immundus omnes nos, & Isaia 64. quasi pavus monstratz: vobis se iustitia nostra: quid non metu-

II.

Quare per
petuo in
timore vi-
uere nos
opertent.

Aaaa z

erc

ere debemus? Si enim iustitiae nostrae componantur, cum ab omni-
nandis, cui immundicie satis componeat peccata nostra, pote-
runt? aut si in oculis magni iudicis, & quem fallere nemo po-
test, tantum sordium permistum iustitiae nostrae sit, quid securi-
viuimus? aut quam causam habemus securitatis vlli? & quam
non continui metus, ne in operibus etiam bonis nostris inue-
niantur displicitura oculis Domini, & damnanda plurima? ma-
xime cum nesciat homo utrum amore an odio dignus sit: etiam in-
stus, nam illius meminit Sapiens.

Ecclesiasticus 9. Et quis prudens non pauet, incertus amoris an odio diuini, incertus et dolorum an inferorum, præriorum an poenarum æternarum? aut quis in tanta incer-
titudine, licet nullius sibi sceleris conscientia, in gaudia se effundat? cum forte sibi innocens, iustus, pius, nocens, iniustus, impius
Deo sit: sibi sine crimine, Deo non uno crimen obnoxius sit:
sibi purus, impurus Deo. ut merito proinde à Sapiente dictum:

Ecclesiasticus 10. *Beatus homo, qui semper est pauidus.* cum nulla res potentius arceat
sceleris, nulla nos certius seruet intactos ab illis: nulla facilius pec-
catis medeatur, præcautè; ne inficiant, nulla nos arctius iun-
gar Deo; disiungat longius diabolo, mundo & carni. Iam, cum

Ecclesiasticus 10. *initium sapientie sit timor Domini;* & sine inicio perueniri ad si-
nem non possit; porfabile quisque videat, quo loco timor esse
debeat, quamque virilis ac necessarius ad salutem sit, cum tam
necessarius ad sapientiam sit. cuius felici manu docimur ad Deum,
& ad beatam vitam nullo ævo finiendam: abducimurque ab in-
ferorum poenis numquam morituris, cum abducimur à pecca-
tis. Nam licet amor validissimum aduersus peccata remedium
sit, visitatissimum tamen inter homines timor est, quietiam via
quædam ad amorem est, ad quem paulatim hominem ducis,
non filialis tantum, qui iudicivus amoris socius est, sed etiam
seruilis, qui auocando à peccatis, hominemque terendo, semi-
tam ad virtutem sternit, inde ad amorem.

*Christo mater fuit occasio no-
vidoloris & luctus.* Notandum deinde rectius in Christo in doloris ac dolorem
ex præsentia & aspectu matris: cum enim videret, quanto intus
dolore premeretur, quantusque gladius corporis transuerberaf-
set; non poterat non profuso in carnifex matrem affectu, do-

lorem illius sentire, qui sensus eo maior erat, quo maiore intus amore ardebat. qui cum esset maximus, & qualem nulla saecula vidissent, necessum fuit dolorem etiam esse maximum, ut qui amori commensuraretur maximo. Mirum omnino hoc spectaculum, videre pendente hunc solem, stantem lunam, mutuâque oppositione mutuam patientes eclipsim, quam cælum viderat, numquam terra, cum mutuis obscurarentur dolorum & mœrorum tenebris: & qui tamquam soles mutuâ solebant collustrari luce, nunc mutuis tenebrescerent noctibus: & amicissima pectora mutuis se fodicarent gladijs. quantum enim matrem lacerabant filij verbera, quantumque conterebabant clavi: tantum filij animam lacerabat matris mœror, conterebabantque dolor. Mutuo proinde doloro crescebat dolor, mutuoque mœror mœrore. Ut vel hinc colligas amorem in te Christi, qui non contentus tot vulnerum corpore totò millibus, etiam conuulnerari totâ voluerit animâ, cum totam in matre sua animam mœrorum transfixam videret gladio: Simul etiam, ut videoas, quantum matri huic debeas: quæ etiam mœrorem suum, doloresq; suos, & filio & Patri obtulit in salutem nostram. ac licet sanguinem non funderet, animam tamen totam in filij sui animam transfuderat, tum, ut quantum in ipsa erat, saluti nostræ cooperaretur, tum ut dolorem suum filio testaretur. Matrem proinde se hic ostendit, non tantum pendens filij, cuius vulneribus vulneratur, clavis transfigitur, verbibus cæditur, sed & omnium nostrum, cum mœrorem suum in salutem omnium nostrum profundat, & cælesti Patri illum offerat filij exemplo, in amoris in-nos omnes testatione: Quæ res merito nos prouocare debeat in effusum in illam amorem, in venerationem, & in omnem gratitudinis profusionem.

Illud hic etiam in Christo venit considerandum, in summis illis crucis doloribus, memorem tamen fuisse matris: ut nos exemplo suo doceret, numquam à nobis parentum memoriam deponendam. Et monuerat oblm: *Honorapatem tuum, & matrem tuam, ut sis longeius super terram.* & apud Tobiam: *Honorem habebitis materiue, omnibus diebus usq; eius.* apud Sapientem vero: *Sic et Eccl. 3.*

Ipsa quæ-
modo salu-
ti sit nostræ
cooperata.

Aaaa 3

111

ut qui theaurizat, ita & qui honorificat matrem suam. Et intermina-
 Deut.27. tus fuerat non honorantibus: *Maledictus, qui non honorat patrem*
 Eccl.3. *suum & matrem.* Et de matre sola: *Maledictus a Deo, qui exasperat*
matrem. Non verbo monere, sed exemplo id suo testari voluit
 Christus. quare memor hic matris est. Et quomodo non essem
 vis & po-
 tentia a.
 motis.
 tuiugatus, memor apud cælestem Patrem fuerat iniuni-
 corum, quorum manibus & linguis cruci appédebat affixus; me-
 mor etiam latronis ad nudas preces? non poterat proinde nota
 esse memor matris, quæ supra sexum suum constantiâ, non du-
 bitauerat medios inter armatos hostes astare cruci, Apostolis
 iam antè fuga lapsis. Disce hîc iterum vim amoris. ad solum ter-
 rorem in horto ostentatum viri fugiunt. non mireris. fugerat
 amor: & occupauerat timor pectora, amore pulso. at mulier a-
 more cincta, miscet se vltro medium armatis, & palam præsen-
 tiâ suâ profiteri Deum audet, quem negauerant Apostoli verbo,
 iure iurando, fugâ. omnibus nimirum armis maior amor est:
 adeoque & tormentis, minisque, periculisque omnibus. Docuit
 hoc nos in cruce Christus, & virgo mater animo confixa filio:
 cui licet carnifex pepercit, non pepercit amor. Neque ideo
 crudelis amor, cum amicam matrem configeret filio. imò beni-
 gnus amor, qui amato amantem confixit. Et ubi melius esse po-
 terat amans quam in amante? etiam configi clavis cum amato
 iucundum. Quære hoc ab ijs, qui verè Chistum amant. dicent,
 verum esse quod dico. quære à Francisco, à Senensi virgine, ab
 alijs. dicent, nihil gratius, nihil amati cruce, clavis, lanceâ exco-
 gitari posse suauius, nihil voveri felicius, nihil accidere fortuna-
 tius posse. imò quære à Martyrum agminibus, virorum, femina-
 rum, virginum, puerorum ac puellarum. dicent, nullas epulas,
 tormentis pro Christo viisas suauiores, nullas delicias optatio-
 res, nullum ornatum vulneribus speciosiorem. Causam si quæ-
 ris, habes amorem: quo armata stetit Virgo nostra verè magna,
 imò maxima. Quid miraris audaciam in virgine, quam pudor
 magis concluderet parientibus, quam emitteret erat & mater.
 quæ materno quodam iure ac privilegio acculari non poterat:
 non poterat damnari in causa filij. Et cognouit hanc filius, & se-
 laci

Christus
 matrem.
 Ioanni co-
 mendat,
 virginem
 virginem:

lari voluit, & vicarium sibi substituit matri discipulum quem diligebat. Et cui committeret moriens filius, quam diligebat, matrem, nisi discipulo quem supra reliquos diligebat? non poterat tunc illius, quam virginem virgini committere. non poterat certius, quam illi, qui omnibus fugâ delapsis, unus adstante ausus fuerat cruci. non poterat melius, quam illi, qui unus comitatus fuerat matrem properantem ad crucem. Et prouiderat Christus, ne incomitata veniret mater, ne sine viro virgo inter tot viros staret sola, destituta protectore, & pudoris sui teste. immiserat proinde in animum Ioannis, ut matrem comitaretur, socius futurus matri, qui erat discipulus, nec multò post filius futurus accustos. Ille nimis, qui non multò antea uno aspectu lacrymas excusserat Petro, & copiosissimas ac amarissimas post abnegationem lacrymas, quibus contractas abstegeret maculas, & lauatur tamquam balneo post lordes. ille, inquam, animos Ioannis addidit post fugam, & audere docuit, & matri socium adiunxit, & mortis etiam suæ testem voluit. ut quem supra reliquos dilexerat, haberet pœnarum suarum inspectorem; & quem si nū in cœna omnium maxima & diuinissima fouerat, vulneribus in cruce pasceret; admoueretque cruci, quem mensæ antea admouerat; & cui proditorem designauerat, designaret matrem. Signo hæc omnia amoris sunt maximi. & licet magnum omnino fuerit, cœnæ admotum pectori incubuisse, prodiatore denuntiato; maius tamen fuit, vulneribus & cruci admotum, & unum orbe toto virum delectum à Deo, qui & spectator vulnerum & mortis esset, & humanæ redemptionis testis oculatus, sociusque dolorum matris & filij. neque enim sine dolore esse poterat tantis filij & matris doloribus, maximè cum fortiter amaret. Scimus enim mutua esse amantium vulnera, ut sunt gaudia. magis etiam vulnera: quia magis feriunt, & altius penetrant, & plus in illis amoris elucer, quia plus fiducia. nam & maior depositur amor in vulnerum, quam in gaudiorum communicatione. & quis non amet gaudia etiam hostes audire gaudiorum socij volunt. vulnera verò qui pro amico amet, & mœrorum ac dolorum illius partem vltro in se suscipiat, validè amet necessum est.

Et

In aduersis
non sunt
amici de-
fendendi.

Et non verum, numquam defuisse in secundis amicos, raros in aduersis repertos? ita prospera amamus omnes, non tam amicorum, quam nostricauſā: aduersa refugimus. ad illa aduolumus: ad hæc obuerimus vultum. imitamur eiconias quæ cum frigore calum mutant. nos cum aduersis amici personam exuimus. & ut illæ cum calore repetunt quod deseruerat: ita nos cum meliore fortuna; huic seruientes, non personæ. ita ut omnis propæ amicitia nostra eat in fortunam, omnisque amor noster hanc comitetur, & cù hac mutet vices. Ioannes noster ex illis erat qui non tam Christi sui mensam & amœna seellantur, quam vulnera & crucē. ex illis etiam, de quibus Dominus: *Ego quos amo, arguo & castigo.* & qui cum Psalmista respondere posset: *Castigans castigavit me Dominus, & morti non tradidit me.* Castigationis & amoris signum erat, cùm & mortis suæ testem illum esse vellet, & doloris sui partem in illum de propinquo effunderet. nam ut matrem, ita & discipulum mceroris gladius fecuit. Et sanè, non potuit non magnæ castigationis genus esse, cùm amicissimi Domini barbaras intueri cogeretur poenas: nec minoris amoris signum, cùm præ omnibus delectus esset, quem & testem mortis, a qua omnium salus pendebat, adhiberet, & matri in solarium & tutelam traderet. Neque Ioannem tantum, sed duas præterea mulieres testes esse voluit redemptionis nostræ, Mariam Cleophae. & Mariam Magdalenam.

IV.

Tres Marie
adstantes
cruci, viros
animosita-
te vicerunt.

Tres hæc legimus Marias cruci adstitisse. profugerant Apostoli & discipuli viri: steterunt mulieres. & quantum illi timoris fugâ testati, tantum hæ constantiæ & roboris præsentia. Varium hæc vides proponi nobis statum, in Maria virginicum, in Cleophæ maritalem, in Magdalena pœnitentium: vt in tribus hisce mulieribus, tres status designarentur. Et plures vides mulieres. nam pro uno Ioanne tres habes mulieres, quæ ausæ sunt fidem suam profiteri. vt verè infirma mundi elegerit Deus, vt confunderet fortia. Per quod etiam docemour, à Domino robur sperandum. videmus hoc in tot clarissimis virginibus, adeoque & pueris, qui carnificum manus lassarunt, tyrannorum ingenia vicerunt, omnium tormentorum viatores. Et sanè gloriari me-

meritò mulieres possunt, quæ viros omnes animis & constan-
tiâ in cruce vicerunt, ausæ quod non auderent viri. & ferè tene-
rior mulierum affectus est in amore: quare & in sequelam. vnus
enim amor ad crucem eas impulerat, & docuerat in virorum fu-
ga stare. Pudeat viros à deteriore sexu vinci, pudeat à teneriore
& debiliore. gaudeant verò mulieres, se in suo sexu viros vicisse:
& imitentur has duces, quoties persecutio sœuit, vt semper vin-
cant. nec semper tamen, semel victi, se patientur viri vinci: sed
resumptis cum Petro animis, post detersum timorem & fugam
lacrymis, audentius exsurgant, & priorem maculam sequenti
constantia & robore cum Paulo reliquisq; Apostolis corrigan.
Quid? quòd in ipso Ioanne non leuia timoris indicia reperia-
mus, cùm in horto socius fugæ sit reliquorum; cùm de mulie-
rum fuga nihil legamus: quo maior harum laus est.

Et meruit mulierū omnium prima audire: Mulier, ecce filius tuus.

V.

Tristissima consolatio, quæ omni gladio fortius feriret maternū
peccatus. innuebat enim Christus Ioannem, & hunc in filium ma-
tri tradebat. misera cōmutatio Filij Dei in filium nudi hominis,
& quæ paritas inter Christum & Ioannem? quæ inter Deum &
hominem? Verū, cùm destitueretur Dei Filius à patre suo, quid
mirū, si à filio destituatur mater, quo magis æquetur filio? Et ta-
men aliquid hīceriam solatij est, cùm in Ioanne tradamur omnes
matris in filios: & hoc Christi testamēto, seu codicillo verius, o-
mniū statuatur in Ioānne mater Maria: & quæ vnius mater fu-
erat Christi, omniū mater fieret in Christo: & vt olim Eua viuen-
tium omnium mater prima, sub præuaricationis arbore facta est
mater in mortem, quæ creata erat in vitam: ita Maria sub hac
arbore vitæ melioris, omnium fieret mater in vitam, nobili hac
à filio prærogatiâ donata, vt, cùm ipse veteris Adami delictum
expiaret in arbore, sanguineq; suo malis nostris mederetur, Ma-
ria præuaricatriçis Eua maculam detergeret, cùm statueretur
mater in salutem, cùm prior Eua facta esset mater in interitum.
Magna omnino res, cùm Christus per crucem & vulnera factus
esset viuentium omnium parens; Maria ante crucem omnium
fieret mater, filij dono, & merito suo: vt quæ doloribus & con-

Ioan. 19.

Dominus
Ioannem
tradit ma-
tri sue loco
sui.

Et in illo
nos omnes,
vt nostra
sit mater,
& nos
Christi
fratres.

B b b b

stan.

stantiā dīci possit promerita hoc fuisse à filio : vt aliquo modo pariaretur mater filio, quæ omnium illorum statueretur mater, quorum ille per crucem factus erat pater. Magna dignatio. nec video quæ post prærogatiuā Dei matris, posset esse maior, quam æquari quodammodo Deo in materno hoc deleitu. vt videatur saluationis nostræ partem non ignobilem matri suæ communicare voluisse Christus, cùm illam designaret omnium matrem. vt enim à matribus non ultima pars vitæ filiorum nascitur, sic à Maria iam facta matre non postrema salutis nostræ pars deflueret. Sanè, cùm illam omnium nostrum fecerit matre Christus, cuius dicta factaque numquam fuerunt illusoria, numquam frustratoria; omnes nos illius statuit filios, & vt filios maternæ illius potestati subiecit: vt imperare iam possit tamquam mater, arguere vt mater, punire vt mater, monere vt mater, solari, fovere, mederi, lactare vt mater, defensare & amare vt mater. Iam, cùm matrem suam nobis dederit matrem, fratres nos suos fecit; eiusdem nimirum matris filios, quare & coheredes bonorum maternorū. Quâ dignatione quid potest esse maius? vt meritò inclamarit Psalmista: *Beata gens, cuius est Dominus, Deus eius; populus quem elegit in hereditatem sibi.* Verè beata gens, & beati nos omnes Christi nostri morte, quâ heredes statuimur. nam ante illius mortem heredes esse non poteramus. vt beatam mortem dicere possimus, quæ nos heredes statuit. ante testatoris mortem nil prodest successori & heredis scripto hereditas. mori ergo debuit, vt veri heredes essemus. Hinc illud Petri: *Deglutiens mortem, vt vita aeterna heredes efficeremur.* non futuri heredes, nisi moreretur. Hanc hereditatem futuræ vitæ denunciauit in matre, cuius nos filios in Ioanne statuit, cùm dicit: *Ecce mater tua.* Si illa Christi testamento-mater nostra, ergo nos filij. *Si autem filij, et heredes: heredes quidem Dei, coheredes autem Christi.* Quid ad summam felicitatem addi potest? matrem habemus cum Deo communem. fratres in illa cōmuni matre statuimur Dei: & in Christi cōfraternitate, filij magni Dei. Quid poterat mortalibus largiri maius Deus, quam carissimam sibi matrem nobis dare in matrem, & fratres nos in hac statuere suos? vt meritò gaudere de-

Psal. 32:

1. Pet. 3.

Ivan. 19.

Rom. 8.

debeamus, qui hanc matrem nacti sumus. Nam quid sperare non iure optimo à matre possumus? aut quæ restanta, quam filii denegabit mater? etiam post scelera mater erit. neque enim negare se matrem mater potest: neque obliuisci filij vteri sui: quòd si non sumus virginis illius vteri filij, sumus virginis cordis: quod non integrum, sed sectum doloris gladio in cruce, nos dedit filios, & fratres Christi. Secti ergo cordis filij sumus: integrum & virginis vteri Christus solus. & solius gaudij hic filius est. à cuius partu exulauit dolor omnis, & pro dolore gaudium fuit. nos doloris filij sumus, in quorum partu exulauit gaudiū. Quo magis sperare de matre debemus: cùm ferè matres plus effundant amoris in sibolem, in cuius partu plus perpetuæ doloris sunt. crederes cum dolore crescere amorem. ita etiam gratiora sunt, quæ post magnos sudores accesserunt. rerum nimirum difficultas amorem auxit, cùm auxerit pretium & estimationem. & non difficillima quæque gratiam à difficultate post adeptiōnem inueniunt: etiam cum voluptate transactos narramus labores, & cum letitia illorum meminimus: & inter cariora numeramus, quæ magno, quām quæ paruo steterunt. sic post pericula & tempestates, & tantum-non naufragia, letiores nautæ portum tenent, quām post perpetua secunda maria, & obsequētes ventos. Eadem de matribus dici possunt. à difficultate partus, crescit gaudium. non futurum tantum, si sine dolore effundent. Ut summa omnia promittere nobis debeamus à matre, quæ in cruce, & inter cruciatus post Christum maximos, facta nobis est mater. ut meritò dicere possit, filios nos sibi esse doloris. quare & amoris, eoqué fortioris amoris, quo fortioris doloris. Quid ergo deesse nobis potest, qui Dei matrem habemus matrem? offendimus? facile venia filio apud matrem est. iterum peccata? iteranda ad matrem preces sunt, & inueniemus matrem. Quòd si Petrus ignoscere iubetur non septies, sed septuagies septies; quoties ignoscet mater? nullies, si prolapsi milles fuerimus, si modò delictorum pœnitentia. Iam, si tantæ matris filius, ut gallina, congregat pullos, & alis tuetur; si peccatum querit ut ouem perditam centesimam, relictis nonaginta

Nos sumus.
B. Virginis
filij dole-
tis.

Laboriosa
fuit cara.

nouem quæ non aberrauerat; si, ut mulier euerrit domum quæ situra drachmam, sic ille sudat & lassatur in inueniendo peccatore; si denique lacrymatur super iheritu peccatoris, & ijs quæ obuentura sunt ignaro & desidi; quid arbitramur facturam matrem? teneriores ferè affectus matrum sunt, & ad ignoscendum faciliores. seueriores patres sunt. Et tamē in persona patris Deus reducem amplexatur Prodigum, & post tot scelera osculo dignatur, mensā, annulo, stolā. quo magis mater reduces amplexabitur filios, vt mater, & omnem maternum in eos affectum profundet.

Iam, si Christus pater super matres benignus est, & obliuiscenibus filiorum matribus, non obliuiscitur nostri; qui poterit obliuisci nostri hæc mater, & tantum mater, non pater, non iudex? & quis credat repulsam se posse pati, si ad huius matris pedes acciderit? quis neganda vbera filio? quis lac sienti & esuienti? quis post preces & lacrymas pœnitentiae indices, oscula neganda? à matre hæc abesse non possunt. at semper hæc mater est: nec negare se matrem esse potest mater. vbera loquuntur matrem. neque immemor esse dolorum potest mater, quibus, dum nos sub cruce parit, secatur corde media. Ad hanc ergo lassī decurramus: ad hanc sientes, tamquam ad fontes non aquarum, sed lactis; ad hanc saucij & ægri, tamquam ad animorum medicam; ad hanc egeni, tamquam ad thesaurum duitiarum omnium; ad hanc sub onere gementes, tamquam ad cereum onerum leuamen; ad hanc mærentes, tamquam ad animarum iubilum & cantum; ad hanc omni humanâ ope destituti, tamquam ad asylum configiamus; ad hanc naufragi, tamquam ad prodaçtæ salutis porrum; ad hanc mille periculis implexi, tamquam ad certum effugium; ad hanc armatis vndique hostibus cincti, tamquam ad invictum propignaculum, & inconcussam arcem descendamus; ad hanc denique, tamquam ad omniaum Dominam, cælorum Reginam, Dei matrem & nostram, properemus. Negare nratri Deus non potest. sed nec negare supplibus filijs quæquam mater potest. semper hæc vbera patent; quia semper mater est. Neque tamen deliciatum hæc mater est, non digni-

Ad hanc nobis matrem in necessitatibus configundum, nec repellet ipsa precantes.

dignitatum & opum: sed mœrorum & dolorum mater, quam nobis sub cruce Christus dedit matrem, in mœrentium solarium, oppressorum auxilium, sub cruce fatigentium leuamen. Magnus amor quid non potest? dederat quidquid possidebat Christus nobis ip^s salutem: lacrymas & fadore*s* in horto, fanguinem in columna, in corona, in clavis, in cruce: vestes militares. nihil seruauerat sibi, qui nec aquæ, nec sanguinis guttam seruauerat. profuderat omnia. sola mater supererat nam & se ante in cœna nobilitate testamento nobis consignauera*t*. Patri etiam cœlesti nos in cruce commendauera*t*, delictorum veniam depopulauera*t*. sed & desertum sequerebatur à patre, quasi aut pater non esset, aut filius ipse esse desisset. supererat mater, cum paternum in filium affectum videretur exuisse pater. steterat illa, & destitutum à patre non deseruerat. hanc matrem, quam unam ex omnibus habebat Christus, nobis dedit in matrem. crederes in gratiam nostri se exuisse matre, & spoliasse se illâ, quam unicana habebat, vt nos vestiret. contentus carere patre & matre, vt nos patrem haberemus & matrem. O amor! quis hunc intelligat? quām ingeniosus amore est! semper, quod donet, inuenit. inuenierat in cœna, quo modo post mortem se daret. non stetit in hoc dono. patrem, quem unum in cœlis habebat, nobis dedit patrem; matrem, quam unam etiam habebat in terris, nobis dedit matrem: veroq; se exuens, vt nos induceret. Vides hinc sui oblitum, memorem nostri Christum, cum & se totum, & patrem & matrem donat nobis; & quod omnium maximum, hostibus suis: quos in fratres adoptat, in Dei filios, ac in eiusdem matris filios. non fuit hoc durum matri, matrem fieri inimicorum filij sui: matremque eorum, à quibus tam barbarum crudelēm quæ in morem, filium videbat affixum cruci? Verum cum videret hos adoptari à Christo in Dei filios, in fratres, in coheredes regni; non dubitauit suscipere in filios, ne aut filij voluntati repugnaret, aut repellere videretur quos ipse amasset. suscepit ergo in filios, vt gloriari possimus, matrem nos habere in cœlis. Si tamen, secundūm Apostolum, compatimur, ut Rom. 8. et conglorificemur. Alioqui hæc ipsa prærogatiua magis futu-

Christi in
nos amor

Affectus
nobis in
magnum
hanc ma-
trem recipi-
testando.

ra est in damnationem, quam in salutem, beneficiorum enim magnitudo ingratitudinem auget & pœnam; & damnationi nouos titulos addit, cum beneficiorum magnitudini gratus non responder animus: dererius etiam, cum ingratitudine, quod in omni; maxime grauiore, peccato fit, beneficia compensantur, & pro benefactis malefacta reponuntur. Et quid grauius fieri, quid indignius potest, quam post tot gratuita dona immemorem donorum viuere? aut quæ cogitari possunt maiora? Miramur Moysem post vitulum aureum inclamantem ad Dominum:

Exodi 32. Dimitte eis hanc noxam; aut, si non facis, dele me de libro tuo quem scripsi. Rem. 9. Miramur Apostolum: Optabam enim ego ipse anathema esse à Christo pro fratribus meis. Quo magis amorem mirari debemus Christi, qui in cruce pro hostibus, pro persequentibus, pro damnantibus, pro crucifigentibus, in medio acerbissimum dolorum, inter tot blasphemantium & illudentium voces constitutus, Patrem rogat, ignosci postulat, scelera ignoratione excusat matrem dein, quam unam habebat, inimicorum suorum constituit matrem. nec cupit tantum esse anathema, sed clarè se à Patre non multò post in gratiam nostri destitutum testatur: ac ne nos periremus, ne de libro vita æternum eraderemur, ne pro heredibus cæli, ignium æternorum heredes statueremur, delegit à Patre Patri coæternus Filius destitui, ac quasi anathema haberi pro hostium & crucifigentium se salute. Ex quid Moyses & Apostolus ad Christum Dei Filium? quo maiore merito amor flammâ ardere debemus, qui pro salute nostra passus est se destitui auxilio cælestis Patris. Hæc audimus & videmus, & stamus immotus: nec cyllos amoris iaculamur ignes, nec secamur mero rum gladio cum matre. & videmus interim, & taciti de cruce singuli ad cor nostrum loquentे audimus: Ecce Rex tuus, Dominus tuus, iudex, redemptor, pater, Deus tuus. & stamus plus quam rupei & saxeи, plusquam ferrei & chalybei: nec tantis amorum fornacibus liquescimus. quid sperare ergo debemus in die Domini magno? non patrem, non matrem; sed iudicem tantum, idque in re æterna.

C A P V T XVI.

De tenebris.

SEQVITVR in Matthæo: *A sexta autem hora tenebrae factæ sunt super vniuersam terram, usque ad horam nonam. Tenebrae factæ sunt per vniuersam terram, & obscuratus est sol.* Quæri hîc non imm

ritò potest, quomodo facta sit hæc obscuratio solis? an densioris nubis inter terras & solem interpositione, vt in densa vide-

mus fierinebula; an, vt noctibus fit, solem inter & nos interpo-

sitâ terrâ; & cursum suum celerius sol absoluuit, & antipodibus illuxit? Sed tunc tenebrae non factæ essent super vniuersam ter-

ram, neque miraculum hoc, licet magnum, maius fuisset illo

cùm ad imperium Iosue sol stetit, neque enim minus videtur solem stare, quam celerius consuetum cursum absoluere. Sed ve-

risimile est, portentum hoc longè illo fuisse maius, cùm ibi sol staret, vt fugientes hostes Israel asséqueretur, & in vindictam: in

cruce verò obscuratus est sol, in testationem patientis condito-

ris. quæ res magnitudine suâ infinitis modis priorem superat.

Vt verisimile proinde sit, verè solem in se, lumineq; suo obscu-

ratum fuisse: lumenque illi subtractum fuisse voluntate condi-

toris sui, qui patiebatur: neque radios suos sparsisse, nec quos

spargeret, habuisse. Nam si solas tenebras fuisse dixisset Euange-

lista, suspicari poteramus, similes Ægyptijs productas fuisse, so-

le nimirum se Ægyptijs subtrahente; aut per interiectam nebu-

lam, nubemuram, omne solare lumen exclusum fuisse. Sed

cùm addit, *Obscuratus est sol;* solem ipsum passum fuisse credere

possimus; vt indignitati patientis conditoris miraculū respon-

deret. Et sanè maius infinitis partibus miraculum fuit, solis con-

ditorem Deum obscuratum fuisse in cruce, quam solem elemen-

tarium nostrum. Et quæ obscuritas euenter maior Deo potuit,

quam destitui Dei Filium à Patre in cruce? & sub forma malefi-

ci, & impij, & nocentissimi hominis, Deum clavis affixum de-

cruce medium inter latrones pendere? Potuit maioribus tene-

bris

bris circumscribi D̄eūs; quām vt pro omnium conditōre & Saluatorē, patriæ proditor, ciujum seductor, improbusq̄ue habetur? potuit magis Dei virtus, splendor, omnipotētia, quām in cruce latere? potuit integrī profundiūs, quām in cruce? aut altius, quām in illa, infinita maiestas & iustitia Dei demergi? vt mirari iam non debeamus, si solem nostrum obscuratum fuisse Euangelista dicat: Contigisse verò has tenebras & solis obscuratiōnem cogitare possumus, Primò, in signum obscurati & obtenebrati summi solis & potentiae diuinæ in cruce. Secundò, in testimoniūm indignissimæ rei; cùm à creaturis suis conditor tam immaniter haberetur, à rei iudex, à nocentibus innocens, à filijs pater, à subditis rex, à seruis dominus, à captiuis redemptor. Tertiò, ad indicandam tenebrosam infidelitatē, quæ omnium mortalium mentes occupauerat, exulante propè ab omnibus fide, si vnam Dei matrem excipias. Nec poterat densioribus tenebris obsideri humanum genus; nec dilectus Dei populus, quām cùm tot vaticinijs addictum Messiam, totque expetitura lacrimis, precibus, ieunijs cruci suffigerent. De Apostolis verò, de quorum fōrē fide dubitare possemus, habemus illud Dominik

Matt. 26. Omnes vos scandalum patiemini in me in ista nocte. Accessit terna negatio Petri, qui confirmatus erat reliquos; iuxta illud Domini

Cap. 22. apud Lucam: *Simon, ecce satanas expetiuit vobis ut cibraret sicut tritum: ego autem rogaui pro te ut non deficiat fides tua: et tu aliquando conuersus confirma fratres tuos.* Conuersum fuisse arbitrari pos-

Ibidem. sumus, cum post negationes conuersus Dominus respexit Petrum:

Luc.24. dicit Euangelista: *Et visa sunt ante illos, sicut deliramentum, verba iste, et non crediderunt illis. Qui dicitur quod nesciit Dominum, videt*

Ibidem. comedentem partem piscis assi, et fanoū mellū. Mulieres vero, quæ emerant aromata, ut vngarent corpus I e s v, quam fidem habere potuerunt de Christo Deo resurrecturo die tertio? nam quò resurrecturo corpori aromata, quæ adhiberi solent ad cor-

porum integratam? sed neque angelis denuntiantibus Christi resurrectionem crediderunt; hinc illæ lacrymæ Magdalenæ & voces: *Tulerunt Dominum meum, & nescio ubi posuerunt eum. &c: Si tu suscepisti eum, dico mihi ubi posuisti eum; & ego eum tollam.* Ad discipulos autem euntes in Emmaus verba Domini sunt: *O stulti, & tardi corde ad credendum, in omnibus que locutis sunt Prophetæ:* ^{Iean. 20.} *Vt facilè ex his omnibus videas, etiam ab amicissimis Christi fidem exulasse.* ^{Luc. 24.} *Vt meritò dicere possimus, tenebris obfessa fuisse corda mortalium omnium, & magnæ infidelitatis tenebris.*

Vtinam non teneamur ijsdem tenebris! nam quæ hæc fides est, Deum credere inspectorem omnium, etiam intimarum cogitationum nostrarum, iudicem credere, & patrem, & dominum, & Regem, & nullum peccatum impunetransitum: & in oculis tamen illius, propositâ morte æternâ, & æterno cælorum exilio, liberrimè per omnia propè scelera vagari? Hęc faceremus, si crederemus oculatum omnium testem & iudicem Deum? in oculis illius, imperia illius tot minis circumsepta, calcaremus? quis reus hoc faciat & audeat in oculis sui iudicis? quis filius, seruus, subditus, intuente patre, domino, Rege? Vt proinde meritò dicere possimus, magnis incredulitatis ac infidelitatis tenebris omnem peccatorem inuolutum iacere, densaque nimis nocte circumcingi, emortuamque in eo fidem, aut tam spissā nebula intectam, vt omne illi fidei lumen auferat. Vt iure dixero, per tenebras hasce vniuersam terram occupantes, intelligi posse omnne hominum genus, quod peccatorum tenebris opprimebatur. Nam si stellæ non sunt mundæ in conspectu eius; quanto magis homo putredo? Et alibi: *Quid est homo, ut immaculatus sit, & ut iustus* ^{Iob 25.} *appareat natus de muliere? celi non sunt mundi in conspectu eius: quanto magis abominabilis & immundus homo, qui bibit quasi aquam iniquitatem?* Quę lux aut splendor esse poterat animæ ab utero matris suæ immundæ? concreuerat enim & agnata erat omnibus immunditia, & tenebrae, & peccatum; & filij iræ & indignationis, & paradisiaci maledicti participes nascebamus omnes; vt nemo natus de muliere, immaculatus prodiret, nemo iustus, iniusti omnes. abominabilis proinde homo omnis iam inde ab utero,

tero & vbere materno, & primi parentis maledicto obnoxius, cælorum exul & gloriae, cui conditus fuerat. neq; parentis tantu^m crimine abominabilis & immundus, sed & suo, cum verè dici possit bibisse orancem hontinem iniquitatem, tamquam aquam hausit enim plenis faucibus peccatum, tamquam è pœculo iucunditatis, ad omnia propè sclera manum protendens. Vt iure

Prou. 20. Sapiens dicat: *Quis potest dicere: Mundum est cor meum, purus sum à peccato?* innataimus enim fardibus omnes. Hinc illud Iohannis: *Si dixerimus quoniam peccatum non habemus, ipsi nos seducimus, et veritas in nobis non est.* Iam, verum illud eiusdem est: *Omnis qui facit peccatum, formus est peccati.* qui verò seruit peccato, seruire Deo non potest: cum, Scripturâ Dominoque teste, duobus seruire dominis non possimus. Cum verò, patiente Domino, orbis unius in maligno positus esset, & omnibus omnino sceleribus immersus, ac idololatriæ in primis addictus, ab omni veri Numinis cognitione remotissimus; verè dicere possumus, tenebris & altâ nocte oppressum fuisse genus humanū vniuersum; & per tenebras illas crucis, peccatorum, quibus detinebatur, tenebras indicatas. neque enim densiores vilæ esse possunt, quam quæ à peccatis nascuntur neque res villa cælesti lumen fortius à cordibus nostris certiusque repellit.

Elementa
in Domini
morte lu-
ctum te-
stantur.

II. Considera deinde hic horarum trium tenebras, obscurato sole, cum enim sentirent elementa Dei Verbum, per quod condita erant, à creatura sua adeò crudelē in morem haberi, & à Patre destituī, non potuerunt non testari & rei indignitatem, & mortalem suam. subtraxit proinde sol lumen suum tamquam indignabundus homini, & tamquam debitæ venerationis obsequium præstitus conditori suo, à quo lumine dotatus fuerat: dotale ergo pignus retraxit, cum præsentiret illum perire, à quo illud acceperat. secuta luna & stellæ, cum refunderent omne humen illi, à quo illud mutuare fuerant, in testationem cultus sui, non habuerant, quod darent, aliud maius; nec quod erogarent nobilius. dederunt, quod habebant summum. Et quid mirum, si tenebrescat sol creatus, cum tenebrescat in cruce sol ille magnus increatus, qui lumen omne suum diuinum carne texerat,

&

& obtenebrauerat cruce? Et prædixerat hanc obtenebrazione clim Dominus per Prophetam suum: audiamus loquentem: *Et erit in die illa, dicit Dominus Deus: occidet sol in meridie, & tenebrescere faciam terram in die lumenis.* Verè occidit sol in meridie, cùm sub meridiem mortiente Domino radios suos sol subtraxit. occidit etiam sol in meridie; cùm Christus sol maximus, mortuus est in medio ætatis suæ, in lucidissima & florentissima vitæ suæ parte, quæ non immerito meridici comparari potest. occidit etiam sol Christus in meridie, in summo nimirum splendoris sui, qui nusquam magis cælo, terris, inferis illuxit, quæm in cruce. Obtenetenebrata vero terra est, tum elementaris solis subtractione, tum magis Christi solis maxiæ occasu & morte. Iam, quis crederet è vili ligno æternum pendere lumen? aut quis in illo ligno cælesti videret lumen? quis solem Deum? Densæ hic omnino tenebræ omnium oculis obuersabantur, ut tantam lucem non videant, non agnoscerent. Et sanè densæ esse debebant, quæ tantam lucem, quæ vniuerso cælo, imò mille illuminandis sufficeret cælis, posset etipere. Peccata hæc erant hominum, quæ plus noctium animis adferunt, quæm Ægyptiæ noctes oculis. illa enim sunt, quæ inter Deum & animam, tam diuersas nubes tenebrasq; interiiciunt, vt infinitum illud increatum lumen videri non possit. nā si videret, quæ anima peccaret? & quæ, si videret, nos amaret? quæ, cùm amaret, offenderet? quæ, si videret, non timeret? & quis in hoc timore iudicij maximè & poenarum, laberetur in punienda, & punienda æternum? quæ etiam, si videret, infiniti huius luminis delicias, bonum, gaudia numquam minuenda, ab his se excluderer? Et sit hoc ramen in omni scelerate, dum se æternâ beatitate spoliat homo peccator, & excludit à promissa cælorum hereditate; & è Dei filio, filium se statuit & heredem ignium æternorum, & monumque mancipium. Peccata ergo nostram spissis tenebris animam inuoluunt, vt nec maximi diuini solis potentissimos radios admittat; nec promissa æternæ beatitatis gaudia, nec æternaturas inferorum poenas, nec dubiam, omniq; momento pendulam mortem videat. Misericordia tenebræ, & nimium infelices, quæ & minitantis iudicis

Amos 8.

Peccata
densæ sunt
tenebræ.

prospectum, & spondentis Dei præmia, & inferorum æuternit
tormenta, omnemq; spem bonorum, malorumq; æquæ aeterno-
rum metum, animabus auferunt. quanta peccati vis! quæm in-
fortunata! Et hæc scimus, & labimur, & voluntarij miseræ huic
nocti immergimur: nec oblatam roties à Deo lucem admitti-
mus. & obtrudit illam vltro, & prouocat in amicissimæ lucis
fruitionem. sed nos amamus tenebras. & densoribus nos indies
vltro inuoluimus, dum pccata peccatis inædificamus, & totes
iam montes ceruicibus imponimus, ne penetrare lux illa cælo-
stis semper parata posfit.

III.

Infideliū
tenebræ &
caligo.

Tenebræ deinde Passionis infidelitatis tenebras, quæ vni-
uersum orbem occupauerant, designabant. per tenebras enim
illas externas animorum tenebræ notabantur: quibus, quid-
quid orbe ferè erat toto, tenebatur, si Dei matrem excipias. At-
que utinam non eadem, aut non absimilis, infidelitas maximam
teneret Christianorum partem! nam quæ ex cogitari maior in-
fidelitas potest, quæ nouis indies sceleribus Christum cruci
affigere? Et non peccatum, manifestum quoddam infidelitatis
signum est: nam si ego Christum agnoscerem Deum, omnium
conditorem & parentem, redemptorem & iudicem, omnia in-
tuenterem, etiam animorum intima, tam facile prosilirem ad
peccata? Iam, si crederem pro me sceleribusque meis crucifixum
Christum, essem aut tam impius in Deum, aut tam ingra-
tus in redemptorem, aut tam crudelis in parentem, aut tam tem-
erarius in iudicem, vt nouis in illum insurgerem sceleribus.
Aut inueniri major incredulitatis species potest, quæ in ipsis
magni Dei oculis, tamquam in oculis domini, Regis, patris, iu-
dicis, mandata temerare, imperia calcare, monita minasque con-
temnere, præmia negligere? nam credere, & hæc facere, non po-
test nisi in delirantem, & insanum pectus cadere.

IV.

Trium ho-
tarum te-
nebræ quâ-
dam in SS.
Trinitate
obfuscatio-
nem vidē-
tur deu-
tare.

Tenebræ etiam horarum trium, quandam quasi Sanctissi-
mæ Trinitatis in Christo obfuscationem indicare videntur:
tamquam si iniectæ tenebræ Trinitati, Dei morte & passione
forent: aut quidam adnatus mœror, Trinitatis quasi splendo-
rem obnubilans, lucisque illius radios refringens. Cùm enim
patitur

patitur Deus, & secunda Trinitatis persona in assumpta humilitate à creatura sua tam barbare accipitur; dñe videtur non immertò posse, mæroris quâdam nebulâ personas omnes circumfusas, cùm indiuiduo nexu in eadem diuinitatis natura colligentur. & dum Filius patitur, Sp̄ritusq; sanctus qui amor est, Filium in passionem impellit, Paterque oblatum à Filio per vulnera sanguinem & mortem redemptionis nostræ pretium acceptat; non videtur hæc res transacta sine quodam, ut humano more dicam, mæroris sensu. nam licet amor impelleret, indignitatis tamen & crudelitatis species non poterant non istimia tangere: & licet Pater ludens Filium in salutem nostram obtulisset, non poterat tamen destinare esse Pater, & aliquid propè patrum pati in Filio, si nostro quodam modo metiri eum licet.

Tenobræ quoque illæ nobis erunt in damnationem: cùm enim in Christi conditoris sui morte clementia mærorum suum testentur, quid nisi nos damnant, qui nullis mærorum aculeis in tanto pro nobis fuso sanguine tangimur? & nebis interim patitur, non clementis Christus: nobis fudat, lacrymas sanguinemque fundit nobis. & ludimus interim, ridemus, hilarescimus, iocamur, & ultima cogitatio Christi passio est. prima honorum, voluptatum, commodorum, diuitiarum, menfarum, poculorum: postrema vulnerum Christi est. Et cælum post hæc speramus: non pari, ac ne compati quidem, & coronari: sine pugna victoriâ, sine victoria triumphum speramus: sine fædore, lacrimis, sanguine, sine quibus cōsequi non potuit, non voluit Christus, non insanæ cuiusdam species est? & quid responsuri sumus soli, quid luna, quid stellis? fortius illa tenebris loquuntur, quam ipsi accusatores dæmones. Et luna quidem & stellæ, quarum lumen à sole, retrahente hoc radios suos, iuerunt in obscuram noctem: sol verò, reducente in eruce radios suos sole primo & maximo, à quo omne lumen suum creatus sol mutuatur, abiijt in tenebras. nos, qui à potenti manu Dei, tamquam radjij à solo pendemus, tamquam umbra à corpore, pertinente Deo, stamus interiti. & ludimus etiam in ultimo discrimine nostro, cùm de æternitate agatur gaudiorum & ignium:

V.

Mundano-
rum in
Christi
passione
ludus &
incuria

CCCC 3

Tene-

VI.

Pecatoribus sibi gratia lumen subtrahitur.

Tenebras denique ille nos docent, quid cuenire solcat in animis peccantium; cum post quadcumque grauius delictum, celeste lumen subtrahitur, gratia nimis Dei, qua nobis solidam magnus est. Quia cum collustramur, in perpetua lucce versamur, & tamquam in die medio, quia etiam recedente, deessa succedit nox diei, & vnde cingimur tenebris; ut videntes non videamus, non instantे dubiamq; omni momēto mortem, non inferorum mala, non calorum bona, non Deum viadicem, nullaque prece placandum iudicem, nulla æternitatem, non mille quibus cingimur, pericula vita & animalium; non felicem beatitudinem mentium societatem, quia priuamur, non infelicem damnatorum, cui addicimur. Magnas omnino necessum est esse tenebras, quia & grauitatis peccati cognitionem adiuunt, & periculorum magnitudinem, & premiorum felicitatem, & penarum gravitatem obnubilant; ut nihil horum intelligat peccator, sed tamquam omnium securus per illa gradiatur. Quod cætitatis genus omnium maximum, omnium miserrimum est cum nullum illi momentum securum sit, nullum sine æternitatis periculo.

VII.

Christus in passione sua velut sol est obscuratus.
Cap. 53.

Cant. 5.

Psal. 44.

Coloss. 1.

Ibidem.

Obscuratum etiam solēm esse iure dicere possumus, cum intuemur Christum nostrum, illum ante passionem, & nunc in illa, cuius temporis macminit Isaías: Non est species ei, neque decor: & similitudine eius, sed non erat a spacio: & desideravimus eum: Despexitum est nonissimam virorum turum dolorum, & scientem infirmitatem: & quasi absconditus rutilus eis, & despectus. unde nec repugnamus eum, nonne obscuratus est ille candidus & rubicundus, electus ex milibus, cuius caput aureo, corna palmis, oculi columbis, genitariis maribus, labia lilijs, digiti hyacinthis, venter sapphitis, crura marmoribus componuntur? nonne ille est speciosus præ filii hominum? à quo nunc & species & omnis exulat decore. Non ille est imago Dat invisibilis, primogenitus omnis creatura: quemam in ipso condita sunt universa et cetera, & in terra, invisibilis & invisibilis, sunt Throni, sive Dominationes, sive Principatos, sive Potestates: omnia per ipsum, & in ipso creata sunt: & nunc est nouissimus virorum. Nonne in ipso complacuit quoniam plenitudinem iubabitare, & per eum recon-

ciliare

celere oratione in ipsum; pacificas per sanguinem crucis eius; sine quo in terra, sine quo in celo sumus? & nunc videamus eum virum dolorum, despectum, & quasi absconditus velutus eius; unde nee reputatus est, aut numeratus inter homines. Ita non vultus tantum, sed utilesum corpus manifestare lacrima faciat, venialis in ea species lucis humana, minus imaginis Dei, omniumque minimum vultus Dei. Vere abscondita & obtenebrata facies ipsius, ut proprie dubitare humano motu posset caelitus Pater, filius ipsius esset; an aliis dubitare angelis esset ne ille celestium gloria, decus, pulchritudo, gaudium, magnitudine illud Verbum, per quod omnia condita sunt; & quidquid calo terrisque contineatur, creatum est; dubitare mater, illum ne genuisset, an alium; cum nihil in illo humani corporis & formae reliquias Iudeorum crudelitas, omni leone saevior, omni inhumanius rigide dubitare etiam, quod quod illam ante moverant mortali omni speciosissimum de quo nunc vere id credi potest:
Ego fave tecum, & tu homo; approbrium hominum, & abiectione ple- Psal. 21.
bus. & illud: Eradicacionem & abiectionem posuisti me in medio populi Thren. 3.
Iudeorum, & Gentium. Quantum discriminis inter ver-
mam, & hominem inter opprobrium, & gaudium uniuersae terrae! Thren. 2.
inter abiectionem plebis, & Dei Filii ut.

De solis huius obtenebratione consideranda Propheta verba: *Occideret sol in meridie, & obtenebescere faciam terram in die luminis.* Amos 8. Quis ille sol occidens in meridie, si non Christus in cruce, in altissima redemptionis nostræ luce, in ipso saluationis nostræ meridie? Et quis post primorum parentum lapsu maior fuit dies luminis die crucis, quam altissimæ peccatorum noctes detegnebrabantur? & in hac tamen obtenebrata est terra. Dixerat hoc per alium Prophetam Dominus: *Omnia luminaria celi mei* Ezech. 32,
tere faciam, & dabo tenebras super terram. Quid mirum, miserere celi luminaria sole suo desistunt: quid mirum, miserere, subtraet sole, à quo omne illis lumen & gaudium? viderant paulo ante magnam illam eclipsim, cui nullam terra tulit similem, nullam feret; cum sol Christus, hunc matrem suæ in cruce oppositus, maximam passus eclipsim est, maximam dedit. cum & lanati matrem

matrem suam destituit lumen; filialem erga hanc affectum exuens, & transferens in Ioannem; seque simul lunæ suæ matris maternis affectibus spolians. ut hic bina lumina, filij in matris, matris in filium, subducta vides, dum mutuo se hoc lumine exuunt: & cum ante ad mutuum aspectum, mutua hilaritudinis suæ iaculari consuecerent lumina, quibus mutua pectora luminabantur: in cruce non nisi mutuas in se mutuo iaculati sunt mœrorum tenebras. ut non miraris magna haec quondam lumen maria in cruce tenebrata. Quid enim aliud darent tenebras, quam tenebras? lucem dare non poterant destituta luce. & quis prudens lucem speret à tenebris? Iam, subtractâ luce à primis cæli luminaribus, à quibus omne lumen reliquis, quid miraris, si minorà luminaria lugeant, gaudio suo luce spoliata? Audi alium:

Zach. 14. *Et erit in die illa, Non erit lux, sed frigus & gelu. Si dies, quomodo non erit lux? & vera tamen fuit dies; & sine luce dies. nam, & quæ maior nobis fuit dies, crucis dies? & quæ maior nox, sole in cruce subducto? Fuit proinde dies tot sœculis sperata: & fuit omnium dierum maxima. fuit & nox, cum magnitius diei causa, sol magnus, qui lucis suæ radios supra cælos iaculatus fuerat, subito se lumenque suum subduxit, lunamque etiam mutuatitudine luce suâ destituit. ita tamen, ut, licet terras lumine suo in meridi priuaret, cælos tamen eo tunc fortius clariusque luce suâ impletret, quo terras magis deserebat. nisi quis dicere etiam velit, ipsum tunc cælum luce quâdam suâ caruisse, cum mœroribus in conditoris sui vicina morte & doloribus noctesceret. Frigus autem & gelu, pro luce & calore terras tunc occupasse, hominum nimirum corda, per facilem videbit, quisquis in uniuersum humanum genus crucis tempore oculos conuerterit. cum & ipsi Apostoli omnes, pulso quo ante ardebat calore, metu obriguissent & in sola Dei matre, ac in uno latrone fidei calor reperiaretur. ita omnis prior æstus illorum, qui paucis panibus & pescibus pasti regnum illi parabant, qui que non multò ante intrepidi inclauauerant, *Benedictus, qui venit in nomine Domini;* omnisque excororum, claudorum, lepororum, paralyticorum, mortuorum, quos, pulsis morbis, vita & sibi restituerat, numerus, aduersus vincu-*

Matth. 21. *mauerant,*

vincolorum & passionis flatibus, concreuerat in glaciem adeò densam, vt eam sola Christi mors, infinitis amorum ignibus accensa, in priores calores & fluxus resoluere posset.

C A P V T XVII.

De quarto verbo.

CONSIDERANDA Euangelistæ verba: *Circa horam nonam clausauit IESVS voce magnâ, dicens: Deus meus, Deus meus, ut quid dereliquisti me? ille nimirum, de quo antè cælestis Pater: Hic est filius meus dilectus, in quo mihi complacui. & per Sapientem: Candor est lucis æternæ, & speculum sine macula Dei maiestatis, & imago bonitatis illius.* De quo etiam Apostolus: *Splendor gloriae, & figura substantiae eius, portansq; omnia verbo virtutis suæ, purgationem peccatorum faciens, sedet ad dexteram maiestatis in excelsis: tanto melior angelis effectus, quanto differentius præ illis nomen hereditauit. cui enim dixit aliquando angelorum: Filius meus es tu, ego hodie genui te? & rursum: Ego ero illi in patrem, & ipse erit mihi in filium? adorent eum omnes angelis Dei.. & ad angelos quidem dicit: Qui facit angelos suos spiritus. ad filium autem: Thronus tuus Deus, in seculum seculi. & Tu in principio terram fundasti, & opera manuum tuarum sunt cœli. Sequitur: Ad quem autem angelorum dixit aliquando: Sede à dextris meis, quoadusque ponam inimicos tuos scabellum pedum tuorum? Et ille candor lucis æternæ, speculum maiestatis diuinæ, imago bonitatis Dei, splendor gloriae æternæ, & figura substantiae eius, qui sedet ad dexteram maiestatis Dei, quem adorant omnes angeli Dei, cuius opera terra & cœlum. de quo Psalmista, Dominus dixit ad me, *Filius meus es tu, ego hodie genui te:* ab æterno nimirum, cum hodie illud in Deo non nisi æternitatē designet, quæ tota simul, in nullas dividenda partes. ille, inquam, de quo ex Isaia Euangelista: *Ece puer meus, quem elegi; dilectus meus, in quo benè complacuit anima mea.* clamat ad Patrem: *Ut quid dereliquisti me?* Neque hic tamen Patris virtutur nomine, sed Dei: vt ostendat se ab eo derelictum, qui unus poterat auxilium adferre, unus mala auertere, lenire dolorem, mederi malis.*

I.

*Matt. 27.**2. Pet. 1.**Matt. 17.**Cap. 7.**Heb. 1.*

Christus
derelictus
se à Patre
proclamat.

*Psal. 2.**Matt. 12.**Matt. 27.**Cap. 42.**Matt. 12.**Matt. 27.*

malis. Et nomen Dei quamdam omnipotentiam designat, quam non denotat nomen Patris; & in maiestatis magnitudine, potentiae amplitudinem, quâ succurrere patienti poterat. quo iustior videbatur querela, succurrere nolle, cum posset ei, in quo complacuisset sibi, & cui dexteram suam destinauerat. Prædicta

Psal. 21. antè per Psalmistam hæc destitutio fuerat: *Deus, Deus meus, quare me dereliquisti?* questus olim fuerat Iob, cum in clamaret: *Fratres meos longè fecerunt à me, & noti mei quasi alieni recesserunt à me. Dereliquerunt me propinquæ mei: & qui me nouerant, obliuij sunt mei.* Sed non dereliquerat athletam suum Dominus: sicut dereliquit filium suum vnigenitum. In quo etiam gloriabatur Propheta Regius: *Pater meus, & mater mea dereliquerunt me: Dominus autem afflupfit me.* arque hinc eiusdem illa sunt: *Sperent in te, qui nouerunt te, quoniam non dereliquisti querentes te.* & alibi: *Non credi infirmum derelictum.* Et tamen derelictum videmus Christum, quoniam iustior quisquam esse potest, nec innocentior, nec Deo gratiior.

Psal. 26.

Psal. 9.

Psal. 36.

Cap. 6.

Eius derelictione in quo gravior quam fuerit alio-

Habes in eamdem sententiam illud Iudith orantis: *Non dereliqueris presumentes de te.* addit: *Et presumentes de se, & de sua virtute gloriantes, humilias.* Et interim videmus derelictum Christum: quis crederet, nisi ipse diceret? nam quis crederet Patrem cælestem destituere posse Filium? ac, vt ita dicam, scipsum in Filio? potuisse hoc perferre amorem illum magnum, quo Filium diligebat Pater? aut potuisse obliuisci Filij sui vniuersitatem, Deinde Deo, integratiam nostri Patrem? vt videatur, maiore nos Patrem amore complexum, quam Filium; maiore hostes suos iuratos, quam amicissimum sibi Filium, eiusdem secum substantia, diuinitas eiusdem. O amor! quid nos rependimus pro hoc amore? immo, voluit Filius destitui à Patre, amore nostro captus: tum vt hac destitutione mereretur, ne nos destitueret Pater, tum vt satisficeret Patri pro omni destitutione, quâ nos in omni seclere deserimus Patrem, & adheremus infernissimo illius hosti dæmoni: deserimus conditorem Deum, & addicimur iurassimmo salutis nostræ inimico: deserimus præmiatorem Dominum, & adjungimur crudelissimis animæ corporisque nostri tortoribus nullo æuo mitigandis, omni exasperatis: deserimus summa osmania æ-

Peccator
in peccato
suo Deum
deserit

ter-

ternūm pollicentem, obsequimur flamas & sulphura æternūm propinantibus: illius monita & consilia negligimus, cùm eant in salutem; horum suggestiones & impulsus sequimur, cùm eant in interitum. bis fatui; illius desertione; horum prosecutio- ne. bis etiam miseri; beatitudinis exclusione, pœnarum addi- cione. utrimque æternūm. Ut ex his peccantium colligas fatui- tam dementiam, iustorum prudentiam, impiorum & improborum extre- mam dementiam, proborum & piorum nullo calamo & linguâ exprimendam sapientiam.

Intuere deinde, post elementorum luctum, & mœroris in- dices tenebras, clamorem hunc magnum, qui non nisi magnæ & inusitatæ rei signum est. Clamauerat autem sol, luna, stellæ, & præualido tenebrarum clamore rei magnitudinem indicaue- Quare Christus
in cruce
clamaret
voce ma-
gna. rant. nec habebant aliud, quo testarentur aut indignitatem pa- tientis conditoris sui, aut condolecentiam suam. & extulerant vocem terroris: in terrorem enim tenebræ sunt. & humani cor- dis duritiam accusabant, & emollire illam magni mœroris sui signis conabantur: ut, dum circumfunderentur tenebris, animo- rum suorum tenebras agnoscerent, quas ad maximi solis radios dispergerent. Sed obduruerat homo super saxa, ferrum, chaly- bēm, & super quidquid adamante durius est. & corda humana carnea, nullâ incude & malleo mollienda, nullâ arte & viribus flectenda, nullis fornacibus & fulmine cessura, stabant incon- cussa. obdurauerant peccata. ita quæ ante illa omni cerâ mollio- ta, omni suauiora fauo sunt, post illa rupe & ære malleato om- ni duriora sunt: ut nec inferorum ignibus, nec Beatorum præ- miis flectantur, aut cedant. Et tot indies infelia peccantium exempla, & infortunatissimi exitus, auribus nostris insonant: Peccator
obsurdescit
ad Dei da-
mores. nec mouemur tamen. ceruicibus nostris imminet nullis flecten- dus precibus iudex, milleque vndique mortis casibus cingimur, infraque nos æternaturæ iacent flammæ: nec mouemur tamen: inuitat dein nos Dominus numquam morituris cælorum præ- miis: & frustra sponsiones. addit monita: nec quidquam audi- mus. subiungit preces: irritæ cadunt. Audiamus ipsum: Ecce, *sic* Apoc. 3. ad ostium, & pulso. vide precarium Deum. & nemo aperit. subdit

Dddd 2

præ-

præmia: *Si quis audierit vocem meam, & aperuerit mihi ianuam, intrabo ad illum, & cœnabo cum illo, & ipse mecum.* In manu ergo nostra est, vocantis & pulsantis Dei vocem audire. in manu nostra ianuam aperire. & ingressum quidem pollicetur, sed aperiri sibi à nobis vult ianuam. cuius apertio liberæ fecit voluntatis nostræ. frustra alioqui redargueret nos, si apertio ianuæ in manu nostra non foret. pulsatio & ingressio ab illo est, apertio à nobis. nam si apertio ab illo esset, vt pulsatio & ingressio, non accusaret. aut, si accusaret, seipsum damnaret, qui non aperiret, cùm sine nobis posset. Et sanè non accusat nos, quod non pulset, non ingrediatur, cùm sciat utrumque à manu sua, non nostra esse. accusat verò, quod non aperiamus, cùm liberrimæ id sit volutatis nostræ. Disce hinc obsessi à peccato cordis duritiem. nec elementorum collisionibus, nec cœlestis luminis subductione, nec cœlorum terroribus, nec tenebrarum densitate, nec Dei sui monitis, non precibus mouetur. audi querentem: *Quo-*

*Matt. 25. ties volui congregare filios tuos, quemadmodum gallina congregat pullos
Iudorum & Christo vocatorum suditas & pernicacia.*

*Eua. 19. Congregare voluit ut gallina filios Ierusalem, ut tueretur & fouveret, & noluerunt. in manu ergo erat filiorum Ierusalem, subintrare alas, ut fouverentur. nam si in manu illorum non esset, nequidquam quereretur, & damnaret immiterito: neque enim iustè accusare aut damnare poterat illius, quod in potestate illorum non erat. Quid? quod nec lacrymis quidem Christi moti sint. audi Euangelistam: *Videns ciuitatem fleuit super illam.* Nequetamen propter has lacrymas reliquerunt vias suas prauas. quare & minatur illis ciuitatis eversionē, & mala omnia, quæ postea sub Imperatoribus Vespasiano & Tito euenerunt. Imò, nec sanguine moti. Pilato enim ad Christi innocentis*

*Actib. 27. damnationē timido, respondit universus populus: *Sanguis eius super nos, & super filios nostros.* Quid speremus de peccatore, cuius induratum sceleribus cor nullus Christi sanguis molliat, nullus flectat, aut ad saniora deducat? quâ re putamus molliendum, qui tam potentibus non mouetur? & quid potéius in cœlo & terra Christi lacrymis, sudore, sanguine? & tamen hæc tanta cùm non moliant, quid sperare debemus? imò, quid non iure metuere?*

Per-

Perpendamus h̄ic propiū lamentationem, & magnum illud
 v̄e Christi nostri: *Deus meus, Deus meus, ut quid dereliquisti me?*^{Mass. 27.} III.
 Ingeminat *Deus meus*, ad maiorem admirationis testationem;
 dum hoc quasi intimi amoris aculeo prouocare in se paterna
 viscera conatur. simul etiam vt in nobis potentius amorem pro-
 uocaret, cùm illum in gratiam nostri, à benignissimo parente,
 in acerbissimis cruciatibus, omni paternâ & diuinâ ope destitu-
 tum videremus. Et interim querimur mortales, quoties aduersi
 aliquid insurrexit, quoties hostiles patimur manus, tantorum
 criminum rei. querimur etiam magis, dum destituimur ab ami-
 cis, fratribus, parentibus. Et ille innocentissimus verè dicere
 potest: *Longè fecisti notos meos à me, posuerunt me abominationem* ^{Psal. 87.}
bi. non inimici, aut exteri; sed noti & amici. Et illud: *Fratres* ^{Iob 19.}
meos longè fecit à me, & nisi mei quasi alieni recesserunt à me. &: In-
quilini domus mea sicut alienum habuerunt me, & quasi peregrinus fui
in oculis eorum. Abominationes sunt me quondam consiliarij mei, & quem
maxime diliebam, auersatus est me. Qui inquilini domus Christi,
si non Apostoli? qui consiliarij, si non ijdem? & quis ille, quem
maxime diliebat, qui auersatus est, si non Petrus quem Eccle-
siae suæ præficerat? Est & illud Iobi: Fratres mei præterierunt me, ^{Cap. 6.}
sicut torrens qui raptim transit in conuallibus. Et qui fratres Domi-
ni, si non Apostoli? qui instar labentis torrentis destituerunt
illum in horto. Et nos post hæc querimur destitui à fratribus; &
olim notos, consiliarios & amicos recessisse à nobis? erramus.
neque fratres illi nobis fuerunt; neque hi amici & noti. fra-
trum illi nomina circumferebant, animis non erant. neque
consiliarij, amici & noti aliud in nobis amabant aut nouerant,
quam fortunam nostram, personam animumque ignorabant.
neque nobis, sed sibi, commodis nimicum suis, fratres, ami-
cii, consiliarij, notique erant. commodorum spe sublatâ, esse
fratres, amici, consiliarij, notique desierunt: imò, non desie-
runt, qui numquam pectori tales fuerant. sed quales antè
fuerant mente, tales se nunc, mutatâ fortunâ, verbo & opere
ostenderunt. O quam plena sunt horum omnia! vtilis alicuius
nobis opera est, fauor, gratia, commendatio; magis si necessa-

Nōoportet
in aduersis
conqueri.
aut dum ab
amicis de-
stituimur.

ria aut sit, aut futura speretur, aut videatur; nullus illi notior, nullus amicior. Ultrad adimus, compellamus, addimus preces, & ad seruorum etiam propè genua decrescimus: nec ullum humanitatis, aut abiectissimæ civilitatis genus omittimus, non ita superiores tantum aut pares, sed & in longè inferiores. neque enim iam illum inter inferiores numeramus, cuius studium depescimus. At ubi spes lucri commodiue euanuit, credas ne nouisse quidem nos hominem. insalutatum transimus, ac nec oculis quidem dignamur. quod si ille etiam opibus, honoribus, Principum gratiâ exciderit, aut prodesse nullâ arte possit; non inter ignotos tantum ponimus, sed inter hostes numeramus: & causam etiam meritæ hostilitatis inuenimus. Ut mireris stoliditatem illorum, qui aulicas ciuitates, & benefica verba, & supplices preces, & sponsiones diuites, inter beneficia numerant.

Christus à suis, omnibus destituitur, sed maximè à Deo Patre. cùm nihilo minus nobis eueniat quam Christo, quem quamdiu sentiunt infirmiratum suarum medicum, quamdiu famelici pane illius pascuntur & piscibus; & Propheta, & vir magnus, & regio dignus nomine est. at ubi vident vinculis constrictum, corpore lacerum, latronibus adnumeratum, credas numquam vidisse, numquam auxiliarem illius manum sensisse. Parum hoc videri potest consideranti humana, cùm usitatissimum sit non inter improbos tantum, sed & inter eos, quos probos arbitramur, & non pœnitenda virtus & pietas vestit. At ab ipso Deo destitui Christum, à Patre Filium; inter admiranda non tantum ponendum, sed summum inter admiranda habendum. maximè cùm non leuiter, sed totis habenis destituatur. Docent nos hæc verba: *Super me confirmatus est furor tuus, & omnes fluctus tuos induxisti super me. clamaui ad te Domine totâ die, expandi ad te manus meas: ut quid repelli orationem meam, auertiri faciem tuam à me?* Quis credat non destitui tantum à benignissimo cælesti Patre unigenitum Filium, sed & omnem, non iam paternum, sed seuerissimi iudicis furorem in Filium effundi, omniumq; pœnarum fluctus in unum Filium emitti à Patre, tamquam si ruptis quaquâ parte aggeribus tormentorum mare totum in unum proruat corpus? Iam, quis credat inclinantem è medijs furentis clementi fluctibus

B^us Filium, non audiri à Patre? quis è s^{eu}issimi oceani vortici-
bus supplices ad Patrem in littore constitutum Filij manus cre-
dat repelli posse? quis denique optimi parentis faciem auerti-
putet potuisse à carissimo Filio, quem videbat iam iam ab irre-
spirabili profundo sorbendum, ni manum quam poterat, porrivi-
geret? quis verò paternos oculos ab unico Filio fluctibus tam-
quam pilâ aut spumâ iactato, dimoueri arbitretur potuisse, ut
inmites, vt immisericordes, vi nondum ob alienum delictum
fatiatos poenâ factum tamen. Meruerant id scelera nostra: de-
poscebat iustitia: impellebat Patris & Filij in nos amor. quem ut
propius etiam cognoscas, audi in persona magni Iobi Christum
tuum: *Tenuit ceruicem meam, confregit me, & posuit me sibi quasi in cap. 16.*
signum: circumdebet me lanceis suis, consuulnerauit lumbos meos, non pe-
percit, & effudit in terra viscera mea: concidit me vulnerè super vulnera,
irrit in me quasi gigas. facies mea intumuit à fletu, & palpebre
mea caligauerunt. Hac passus sum absque iniuitate manus meæ, cùm
haberem mundas ad Deum preces. Addit: fratus est contra me furor e. cap. 19.
ius, & sic me habuit quasi hostem suum. Confractam meritò dicere
possimus Christi ceruicem tot alapis, tot sœvæ arundinis per-
cussionibus, tot immanissimæ coronæ spinis. Positus verò in
signum, cui contradiceretur, vt fieret Iudæis scandalum, Geati-
bus stultitia. sed & positus in signum, vt, quotquot illud corde
contrito intuerentur, salui fierent, & à serpentis peccati mortu-
earentur. medicum nimirum hoc signum fuit ad omnia mor-
borum animi genera detergenda: medicum etiam ad auerten-
da & præcavenda. Lanceis circumdatus fuit, cùm Iudaicis ac
Gentilitijs armis obsideretur in horto: magis etiam, cùm lanceâ
traiectum pectus aquam profudit & sanguinem, vltimum deli-
ctorum nostrorum pretium. Conuulnerati verò lumbi, cùm mul-
tis verberum millibus dilaniato, nulla corporis pars integra ste-
tit, nulla illæsa, inuulnerata nulla; totoq; adeò est corpore dila-
niatus, vt ipsa viscera spectanda præberet. Concidit verò vulne-
re super vulnus, cùm vnum vulnus totum corpus fuerit, & è re-
petitis crudelibus flagris, noua semper prioribus inædificata vul-
nera latam viam ad nobilissimas interiores partes strauerint. Vt

pro-

proinde dici iure possit, irruisse in Christum tamquam gigantem, cum tota militaris cohors in vnum inermem & nudum totis viribus irruerit. Fletum hortus docet, non oculorum tantum, sed venarum omnium, ut lauari & natare in oculorum & venarum fluminibus posset. Quæ omnia cum in innocentissimum ceciderint, meritò dicit se illa passum absque iniquitate, eum nulla iniquitas in Deum caderet, nullæ immundæ preces: cum precum immuditia à solis sceleribus veniat. quæ cum exularent à Christo, mundissimas ad Deum preces iaculabatur. Ultimum nimis verum: ita se à cælesti Patre habitum in filium, ut hostem crederes. nec mirum, cum omnium Dei hostium hostilitatem sanguine suo eluendam in se suscepisset: omnium nimis peccata, quæ sola inimicitarum causam inter Deum & hominem præbent. In peccata proinde, quæ innumera propè erant, omnem iustitiae furorem emisit Deus, ut rigori illius satisficeret, nec haberet iustitia quod de misericordia quereretur, cum quidquid illi deberetur, exsolueretur: nec ultimum tantum quadrantem pro omni humano debito Christus penderet, sed innumeris partibus omne debitum pretij enumeratione superaret: cum pro finitis peccatis infinita pretia numeraretur; quæ dignitate suâ quidquid ubique scelerum esse poterat, quidquid è sceleribus debitorum, infinitis partibus vincerent. Quo plura debemus mortales Christo nostro, qui non contentus semel debitum omne exsoluisse, exsolueret innumeris pretijs voluit: ut testatior in nos omnes amor illius esset, quò nos si non in parem, in eum tanien, quem possumus maximum, excitaret.

IV.

Peccator
Deum per
peccatum
relinquent
quantum
bonum re-
linquat.

Atque hîc cogitandum serio peccatori, quid deserat, quando per quodcumque grauius delictum Deum deserit. summum nimirum bonum, omnium deliciarum, gaudiorum, voluptatum sincerissimarum purissimarumque mare magnum, omniumque dignitatum ac opum pelagus immensum: verboque uno, summum in genere verorum bonorum bonum, nullo fine aut æuo terminandum, nullo calamo aut linguâ exprimendum, nullâ mente comprehendendum. Cogita denique quidquid bonorum voles, nec limen quidem primum, nec extimam su-

per-

perficiem boni illius attinges. Quod omne uno grauiore peccato deserit peccator, priuaturque omni illo, quod verè bonum dici potest. nam reliqua, quæ dicimus bona, ne umbra quidem sunt boni illius maximi, infiniti, & quaquâ parte intermini, quo se vltro exuit peccator, vt ludicro, fatuo, imaginario, fugitiuo, ac momentaneo bono fruatur. meritò fatuitatis extremæ dannandus, qui infinito bono, vero ac solido umbraticum & momentaneum antefert. Et sanè dementiæ genus excogitati nullum potest maius; quam cum se volens sciensque peccator, maximo spoliat honorum, opum, gaudiorum æternaturo bono, vt fruatur perituro, coque dubio & incerto, & omni vento fugaciōri bono: quod boni nomen nec meretur, nec ex vero possidere, nec cindi illi sine mendacio, & summi aut veri boni iniuria potest.

Peccati etiam cuiuscumque magnitudo colligi ex his potest. V.
 ut enim iustitiae diuinæ fieret satis, deserit à Patre Filius videtur debuisse. Sanè non ob aliam causam Filium deseruit Pater, nec deserit Filius voluit, quam ut certius validiusq; debita nostra exsolueret, nominaq; quibus obstringebamur Patri, deleret. Iam, cum nihil excogitari aut indignius videatur posse, & quod magis pugnet cum infinita bonitate & amore Patris in Filium, quā, quem unum habebat, Filium in grauissimis pœnis deserere, omnique auxilio & solatio externo internoque destituere; perfacile videre est, quanta peccatorum nostrorum fuerit grauitas, cui mederi non videtur potuisse, nisi amicissimum sibi Filium destrueret Pater. ac licet acerbissima fuerint Christo illata tormenta, & nulla corporis pars vulneribus intacta relicta foret sauvissimis ac crudelissimis; omne tamen tormentum vicit in tanta pœnarum vulnerumq; acerbitate à Patre deserit Filium, & à tam caro Patre tam carum Filium. Et nos post hæc adhærescimus iuratis Dei hostibus, dæmoni, mundo, carni, iuratisque adeò animæ & salutis nostræ hostibus. horum consilijs insistimus, monitis obsequimur, illecebris capimur, sponsionibus nimium creduli adhærescimus. Nec ignorare interim possumus fraudes. iacent tot millia dolis illorum malis circumuenti, insidijs irre-

Peccati
magnitu-
do inde
colligitur,
quod Dei
Filius à Pa-
tre deser-
tur.

Ecce

titi,

titi, fraudibus capti. & leues paucorum annorum, mensium, dierum, adeoque non raro horarum, pollicitationes aeternis expiant ignibus, nullo aero recreandi. Sed neque igiturare possumus diuites Dei promissiones, certas, falli nescias, aeternaturas, ipsique commensurandas Deo; & negligimus tamen huius consilia, spernimus monita, calcamus imperia, ridemus sponfiones, præmia contemnimus, totumque Deum deserimus; inhæremus mundo, non ignari impossibile esse Deo seruire & mūdo; alterumque deserendum, dum alteri subseruimus: sed & odio habendum alterum, dum alterum amamus, cùm nemō pugnantibus seruire dominis possit, nemo hostiliter dissentientes vero amore prosequi, aut amicitia pari colligari toto cælo aduersantibus. Quid proinde sperandum, quid metuendum nobis sit, dum deserto Deo, mundo seruimus, nescire non possumus. quam verò graue sit diuina monita deserere, nusquam potentiùs quam è cruce Christi nostri discimus: cùm nostra diuinorum desertio causam dederit Patri deserendi Filij. Quo-grauius est, nos post paternam hanc desertionem, ob nostram, quā Deum per peccatum deseruimus, à Filio perpeccam, in eamdem per peccata, non ignoscendâ ingratitudine & inuercundâ temeritate labi.

VI.

Deus Pater
mitius agit
nobiscum
quam cum
vnico Filio
suo.

Hoc etiam ad prouocandum nos in admirationem & amorem plurimum valere debet, si considerauerimus cælestem Patrem mitius longè nobiscum, quām cum Filio suo agere. neque enim quemquam seruorum suorum tam certò deseruit ut Filium, neque cuiquam inuocatus auxilium negauit, quām vni Filiō. Imē non pauci in medijs tormentis ignari tormentorum steterunt. ille prunas calcauit ut rosas; iste è craticula tyrannum prouocauit ad mensam; alias ignibus tamquam violis incubuit; è medijs etiam Bæbylonij fornicibus musicam audiuimus Deo decantatam. Iam, quām multi in omni exquisitissimarum peccatarum genere tortores lassarunt, vt in alieno corpore sœuisse illos crederes! quām multi omnem crudelitatem vnâ patientiâ expunxerunt! quām multi omnem carnificum conatum riserunt, nec colorem in flammis mutarunt! quām multi vltro in ignes

ignes tamquam ad epulas profilierunt! quām multi tamquam poculum mellis & vini venēna haūserunt lāti! quām multispon^{tē} inuolarunt in enes, & cāndentes laminas, & ignitas forcipes amplexi sunt vt lilia! quām multi hilares animam propē in tyranorum vultum expuerunt! & non Martyrum plurimi plus voluptatis in medijs tormentis, quām plerique in medijs epulis, lectis, choreis, lusibus senserunt? Sanè nemo tam lāto hilari quāe vultu ad illa, quām Martyrum non pauci ad ignes & ferrum properarunt. Quid? quòd non rarò Deus seruos suos tantis impleat perfundatque voluptatibus, vt magnitudine vieti, deprecari voluptatem coacti fuerint, & ad extinguendam gaudij magnitudinem, manum rogatus retraxerit Deus? Et sanè tanta est vis amoris diuini, vt ardere putes, flamasq; è pectore iaculari, qui illo accensi sunt. acciditq; in non vno, vt cor frigidā mediā hieme temperandum fuerit, ne interiore amoris flammā am- burerentur. Contingit etiam virtutū amatoribus, vt longē plus voluptatis animo ex vna virtute, quām omnes sāculi amatores è quacumque voluptate capiant: plusq;ue gaudij ex opūm, dignitatum, corporisq; voluptatum contemptu viri pij, quām ex illarum fruitione impij percipient. vt etiam proborum virorum voluptas, quæ sāculi rerumque hīc magnarum neglectum comitatur, non animā solā claudatur, sed in corpus ipsum profluat ac redundet. Et vide tacitus seriō tecum vtrorumque internam animorum constitutionem. intuere, quantis intrā bellis, sollicitudinibus, timoribus, anxietatibus, suspicionibus, curis agantur qui sāculo seruiunt, & obsequuntur vitijs: cùm in maximā interim pace agant, ac tranquillitate ac malacia maxima, extra quē omnem tempestatem & fluctus, qui Deo & virtuti seruiunt. quos videbis pacatissimam vitam ducere, nullis obnoxiam inquietudinibus, mentem in diuersa rapientibus. & cùm priores nullis satientur bonis, honoribus, voluptatibus, delicijs, commodis; posteriores vni se voluntati Domini totos commitunt, paucissimis contenti, solo Deo saturandi, solo explendi. extra quem cùm nihil ambiant, in æterna viuunt pace. affluant, refluantque diuitiæ, dignitates, reliquaq; corporis commoda,

Martyrum
in tormentis
hilari-
tas.

Volupta-
tum, quas
suis dat
Deus, quā-
ta sit ma-
goitudo &
lucundi-
tas.

Deum a-
mantum
quies &
gaudia.

pro eodem habent. sed neque magnitudinem horum ab alio,
quam à Deo metiuntur. cumque sciant, non solere, ac vix posse,
simul stabulare Deum & saeculi magna; haec contemnunt, ut
Deo fruantur: & ulterò se etiam illis abdicant, quò propius Deo
innectantur. Tu quisquis haec leges, tutissima & certissima pru-
dens elige. nulla pœnitentia sequitur Deum eligentes: sera pœ-
nitentia sequitur saeculum deligentes. non sit æterna! O sapientia,
tot iam æternum ardentibus saeculo magnis, æternum infortu-
natis, tot damnatorum millibus aquæ guttam in medijs ignibus.
nequidquam depositibus; tot Regibus, Imperatoribus, Prin-
cipibus, nobilibus, prudentibus, doctis, fortibus, audacibus,
æternum gementibus. sint tibi illi in exemplum, in vitiorum
fugam, virtutum sequelam. non sapient alij exemplo infelici-
tuo. Vide h̄ic illa Scripturæ verba: *Ibani gaudentes à conspectu con- ciliij, quoniam digni habiti sunt pro nomine IESV contumeliam pati.*
Act. 5. Christus omni prorsus in morte gau- dio & consolatione frustratus.
Job 17. **Psal. 26.** Deus nos protegit contra ho-
mines. Quā longè haec absunt à Dei Filio! in quo nihil videmus nisi
mœrores mœroribus inædificatos, & unum luctum omnia, usque ad matris gladium, quo sectus fuit medius; & Patris deser-
tionem, quā sibi solus relictus, doloribus & mœroribus tam-
quam totis Oceani fluctibus iactatus, omni humanâ & diuinâ
consolatione frustratus. cùm interim tantâ perfunderentur A-
postoli lætitiae, ut musto pleni media inter verbera videri pos-
sent. Non est hoc magnum, admouente manum Deo, ac quasi
athletam suum subhumerante. unde haec illius: *Pone me iuxta te,*
& cuiusvis manus pugnet contra me. & alibi: *Si confistant aduersum me castra, non timebit cor meum: si exsurgat aduersum me prelum, in hoc ego sperabo.* causam addit: *Quoniam tu tecum es. Quid mirum non timeri castra, non prælia, pugnante Domino?* & quid mirum,
hoc pugnante victores stare, Israelem contra Amalec, Iosue
contra Reges, Gedeonem contra Madian, Jonatham contra Phi-
listæos, Machabæos contra tot Regum Principes, Bethuliam
contra Holofernem, Ezechiam contra Sennacherib, Asa con-
tra Æthiopum Regem Zaram, Iosaphat contra Ammon &
Moab? Deus pugnabat, Deus vincebat. & hostium arma non
semel etiam in se mutuo verterat; & Israel non raro spectator
magis,

magis, quām pugnator stabant: aut turbatis iam à Deo ordinibus, metu omnium animos occupante, superueniebat ad cedem magis, quām ad pugnam. non magnum est sic vincere. Idem repertus in Martyribus plurimis. nec quemquam ex omnibus inuenies sibi roborique suo relictum, retrahente dextram Dco. Quod euenisse videmus Christo. qui licet numquam destitutus fuerit à Deo in ratione suppositi, destitutus tamen fuit in omni ratione auxilij diuini & solatij. sed & de legit Christus auxiliarem hanc destitutionem: tum ut hac vna amoris in nos magnitudinem ostenderet; tum ut illa à Deo mereretur omnibus ipsius amantibus, certissimam in aduersis auxilij sui præsentiam.

Propriū etiam si cogitauerimus querimonię huius in Christo
nostro causam, non tam illam reperiemus, quasi cum infinita
bonitate & clementia pugnaret in tam crudelibus à Patre Fi-
lium deserit; quām quod post tot tormenta, tantumque lacry-
marum, sudorum, sanguinis, tam paucos videret è populo suo
saluandos, paucos de Gentibus. nec plures, quām post diligen-
tem auarii possessoris viudemiationem supersunt vnde: neque
plures, quām seduli vigilantisque messoris spicæ fugiunt oculos.
Sciebat se pretium numerasse, quod exsoluendo debito sufficeret,
quocumque modo & scelere ab omni hominum genero
contraēto & contrahendo. sciebatque adeò sanguinis sui tam
prodigè profusi pretium, infinitis partibus omne debitum vin-
cere. Et videbat interim tam paucis profuturū, quod omnium
saluti sufficiebat. cumque liberis hominum voluntatibus vim
adferre nollet, videbat libertate suâ periculos plerosque omnes,
cademque saluandos perpaucos. Quae res omnibus flagris clar-
uisque fortius cor illius animamque laniabat. & deserit se quere-
batur, qui tam paucos cælo infereret; cùm, si merita ipsius spe-
stemus, posset omnes. Et quis non merito queratur, si, cùm di-
gnum prouincia integrâ pretium offerat, pauculas tantum gle-
bas referat? aut pro vinea integra, racemum vnum alterūve?
Transfixit illa res tenerrimum Iesu pectus tam altè, vt voce ma-
gnâ desertum se quereretur, cùm pro omnium salute, paucissi-
morum referret salutem. Sentiebat deinde immane ac plusquam-

VII.
Saluando-
rum pauci-
tas Chri-
stum hic
facit expo-
stulare.

belluīnam populi sui, omniumque gentium ingratitudinem, quos tantis beneficijs videbat non flectendos, tantisque amorum fornacibus non accendendos. Quis tam ferreus, ut post tot

*Summa
peccantū
post Chri-
storum
ta ingrati-
tudo coe-
git eum
clamare se
deseri.*

beneficia non sentiret hoc animorum gelu? quis tam densa in- gratitudine percussus, staret inconcussus? quis, cùm sanguinem animamque pro amico posuisset, ingratitudine se repercuti vi- deret, nec quereretur? quis, cùm se ab amico deserit, infidāque percuti dexterā, pro qua sanguinem fudisset, sentiret, nec do- leret? Videbat hæc Christus, omniumque omnino aliquando nasciturorum hominum ingratitudinem ut præsentem intue- batur. videbat, è multis centenis quaquā hominum millibus vix unum alterumū saluandum; pro reliquis frustra sanguinem suum fundi. videbat, easdem causas, scelera nostra, quæ illum cruci affixerant, densius etiam post crucem barbarā feritate re- petendas. videbat, vix ullum, etiam è saluandis, ad adultam æta- tem venturum, à quo non per grauius aliquod crimen iterū crucifigeretur. videbat, nullam in plerisque mortaliū passio- niis suæ memoriam superfuturam: in plerisque etiam vulnera, crucemque suam, pro fatua habendam, ac inter ludibria ac sto- diditates numerandam. videbat blasphemias impiasq; non præ- sentium tantum, sed futurorum voces, crucem damnantium. videbat mortem suam non alienis, sed suis sceleribus deputan- dam. videbat crucem mortemque suam in discipulis suis ferro, ignibus, omniisque tormentorum genere damnandam, tyrannoſi- que ac carnifices insultantes, nullique ætati aut sexui parcentes, in solis tormentis ingeniosos; sed neque pudori in virginibus quidquam concedentes, non castarum matronarum verecundiæ, nō multorum adeò infantia. Quæ cùm singula ut præsen- tia intueretur, ac quasi mercedem hanc pro sudoribus, lacrymis, sanguine, morte, cruce referret Dei Filius, non meritò deserit se, vulnera passionemq; suam queri posset? Dixerat olim per Pro-

Isaie 49.

Dominus: *Dixit Sion, Dereliquit me Dominus, & Dominus oblitus est mei. numquid obliuisci potest mulier infantem suum, ut non misereatur filio uteri sui? & si illa obliita fuerit, ego tamen non obliu- scar tui. ecce in manibus meis descripsite. Hæc magnus Deus ad Israe- lem.*

Item. cùm interim queratur se Filius à Patre desertum. non quòd aut paternus amor in Filium refrixisset, aut promeritus hoc fuisset Filius; sed quòd scelera hoc nostra, quibus eluendis Christus sanguinem fundebat, promerentur: quò grauitas & magnitudo illorum certius pateret; nosq[ue] ab ijsdē deterreremur, qui videremus illa tam inclementer in innocentissimo Dei Filio puniri. Quod Deus olim ad Israēlē, hoc auribus intonat nostris Christus. Si potest mater obliuisci filij sui, ego non obliuiscar vestri. cùm & carius longè Christo nostro steterimus, quàm filij matribus, & grauior longè partus fuerit Christi parientis nos cælesti Patri, quàm quarumcumq[ue] matrum partus: & plus mille modis amoris in nos sanguinea Christi vbera, quàm laetitia matrum ostentent: plus etiam affectus vulnera, quàm vbera spirarent: ac in meliorem vitam per vulnera, quàm per matrum vbera ducamur: potentioraq[ue]; illā sint in medelam ac salutem, quàm omnium omnino matrum vbera. Et tamen post hęc omnia, tantorum immemores beneficiorum, vtrò Christum, omni mātre benigniorem, omnimunificentiorē per peccata deserimus, sanguinis illius vberumque immemores; cùm ille non vereatur à Patre suo deseriri, ne nos deseramus, & deseramur, maximè in morte. cùm ferè quo quisque maior potentiorque est, hoc magis destituatur ab omnibus, etiam à domesticis, qui fortunat ipsius, non ipsi, seruiebant: quā recedente, recedunt illi, hirundines imitantes, quæ æstatem norunt, hiemem fugiunt & frigora: etiam à filijs, apud quos ferè plus hereditas potest, quàm parentes: etiam ab uxore, quæ non rarò, calente adhuc marito, alium cogitat. In illa proinde postrema lucta, in illa omnium etiam earissimorum fuga, ne destituamur à cælesti Patri, destitui ab hoc Filius voluit. à quo nedestituamur, ab hostibus vndic; circumuenti, incumbendum serio viræ in melius emendationi: vitanda peccata, quæ sola nos separant à Dō, sola illius gratiam & auxilium subtrahunt, sola nos nobis relinquunt omni cælesti ope destitutos. quā cùm destituimur, hostibus præda relinquimur, destinamurq[ue] pœnis nullo æuo finiendis.

Mærorum deniq[ue] matris in hac querulâ filij voce à Patre de-

VIII.
stituti

B. Virginis
dolor andi-
tā filij sui
derelictio-
ne.

Lac. 2.

stituti videre possumus. Viderat Apostolorum fugam, amico-
rum secessionem, carorum abnegationem: & solum Iesum suum
omni humano praesidio destitutum, omni solatio. sed & sola
steterat duabus sociata mulieribus & Apostolo uno. at ita, vt Si-
meonis illud verum esset: *Tuam ipsius animam pertransibit gladius.*
Nunc, cum non humano tantum auxilio, sed & diuino, & quidem
Patris, destitutum, idque non ab alio, aut coniecturâ, sed ab ipso
Filio dicit, quanto putamus mœrorum ense animam ipsius trans-
fixam? sciebat nulli hoc unquam innoxio, nulli Deum timenti
contigisse. neque etiam vlla ætas viderat iustum derelictum, aut
sperantem in Deo suo frustratum. & nunc videbat primum hoc
in filio suo exemplum datum; vt, nisi certius edocta foret, arbi-
trari posset nocentem, impium, Antiocho aut Herodis similem.
Quæ res quam altè maternū pectus transfoderit, perfacile co-
gitare possumus. & magis, quo inopinata omnino hæc Christi
vox matris auribus insonuerit. quæ non arbitraretur à Patre de-
serendum Filium, quem ipsa non deseruerat patientem. & cum
reliqua omnia decesserent, vna re solari poterat, quod non dcesseret
Filio internum solarium paternum. Quo postquam destitutum
audijt, meminisse possumus, quantum accreuerit animo dolor,
cum nec adesse pendenti filio posset, & ab eo desertum audiret
qui unus solari poterat. Quod eo fortius animum illius perculit,
quo videbat fore, vt abijs, pro quibus hoc patiebatur, maximâ
ingratitudine pro tanto beneficio repercuteretur: rariq; omni-
no forent, qui vel aliquando memores beneficij huius futuri es-
sent: plerique vero omnes ingratitudinem ingratitudini nouis
semper sceleribus inædificari. Quod quo plures rangebat,
rarioresque beneficij huius memores victuri essent, hoc maiore
mœrore mater oppimebatur. vt meritò dicere possimus, mœ-
rore hoc tamquam insanis fluctibus totam matrem oppressam
iacuisse. Consideremus hinc singuli, quem mœrem pro hoc
mœrore reddamus: quo modo filio, quo modo matri compa-
tiamur: aut quid tanto dignum mœrore, & duplice beneficio fi-
lij & matris demus: imo quem mœrem, tantorum in utroque
causa mœrorum sentiamus: aut quid responsuri simus filio &

ma-

matri duplēcēm ingratitudinēm, in filium & matrem, obiciētibus. magis verò quid responsuri, cùm nouis semper sceleribus, nouam nouaz cruci viam sternamus, iterum Christum crucifigentes, totiesque crucifigentes, quoties nouo nos scelere corrāminamus.

Examina verò hīc, & discute animū tuū. vide quo modo deserī in aduersis ab aliis feras, maximē ab amicis, à sanguine iunctis, ab iis qui beneficia tua circumferunt, & ingratitudine benefacta remetiuntur. & vide in talibus suspiria tua, lacrymas, querulas voces, indignatione plenas, vindictam & minas spīrantes, mala imprecantes, ingratitudinem exprobrantes, conuicia iacentes, malumque pro malo regerentes, cælum terramque testantes, altè inseptulum mœrorem profitentes, singulaque in maius extollentes. Et tamen si mores vitamque tuam excusseris, maiora te longè sceleribus tuis promeritum fateri cogēris, minoraque peccatis tuis illata. nam quæ sunt illa, quæ hīc pateris, ad toties criminibus tuis debitas pœnas æternas? quæ sunt illa, si epulonios cogitas ignes, nullâ in omne æuum aquæ guttâ leniendos? Iam, cùm gratias agere deberes pro tam benignè castigantis Dei manu, pro commutata æterna pœna in breuem temporariam, exurgis in querulas indignantis animi voces: ac propè Dei inclemētiam, aut duram in vindictam manum accusas, qui gratias referre debebas pro clementi nimiū dextra, laudaréque benignissimum in te patris animū, omnibusq; mansuetudinē clementiamq; illius; ac maternū potius quam patris peccatus manumque testari, ac benignitatē lenitatemque deprædicare. Certè si Christum tuum consideras, si te ipsum; videbis quanto te benignius cælestis Pater, quam illum habeat: quantoque immittiūs & inclemētiūs in illum, quam in te saeuiat. quam numquam nocentissimum te, millēque modis æternos ignes promeritum, vniuersim deserat, qui Filium innocensissimum pro sceleribus tuis cruci affixum deseruit. Et quereris interim, si quis collatis à te beneficijs non respondeat: si quis acceptis maiora non reponat: si quis debitam, vt arbitraris, gratitudinem verbis factilq; non rependat: si quis accepta à te be-

IX.
Desertio
amicorum
& consan-
guineorū
et quā men-
te ferenda

Gratiz
Deo agen-
dæ pro ad-
uersis im-
missæ.

F f f f nefi-

neficia silentio transeat: si quis illa extenuet, non supra verum accollat: magis etiam, si benefacta malefactis repercutiat, & beneficia in se collata inter malefacta numeret; ac, si non potest rem ipsam damnare, mentem tuam accuset & damnet: aut sanè maiora se longè omnibus acceptis promeritum fortiter afferat. & tam parum memor es benefactorum in te Christi tui; tam exiguus stas laudator munerum illius; tam tenuia pro tam magnis rependis: imò pro tot benefactis tot malefacta, tot peccata nimirūm & scelera, indies reponis. & vis interim haberi bonus, vis videri gratus, vis videri memor in te diuinorum beneficiorum; & morte deterius, audis ingratus. Perfer ab ingratitudine homine, quæ à te toties perfert Deus, & audeo bene sperare. & quoties ingratum pateris, cogita quid à te patiatur Deus; qui hanc hominis in hominem permittit ingratitudinem, tum ut hoc exemplo discas ingratitudinis tuæ in Deum turpitudinem, tum ut perferendo hominis in te ingratitudinem, Deum faciliùs ad ignoscendum tuæ in ipsum ingratitudini impellas. & numerari inter Dei filios incipias, qui ingratorum in se hominum malevolentiam nouis student benevolentii vincere, imitantes Deum, cui nulla dies à nouis cælo depluendis beneficiis, etiam in ingratissimos sibi, vacua est.

C A P V T XVIII.

De quinto verbo.

- I. C ONSIDERANDA sequentia Euangelistæ verba: Postea sciens IAN. 19. IESVS, quia omnia consummata sunt, ut consummaretur Scriptura, dixit: Sitio. vas ergo erat positum acetoplenum. illi autem spongiam plenam acetopli, byssopo circumponentes, obtulerunt ori eius. Apud alium habemus: Et continuò currens unus ex eis, acceptam spongiam impletam acetopli, et imposuit arundini, et dabat ei bibere. Olim haec denunciaverat Psalmista: Sustinui qui simul contristaretur, et non fuit; et qui consolaretur, et non inueni. Et dederant in escam meam fel, et in siti mea potauerunt me acetopli. Sitim vero in Christo duplēm reperio;
- MATTH. 27. Psal. 68. cor-

corpoream vnam, spiritualem alteram. Prioris causa vulnera,
& profusus copiosissimè sanguis. audiamus illum in Psalmis. Sic-
ut aqua effusus sum, & dispersa sunt omnia ossa mea. Factum est cor
meum tamquam cera liquecens in medio ventris mei. aruit tamquam
resta virtus mea, & lingua mea adhæsit faucibus meis: & in puluerem
mortis deduxisti me. De alio hæc dici non possunt, quām de Chri-
sto. neque enim Propheta aut sicut aqua effusus, aut dispersa il-
lius ossa, aut ut restarunt exaruit, aut in puluerem mortis deductus.
Quæ in Christo nostro videmus, cùm tamquam aquam effudit
in horto lacrymas, sudorem, sanguinem. factumque idem in
columna, in corona spinea, in crucis baiulatione, in cruce. ossa
etiam illius dici verè possunt dispersa, barbarā in cruce membro-
rum omnium extensiōne: in qua disiecta ab inuicem ossa, di-
persa, & loco suo naturali mota dici possunt. exaruisse ve testam-
clarè videmus, cùm nihil humoris illi reliquum crudelitas fecis-
set. Quæ etiam causa fuit, quod lingua adhæseret faucibus illius,
secuta mors, & terræ reconditus pulueri associatus est. Vide-
mus, quam nos sitim feramus pro Christo, pro nobis; quam
pro mensis, pro poculis, saepius in alterum solem productis;
quam pro sceleribus inter inuercunda pocula patratim; quam
pro diluto inter bibendum pudore, verbis factisque pudendis;
pro propudiosa lingua & manibus, verecundiâ exulante. Et
ignorare tamen Epulonem non possumus, infelicemq; illius in
omnem æternitatem sitim, post epulas, convivia, pocula. cùm
vel aquæ gattâ extremo digito delabente, inter inferorum for-
naces teleuari sitim precatur, nec impetrat. Dura commutatio,
pro paucarum mensarum poculis, æternâ in medijs flammis siti-
torqueri. Hæc scimus: nec obvia omnibus remedia, ieunia, pre-
ces, sitim admouemus; magisque deligimus breves epulonios
dies, mensaq; infortunata æternitate diluendas, quam breves
scribundos & ieunios Lazari, felici æternitate mensisq; æternis
donandos: neque nos terrent exempla, nec timidos faciunt,
nec prudentes. plusque potest inueterata consuetudo, socio-
rum prouocationes, risus, ioci, & quæ mensas ferè & largiora
pocula comitantur, impudicorum colloquiorum deteriora fa-

Sibi dupli-
laborante
Christus in
cruce.
Psal. 21.

Coniuia
secula-
rium qua-
lia sunt &
eorum
damna.

Nabum 1.

Exodi 32.

Deut. 32.

Mum. 11.

Ieiunium
commen-
datur, &
eius fru-
sus.

cta, infiquibus nullus pudori, non in virgine, non in nupta, non in alieno sanctiore, non in sexu suo locus; quam minē magni Dei, quam Nabalis fatui, potētis Holofernis, diuitis Epulonis, & magni regis Baltassaris exitus. Et inclamat interim per Prophetam suum Dominus: *Sicut spine se inuicem complectuntur, sic coniuinum eorum pariter potentium: consumentur quasi stipula ariditate plena.* Infelix ariditas, quam inter Epulonis ignes docemur, discimusque nullā pœnitentiā mitigandam, nullā in omne æuum leniendam. Et non ab omni æuo damnata crapula, temperantia laudata? non illa malorum propè omnium causa; & hac vnuâ offenso Numini factum satis? cogita primordiale paradisiacum delictum: & exinde vindictam in omnes, etiam eos qui paradisi nullam glebam nouerant. & nos ipsi infelices crapulæ testes in nobis sumus. ô, non simus æternum! Audiamus Scripturam: *Sedit populus manducare & bibere, & surrexerunt ludere.* de impuro lusu & inuercundo sermo est. Sed audi eamdem: *Cecideruntque in die illa quasi viginti tria millia hominum.* vt non mireris, si dicat alibi: *Incrassatus est dilectus, & recalcitrauit: incrassatus, impinguatus, dilatatus, dereliquit Deum factorem suum, & receffit à Deo salutari suo.* Vides obliuionem Dei crapulæ imputatam, quam etiam exprobrat Israeli Dominus. Et non manent adhuc sepultra concupiscentię, vbi sepultus est populus carnis audifissimus? non eliditur pro templi foribus senior Heli, filiique ipsius in acie corrunt, nutus exspirat in partu? meruerat hoc domus sacrificiorum carnalium defraudatrix. & non Prophetat emerè pastus, deserti ieiunij pœnam luio? Iam, non apud inferos in diuite coniuia cruciantur; in paupere in Abrahæ sinu ieiunia recreantur? non inedia Niniue ab exitio liberatur? non Anna Elcanæ Prophetaam post ieiunium & preces impetrat? non Daniel post triduum ieiunium Babylonio Regi somnium edicit? non leguminiibus & aquâ pasti Babylonias fornaces intacti rident? Quis verò igneos in Israelem supermannæ fastidientem serpentes immisso, & venenarios illorum morsus ignoret, qui Scripturam nouit? contrà, quis prandia ieiunanti in lacu Danieli per angelum parata non sciat? & non Dominus aduersus diriora dæmonia ieiun-

ieiunijs præliandum monet? non ieiunantis Centurionis orationes auditæ? non Ezechiæ Regis ieiunia, & cilicia? non Moysis & Eliae? non Iosue? atque adeo non impij cetera Achab? Quæ Scripturarum exempla & animare nos debent & terrere, in sequelam, in fugam. Et merito monet Sapiens: *Noli esse in conuiciis potatorum; quia vacantes potibus, & dantes symbola consumuntur.* Proou. 23.
 nec supererit memoria eorum, nisi in terroris exemplum. Atque hinc illud, *Vinum & mulieres apostatare faciunt sapientes.* & illud Eccli. 19.
 Prophetæ: *Fornicatio, vinum, & ebrietas auferunt cor. prudentiam* Osee 4.
 nimirum omnem. Vnde illud, *Luxuria res vinum, & tumultus faebetas:* Proou. 20.
quicumque his delectatur, non erit sapiens. Sed neque secretum vllum apud tales. Docet idem: *Noli Regibus dare vinum;* Proou. 31.
quia nullum secretum est ubi regnat ebrietas. Vbi vero secretum nullum, nec gubernatio vlla prudens esse potest. Benè proinde monetur: *Cui va? cuius patri va? cui rixa? cui fœna? cui sine causa vulnerra? cui suffusio oculorum?* nonne his qui commorantur in vino? & student calicibus epotandis? Pergit: *Ne intuearis vinum quando flauescit, cum splendoris in vitro color eius. ingreditur blandè, sed in nouissimo mordebit ut coluber, & sicut regulus venena diffundet.* Quis prudens sociari velit regulo? quis colubro? aut quis amet venena? quare & prudenter Apostolus: *Nolite inebriari vino, in quo est luxuria.* & omnino improbitas omnis, scelera omnia. Neque enim vllum vitium exulat ab ebrietate, & immodico vini vñu. cædes, tapinæ, latrocipia, alienus lectus, périvita, mütuæ conspirationes in Rēges, in patriam, in Religionem, in propinquos, in Deum, in quidquid sanctum, familiaria vino sunt, ac quasi eiusdem vteri & tori. Quo magis fugienda causa, ac quasi malorum omnium matrix, vinum & pocula, quæ caussam præbuerunt immittissimæ sitis in Domino: quâ profusa, pocula mensalique, & quidquid ex his malorum natum expiauit. & pro sceleribus mensalibus, criminibusque è poculis profluentibus, siim hanc suam Patri in debitorum exsolutionem obtulit in cruce. Ut vel hinc peccatorum à mensis & poculis promanantium magnitudinem colligamus. eo magis, quod toto passionis tempore inter tota saeva tormenta non videamus Christi vel tenuera

querulam vocem, vel doloris signum, aut indignantis animi iudicium, quām cūm se desertum à Patre queritur, & sitim testatur; quasi hanc sitim parem statuat Patis desertioni. & qui ad nullum humanum auxilium in omnibus pœnis circumspexit, faciat ip̄s siti. Quod signum videtur quasi acerbissimi inter omnia tormenti: quo maiore conatu studioque vitanda fugienda, quæ nobis est tanti mali causa, mensæ & pocula.

II.

Iob 15. Sunt & alia quæ bibuntur pocula, non minùs noxia, quām mensalia. de quibus apud Iob legimus: *Abominabilis & inutilis homo, qui bibit quasi aquam iniquitatem.* plenis nimis faucibus, plenōque pectore iniquitatem haurit. nec vñā contentus, admittit omnes; & tamquam toto flumine se proluit. Docet hunc *cap. 50.* modum Isaias: *Elenare, elenare, consurge Ierusalem, que bibisti de manus Domini calicem iræ eius: usque ad fundum calicis sopori bibisti, & potasti usque ad fæces.* Biberat Ierusalem calicem iræ Domini usque ad fundum: etiam fæces. cūm nihil irarum reliquisset Dominus, quod non effudisset super Ierusalem. & quod deterzum, calicem soporis. cūm inter tot aduersa, tot barbarorum vincula & ferrum, tot sanguina exilia, sopore tamen grauissimo detineretur; nec se aliquando erigeret, aut mala sua cognosceret, aut malorum causas. quare prouocat illam, vt se eleuet, & consurgat, non factura, nisi excuteret scelera, quibus tamquam potentis vino inebriata, clisa ac prostrata iacebat, calicemque iræ Domini in se prouocauerat. quem etiam ignara misericordiarum suarum, tamquam iucunditatis poculum biberat. Et vt non scelerum tantum superficiem libauerat, sed totas illorum fæces potauerat, nihil intactum relinquens; ita etiam non tenuem aliquam irati Domini vindictam, sed ipsas etiam furoris illius fæces haurerat. & tamen dormiebat, adeoq; & indormiebat miseriis suis, nescia causæ malorum suorum; cūm tamen illam toto pectore circumferret, vt quæ quidquid esset scelerum ebibisset. De quibus etiam illud Sapientis: *Comedunt panem impietas, & vinum iniquitatis bibunt.* Tamquam panem nimis & vinum, iniquitatem comedunt & bibunt. nec minùs illis sclera familiaria & domestica, quām panis & vinum: nec infrequentior illorum quam

Pro. 4.

quam hominem vsus. & vt nullæ mensæ sine pane & vino , ita nec
hunc nouo aliquo scelere . Alius omnino erat panis pœnitentis
Regis, de quo illud: *Cinorem tamquam panem manducabam, & po-* Psal. 101.
tum meum cum fletu miscebam. Fortunatus enim panis , lacrymæ
potus. quo pastus Rex magnus, tamquam à purgante medica-
mēto expulit quidquid noxij veneni à peccatis hauserat. Quan-
to beatior, cùm cinerem comedit , lacrymas babit , quam cùm
sceleribus tamquam pane & vino pastus. Felix omnino , cui fa-
etus enim panis , lacrymæ vinum: cùm infelicissimus antè fuisset,
cui scelerata panis, sceleraque vinum fuissent, super pane & vino
iucundiora, suauiora. Quod cuenire videmus peccatori, cùm se
totum semel peccatis immerserit. neque enim tunc alium pa-
nem, nec vinum aliud nouit, nec delectatur alio , nec pascitur a-
lio ; omnisque illius cogitatio , studium omne in hoc ponitur.
mensaque illius, deliciæque ac voluptas scelerata sunt.

Alia longè sitis est iustorum & timentium Dominum. quam III.
pulchrè Regius explicat Propheta: *Situit in te anima mea, in terra psal. 62.*
deserta, inuia & inaquosa. Verè terra hæc nostra deserta , cùm de- Iusti quid
stituitur Domino ; inuia & tenebricosa , sine luce diuina; ina- sitiant.
quosa, nisi rore & pluuiâ cælesti perfundatur. sed & infœunda-
& sterilis, nisi à fœcundissimo cœlorum Numine fœcundetur.
hinc illæ eiusdem voces : *Quemadmodum desiderat ceruus ad fontes psal. 41.*
aquarum, ita desiderat anima mea ad te, Deus. Sitibundus & anhelus
à cursu ceruus , fontes desiderat. amore etiam saucia & anhela Amans
anima Deum fontem æternum suspirat , nec alio quam illo sa- Deum in-
tiatur, non potatur alio. Exprimit hoc idem: *Situit anima mea ad cessanter*
Deum, fontem vivum; quando veniam, & apparebo ante faciem Dei; ad eum
fuerunt mihi lacrymæ meæ panes die ac nocte. Ad hunc fontem sitit suspirat.
amans anima. ignorat alium. quæ causa etiam illi lacrymarum,
non pœnitentiæ, sed amoris; non terroris, sed desiderij; non mœ-
toris ex delicto, sed ex absentia amati. nisi quòd inter amoris su-
spiria & lacrymas, intercurrat non rarò metus , ne fòrs offensio
ignorata causam, aut moræ, aut absentiæ & subtractionis suæ
amato dederit. Quæ etiam causa, quòd lacrymæ sint illi factæ
in cibum & potum, die ac nocte; dum quem amat amans die ac
nocte

nocte quærerit anima, nec solatia vlla admittit, donec potiatur dilecto suo. Docemur hoc in nobili illo cantico magni Salomonis. Aliud reperimus apud iniquitatis amatores, de quibus apud Prophetam suum Dominus: *Duo mala fecit populus meus: me dereliquerunt fontem aquæ viua, & foderunt sibi cisternas, cisternas dissipatas, quæ continere non valent aquas.* Subiungit: *Quid tibi vis in via Ægypti, ut bibas aquam turbidam? & quid tibi cum via Assyriorum, ut bibas aquam fluminis?* Merito queritur Dominus fontes aquæ viuæ salientis in vitam æternam deseruisse populum suum: fecisseque sibi cisternas, rimis vndique plenas, dissipatas, arentes, & steriles, solaque inani sæculi vanitate grauidas. Exprobrat deinde Ægyptias aquas turbidas, quales sunt mundi huius.

*Mundi a-
qua sunt
turbidae &
immunda.*

neque enim quidquam carnalis hic mundus cultoribus suis propinat, quæm aquas turbidas fœdarum voluptatum, & carnaliū desideriorum aquas, sordibus natantes, proculab omni candore, puritate, nitore, lumine. Exprobrat demum Assyriorum aquas fluminum, quæ trahere secum solent quidquid ubique sordium est. neque umquam in eodem situ permanent, sed celesti labuntur cursu, falluntque vectorem suum, quem secum rapiunt, temerariâ volutatione nimis incertâ, dubiâ, instabili, fraudulentâ. Accedit, quòd aquæ illæ numquam restinguant similitim, acuant potius: Dominicæ verò aquæ vniuersam sitim sedant. Habet hoc apud Ioannem: *Omnis, qui bibit ex aqua hac, sit et iterum: qui autem biberit ex aqua, quam ego dabo ei, non sit et in æternū.*

Cap. 4. Et in Apocalypsi: *Non esurient neque sitiens amplius Beati.* Et gratitò felices has aquas offert: *Omnes sitientes venite ad aquas: & qui non habetis argentum, properate, emite & comedite. venite, emite absque argento, & absque vlla commutatione vinum & lac.*

Cap. 7. Eadem propè habemus apud Ioannem: *Ego sitienti dabo de fonte aquæ vite, gratis.* Prouocat sitientes, & vtò inuitat. frustra hoc faceret, si venire non possent. nam quò mihi inuitatio, si accedere negatum? aut si accessio alterius potestatis sit, non mea? aut si quod obijcitur impedimentum, non sit in manu mea, sed in manu inuitantis? ridenda omnino inuitatio est inuitantis, qui sciat non posse inuitatum venire, nisi aut remoto à se impedimento,

Isaie 55.

Apoc. 21.

*Sicuties
Dominus
inuitat ad
bibendum
gratis, &
quale viuu.*

non posse inuitatum venire, nisi aut remoto à se impedimento, quod

quod accessum arcet; aut auxilio subministrato, quo destitutus inuitatus venire non poterat. Sanè si quem Princeps ad arcem suam in sublimi rupis alicuius vertice constitutam inuitaret, ad quam nullus accessus esset sine equo, aut subsidio alio, sciretque inuitatum à se, omni hoc subsidio carere, nec patare illud sibi posse, nec necessaria itineri huic aut accessui, cum posset solus, subministraret; nequidquam quereretur Princeps inuitatum à se non venisse, cui & negasset, aut non suppeditasset, necessariam opem aduentui, quam nec à se, nec ab alio, quam ab inuitante habere inuitatus poterat. Idem omnino foret in inuitante nos Domino, si libertatis nostræ non foret venire, nec in potestate nostra esset venire, certo illius auxilio destitutis, quod aut negaret, aut non daret. Promittit deinde venientibus aquam gratis. ne causemur inopiam, aut ne putes diuites magnâ diuinarum prærogatiuâ cohonestatos. nullo argento aqua illa vaenit, nullâ-que commutatione vinum & lac: per quæ quidquid suaue & deliosum intelligitur. Gratuitò verò hæc omnia promittuntur, gratuitò dantur. nec parcâ aut auarâ dantur manu, sed diuite & locuplete. Hinc ille voces: *Comedite, amici, & bibite, & inebriamini carissimi. vino nimis cælesti. quo inebriari, beatum.* Atque hinc clamat anima vino adhuc ebria: *Exultabimus & late- bimur in te, memores vberum tuorum super vinum.* Ebria vino dilecti sui, exultat & lætatur. magis etiam vberum dilecti ebria. beatior enim vberum dilecti ebrietas, quam cellarum & vini. quia propior dilecto, & cordi illius. O nimis felix anima, quæ vberibus dilecti sui inebriatur! nimis felix, quæ hoc amoris poculo lactatur, quæ non tantum pedibus & manibus, sed vberibus saturatur! Audax factū, ad vbera dilecti decurrere. Verùm quis damnet in amore audaciam? numquam amauit, qui hanc in amante damnauit: nec temeritatem quidem, nisi amorum ignarus, quisquam in amante accusabit. Quid? quod crescat paribus cum amore gradibus, audacia & temeritas: & gratiam etiam amor ab audacia & temeritate apud amatum reperit. gaudet enim domesticâ hac libertate amor: nec quidquā amanti claudi vult. quoque plus amat, hoc se magis retegit, & intima quæque, et-

Gggg

iam

Vberibus
diuinis po-
tari quid
sit, & quam
beatum.
Psal. 41.

iam vbera, animamque ipsam, cor ipsum recludit, ut amato pro-
puluillo & lecto, pro domo & mensa, pro cubili & cella sit. Bea-
ta nimis anima, quam Deus cellâ & vberibus suis dignatur! facit
hoc verè illi, qui cum Propheta dicere possit: *Sicut anima mea
ad Deum fortem trahim. &: Quemadmodum desiderat cervus ad fons-
aquarum: ita desiderat anima mea ad te Dens.* Felix ô nimium sitis,
quam explorare solus Deus potest, & solet! Prouocari hanc maxi-
mè in se sentit anima in medio orationis suæ, cum anhela quasi
fugientem amatum insequitur; aut lassa, & amicè querula, toto
prostrata corpore, terras cælosq; perambulat oculis, sicubi fors,
quem sitibunda querit, inueniat: aut plena alto deductis pe-
ctore suspicijs gemebunda de diuturniore amati sui mora queri-
tur: aut amore cæca nihil præter absentem amatum videt aut
nouit: aut amati sui musto, botris, cellis ebria, nihil præter illum
absentem loquitur, nihilque præter vinum illius deructat: aut
cum Magdalena pedes amati lauat lacrymis, capillis tergit, o-
sculis purpurat: aut cum prodigo, post profundi mœroris ante-
ambulx, & seria penitudinis signa prænuntia, in optatis patris
sui amplexibus linquitur animo: aut cum amati prouocatione
audacior facta, audet euolare ad vbera, quibus satiata exclamat:
Meliora sunt vbera tua vino, fragrantia unguentis optimis. unde illæ
voces: *Quis me separabit à te?* non secunda, non aduersa, non
tormenta, non mors, non adeò infernus, & potestas tenebrarum
omnium, non cœli ipsi. Aut denique cum audacis habitu in-
duit sponsæ, & non contenta vberibus, oscula audet amati iam
facti sponsi, quasi iure suo deposcere: *Osculetur me osculo oris sui.*
suaque vicissim post vina & vbera, amato oscula tamquam sipienti
deferre. Offer huic amanti aliud ab amato; numquam explebis
sitim. offer huic fontes, flumina, maria, terrarum omnia; ride-
bit ut arentes aquarum venas. offer illi orbis vina omnia; ut fel
& acetum respuerit. offer illi vbera matrum omnia; absinthij, jage-
nulas arbitrabitur. offer angelos omnes; ne agnoscat illos qui-
dem cum illa, quæ sepultum quærebat amatum. offer cœlum; si
desit amatus, nolet cœlum, cum vnum illi cœlum amatus sit,
quo solo siti sedat & explet. Atque hinc inter hac illi raptus,
cūm

cont. 1.

Ibidem.

cum indignabunda concludi corpore anima, ita tota inuoluitur amato, ut arbitris corpus deseruisse; & cum amato inter hor torum amena, pratorū pinguia, aprica nemorum, erecta mon tum, substrata vallium, deliciari corporis sui pertasam. Fuit hoc semper orbe toto paucissimorum, ~~maxime~~que simplicium & humilium, quos gratuitis his secessibus, deliquiis, amplexibus, cellis, vberibus, osculis dignatus est Dominus. ad quæ adniti & adlaborare non satis tutum; repellere, vltro largiente Deo, imprudentiæ sit. Sed magnâ, in omni hac re, prudentiâ, discre tione, consilio opus; cùm magnus sèpè hîc ludat error, & nihil sit facilius dæmoni, quâm se vertere in angelum lucis, quò in frau dem sub boni specie impellat animas simplices, & tantum columbas. in multis etiam sola ludit natura, ad quosdam quasi se cessus, & animorum deliquia facilis. Nec quisquam in hoc ge nere sibi soli fidet. intutò nauigantur hæc maria, remis, velis, gubernatore destituta. Neque satis est dicere; horum omnium loco Deum esse. nam in hoc ipso summa difficultatum est; à quo nimis hæc nascantur; à naturæ quadam facilitate, ac te neritudine; à dæmonedolos meditante; an à Deo. Et vt stolidi ingenij foret, ignoto se committere pelago, nullo nauclero ele menti illius gnaro comite & ductore; ita stolidioris etiam men tis est, amorum diuinorum maria nauigare velle, perito talium gubernatore absente. Nemo hîc nimis sibi fidat. præsumptioni semper lapsus & ingentia præcipitia; timori adiacet securitas. & si prudentis est, alieno potius quâm suo, in re sua, consilio duci; quanto consultius erit in rebus animam Deumque concernen tibus hanc regulam tenere, cùm in his de æternaturis agatur?

Ex his colligas alteram pendentis de cruce Christi sitim, cor porum longè maiorem, ardentiorem, quâ & ardebat magis, & premebatur fortius: quæque causam cruci dederat, dederatque vulneribus & prodigæ sanguinis profusioni. Animarum hæc erat. hîc cogita, quanta hæc fuerit, quæ Dei Filium, consubstan tialē Patri, coæternum, congenitum, Deum verū, Patris Ver bum, per quod, quidquid conditum erat, stabat, è sinu Patris, è summo cælorum, ad viles traxerat præsepe, ad stabulum, ad vir

IV.

Sitiebat
Christus
in cruce sa
lutem ani
marum o
maiua.

Gggg 2 gineum

gincum uterum & ubera, ad vincula, flagella, spinas, clavos, crucem. Quanta sitis! amor quantus prouocatorius huius sitis! quis hanc explicet verbo, mente, calamo? Iam, cum pro singulis animalibus caelo delapsus sit totus, pro singulis virgine sanguine & lacte pastus, proque singulis sudorem, lacrymas, sanguinemque omnem fuderit; quantâ putamus pressum siti fuisse, qui singularum animarum sitim circumferebat? quemque longè plus singularum animarum sitis, quam corporis rotius, e vulneribus, & vniuerso profuso sanguine nata premebat? Certè cum sitis amori responderet, amor vero in singulas animas esset infinitus, quod nimis clare docet premium pro singulis oblatum infinitum; necessum fuit, sitim etiam pro singulis fuisse infinitam, ut infinito æquaretur amori. cum vero infinitæ propè futuræ essent animæ creatæ, per facile videbimus, quam infinitâ propè in infinitum siti torqueatur in eruce Christus noster. Nunc ¶. 25. cum ipse apud Euangelistam dicat: *Venite benedicti Patris mei, possidete paratum vobis regnum à constitutione mundi. esurientes enim, & dedistis mibi manducare; sitiens, & dedistis mibi bibere. promittatque regnum ijs, ab æterno paratum, qui egenorum esuriem & siti leuarunt, qui que ipsum in pauperibus suis pauerunt; quanta iis putamus daturū, qui non sitim in alieno corpore, sed animæ ipsius sitim, animas infinito amore sitientis, explerunt, reparant, sedarunt; animas pijs consilijs, monitis, precibus, lacrymis pascentes, & Deo suo reconciliantos? quiq; aberrantes à p-
store suo in viam reduxerunt: degeneresque à veritatis semita, ab errore reuocarunt, nominisque diaini iuratos hostes, novo sacramento, militiae illius obstrinxerunt, à dæmonum obsequio & mancipatu abducentes, & ad veri Dei amorem venerationemque, depulsis vitijs & sceleribus, adducentes? O; quanta in carnis præmia hos manent? neque enim gratius quidquam Christo in cruce sitienti accideropoteat, quam ipsius ardentem animarum, pro quarum pendebat salute, sitim restinguere. quod ab ijs fit, qui stadium sudoremque in animarum salute parandapontunt. Quare herum etiam aliquando sitim explebit Dominus. Ad quos illud dictum arbitrari possumus: Inebriabuntur aber-*

ubertate domus tuae, & torrente voluptatis tuae potabis eos. Nam si verum illud est, ut est verissimum: Quicumque potum dederit vni ex minimis istis calicem aquæ frigidæ, tantum in nomine discipuli, non perdet mercedem suam. imò: Qui recipit Prophetam in nomine Prophetæ, Ibidem. mercedem Prophetæ accipiet; & qui recipit iustum in nomine iusti, mercedem iusti accipiet. adeoque ad Apostolos: Qui recipit nos, me recipit; & qui me recipit, recipit eum qui me misit. hæc Dominus. quæ ergo merces manebit eos, qui non potum aquæ frigidæ, sed sufficientium animarum potum præbent? qui non domo Prophetam, iustum aut Apostolum recipiunt, sed toti animarum saluti incumbunt? quique non dico præbent egentibus tectum, sed sufficientibus salutem, viamq; sternunt certam, tutam ad cælestia tecta? quantoq; potiore iure Christum recipiunt, Patremq; cælestem, qui curandis animabus, quām qui corporibus student? quanto enim anima corpore potior nobiliorque est, tanto quod illi impenditur, Deo gratius est, & mercedem meretur maiorem, nobiliorem.

Sitiebat deinde in cruce Christus non salutem tantum omnium & singulorum, nee iustorum tantum, sed in particulari etiam peccatorum emendationem, morumq; in melius commutationem. atque adeò ad singulos peccatores hæc vox ibat: *Sitio. Et credere possumus, etiam nunc ire & in clamare indies ad peccatorum mole grauatos, è supremo cælorum: Sitio, quod semel fecit in cruce. eadem enim vox infonat auribus & cordibus peccatorum indies, cum nos monet, & pectoris nostri fores pulsat, admitti postulat, inuitat, spondet, preces miscet, minatur, nec quidquam intentatum relinquit, quo amoris sui in nos sitim expleamus.*

Examinet hîs se quisque, quomodo diuinæ huic voluntati respondeat, quemque potum offerat sipienti. Non crudelem meritò arbitrabimur, qui pendenti, totoque corpore lacero, elauisq; confixo, spinis coronato, negat sipienti aquæ hauustum? Facit hoc peccator omnis, qui Christo pulsanti negat aditum. hic enim sipienti negat potum; imò vel pauculas aquæ guttas: restinguì enim Christi sitis non multis oculorum guttis potest.

Gggg 3 quin

quia non raro perpaucæ fontium illorum guttæ, vhiuersam Christi sitim extinguunt. quod si plenis cyathis fluant, plenis etiam à Christo potantur; & inebriantur etiam his Christus tuus. neque enim illi ullus potus gratior, quam quem aut Magdalena pedibus fudit, aut prodigus in amplexu propinavit, aut peccatoris tunisonibus excussit Publicanus, aut Petrus amore suspirauit, aut amore saucia, & absentis amati sui desiderio languens anima, inter suspicioles singultus depluit, aut denique in praesentis iam amati sinum sine murmure derorat, ignara sui, soliusque amati sui vberumque illius conscientia.

Qui Christo potum legat.

Vide quoties tu unus fueris è negantibus potum sicutienti Christo; quoties monentem repuleris, inuitantem neglexeris, minitantem contempseris; quoties illi non tantum in egentibus discipulis suis potum aut negaueris, aut non dederis, aut panem pauperi substraxeris: sed ipsimet hospitium apud te mendicanti, occulseris ostia, & aperire roganti recusaueris. Sitiebat ille animam tuam, potum suum, vinum suum; negasti. neque enim villo, quam animarum, potu expletur Christi sitis. has animas qui aut subtrahit, aut negat, subtrahit & negat sicutienti potum. negat verò quicumque non admittit monentem, repellit inuitantem, reiicit orantem, surdâque transit aure nunc minantem, nunc spondentem: nec terretur ad tormenta, nec prouocatur ad præmia, licet utrumque æterna. Quæ cum facimus, quid sperare debemus, aut quid non timere? non inter illos numerandi, ad quos durissima illa sententia: *Discedite a me maledicti in ignem aeternum, qui paratus est diabolo?* aut sane inter inferorum flamas & fornaces, aquæ guttæ frustandi, quia nimis petenti Christo potum, lacrymas, suspiria, mœrorem, pœnitentiam post sceleram & offendam. his enim post peccata reficitur Christus, his pascitur, his potatur. quæ qui viuus negauerit, nihil est quod mortuus inter tormenta quidquam à iudice speret, qui dum viueret, monentem audire noluit patrem. noluit prouocantem, & omnia spondentem audire matrem. noluit lenta suspiria, pauculas lacrymas, scelerum spongias, Christi sui sudoribus, lacry-

Matt. 25.

lacrymis, sanguine prouocatus, dare. noluit Christi morientis sitim tribus oculorū suorum guttis sedare. Quid talis mortuus speret supplex, qui supplicem, ac in cruce pendulum, & siti leuari petentem non audijt Christum? Si pro sanguine suo, sudoribus, lacrymis, sanguinem vniuersum tuum, sudores, lacrymas deposceret Christus, negare in causa tua, in resalutis tuae iustè posses? nunc, cùm paucis lacrymis tuis, veri doloris indicibus, pacari possit, quid responsurus es, si nec vnam quidem dereris? ô, quid est cor hominis peccatis obsitum? omni saxo, ferro, ære ac chalybe durius. Sitiebat olim Israel; percussaque bis petra copiosam vniuerso populo aquam præbabit. percussit vero te Christus infinitismodis potentioribus virgis, sudorum, lacrymarum, sanguinisque sui; & aquam sitienti pectori suo petiit, contentus exiguo, post tot scelerā tua, oculorum tuorum stillicidio: & tantillam sitienti aquam negas; & præmia post hæc speetas cælo reponenda? Petra ad leuem Moysi percussionem dedit maria potius quam aquam. & oculi tui, mollissimæ nubes, tot Christi tui lacrymis, sudoribus, sanguine percussi, ne stillicidium quidem situlæ profundunt. & post tam barbaram negationem, tantamque in tam molli dutitatem, paterna speras viscerā, matris vbera? Percutit flexili in omnem partem virgæ Moses maria, & integra proscinduntur maria, mutuo hinc inde stupore, fructibus tamquam aggeribus stationem suam mirantibus, viamque intestino itinere vniuerso Israeli, siccis vestigijs, ad virgæ nutum præbentibus. & cor tuum carneum, nullis diuinis monitis, nullis minis, nullis sponsionibus, toties percussum cedit, nullisque adeò lacrymarum Christi, sudorum, sanguinisque fornacibus liquefecit. Imperat ignibus Elias, & cælo imperat Iosue, soli & Iordanis: & obsequuntur hominibus ignes, cæli, sidera, flumina. precibus peccatorem pulsat Deus, addit lacrymas, sudorem, sanguinem; & frustra omnia: iacet impoenitens cor hominis super peccatorum incide, validissimis sudorum, lacrymarum & sanguinis Christi malleis repercussum. & iacet quasi percussorum suorum victor, cùm nullis cedat ictibus, nullis flectatur. accedunt Dei sui preces, ut credas supplicem homini

mini Deum. & nequidquam omnia. Et post hæc sperare cælum
audeat homo? aut pœnarum apud inferos lenitudinem? aut mi-
ties dæmonum in fementes, qui tam immiti tot annis stetit in
Deum suum animo? & qui toties rogantem excussit, sudorem
spreuit, lacrymas contempnit, sanguinem risit, preces suas in in-
ferorum ignibus audiendas putat? Nihil est orbe toto tam du-
xum, tam validum, quod non aut ignibus, aut arte aliquâ mol-
lescat aut cedat. solum cor hominis, cùm in profundum pecca-
torum venerit, nec cælorum præmijs, nec inferorum ignibus,
nec Christi adeò sudoribus, lacrymis, sanguini, precibusque Dei
sui cedit. timeat peccator, ne tandem peccatorum assuetudine
ita indurescat animo, ut spem sibi omnem salutis præscindat, fa-
ctus sibimet hostis crudelissimus.

VII. Vide deinde, quid sicuti Christo offerant Iudæi. acetum:
Aceto in
situ sua Do-
minus po-
tatur. rem vilissimam, è vini aut alterius potus facibus confectionam, aut
è corrupta re bona natam. In quo Iudæorum disces immanem
barbariem, qui morti vicino vel aquæ solatium negant; sed no-
uo tormento linguam faucesque faciant & exasperant, ne oris
intima intacta à pœna relinquant. Quod cùm audis, non indi-
gnaris super inaudita hac crudelitate, & nouo in vilcera facien-
di modo, immitique immanitatem. Verum te cogita. tua, non Iu-
dæorum hæc impietas & immanitas est. Quid enim aliud facis,
quando peccata peccatis accumulas, & noua veteribus iungis,
quam ut vulnera per peccata tua Christo inficta, nouis pœnis
exasperes, nouaque feritare priorem augeas?

VIII. Cogita præterea, quid Christo tuo offeras. an non vilissima
Deteriora
Christo
nos in situ
offerimus,
in mundo
meliora. quæque instar aceti, & cum Caino ignobilissima possessionum
tuarum? an non ultimam ætatem, omnium deterrimam, obse-
quio ipsius destinaueris? non minimos labores, minimos sudo-
res, vitæque omnis tuæ minimum? Et vide quid non tribuas
mundo. quantum fortunarum illi ac opum tuarum, quantum
annorum. an non vitæ tuæ florem, & quidquid in te amœ-
num, quidquid pulchrum, quidquid deliciarum? non dies no-
tæsque totas? non studium omne, laborem, industriam, inge-
niū, prudentiam, & robur omne, & quidquid demum in te
ma-

magnum, nobile, primum? & cui rei parcis, vt vota tua sacerduli
huius expreas? cui in diuitiarum consecutione, in honorum ac
dignitatum prosecutione? cui in fœdarum voluptatum fruitio-
ne? Factus es honoribus, opibus, delicijs tuis Abel: optima nim-
rum illis offerendo. discriben tamen in eo est, quod ille præ-
stantissimum quod habuit, vni Deo obtulerit; tu quidquid in te
bonum, quidquid magnum, saeculo tribuas, illi te tuaque con-
secres, illius iuramento miles tenearis, stipendiaq; illius merearis,
diuinis neglectis. Et percurre annos omnes tuos: vide an vigesimam
illorum partem Deo concedas, & animæ adeò tuæ. an non è
viginti, nouem & decem partes mundo tribuas. subduc tacitus
apud te horarum omnium rationem; & reperies verum esse
quod dixi. Idem dico de opibus, laboribusque tuis omnibus. ac
nescio, an quinquagesima cogitationum tuarum pars, Deo &
salutit uæ cat. an adeò beatæ æternitati centesima illarum pars
donetur. ita nonaginta nouem perituris, pars vna æternaturis
datur. Et speramus post hæc, æternatura præmia, speramus cæ-
lum & Deum? Vide etiam aut centesima diuitiarum tuarum pars
erogetur Deo. sit hoc, cum erogatur in pauperes. sibi enim Deus
arrogat, in die illo suo magno elementorum collisionibus præ-
notato, quod in pauperes confertur: sibiq; detractum clare de-
nuntiat, quod detractum illis: tantumq; concessum aut negatum
sibi dicit, quantum concessum aut negatum illis est. vertiturque
in hac re totum propè iudicium magni Dei, totaque propè dam-
natio ac salutatio nostra, tota præmiatio aut punitio nostra,
Matthæo teste. Hinc illa verba: *Venite benedicti Patris mei, possidete Matth. 25.*
paratum uobis regnum à constitutione mundi. Additur caufsa: *Efuerui
enim, & dedistis mihi manducare: siue, & dedistis mihi bibere: hospes
eram, & collegistis me: nudus & cooperauistis me: infirmus, & visitastis
me: in carcere eram, & venistis ad me.* Mirantibus respondet: *Quam-
diu fecistis tunc ex his fratribus meis minimis; mihi fecistis:* Egentes
fratrum loco habet; & sibi deputat, quod illi factum est. & bea-
tæ æternitatis sententiam super hac re profert: ut & infelicitis æ-
ternitatis sententiam super negato pauperibus subsidio. Vnde
illa: *Discedite maledicti in ignem aeternum.* Subdit causam: *Efuerui
enim,*

H h h h

enim, & non dedistis mibi manducare: scimi, & non dedistis mibi potum: hospes eram, & non collegistis me: nudus, & non cooperauistis me: infirmus, & in carcere: & non rufis astis me: Admirantibus respondit: Quandiu non fecisti cum de minoribus his, nec mibi fecisti. Quod donatum ergo egenis, donatum Deo: quod negatum illis, negatum Deo. & in hac donatione ac negatione, de præmiorum aut poenarum æternitate iudicium vertitur. Hic vide: animatum exute, quantum de universis opibus, pauperibus, id est Deo, largitus fuisti, ut hinc colligas, quid aue sperare, aut timere debeas: & quam in illo, nullis precibus, votis, lacrymis flectendo dic, sententiam exspectare.

IX.

Salus pro-
ximorum
cuilibet
sitienda.

Vide demique quid tu sitias. an imiteris in sibi salutis proximorum tuorum Dominum. an ardeas hac flammâ, æstues hoc igne. an sanguis tuus, lacrymæ, sudores, vita ipsi tibi euia vilis, ut animarum cum Domino saluti consulas. an, non iam sanguinè, sed opes pro animarum salute profundas. immo, an non omnis labor tibi grauis, quem in proximorum salutem impendis. an non fatigeris ad minimos labores: non delasseris ad pauculas sudorum guttulas in proximorum salutem depluendas. an non nauces super omni conatu in aliorum salutem impendendo. & an non ad omnem molestiam retrahas manum, ad omne periculum pertimescas, & ad nudum sanguinis nomen an non porhorrescas, & referas pedem. immo, an non ante malis perire animas, quam opes tibi excidere. & non mille animabus carior tibi sit peritura dignitas, incertusq; honor dubie ostentatus. & adeò, an non commoda quædam corporis, mensas, mellem aceubitum, vinas, foedas voluptates, plurimorum salutem anteponas. an, ubi alterutrum periclitandum, pauci aurei tui, aut non paucum salus animarum, non anteferas animabus atros. &, ubi detenui honore & nominis tui æstimatione agitur, & plurimum salutem animarum, non postponas animas, præponas honorem. Ita maior te semper sitis dignatum, diuiniartum, voluptatum, quam animatum tenet. nec hoc in alienis tantum, sed in tua ipsis repeties: atque hoc in omni grauiore delicto. cum proposito ex una parte criminis, in opum, honorum, voluptatum,

com-

commodorum tuorum, aut aliarum rerum prosecutio[n]e, propositâque exinde morte, cælorum exilio, inferorum pœnis; ex altera verò dissuadente Domino, & ad meliora prouocante, minitante flammis, præmia spondente, vulnera sua ostentante, beneficiaq[ue] in te collata innumerata, & non minora conferenda; delaberis ad priora, neglecto Deo monitore, præmiatore & iudice, plus sitiens appetensq[ue] peritura quâm æterna, maioreq[ue] impetu ad illa taperis, quas sitim, quâ teneris, expletura, cum nullam explere peritura sitim possint. quin adeò maiot semper crescat ab his sitis. ita ad acuendam, non sedandam sitim hæc nata. quod omnium æstatum exemplis docemut. Et sequimur interim infortunata exempla, & miserum exitum infelicitis huius sitis, neglectis ijs quæ beatam animarum nostrarum explere sitim possunt. Infelix conditio plus sitientium quæ ad interitum, quâm quæ ad salutem ducunt.

Yide verò an sis unus ex infortunatis his sitientibus, qui nec, dum viuunt, saturantur, nec post mortem. cum semper in hac vita bibant ea, quæ ad omnem potum exatuunt sitim. Facit hoc omnis honor, aurum, voluptas. quibus crescentibus, crescit sitis. pluta enim petere ab his docemur. & dum sitientes illa bibimus, nouam simul nouarum cupiditatum sitim bibimus. Post hanc verò vitam licet omnis illarum sitis extincta sit, cum mors satuam illam omnem sitim clare explicauerit; manet tamen altera miserrima sitis, è vanissimo rerum prædictarum potu nata: quam in Epulone videmus, & audimus, numquam mitigādam, minus restinguēdam. Quanto prudentiores sunt, qui inter illos numerantur, de quibus Euangelista: *Beati, qui esuriant & sitiunt Matt. 5. iustitiam: quoniam ipsi saturabuntur*: bis saturandi: in hac vita, & in altera. In hac, quia compotes votorum suorum futuri, cum viderint senserintque in se expletam iustitiam, quam amabant, si non ab homine, à Deo. qui licet non semper in externo homine iustitiam expleat, explet tamen in interno, & sitientem animam potu suo saturat, ac seipso adeò donisq[ue] suis cælestibus pascit. In altera verò, totum se animæ explicat, fruendumque porrigit & propinat, remotis ijs omnibus, quæ aut molestiam aut fastidium

Mundani
honores,
opes, volu-
ptates non
extinguū-
tur.

Iustitiam
sitientes in
hac vita &
altera satu-
rabuntur.

- Isaia 49.* dium parere possent. Vnde illud Prophetar: *Non esurient, neque ferient; et non percutiet eos austerus et sol.* Subiungit causam: *Quia misericordator eorum reget eos, et ad fontes aquarum potabit eos.* Et illud Apocalypseos: *Non esurient, neque fient amplius; nec cadet super eos sol, neque ullus austerus.* Causam addit: *Quoniam Agnus qui in medio throni est, reget illos, et deducet eos ad vitæ fontes aquarum et abstergit Deus omnem lacrymam ab oculis eorum.* Ad Deum nimirum, qui est fons aquarum vitæ æternæ, numquam-morituræ, semper victu-ræ; è quo qui biberit, nec sitiæt, nec morietur in æternum. Longè certius quām qui è paradisiaca vitæ arbore gustauerunt. Habes hoc apud Ioannem: *Qui venit ad me, non esuriet: et qui credit in me, non sitiæt numquam.* Beati, qui potantur fonte Christo, saturandi fonte Deo in hac & in meliore vita. Quibus evenit, quod de lugentibus Isaias, quibus promittit *coronam pro cinere, oleum gaudij pro luctu, pallium laudis pro spiritu mœroris.* A quibus omnem retrò lacrymam misericordia diuina abstergit. ita qui oculos hīc suos flere docuerunt, nullam in alia vita lacrymam scient. natabunt nimirum oculi gaudijs, qui hīc natarunt doloris aut amoris lacrymis. Ita pro breui fletu gaudium succedit æternum, quem admodum pro modica hīc salutari siti & fame, saturatio æterna. Hinc illæ exultantis animæ voces: *Gaudens gaudebo in Domino, et exultabit anima mea in Deo meo: quia induit me vestimentis salutis: et indumento iustitiae circumdedidit me, quasi sponsum decoratum coronam, et quasi sponsam ornatam monilibus suis.* Pepererunt hoc lacrymæ, siue quas amor, siue quas post delictum mœror excussit. peperitq; fames & sitis salutis animæ suæ, & aliarum. Hinc illud numquam delendum gaudium, numquam manuēdum, & exultatio animæ æterna. hinc etiam vestimentum salutis numquam ponendum, & indumentum iustitiae numquam decingendum. hinc deinde sponsi corona, & monilia sponsæ. vt anima, modò sponsi, modò sponsæ Dei cōditoris sui nomen mereatur. quā p̄rogatiā quæ potest ex cogitari aut voueri maior, vt Dei & creatoris sui nunc sponsus, nunc sponsa, dicatur anima, quæ dum viueret, salutem suam aliorumque, exemplo Christi sui, sitiuit? O nimis felix sitis Deo restinguenda! nimis felix sponsi coronam, sponsæq; monili- bus.
- In hoc mūdo lugentes, post mortem consolabuntur.*
- Ibidem.*

bis decoranda, & quidem à Deo in beatissima cælorum æternitate! Ita modicæ lacrymæ, modicique temporis sitis, æternâ sponsi & sponsæ remuneratione compensantur: & in vicem paucarum lacrymarum exiguique temporis sitis, gaudium succedit æternum, & saturatio æterna. Vt hinc prudentiam colligas mœrentium hīc & sicutientium animarum super salute sua & aliorum: fatuitatem etiam illorum, quorum aut nullæ lacrymæ, aut nulla hīc sui aliorumū sitis. aut sola improba & imprudens diuitiarum, honorum, voluptatum sitis: quam neque hæc vita restinguet, nec alia: immo quam hæc vita semper augabit, & futura torquebit æternū. Fuge hanc, quisquis sapis: amplectere illam, quisquis es amicus animæ tuæ. & propositâ tibi vtrâque æternitate, felici, infelici; vide, quid amplectendū ratio suadeat, quid fugiendum. deligeq; prudens æternū profutura: repelle æternū nocitura. contemne dubia & momentanea: amplectere certa & in omne æuum beatura. Deum denique illiusq; consilia, & cælorum gaudia præpone dæmonibus, dæmonumque consilijs, & inferorum pœnis. Facies, si te hīc vera fames sitisq; tenuerit animæ tuæ, proximorumq; tuorum. tuæ, Christi vestigis inhærendo, Diuæ Virginis, Sanctorumq; cælo iam asscriptorum; sitim illorum in omni virtutum genere imitando: maximeq; cum Petro, Paulo, Ioanne, Magdalena, in ardenti & æstuanti ardore Christi. proximorum verò, ad similitudinem & imitationem Christi tui, Apostolorū, Sanctorumq; aliorum, docendo, si potes; si negata eruditio & eloquentia, exemplo, quod semper potes. neque enim quisquam virtutum exemplis egenus aut sterilis esse, si volet, potest. quæ in proximorum pectoribus plus plerumque quam omnibus erudita & eloquens dictio aut scriptio possunt, altiusq; inspergunt verarum virtutum semina, profundiusque radices mittunt. Et sane semper facta dictis potentiora sunt, & plus possunt in sequelam; certiusque exempla, quam verbâ docent. plusque potest elinguis operum dictio, quam omniū oratorum facundia quacumque purpurâ tincta, quacumque gemmâ ornata. Videbis hoc in militiæ duce, in Regum, Principum vita, in domini, in matris ac patris, in cuiuscumque deni-

que artificis, magistri, superioris. in quibus quid probi improbi.
que mores valeant in sequelam, domesticis nimium exemplis
docemur, ut non sit opus alio doctore.

C A P V T XIX.

De sexto verbo.

I. PERPENDENDA Euangelista verba: *Cum accipisset Iesus am-
sum, dixit: Consummatum est. Expleuerat Dominus, quidquid
commissum illi à Patre, quidquid vltro suscepserat, quidquid
amor nostri suaserat, quidquid iusticia deposcebat, quidquid ad
salutem nostram necessarium: quidquid ad debiti exsoluc-
tione, quidquid ad iniuriae Deo illatae expunctionem, quidquid
ad delictorum expiationem, quidquid ad pœnarum pro sceleri-
bus orbis vniuersi debitaram remissionem, quidquid ad pre-
miorum cælo repositorum remunerationem, quidquid deni-
que ad violati amoris inter Deum & hominem restitutionem
necessum erat. neque pretium tantum debitum exhibuerat, aut
iustitiae satisfecerat, sed mille & mille modis maius omni debi-
to pretium numerauerat: cum quidquid haberet sudorum, quid-
quid lacrymarum & sanguinis, non lubenter magis quam pro-
digè effudisset; nihil sibi seruans, donans omnia. Ita solet amor
munere suo gaudere, & è munera magnitudine, gaudiorum
magnitudinem imbibere; ac tunc demum se felicem arbitrari,
cum in amatum omnia profuderit. nam cum fortius eat in ama-
tum quam in seipsum, beatiorem se arbitratur, si omnibus se nu-
dauerit ut amatum induat. cum enim magis in amati pectora,
quam in suo habitet, inter beneficia numerat, si sibi possit detra-
here, ut amato largiatur. in hoc solo auarus, ne videatur quid-
quam seruasse sibi. Factum hoc à Christo. qui quasi inuidet sibi,
aut inimicus sibi met esset, ita abiecit omnia, omnibus se spe-
lians, etiam ultimâ sanguinis & aquæ guttâ, ut nos illis bearerit. in-
gens amor, qui meritò dicere poterat: *Consummatum est. Consum-
mauerat enim & expleuerat omnia amoris munia. nec quid-
quam**

quantamoris intactum reliquerat, profuderat enim in amatum, quidquid amor poterat: non ille humanus & finitus noster, sed interminus & increatus diuinus, cum nihil sibi reliquum fecisset, dedit omnia. se enim dederat, totumque se erogauerat, nusquam sibi parcens, ut patceret amato; nulquam indulgens sibi, ut indulgeret amato: vitaque animaque se exuens suam, ut dupli vita animaque animaret amatum, propriam & suam. Si hoc non est omnes amoris explere leges, quid erit explicere? aut quis explesse credendus erit, si non expleurit in horto, in columna, in spinis, in cruce & clavis Christus noster, amor noster? aut quid posset omnium etiam angelorum votis desiderari maius? imo quae mens erata deponscere haec auderet? aut quae non fatua putaret vota, Dei vitam & sanguinem depositentia? quae non fatua arbitrarentur, si pro salute sua speraret alligandum Deum columnam, affigendum crucis? aut quis non damnaret stoliditatis extremam, qui vincula in Deo, sputa, alapas, spinas, flagra, verbena speraret salutis suam? quis non eleborum dignum diceret, qui virginem in Deo veterum, vberaque virgine lacte grava, stabulum, praeseppe, paninos cogitatet? Et facta tamen haec omnia. debemus amori. quid non potest amor, qui etiam imperare didicit Deo? Et quis post illa omnia non dicat explesse Christum, quidquid amor poterat? quis non dicat, iure dixisse: *Consummatum est;* nam quid imperare aut desiderare post haec posset amor, etiam infinitus & increatus? Expleuit ergo Christus Patris voluntatem, amorem suum, Spiritus sancti impulsum, & Prophetarum dicta; & tot ante saeculis denuntiata, sperata. atque hinc meritissimam illam voces: *Quid Isaie 5. est quod debui ultra facere vinea mea, & non feci ei?* Quid enim posset aut vouchri, aut cogitari maius? aut quid optare vinea ultra possit? aut quis inquam vinitor adhibuit vineam suam, quod Christus suam? quis omnem sudorem suum effudit in illam? quis irrigauit lacrymis? quis irrorauit sanguine? ut iure, cum post tantum cultum prouis labruscas sibi dari vident, exclamauerit: *Ostendam ibidem. vobis quid ego faciam vinea mea: auferam sepem eius, & erit in depressionem: diruam maceriam eius, & erit in conculationem. Et ponam eam desertam: non putabitur, & non fodietur: & ascendens repres & spine:*

Dedit omnia, nihil sibi reseruando.

*Israel quo-
modo à
Deo dere-
lictus ob-
ingratitu-
dinem.*

Iacob. 1.

Ierem. 2.

*Anima cu-
iusque vi-
nea est ele-
cta.*

*spina: & nubibus mandabo ne pluant super eam imbre. Abstulit om-
nino sepem Dominus ab Israele, omnem nimirum munitionem,
propugnacula omnia, omnem locum validum, omnem arcem
fortem, omnem ciuitatem munitam: & factus est Israel in direc-
tionem cunctis gentibus, & conculcatus omnium pedibus, &
proiecta maceria illius omnis, & dispersa in circuitum. & facta
est deserta Iudea omnis; & quæ ante lacte fluebat & melle, ve-
pres, spinas & tribulos protulit, nec aliud. nec putata fuit, nec
circumfossa: sed inulta iacuit, humore omni destituta, cælesti-
querore & pluviâ omni. ut nunc etiam mortem bibisse Palæsti-
na omnis videatur. Hinc querulæ Prophetæ voces: Posuit vineam
meam in desertum, & ficum meam decorticauit: nudans spolianit eam,
& proiecit. Commixtus hoc fuerat Dominus non Israeli tan-
tum, sed omni animæ, quæ vinea Domini dici potest, & de qua
illud: Ego plantavi te vineam electam, omne semen verum: quomodo
ergo conuersa es mihi in prauum vinea aliena? Electa vinea, anima
cuiusque est, quam in sanguinis sui pretium sibi delegerat Chri-
stus. electa omnino vinea, sanguine Dei Filij comparata. electa,
& cælo delecta, deputata cælo, illi inscribenda, nisi degenerasset
à semine vero, à monitis & consilijs Domini, à mandatis illius, &
creauerat illam Dominus suam, vestiueratque innocentia igna-
râ macularum & sordium. accessit primogenium paradisi acum
delictum; & innocentia iam nulla, candor nullus: & loco semi-
nis boni, natæ zizaniæ, suffocarunt spem bonam. adoleuit dein
in corpore suo anima, sed & adoleuit in peccatis, prioris inno-
centiæ & pulchritudinis oblita: & iam non amplius Domini ac
conditoris sui, cum transisset in militiam ac dominium diabo-
li, facta illi per peccatum mancipium; & inimica exinde Deo
suo, cum militaret sub signis diaboli, illiusque sacramento te-
neretur, qui apertam cum Deo hostilitatem profitebatur. Mi-
seritus vero Dominus est aberrantis animæ: & cum soluendo
post tot delicta nominaque non esset, coæternum sibi Filium,
ultrò se offerentem, misit in debitorum expunctionem: qui su-
dore, lacrymis, sanguine dispungeret nomina, & iustitiae nume-
ros expleret. factum in cruce.*

Neque

Neque ideo tamen anima vinea crucis, vnuas protulit exspc- Quām
 Etatas. nam si paucas excipias cælo adnumerandas, reliquæ la- paucæ ani-
 bruscas, & vepres, & spinas pro hotris retulerunt. hinc illæ minæ mæ fru-
 Domini: *Vinum de torcularibus sustuli: nequaquam calcator tua so-*
litum celeuma cantabit. Et quod carmen in vepribus? quæué hilal- etus expe-
 ritudo inter calcationem spinarum? vepribus verò & spinis di- Etatas pro-
 uitiatum colligendarum sollicitudo non semel comparatur.
 Calcant etiam vepres & spinas, quotquot sœculi honoribus, opib- ferant.
 bus, voluptatibus incumbunt. E quibus torcularibus nequid- Ierem. 48.
 quam vinum speraueris: non magis, quām è lapidibus placen-
 tas, ex absinthio mella, è colocynthide saccarum, è pumice
 fontes aquarum viuentium. nam licet se bibere vina putent sœ-
 culi amatores, & vina sperent, vinaq; promittant sibi, absinthia
 bibunt, & felle potantur, & veneno madent. ita quidquid hīc
 hauriunt, in mortem properat, & celerem quidem animarum
 mortem. nam si facilius est camelum pertransire foramen acus,
 quām diuitem cælum introire; quid sperare debent voluptati-
 bus innatantes, honoribus incumbentes, cùm diuinarum sitis
 minùs noxia, honorum & voluptatum siti sit: maiorq; in opib-
 us benè merendi materia, quām in dignitatibus & voluptati-
 bus sit? Iam, cùm hominum pars longè maxima tota in illis sit,
 minima in Deo, etiam post sanguinem tam prodigè pro nobis
 fusum in horto, in columna, in cruce, postq; consummata &
 expleta omnia, quæ omnium saluti necessaria erant; non iure
 queri Christus potuit, se quidem explesse omnia, quæ suggere-
 re immensus amor poterat; cùm nihil à nobis præstitum sit illo-
 rum, quæ aut meritè tantus sanguis deposcebat, aut mutuus
 exigebat amor, aut tantorum beneficiorum cumulus mereba-
 tur, aut gratitudo exspectabat? Ut proinde benè & iure populo
 suo exprobraret: *Quid feci tibi, aut quid molestus fui tibi?* responde Mich. 6.
mibi. quia eduxi te de terra Ægypti, & de domo seruientium liberaui te.
 Magnum hoc erat. sed infinitis partibus maius, cùm vniuersum
 populum de æterna inferoru seruitute morte suâ eximeret. Cui
 beneficio cùm non respondeamus, quid dicemus exprobranti
 Domino? aut quam causam prætexemus? quid verò dicturi, cùm

Iii i seniel

semel erepti, semel in libertatem restituti, iterum nos vltro in nouam seruitutem coniçimus? iteramus peccata, crucis & mortis in Christo causam, ex heredibus cælorum mancipium facti dæmonum; & è gaudiorum materia, pœnarum materia æternarum. Et stamus inter hæc immemores vulnerum & sanguinis Domini, adeoque & beneficiorum in nos omnium contemptores. Cogita verò te in omni delicto rogari à Christo: *Quid feci tibi?* vis me iterum columnæ alligari? vis iterari spinas, spuma, alapas, clausos, crucem? vis è filio, nouus parenti & redemptori tuo fieri tortor, maiorque crudeliorque Iudæo carnifex? *Quid feci tibi?* Deus, pater, redemptor? aut quid iterum saeuire vis creatura in Deum, filius in patrem, seruus in redemptorem? *Quid feci tibi?* vnâ contenta cruce stetit Iudæa crudelitas. tu eamdem, quantum in te est, in omni delicto grauiore repetis; & nouas nouis inædificas cruces, flagra flagris, vulnera vulneribus imponens, totque nouas columnas crucesque statuens, quot delicta; tot etiam capití spinas, genis alapas, faciei spuma, manibusque pedibusque vincula innectens, quot crimina. *Quid feci tibi?* intuere virginem sinum, vberaque matris virgine lacte grauida, stabulum, præsepe, pannos, fascias, Ægyptiacam fugam, Israelem criminantem, maledicentem, persequentem, blasphemas voces deuomentum. & hæc omnia saluti tuæ. *Quid feci tibi?* intuere hortum, imbricatamque in eo terram, & perplutam sudore, lacrymis, sanguine. intuere iniectavniuerso corpori vincula, humi-prostrationes, calcationes, risus, sarcasmos, detractiones, hiantia toto corpore vulnera, liuores, flagella immanitate barbara, spinas nouitate suâ crudeles, crucis baiulacionem, ipsamque crucem, pedesque in ea manusque trahalibus clavis conterebratas, & quidquid ingeniosa sauitia inuenire potuit in pœnam. & hæc pro salute tua. *Quid ergo feci tibi?* cuius tota vita vnum beneficium est animæ tuæ impensum: cuius omnis cogitatio, verba omnia, facta omnia, vni salutitua fluxerunt. intuere cæcos, claudos, paralyticos, leprosos, à dæmonibus possessos, hydropicos, varijs ægritudinibus detentos, mortuosque adeò ipsos, sibi suis, vitæ restitutos. monita dein mea, anxias pro te follicitudines, nocturnas excubias, orationes, gemitus, lacrymas, iejunia, humicubatio.

Christus
peccatori
ingrato
quid possit
improperare.

cubationes, salutit tantum tuæ impensas. Quid fecit tibi? quem nulla vulnera, nullus pacare sanguis meus potest: quem nulla beneficia flectere, nullæ lacrymæ mollire, nulla crux mitigare, nulla mors terrere, nullæ poenæ lenire, nullus amor vincere, nullæ preces reuocare à scelere queunt: quem nulla præmia ad virtutem allicere, nulla æternitas aut auocare à malo, aut impellere in bonum potest.

Quid responsurus es Domino roganti: *Quid est quod debus ultrà facere?* *Isaia 5.*

cere & vineæ meæ, & non feci ei? post creationem, conseruationem, carnis humanæ assumptionem, omnium, quæ umquam fuerunt crudelissima tormenta, post beneficia horarum omnium, post è durissima inferorum seruitute assertionem in libertatem, ac in hereditatem filiorum Dei, quid ultrà potui facere? aut quid excogitari potest maius? quid etiam ab æuariissimo voueri copiosius? ut facile videas iure dixisse Christum: *Consummatum est.* Dixerat propè in hanc sententiam alibi: *Opus consummatum, quod dedisti mihi, ut facias.* *Ioan. 17.*

Nusquam tamen magis quam in passione, in qua illud Apostoli maximè locum habet: *Delens quod aduersus nos erat chirographum decreti, quod erat contrarium nobis: & ipsum tulit de medio, affigens illud cruci: & exfolians principatus & potestates, traduxit confundenter, palam triumphans illos in semetipso.* Decretum graue post paradisiacum delictum, ore & dexterâ firmatum magni Dei: quo paradiſo excludebamur æternum, cælo æternum. nec spes per nos salutis villa super. soloque immaculati cælestis Agni sanguine deleri poterat. factum in cruce, in qua æternitatis illud chirographum homini inimicum Christus sanguine suo deleuit. quod tulit de medio: delendo nimirum vniuersum. vel sanè de paradiſi medio, deligno nimirum scientiæ boni & mali, quod plantatum in paradiſi medio, primorum parentum infortunatum delictum ostentabat, mortis ac perennis exiliij infelici arbori decretum incisum tollendo, nequidquam Cherubim flammeo gladio omnes à paradiſo arcente; & affixit cruci arbori felici. Hinc factum, ut, quemadmodum post vetiti ligni delibationem, omnes exulantium parentum exules filij nascebamus, & cum semine venena & mortem hauriebamus; ita post fusum in ligno Christi sanguinem, decreti delectorium, omnes in manu nostra, pulsâ paradisiacâ morte, me-

*Passione
Christus
deleuit de-
creti chi-
rographū
quod con-
trarium
nobis erat,*

lioris haberemus vitæ remedia per Christi sanguinem propinata: per quem etiam spoliauit principatus & potestates tenebrarum, & sæculi huius. è quorum forti dextera vniuersum genus humanum eripuit, limbo etiam detentos, quos ad cælorum regna traduxit confidenter, frustra tot sæculorū dominis frenentibus. de quibus nobilissimum cælo terrisque triumphum egit: non in exercitus sui robore, sed in se solo, soloque in cruce fuso sanguine, délictorum omnium expiatorio. cum per hæc medica sanguinis pocula disrupta vincula, mors depulsa, tenebrarum robur fractum, cæliq; reserati æternum iaceant. vt proinde verissimè Christus dicere potuerit: *Consummatum est.* datum, quidquid seuerissima depositare iustitia posset. Quid? quòd innumeris modis superauerit debitū pretij magnitudo. datum, quidquid misericordia, quidquid clementia, quidquid infinita bonitas, infinitus quidquid amor poterat. Et solus exsoluerat omnia, solus consummaverat Christus, omnium auxiliorum indi-

Isaia 63. gus. Hinc apud Prophetam: *Torcular calcaui solus.* cum etiam amantissimi Patris, qui nulli potentidenegare opem solet, auxilio destitueretur. Et nos interim tot vndique cælestibus munitiōnibus cincti, tot sponzionibus diuires, tantis gratuitis Dei donis

*In aduersis animo cōcidimus, & secunda cōfessa-
mer.* cumulati, tantisque beneficijs præuenti; torcularia fugimus, ad aduersa indignamur, animisque concidimus: & fastidire cælestia incipimus, vt primùm aduersantium buccina insonuerit. ad secunda exultabundi, ad amica corpori gaudio ebrij; ad inimica, mœroribus circumfessi. in quibus foliis lacrymas nouimus; ignoramus in ijs quæ ad salutem sunt. Hinc videoas, non feminas tantum, sed viros ad aduersantium rerum incursionē, ad dignitatum spoliationem, ad opum nudationem, ad Regum minas, ad amicorum destitutionem, ad inimicorum potentiam, ad lacrymas faciles, ad lamenta pronos, ad suspiria graues, ad verborum solatia lapides. Non admittit nimirum solaria oppressum aduersis pectus, respuitque omnem medicam nudorum verborum manum. hinc illa vitæ adeò homini amicæ fastidia, hinc cælestium nausea: hinc querulæ in omnes voces, etiam in Deum, cuius prouidentiam accusamus, iustitiam damnamus. hinc deinde

inde in aduersarios minæ, & vindicta vndiq; quæsita. Sed & exulat omnis ratio. nec virtuti locus vllus, non piis monitis, non proborum cohortationibus, non Sanctorum exemplis. Et adstat tamen Dominus, & subsidiaspondet, & manum prior porrigit. & Dominus
in aduersis
ferendis
nobis o-
pitulatur. oneris partem maximâ sustinet ipse, & subiicit dexteram, & mutuatur humeros: nostram tantum depositit manum. nec secùs ac matres primæ infantiarum proles manu ducunt, & vt scriptioñum magistri discipulos manu trahunt, calamumq; dirigunt: sic magnus ille Deus voluntatem nostram. in quam operaque omnia nostra suavi illapsu influit, dirigit, opitulatur, gemellimq; ad exitum decurrit, viresque addit, roborat, animat, numquam nos solitarios destituens, numquam nos nobis relinquens, & naturæ nudæ nostræ. Et tamen inter omnia hæc subsidia, languemus, repescimus, manum retrahimus, etiam repugnamus, & vim quasi diuinæ dexteræ inferimus, obluctantes monitis, sponsionum increduli. & hoc in causa nostra, salute nostra. cùm Christus in causa aliena, tanta tulerit, omnibus subsidijs, humanis, diuinis, destinatus: nos maximis diuinis munitionibus præmuniti, in re nostra, in qua de felici ac infelici æternitate agitur, stamus ignauis: nec explemus, nec audimus diuina monita, consilia, nec adeò imperia. quin & contemnimus, & negligimus, & transgredimur.

Quid dicturi sumus, cùm euocatoria ac decretoria hora venierit? quid responsuri Deo & iudici? dicemus expleuisse & con- Hominum
in die mor-
tis confu-
to, quod
omnia Dei
iussa non
expleue-
rint. sumasse nos imperata, qui aut omnia, aut pleraque omnia transgressi sumus? dicemus nos secutos fuisse consilia, qui nulla admisiimus? dicemus pulsanti Domino & roganti fortes aperuisse, qui aut numquam, aut perrarò id fecimus? imò, qui aut semper, aut plurimum repulimus? dicemus monenti paruisse, qui inimica Deo monita lubentes exceperimus, & expleuimus? quid dicturi creaturæ conditori, quid parenti filij, quid domino servi, quid iudici rei? quam excusationem transgressionibus prætexemus? quam sceleribus ac peccatis? Adducemus ætatem, virium imbecillitatem, iudicij tenuitatem, hostium vim, tentacionum multitudinem & varietatem, sociorum consilia, naturæ fragilitatem, domestica exempla, occasionum frequentiam? Ea-

Virginum
tenellarum
in tormentis vltro-
neia con-
stantia.

dem, & maiora in alijs reperies; & tamen steterunt. Et non dam-
nabunt te tot tenellæ virgines, pueri q; infra adolescentiam con-
stituti, in medio luxu nati, educati, delicijs vndique circumfessi,
opibus & honoribus florentes, quibus nihil deesse poterat ad o-
mnem luxum? aderat corporis forma, matrimonia nobilissima,
ingentes opes, amicorum turba, honorum spes maximæ, nec de-
cerat quidquam, quod aut dare saeculum posset, aut prima vouch-
re adolescentia. Et tamen inter haec irritamenta & tanta, inter
tot allicientia, & ad se prouocantia, & vim quamdam naturæ per
se pronissimæ facientia, steterunt impauidi, nec ceruices saeculo
flexerunt: steteruntq; diuitiarum, honorum, voluptatum con-
temptores. accesserunt amicorum & parentum indignationes,
minæ, contemptus, spoliations, vincula, verbera, vulnera, mors
ipsa: steterunt interiti. verbera tulerunt ut aliena, vulnera ut
gemmas exosculati, mortem inter delicias numerarunt, & inter
amicas animæ & corpori. calcarunt ignes ut rosas, prunas ut vio-
las, exceperunt ferrum ut spongiam, craticulas ut culcitas, fella
ut saccarum: funes, catenas, compedes, ut ornamenta corporis, ut
torques aureos, ut armillas gemmeas, ut nobiles fascias. & inter
crudelies carnificum manus, inter forcipes, & carentes laminas,
inter barbara & immitia flagra, belluarum vngulas & dentes, for-
naces igneas, steterunt hilares, & ridentibus ac modulantibus si-
miles. Hos ubi videris, quid dices? non tot perferes iudices, quo-
tales videris? Obijcies fortè, plus illis auxilijs è caelo illuxisse, quam
tibi, plus donorum celestium. At numquam Deus destituit spe-
rantes in se: nullius fiduciam frustratus est: neminemque rogan-
tem vacuum dimisit, nullum supplicem repulit: nec quisquam
adhuc fuit, in quem non vtronea & irrogara beneficia contulit;
nemo, in quem non tantum donorum coniecit, quantum necessi-
sum erat ad vitam ex virtute instituendam. Sed & plurimi paribus
tecum, aut etiam inferioribus, celestibus donis instructi, mo-
nenti, vocanti, imperanti Domino paruerunt, scelerata detestantes;
virtutem amplectentes, innocentiam quam à lauacro acceperant,
illi reddentes à quo acceperant; aut quam mandatorum diuino-
rum transgressione perdiderant, lacrymarum lauacro diluentes.

Nemini
Deus denie-
gat auxilia,
duimodo
sogetur.

vt queri de Deo nemo possit, qui nulli auxilium petenti denegauit, omni petenti concessit. Verba illius sunt: *Omnia, quæcumque* Marc. 11.
orantes petitus, credite quia accipietis, & euenient vobis. & apud alios:
Petite, & dabitur vobis; querite, & inuenietis; pulsate, & aperietur Matt. 7.
vobis. Omnis enim qui petit, accipit; & qui querit, inuenit; & pulsanti Luc. 11.
aperietur. apud Ioannem verò: *Quodcumque petieritis Patrem in nomine meo, hoc faciam: ut glorificetur Pater in Filio.* Mentiri prima Veritas non potest. si mentitur, veritas non est. hæc si non est, Deus non est. addicit rogantibus petita, quærentibus amissa, pulsantibus ostij reserationem, omniumque adeò, quæ petimus, impetrationem, concessionem. Dices fors, ad petendum, quærendum, pulsandum, gratiam necessariam esse: hanc verò omnibus non concedi. Vide ne parum pius sis in Deum, ne parum serius. nam quomodo inuitat ad petendum, quærendum, pulsandum, si gratiam ad peragenda subtrahit, aut non largitur, sine qua peragi illa non possint? Imò, quomodo improperat non potentibus, aut accusat negligentiae & socordiae, si petere, si quærere & pulsare, ita à prævia illius voluntate, & gratuita gratia pendeat, vt hac destituti petere non possumus; illam autem nobis parare à nuda voluntate nostra non pendeat: sed neque vlo parare illam studio aut conatu possimus, cùm ad omnem conatum, studiumque omne, gratuitâ præuiâ diuinâ sit opus gratiâ, quæ omnem voluntatis nostræ actionem influxu suo præueniat, quamque accersere aut parare virium non sit nostrarum. Ludicra sanè & inanis omnino foret diuina prouocatio ad petendum, si aut sine noua diuina gratia petere non possemus, aut hanc ipse non largiretur. nam quò prouocatio ad ambulandum pedibus destituto, aut pedibus constricto? quò ad videndum, cæco? largire pedes, exsolue vinculis; dona, si potes, oculos: & prouoca ad ambulandum, ad videndum. autquò prouocatio ad largas eleemosynas erogandas pauperi, omnium egenti? concede opes, & ad munificas inuita largitiones: maximè si à sola manu tua egeni huius diuinitæ pendeant. Sanè, si vincito, cuius vincula in sola manu tua sunt, magna spondeas, addicas omnia; si inambulantem te infecutus fuerit, nec vinculis eximas; non ridere te hunc credent omnes? Idem cogitare possumus de

Deo,

Deo, si destituat nos gratiâ, sine qua petere impossibile sit, & ad petendum inuitet, & petenti omnia spondeat. Largitur ergo Deus omnibus gratiam, largitur dona, quæ ad instituendam petitionem necessaria sunt, & sine quibus nec quererere, nec pulsare quisquam potest. Ut proinde causa nulla sit, quo minus ea consequamur, quæ ad vitia fugienda, ad virtutes parandas, & salutem necessaria sunt. nec queri meritò de Deo possumus, quasi destituti salutis nostræ medijs, aut perfectionis maioris, aut virtutis amplioris. neq; vlla superest excusatio, accusante nos negligentiæ aut transgressionis Deo ipso. nec quod respondeamus habemus, cùm plurimos ætate, viribus, gratiâ, donisq; cælestibus nobis pares, imò & inferiores, omnem diuinam expleuisse voluntatem, omniaque imperata consummasse videmus.

III.

**Beati qui
hic Dæi
volunta-
tem expli-
uerunt,
corumque
post gau-
dium.**

Cap. 3.

2. Cor. 4.

Ist. 1.

Beati nimis, qui hîc expleuerunt voluntatem Dei, & consummarunt quidquid illis imperatum à Domino. de quibus Sapientis: *Visi sunt oculis insipientium mori, & estimata est afflictio exitus illorum: illi autem sunt in pace. Et si coram hominibus tormenta passi sunt, spes illorum immortalitate plena est. In paucis vexati, in multis bene disponentur: quoniam Deus tentauit eos, & inuenit illos dignos se. tamquam aurum in fornace probauit illos, & quasi holocausti hostiam accepit illos. fulgebunt iusti, iudicabunt nationes, & dominabuntur populis. In paucis vexati, in multis remunerandi. in paucis tentati, præmiandi in plurimis. iuxta illud: Id enim, quod in præsenti est momentaneum & leue tribulationis nostræ, supra modum in sublimitate eternum glorie pondus operatur in nobis, non contemplantibus nobis que videntur, sed que non videntur. que enim videntur, temporalia sunt; que autem non videntur, eterna. Momentanea omnino & levia sunt tribulationum sæculi huius, & aduersa omnia fugientibus similia: alterius vetò sæculi præmiatio æterna est. Hinc ingens illa fatuitas illorum, qui beatitudinem suam, spemque propè omnem, studiumq; omne in peritiris ponunt: summa verò prudentia illorum, qui studium omne suum, felicitatem omnem, ponunt in æternaturis. Explicat hanc prudentiam Iacobus: Beatus vir, qui suffert temptationem: quoniam cum probatus fuerit, accipiet coronam vitæ, quam repromisit Deus diligentibus se. vita nimis coronam æternæ,*

æternæ, quæ propriè vita dici debet. nam hæc, quâ hinc viuimus, dubia, fugæ simillima, omni momēto pendula, nullo secura, vix vitæ nomen meretur. Vide verò quām paucula hinc aduersa magnō animo excepta, varieque occursantes tentationes generofā mente repulsa, nobili æternitatis coronā remuneretur Deus. ut non pœnitere nos debeat, si caruerimus his sæculi huius fugitiuis, fallacibus honoribus, opibus, voluptatibus, cùm horū neglectus ac contemptus æternum gloriæ pondus operetur in nobis. Sciebat hoc Apostolus, cùm in hæc verba securus protumperet: *Bonum certamen certavi, cursum consummaui, fidem seruavi. in reliquo reposita est mihi corona iustitiae, quam reddet mihi Dominus in illa die iustus iudex.* Ac ne arbitremur de se solo hanc sibi promittere, addit: *Non solum autem mihi, sed et ipsi qui diligunt aduentum eius.*

Quales sunt omnes imitatores vitæ & morum Christi. hi enim verè diligunt, & amorem suum amat imitatione testantur: non imitaturi, nisi amarent; nec amaturi, nisi imitari vellent, & similis amato suo fieri, quantū humana imbecillitas imitari Deum, quantumq; creatura creatori, homo Deo suo assimilari potest. Confidenter Paulus loquitur, qui consummasse se cursum suum dicit, datamq; Deo fidem seruasse. quo nomine repositam sibi iustitiae coronam dicit: non solius misericordiæ, aut benevolentiae merè gratuitæ & ultroneæ, quasi nullis præuijs meritis; sed promeritam coronam. quam licet homo nudis operationibus humanis, diuino auxilio destitutus, non promereatur; promeretur tamen actionibus suis, præuijs comitantibusq; diuinis donis adiutus & suffultus. Et sanè cùm coronam sibi dicat è iustitia debitam, promeritam à se coronam indicare voluit. nam coronari è iustitia Paulus non potuit meritis alienis, non magis quām puniri demeritis alienis. Deinde ille hinc coronandus dicitur, qui fidem seruavit, bonum certamen certauit, cursum consummauit. quinon alijs erat, quām Paulus. In Deum certè cadere hæc non poterant. promeritum ergo se hanc dicit Paulus. Sed neque quisquam magis alterius meritis coronari potest, quām alterius magnitudine magnus dici, alterius iustitia iustus, clementiâ alterius & mansuetudine clemens & mansuetus, ut nec Dei bonitate bo-

Imitatores
Christi ve-
rè cum
amant

Bona ope-
ra & meri-
ta, propria
coronan-
tur.

K k kk

nus.

nus. quemadmodū nec alterius scelere & crudelitatē, sceleratus & crudelis nominari: nec alienis meritis præmiari, vt nec alieno delicto puniri. Et quis nō iniustum & impium dicat, qui ob nocentis vnius crimen, innocentem alterū, & criminis illius signarum puniat? quis verò iustum, qui promeritum, irremuneratum transeat; præmietque non promeritum, ob merita prioris irremuneratis Iam, cùm dicat Pāulus se à Deo iusto iudice coronandum iustitiae coronā; sua, non aliena, supponit merita in se coronanda. Felicissimos hīc merito dicemus omnes illos, qui Apostolum imitantes, bonum hīc certamen certant, cursum consummant designatum & imperatum mandatorum Dei. qui verus dici cursus potest, cùm velocissimè currenti similis sit vita nostra; transeantque quæcumque sæculo hīc continentur, tamquam nuncius percurrentes, peruolans nauis, sagitta validè emissa; æternitate pro hoc leui & fugitiuo cursu æternū præmian- di; coronāq; coronandi æternā, regno donandi æterno, pro tam dubijs, tam fugacibus, quibus ferè plus amaritudinis ineſt, quam dulcedinis; plus fellis, quam melis; plus absinthij, quam saccari; plus periculorum malorumque, quam certitudinis & bonorum.

Quantum verò putamus tunc fore gaudium illorum, qui probat breui cursu feliciter consummato & decurso, coronā sentient coronari æternā? quantum illorum, qui pro fugaciſſimorum sæculi huius rerum negleſtu, præmia ſibi parata videbunt æterna; pro pauearum opum contemptu, omnis æternitatis opibus; pro dubijs fugitiuifque honoribus, cælorum regno, & numquam morituriſ illios honoribus donari æternū?

Beatae nimis animæ, quæ in fine cursus vitæ huius dicere auctum Apoſtolo poterunt, Cursum expleui, victoriam tetuli, præmia exſpecto; aut cum Christo ſuo: *Consummatum eſt*. transiit la- bor, effugerunt moleſtias, dilapsa pericula, aduersorum nulla mæ- moria, præteriorum ſudorum dannoſumq; ſensus nullus, mo- roris nihil ſuper, exſiccatae lacrymæ, deterſa lamenta omnia, ſe- derunt tentationum fluctus, portui vicinæ, & amico vicinæ littori coronam intuemur, & regna numquam eripienda. Pruden- tes nimis animæ, quæ pro perituris, pro momentaneis, mercatæ ſunt

sunt æterna; pro fallacibus, secura; pro dubijs, certa; pro vacillantibus, solida; pro imbecilibus, fortia; pro inanibus, plena; pro nescientibus, profutura; pro morituris, victura, & victura æternum.

Infelices contrà animæ, quæ æternaturis peritura præponunt.

IV.

quæ ut fruantur sæculi huius opibus, honoribus, voluptatibus, deliciis, comedis; negligunt æterna: quarumque omne studium, sudor omnis, in non-victuris impenditur: quarum omnes cogitationes, labor omnis, sollicitudo & cura omnis in momen-

Miseria &
infelicitas
corum qui
sæculum
sunt seca-
ti.

taneis parandis versatur. quæ, cum effugerint sæculi huius magna, tamquam nubes vento impulsæ, tamquam aues aëra secantes, & venerit inexpectata mors allatura his omnibus finem, & præcisura in medio cursu funem omnibus tanto molimine paratis, inclamabant, *Consummatum est.* sed sensu menteque planè aliâ, nec priorum more, cum voluptate, & spe meliorum, & futurorum exspectatione magna & exoptata; sed dolore pleni, super tam celeri, tamque improvida consummatione rerum hîc amatarum, quibus tanto conatu insudauerant, & quæ propè æternatura sibi promiserant: pleniq; mœrore, super tam cito fuga honorum, opum, deliciarum aut speratarum, aut iam possessarum. cum viderint cippi, quæ aut iam manu tenebant, aut quæ imprudentes sibi spondebant: vixque gustaras opes, honores, voluptates, aut extremo capillo tactas, præscindi: omnesque spes rerum harum maximas, morte tamquam immitti falce fecari. & frustra ire preces, frustra lamenta; frustra nobilitatem prætendi, eruditio nem, formam, ætatem, vires; frustra opes, honores, regna, purpuram, cognitorum turbam. Vnde etiam illa imprudentiam suam accusantium verba: *Errauimus à via veritatis, & iustitia lu-* sap. 5.
men non luxit nobis, & sol intelligentia non est ortus nobis. Lassati sumus in via iniquitatis & perditionis, & ambulauimus vias difficiles: viam autem Domini ignorauimus. Quid nobis profuit superbia, aut diuinitarum iacobantia quid contulit nobis? transierunt omnia illa tamquam umbra, tamquam nauis, cuius non est vestigium inuenire: tamquam avis, cuius inuenitur tantum sonitus alarum reverberans leuem ventum. Addit Sapientis post huius generis alia: Talia dixerunt: quoniam spes imp̄ tamquam lanugo est, que à vento tollitur: & tamquam spuma gracilis, quæ à

K k kk 2

pro-

Sæculariū
rerum va-
piss.

sup. 5.

Dam. 12.

Matt. 14.

*procella dispersitur: et tamquam fumus, qui à vento diffusus est. Quid vmbra vilius, quid fugacius, quid leuius? & huic comparat magna sæculi huius omnia. Iam, quod vestigium transvolantis nauis, quod avis & teli? nullum maius est opum, honorum, voluptatum omnium præteritarum. Quid verò leuius lanugine à vento raptâ? quid abiectius spuma à procella dispersa? quid tenuius fumo à vento diffuso? Et his post hæc omnia in se probata, componit spem omnem amatorum sæculi huius, factus ex se ipso magister. Quæ ergo prudètia est in perituriis spem suam pônere; quæ, quotquot fuerunt, prudentissimus & certissimus rerum omnium æstimator, componit lanugini, spumæ, fumo? & quæ talium experti comparant vmbrae? Et sàne, si sæculi huius magna omnia cum æternis conferas; nec lanuginis, nec spumæ, nec fumi, nec vmbrae nomen merentur. Vt hinc extremam fatuitatem illorum colligas, qui quòd fruantur perituriis, æternatura elabi. sibi patiuntur quo fit, vt se, sed seriùs, cùm pœnitentiæ ianuam diuina iustitia obserauit, damnent, & insensatos nominent, timore horribili confusii, & *præ angustia spiritus gementes*, felicitatem aliorum deprendentes, quos *inter filios Dei & inter sanctos* adnumerari & censi evidunt. De quibus illud ciusdem Sapientis est: *Iusti autem in perpetuum vivent, et apud Dominum est merces eorum. ideo accipient regnum decoris, et diadema speciei de manu Domini, quoniam dexterâ suâ teget eos, et brachio sancto suo defendet illorū. Felix consummatio, quam beatitudo claudit æterna, cingitque inornatque verticem diadema speciei & decoris; nec dealia, quam de magni Dei manu. beataque consummatio; quam dexterâ suâ teget, brachioque sancto suo tubabitur æternum Deus. Euenianthæc nobis, fortunetque nos Dominus optatæ consummatione, æternum beandâ, coronandâ æternum in illo loco, in quo fulgebunt iusti quasi splendor firmamentum, et quasi stellæ in perpetuas æternitates: immo, fulgebunt iusti sicut sol in regno Patris eorum.. Vides hinc iustos filios cælestis Patris, vides paterni regni heredes, & in eo fulgentes, vt soles. Quanta exortetur lux e tot solibus, omni firmamenti sole lucidioribus, splendidioribus:**

CA-

C. A P V T . XX.

De velo scisso & petris, terra mota, monumentis apertis.

CONSIDERANDA sequentia Euangelistæ verba: *Et ecce velum* Matth. 27. *Cœmplū scissum est in duas partes à summo usque deorsum. & terra* Matt. 26. *mota est, & petra scissæ sunt, & monumenta aperta sunt: & multa cor-* Iudæi in rei indigni- *pora sanctorum, qui dormierant, surrexerunt: & exentes de monumen-* tate scia- *tis, post resurrectionem eius, venerunt in sanctam ciuitatem, & apparue-* debant *runt multis. Sciderat vestimenta sua Caiphas Princeps sacerdo-* 4. Reg. 18. *tum, cum rogatus Christus, confessus fuisset se esse Dei Filium,* *ramquam in manifestæ blasphemie indicium, unde illa concilij* *vniuersi sententia, Reus est mortis: cum Caiphas sententiam ro-* 4. Reg. 19. *gasset per illa verba: Quid vobis videsur? Fuit hoc usitatum Iudæis,* Iudæi in re iudici- *fuit aliis gentibus, ut per vestium scissionem testarentur indi-* ciatione *gnitatem blasphemæ vocis. Ita Principes Iudæi, auditis impijs vestes:* vestes; *Rapsacis vocibus, venerunt ad Ezechiam scissæ vestibus, & nuncia-* 1. Matth. 2. *uerunt verba Rapsacis. Et de Rege Scriptura: Que cum audisset Eze-* 1. Esdr. 9. *chias Rex, scidit vestimenta sua, & opertus est sacco: ingressusque est do-* *mum Domini. misitque Rex Principes ad Isaiam, qui dicebant:* item in af- *Dies blasphemæ, dies iste. Indignitate etiam rerum quæ siebant,* flictionis, *scindebant vestes suas. Habes hoc in Mathathia & filiis: Et scidit* 3. Reg. 21. *vestimenta sua Mathathias, & filii eius: & operuerunt se ciliciis, &* 1. Iob 1. *planzerunt valde. Et apud Esdram: Cumque audisset sermonem* *istum, scidi pallium meum & tunicam, & euelli capillos capitis mei &* in metu, *barba, & sedi mærens abominationes nimirum Israel. In afflictio-* ne etiam positi, aut aduersitatibus obruti, vestimenta scinde- sua. *bant. Ita post varias aduersorum denunciationses, & filiorum &* *filiarum mortem, surrexit Job, & scidit vestimenta sua, & tonsa capite corruens in terram adorauit. In metu etiam aut interminatio-* ne maioris mali vestes scindebant: Ita post denuncias ab Elia *Domini minas, scidit Achab vestimenta sua, & operuit cilicio car-* 3. Reg. 22. *nem suam, iejunauitque, & dormiuit in sacco, & ambulauit demissio capi-* *te. Et post minas libri legis Domini, scidit Iosias rex vestimenta* 4. Reg. 22. *sua.*

K k k k. 3

- sua. Et audiuit: Pro eo quod audisti verba voluminis, & perterritum est cor tuum, & humiliatus es coram Domino, & scidisti vestimenta tua, & fleuisti coram me; idcirco colligam te ad patres tuos, ut non videant oculi tui omnia mala que induximus sum super locum istum. Familiare etiam fuit in luctu uestes scindere, denunciata enim per Assuerum Aman auctore, Iudeorum morte, scidit Mardochaeus uestimenta sua, & induitus est sacco, spargens cinerem capiti: & in platea medie ciuitatis voce magna clamauit, ostendens amaritudinem animi sui. Et de amicis Iob habes: Cumque eleuassent procul aculos suos, non cognoverunt eum, & exclamantes plorauerunt, scissaque uestibus sparserunt puluerem super caput suum in celum. Imperat etiam uestium scissionem David in morte Abner: Dixit David ad Joab, & ad omnem populum, qui erat cum eo: Scindite uestimenta vestra, & accingimini facies, & plangite ante exequias Abner. Et post captam Arcam, cæsumque exercitum, & filios Heli, currens vir de Beniamin ex acrie, venit in Silo, scissa ueste, & conspersus puluero caput. Sed & fugienti David Absalonem, occurrit Chusai Arachites, scissa ueste, & terrâ pleno capite. Et cælo à muliebri manu Holoferne, Principes virtutis Assyriorum sciderunt uestimenta sua. Etiam in veritatis assertio-*
- Num. 14. nem & confirmationem scidisse uestimenta legimus. Josue filius Nun, & Caleb filius Iephone, qui & ipsi lustrauerant terram, sciderunt uestimenta sua, & ad omnem multitudinem filiorum Israel locuti sunt: Terra, quam circumuiimus, valde bona est. Indignatus etiam Dominus super Ioakim Rege, & Principibus Iuda, quod ad interminaciones per Ieremiam factas non scidissent uestimenta sua. Verba Ierem. 36. Ieremias sunt: Et non timuerunt, neque sciderunt uestimenta sua, Rex & omnes servi eius, qui audierunt sonores sermones istos. Et subditur: Propterea haec dicit Dominus contra Ioakim Regem Iuda: Non erit ex eo qui sedeat super solium David: & cadaver eius proscietur ad astum per diem, & ad gelu per noctem. Quin & vetuit aliquando Moyses uestimenta scindi, in morte nimirum Nadab & Abiu filiorum Aaron, cum alienum ignem obtulissent, deuoratiique essent ab immisso igne à Domino. Capita vestra nolite nudare, & uestimenta nolite scindere, ne forte moriamini, & super omnem certum oriatur indignatio. fratres vestri, & omnis domus Israel, plangent incendium quod Domi-*
- Vestuum
scissionem
cur vete
Dominus.

Dominus suscitavit. Mortuos transgressores mandati Domini, plangit noluit, nec à patre, nec à fratribus. Alibi etiam Dominus scindi vestimenta vetat, imperat scidi corda: *Conuertimini* Ioel. 2.
ad me in toto corde vestro, in ieunio, & in fletu, & in planctu: & scindi-
te corda vestra, & non vestimenta vestra, & conuertimini ad Dominum
Deum vestrum: quia benignus & misericors est, patiens & multæ miseri-
cordia, & prestatibilis super malitia. Interminatus denique Domi-
nus tegni scissionem: cum Agag Regi, & optimis gregibus ouium 1. Reg. 15.
& armentorum, & vestibus, & arietibus, & uniuersis que pulchra e-
rant, pepercisset Saul, audiuit à Samuele: Scidit Dominus re-
gnum Irael à te hodie, & tradidit illud proximo tuo meliori te. Et Do-
minus ad Salomonem: Quia non custodisti pactum meum, 3. Reg. 11.
pri mea que mandavi tibi, disrumpens scindam regnum tuum, & dabo
illud seruo tuo. Et Ahias Prophetæ ad Ieroboam: Hec dicit Dominus: Ibidem.
Ecce ego scindam regnum de manu Salomonis, & dabo tibi decem-
tribus. quod & factum.

In passione vero Domini veli per medium scissio legis veteris II.
scissionem indicare videtur, ac quamdam desitionem legis illius, Veli scissio
cùm omnia benevolentiae diuinæ gratuitæ dona à veteri lege in in passione
rouam translata sunt: & in partem possessionis ac hereditatis re- quid do-
gni cælestis toties Iudæis promissi; in partem proinde etiam fi- notarg.
liationis diuinæ, adeoque & in maiorem longè partem, populus Gentium vocatus est, ascitusque in adoptionem filiorum Dei;
Abrahæque semini facta missio, in spirituales Abrahæ filios,
& fidei filios, non seminis, fœcundiūs, quām in connubiales fi-
lios etansit. Scissio etiam hæc Iudaici regni scissionem indicare
videtur. neque enim posthanc Israeli Reges, neque notissimi illi
vtrà regiuta nomine aut regni. ultimus enim Iudaici populi Rex
Christus, cui cùm coram Pilato & concilio illius palam renun-
tiassent, acceptæ renuntiationis indicium veli scissio fuisse videa-
tur. Atque exinde illa sunt: *Dicam nōis populo meo: Populus meus es tu.* Osee 2.
& ipse dicit: Deus meus es tu. & illud: Applicabuntur Gentes multæ ad Zach. 2.
Dominum in die illa, & erant mihi in populum, & habitabo in mediis tuis.
De Israel vero hæc Dominus per Danielém: *Et post hebdomades* Cap. 9.
sesaginta duæ occiderit Christus: & non erit eius populus, qui eum nega-
turus

Cap. I. turus est. & per Oseam: *Voca nomen eius: Non populus meus. quia vos non populus meus,* Et ego non ero vester. Atque haec de illo populo,
Deut. 14. de quo dixerat aliquando: *Populus sanctus Domino Deo tuo; reelegit,* ut sis ei in populum peculiarem, de cunctis gentibus que sunt super terram. Qui in passione desijt esse populus Domini, quem nec Dominum agnouerat, nec Regem. cuius etiam innoxium sanguinem sibi, filijs, ac posteritati imprecatus est in ruinari & extermi-
 num. Factum est. & in locum Iudæ, Gentium populus surrexit, qui Christum, Dominum professus est ac Regem. Cuius rei veli in duas partes scissio indicium fuit; apparuitque lex nova gratiæ, quæ veteris legis velo tegebatur. quo remoto & discusso, gratissima lex effulsa, & videndam se præbuit; quæ veteris legis velamine tegebatur. quo etiam nunc Iudæorum corda obtemperantur, Apostolo teste: *Visque in hodiernum enim diem id ipsum velamen in lectio- nē veteris testamenti manet non renelatum (quoniam in Christo evanescatur) sed usque in hodiernum diem, cum legitur Moyses, velamen positum est super cor eorum.* non autem retegendum, quam redierint ad Christum.

III. Velamen etiam magnum oppansum est oculis omnium, qui in peccato sunt mortali. vt non videant, quibus in periculis ventur, in qua dubiæ mortis incertitudine, quantis se bonis celestibus exuerint, quantis inferorum malis induerint, à quanta hereditate exciderint, & in quam se coniecerint: quamque nullo momento certi sint aut securi de pœnarum æternarum exemptione. non videant, quantum discriminis sit inter Dei filios, amicos, heredes, & inferorum mancipia: inter Dei seruos, milites & imitatores, & dæmonum.

IV. Magnum dein velamen obiectum est oculis omnium servientium huic saeculo, qui bona mala, mala bona iudicant. atque hinc tori sunt in illis parandis, quæ mundus iudicat bona, opibus, honoribus, commodis, prosperis, mollibus, diuitijs; tori in auertendis, quæ mundus iudicat mala, paupertate, contemptu, incommodis, aduersis, duris. vident hi omnes prælucente mundis faculâ. nec aliud vident bonum aut malum, quam quod mundus illis proponit ut bonum, ut malum. neque enim quisquam prudens,

*Sæculares
habent ve-
latos ocu-
los.*

prudens, etiam è saeculi sapientibus, dubitare potest, quin consilia Christi optima, prudentissima & saluti conuenientissima sint, infinitisque modis consilia mundi superent. ut enim prudentia Christi infinitis partibus omnem saeculi prudentiam vincit: ita consilia ipsius omnibus saeculi consiliis innumeris partibus potiora, certiora, saniora sunt. Ut hinc prudentiam illorum colligas, qui Christi consilijs insistunt, amplectuntur, sequuntur; imprudentiam vero illorum, qui, his neglectis, saeculi consilia amant & sequuntur. Vnde merito dicere possumus, obtenebratum esse horum intellectum, & densa circumseptum nebulam, ac obscuro tecum velamine, ut diuinorum consiliorum lucidissimos radios non admittant. Spissum omnino saeculi hoc velamen necessum est esse, quod tantam celestem lucem excludat. ut non iniuriâ illud de his omnibus dici possit, quod olim Deus per Isaiam de Israele: *Audite audientes, & nolite intelligere: videte visionem, & nolite cognoscere. excaca corpori huic, & aures eius agrava, & oculos eius clande. ne forte videat oculus suis, & auribus suis audiat, & corde suo intelligat, & conuertatur, & sanem eos.* Miserrima omnino conditio, quam tamen pars hominum longe maxima tenetur. Rogamus Dominum, ne maledictio haec corda nostra obtenebret. quod ne fiat, scindamus non vestimenta, sed corda. Scindimus, cum præteriorum peccatorum dolore, futurorum metu, ingemiscimus. nulla scissio maior, nulla Deo gratior, quam mæroris super sceleribus commissis. nulla fœcundior, quam cum densis, & ex alto ductis, cor scinditur suspirijs, & innatat lacrymis, siue illastimor, siue imperet amor. quam cum scisso corde, oculorum scinduntur nubes, quæ genas pectusq; totum fœcundam suam fatigant pluuiam. vel cum ad imperium scissi prius cordis suauibus totus homo, tamquam sitibunda terra, irroratur lacrymis, vel tamquam imbre innatat fletibus, ut lauare non tantum illis caput, sed & manus possit & pedes. Neque his anima contenta, noua & amica è lacrymis, cum Magdalena, balnea Christi sui pedibus, siue in offensi, siue in amati, Numinis testationem struit. vel cum in amico silentio grataq; amantibus solitudine, mollibus totus homo intepescit lacrymis, amati desiderio

Corda
scindere
quomodo
dicamus.

rio excusis. vel inter amica manuum & pedum oscula millies repetita, nullis satiata, amore languet. vel, denique cum amati sui lateri, tamquam carissimæ matris vberibus, implexa, tota transiit in amatum: nec iam amplius suâ, sed amati viuit animâ. totoque vulnere, tamquam vberc toto, torculari toto, cellâ rotâ vineâq; potatur, adeoque & inebriatur tota: amatumque vicissim suum pro lacte & vino, lacrymis potat inebriatque suis. Beata pocula, quibus felicissimi duo amatores, Deus & anima, potantur mutuo, inebriantur mutuo. contingat hoc mihi, & lectori meo.

V.

Cap. 27.
Terra mo-
uetur in
Christi
morte, ho-
mo stat in-
concuſſus;
mouetur
tamen in
rerum tem-
poralium
laetitia,

Sequitur in Matthæo: *Et terra mota est.* Vidimus cælum in sole suo, principe sui parte motum: sequitur terræ motio in tantis sceleris testationem. Commouentur in anima: stat homo inconcussus. illa, si oculos haberent, lacrymas darent. solus homo illas lacrymis & immotus stetit. sol, quod habebat nobilissimum, lumen subtrahit, & amicâ se spoliat luce. terra, quod habebat proprium, tamquam vniuersi fundamentum, firmitatem deserit, & mouetur homo, quod habet vilissimum, lacrymas. Deo suo negat. dat illas in filiorum, parentum, sororum, fratum, amicorum morte; dat in pecuniolæ alicuius iactura; dat in conuicio; dat vindictæ studio; dat in leui contemptu; dat è nulla non raro causa, etiam internarratas fabulas, inter tragœdiarum commenta, vetera illa an noua sint; dat inter negatos vetitos amores; dat in carorum recessu, & in sola memoria absentis amici; dat denique inter histrionum actiones scenicas. & in nimium vera, nimium crudeli Christi sui, Dei sui, tragœdia, siccis stat genis, barbaramque conditoris sui mortem sterilibus infœcundisque intuetur oculis. effunduntur non raro in illis quæ dixi, tamquam plenis imbris lacrymæ; cum in Christi morte ignorantia lacrymas. Quale cor credis esse humanum? si terreum esset, moueretur motâ terrâ. terra fuit: esse in peccatore desijt: & è molli terra, abijt in chalybem: nam si terra foret, proscindi clavis Christi tamquam aratro posset & deberet. si terra foret, secari tamquam ligonibus Christi lanceâ posset & deberet. si terra foret, fœcundari Christi sanguine, sudore, lacrymis, tamquam ror-

&

& pluuiâ posset & deberet. si terra foret, concuti Christi verberibus tamquam malleis posset & deberet. denique si terra foret, fodicari Christi spinis, tamquam terebrâ posset & deberet. Nûc cùm immotum stet cor, quale credas esse? imò, quis credat antè cælum moueri & terram, quâm molle & carneum cor hominis è leui terra figulatum? Vis peccati magna. quod supra omne fermentum indurescere faciat cor carneum. à quo in perpetuo humore natante, nulli clavi, spinae, mallei, lancea, verbera, vel tenuissimum elicere stillicidium possunt. Quis credat, nisi nos in nobis ipsis testes staremus huius duritiei, lacrymarum & commiserationum ignari? Quid exspectabimus à Christo iudice, in die illa extrema, nullis fletibus, precibus, suspirijs mouenda? aut quid responsuri sumus super hac barbara immititate nostra? Demus proinde, si sapimus, operam, ut simus terra bona, malorum & zianiorum infœcunda, fœcunda bonorum. ignoremus tribulos & vepres, & quidquid colligatur in fasciculos ad comburendum, quidquid amputatur in ignem, quidquid seruatur in flammam. Iciamus et tantum, quæ in horreum Domini reconduntur, grata Deo suo, seminatori suo. demusque operam, ne diuina monita apud nos cadant in viam, ne conculcata comedantur à volucibus; ne in petram, & exarescant; ne in spinas, & suffocentur; sed in terram bonam, ut fructum Domino suo adferant centuplum. Non tangant ergo Dominica semina superficiem tantum, aut natent in extrema animorum nostrorum parte, leui vento discutienda, tamquam radicibus suis viduata: sed altè mittantur in animam, nullis tempestatibus, fulminibus eruenda. sed neque ita infodianter, ut fructum nullum referant, ne sterilent otio: sed diffundantur in proximum, ut, cùm venerit rationem exacturus, audiamus: *Euge serue bone & fidelis, quia super pauca fuisti fidelis, su-* Matth. 15. *per multa te constituam, intra in gaudium domini tui.* tanti refert concreditum nobis talentum in rem Domino gratam & profuturam impendisse, neque in ignauo otio infodisse in sterilem terram; necogamur audire: *Inutilem seruum ejcite in tenebras exteriores.*

Peccatum
duritatem
in homi-
nem inda-
cit.

Pergit Euangelista: *Et petrae scissæ sunt. Non satis erat terram moueri, etiam petrae scissæ sunt. ut, quo modo poterant, testa-*

VI.

Petra scis- rentur dolorem suum , rei indignitatem. Et nos stamus omni-
se sunt mo- bus saxis duriores. mollescunt illa non raro , dissiliunt ac difflu-
riente Chri- unt ignibus, fanè in cinerem abeunt. solus homo nullis ardenti-
sto, & cor- simis amoris diuini fornacibus diffluit, nullis cedit ignibus, nul-
hominis non scia- lligatur.

aqua elemento, imò. & tenuissimo repetito stillicidio. solus ho-
mo nullis Christi sui lacrymis tamquam imbris fusis , nullo
illius sudore tamquam flumine perfusus, adeoq; nec sanguinum
mari mollescit. Qui fluctus frangēt hanc rupem, si nihil in illam
possunt potentissimi sanguinum fluctus Dei ipsius? aut ad quam
mollescit aquam, qui stetit ad conditoris sui sanguinem? Quid?
quod percussa petra ad imperium Domini virginis Moysis , largif-
simas reddiderit aquas; ita ut vniuersus Israel, & iumenta illius o-
mnia sitim explerent. & vnus homo ad tot verbera, tot clauos,
tot spinas Christi sui, ne lacrymam vnam profundit, non dolo-
ris, non commiserationis, non amoris, non affectus ullius, omni-
durior petra, omni rigidior lapide. Ut merito Ieremias iam an-
tè vaticinatus: *Percussisti eos, & non doluerunt: attriueristi eos, & renue-*

runt accipere disciplinam: indurauerunt facies suas supra petram, & no-
luerunt reuerti. Et ille tamen erat populus, cuius meminerat Eze-
chiel in verbis Domini: *Dabo eis cor nouum, & spiritum nouum tri-*

buan in visceribus eorum: & auferam cor lapideum de carne eorum, &
dabo eis cor carneum. At in Passione , iure dicam Israelem induisse
cor lapideum; lapides vero , cor humanum & carneum. cum hi
moti sint, ac quasi deliquescentis animæ passi conditionem,
Israele immoto. Et tamen pendebat in cruce ille , de quo Psal-
mista:

Qui conuerit petram in stagna aquarum, & rupem in fontes a-
quarum. & ille , cuius meminit Scriptura: *Montes à fundamentis*

mouebuntur cum aquis: petra sicut cera liquefiant ante faciem tuam. &

Psal. 113. Judic. 16. Ierem. 23. apud Ieremiam ipse Dominus: *Numquid non verba mea sunt quasi*
ignis, dicit Dominus, & quasi malleus cōterens petram? & Nahum Pro-
pheta:

Montes commoti sunt ab eo, & colles desolati sunt: & contre-
muit terra à facie eius, & orbis, & omnes habitantes in eo. ante faciem
indignationis eius quis stabit? & quis resistet in ira furoris eius? indigna-
tio eius effusa est ut ignis, & petra dissipata sunt ab eo. Et tamen qui

con-

conuertit petram in stagna, & rupem in fontes, elicere è Iudæo-
rum oculis lacrymas non potuit: qui montes à fundamentis mo- Mira Iu.
uet, mouere Israëlis carnea corda non potuit: ante cuius faciem
petræ sicut cera liquecūt, emollire populi sui cor carneum non
potuit: cuius verba quasi malleus conterens petras, illius sanguis
& clavi carnea conterere corda non potuerunt: cuius indignatio
effusa ut ignis, illius vulnera immaniter hiantia nihil potuerunt
vel in terrorem, vel in misericordiam: ante quem montes com-
moti, colles desolati, orbis contremuit, dissolutæ sunt petræ, Iu-
daici cor populi stetit interritum & incōcussum. Non eueniant
hæc nobis, nec vincamur in cœmiserationum ac mœrorum
facilitate à montibus, à petris. vincimur, quoties labimur in
peccatum mortale. cùm in omni eiusmodi scelere iterum, Apo-
stolo teste, quantum in nobis est, Christum affigamus cruci.
quod longè grauius est, quām immotum stare, mouente se ter-
rá, dissiliētibus petris. Imitare interim, milector, petras; & saxeum
cor tuum memoriâ passionis Christi tui seca medium. seca etiam
mœrore peccatorū præteriorum, seca timore futurorū, mortis,
iudicij, pœnarum. seca in imitatione pendentis de cruce latronis,
Publicani in templi limine scelera sua deflentis, Prodigi inter pa-
ternos amplexus, Magdalena Christi sui pedes lacrymis balnean-
tis. Sequitur enim cordis scissionem, oculorum scissio, è quibus
gratissima Domino & Deo tuo cadi medica dclictorum pluvia.

Pergit Euanglista: *Monumenta aperta sunt, & multa corpora Jan-*
Eorum, qui dormierant, surrexerunt. Considera monumentorum VII.
naturam & conditionem: mortuorum domus, cadaverum re-
ceptacula sunt. Sed & qualia sint, habemus à Domino: Væ vobis
Pharisæi hypocritæ: quia similes estis sepulcris dealbatis, quæ a foris parent
bominibus speciosa, intus verò plena sunt ossibus mortuorum, & omni Matt. 23.
spurcitia. Vt benè Ecclesiasticus: Cùm morietur homo, hereditabit ser- Cap. 10.
pentes, & bestias, & vermes. Misera hereditas, infelix possellio, in-
fortunata commutatio; pro opibus, honoribus, voluptatibus,
bestias possidere, vermes & serpentes. quin audi Iobum: Pu- Iob 17.
tredini dixi: Pater meus es tu; Mater mea, & soror mea, vermibus. Hæc
ille Orientis ditissimus. Quid est homo, cui pater putredo, mater

vermis? aut in quo gloriari meritò potest, qui audire debet à putredine; Pater tuus sum; à vermis, Soror tua, & mater sum? Per
 cap. 25. git magnus Iob: *Homoputredo, & filius hominis, vermis.* vbi nunc
 fastus noster? vbi gloria? qui putredine patre, verme matre nat
 filios producimus vermes? I nunc, & gloriare, quisquis es, in pa
 tre, matre, filijs; in putredine nimirum & vermis. De plebe
 fòrs illa verba. de omnibus omnino, adeoque & de terrarum
 lob 21. Regibus: *Simul enim in puluere dormient, & vermes operient eos.* &
 Eccli. 40. non omnia, quæ de terra sunt, in terram conuententur? & de omnibus
 Isiae 14. illud Isaiæ: *Subter te sternetur tinea, & operimentum tuum erunt ver
 mes.* Et illud eiusdem: *Sicut vestimentum, sic comedet eos vermis;* &
 Cap. 51. *sicut lanam, sic devorabit eos tinea.* Non hæc nobilia nobilium stra
 gula, non nobiles lecti? puluis & tinea culcitæ, operimentum
 Amos 6. vermes. Hæc ad vos, qui dormitis in lectis eburneis, & lasciuitis in
 stratis vestris: qui comeditis agnum de grege, & vitulos de medio
 armenti: qui canitis ad vocem psalterij, bibentes vinum in phialis, &
 optimo vnguento delibuti. Pro lectis eburneis puluis, pro agno & vi
 tulo vermes, pro musica, vino, vnguentis tinea & putredo. & ad
 huc lubet gloriari. Fatua gloria, quæ in vermis, putredine &
 tinea finitur, & in cuius capit is corona vermis & tinea: cuique
 pro torquibus, inauribus, armillis putredo & vermis; pro pur
 pura & auto, puluis & cinis. Et ferendum fòrs, nisi post hæc se
 querentur deteriora. docemur à Iobo, cùm subituros nos dicit
 Cap. 10. *terram miseriae & tenebrarum, vbi umbra mortis, & nullus ordo, sed*
sempiternus horror inhabitat. Pro felicitate, miseria; pro luce, tene
 bræ; pro vita, non iam mors, sed, quod deterius est, mortis um
 bra. O, si esset mors ipsa! abesset dolor & pœna. nunc nec mille
 votis mors venit, sed umbra illius morte grauior. Iam nullus or
 do, non dignitatum, non opum, sed omnium mista confusio, ex
 tatum, ordinum, dignitatum. nulla prærogativa, pœnarum pari
 tas, in scelerum paritate. Accedit horror sempiternus, tenebris &
 ignibus permistus. Habemus hunc apud Marcum: *In gehennam,*
 Inferna
 lium pœ
 narum de
 scriptio. *in ignem inextinguibilem, vbi vermis eorum non moritur, & ignis non*
 extinguitur. Quò mihi hic regna, honores, opes, deliciae in igne
 inextinguibili? quò vestium elegantia, augusta supellex, superbæ
 domus,

domus, inter perpetuos vermes, & non-moriturum ignem? Meminit etiam huius Isaias: *Conuerteruntur torrentes eius in picem, & humus eius in sulphur: & erit terra eius in picem ardente. nocte & dienō extinguetur, in sempiternum ascendet fumus eius: à generatione in generationem desolabitur, in secula seculorum non erit transitus per eam.* Cap. 4.
Quis hæc credit? aliud viuendi genus assumerent, si crederet. torrentes in picem, humum verti in sulphur, terram in picem ardente: nec nocte extingui, nec die: nec mitigari hæc, nec minui æternū. & stare interim hominem, picis, sulphuris, flammrum materiam æternam, quis credat? Sanè non respondent facta fidei. responderent, si crederent. Et nullo discrimine sceptri & ligonis, sagi & purpuræ, sulphureis innatare ignibus, picisque potari flammis, & æternū? & ob tam modica, fugitiua, & omni momento dubia, non-morituris inuolui ignibus æternū? quis crederet, nisi venirent hæc ab ore qui falli non potest, magni Dei? ô, ybi mundi prudentia? tam vilibus sæculi huius mercari æterna? pro voluptatibus picem, sulphurea pro delicijs fercula, pro honoriis sulphuris & picis fumum? pro perituriis æterna? ô, si liceat purpuræ extra hos ignes extollere caput, & ad vitam redire, an regna cogitaret & purpuram? an non magis Bethleimi stabulum, Francisci humili-cubationes, Antonij cilicia, Hilarionis saccū, Baptistar locustas, Stilitæ columnam, Niniuæ ieunia, Davidis cinerem, Zachæirestitutionem, Magdalenaæ crines, Petri lacrymas? Audiamus eumdem Prophetam: *Videbunt cadavera virorum qui præ-* Cap. 66.
uaricati sunt in me: vermis eorum non morietur, & ignis eorum non extinguetur. non Regum, non Principum, non omnium sæculo magnorum. Nulla in his ignibus magnitudo, nisi à torméto: nulla nisi à contemptu maiore, à vermium multitudine, à putredinis magnitudine, ab æstu maiore, ab ardentioribus flammis. vt meritò moneamus: *A verbis viri peccatoris ne timueritis: quia gloria eius, ster-
cus & vermis est: hodie extollitur, & cras non inuenietur: quia conuersus est in terram suam, & cogitatio eius perijt.* Quæ gloria in stercore & verme? aut quæ dementia gloriari in stercore? nec aliud tamen reliquum in corpore & cadavere magnorum. Sequitur: *Hodie extollitur. vere vnius dier extollentia illius est. imo, nec horæ vnius, si se-
cutura*

Magnorum
rum in se-
culo glo-
ria in pu-
tredinem
& vermes
desinet.
1. March. 2.

cutura cogitas. Additur: *Cras non inuenietur quid times illum, quid veneraris, & genibus accidis, qui cras non inuenitur? aut quid colis in magnis? animâ pares sumus, corpore pares, quia terrâ pares, vermibus pares, putredine & stercore pares. quid colis? externa nomina, opes, honores? nihil horum in homine suo est. Et non indignum homine, aurum colere, & inania nomina corpore suo vivida?* Vide dein ut cogitationes magnorum, minæ, sponsiones pereant, fumo & vmbra minores. cogita quotquot orbe toto fuerunt magni. quid superest illorum? stercus & vermis, & infelix plerumque anima ignium materia æternorum. vbi cogitationes illorum magna, numquam explendæ? vbi cupiditas ignata saturari? quære. Non inuenitur: perijt. nec vestigium super, non tantarum rerum fumus, non vmbra. Atque hinc monet Sapiens:

Pron. II. Mortuo homine impi, nulla erit ultra spes: & exspectatio sollicitoru peribit. Euanuit nimirum spes omnis, abiitque in puluerem & cinerem: & exspectatio omnis frustrata est impios, nec respondit sollicitudini & curæ. falsi namque spe suâ sunt, longæ nimirum vitæ, longæque fruitionis opum, honorum, deliciarum. maxi-

*Spes im-
piorum &
seculo ma-
gnorum in
nihilum
recedit.
Eccl. III.* meq; spes illa, quâ putabant futura responsura præsentibus. Audiamus Sapientem: *Ego qui locupletatur parcè agendo, & haec est pars mercedis illius in eo quod dicit: Inueni requiem mihi, & nunc manduabo de bonis meis solus: & nescit, quòd tempus prateriet, & mors appropinquet, & relinquat omnia alijs, & morietur.* O, non æternum cum

Pron. III. diuite Euangelico! Addit: Iustus de angustia liberatus est, & tradetur impius pro eo. De angustia momentanea, pulsis aduersis, à quibus opprimebatur. quibus tradetur impius. Felix illa dies iustis, infelix impijs. cùm illi pro modicis aduersis æternâ præmiabuntur beatitate; hi pro modicis delicijs, honoribus, opibus, æternum punientur. Sed solatio esse potest, transire opes & honores in si-

Eccl. 40. lios & nepotes. Audi Sapientem: Nepotes impiorum non multiplicabunt ramos, & radices immunda super cacumen petræ sonant. Et quòd impiorum non erit diuturna posteritas. impio inter medios æterniatos ignes felicitas nepotum nimis care luenda; ac flammis numquam-expiatibus expianda? quamquam, si Scripturæ credimus, nō multiplicabunt fœcundos fortunatosq; ramos nepotes impiorum. cädentante annos, neque matu-

naturatem sentient; nec videbunt semen longinquum, sanc non fortunatum. sterilent enim, & in se emarcescant, radicesque mittent in petram, in exsuccidum solum. numquam enim spuria & impia vitulamina altas agent radices, aut in nepotibus hilarescent. vt benè Propheta: *Impij quasi mare feruens, quod quic-^{Isaia 57.} scere non potest, & redundant fluctus eius in conculationem & lutum.* Infelices honorum & opum fluctus, qui degenerant in lutum plebeio pede calcandum. De pīs verò, quod in Dominica passione accidisse videmus, illud Domini apud Prophetam est: *Ego ape-^{Ezech. 37.} riā tumulos vestros, & educam vos de sepulchris vestris, populus meus.* *Et scietis, quia ego Dominus, cùm aperuero sepulchra vestra, & eduxero vos de tumulis vestris, & dederō spiritum meum in vobis, & vixeritis.* & illud apud Oſcam: *De manu mortis liberabo eos, de morte redimam eos. ero mors tua, ô mors; mors tuus ero, inferne.* Liberantur de manu mortis, qui eruuntur à potestate mortis, quique eximuntur à seruitute eius, & in quos vlt̄à nullum ius morti. quales iusti omnes post semel gustatam mortem, non gustaturi secundam.

Et verò mortis mors fuit Christus, qui vitam eripuit morti: vi tales nimirum actiones, quas vlt̄à exercere non poterit in imitatores Christi. mors fuit morti, cùm quos mors peremerat, meliori vitæ seruauit. mors fuit, quia frustratus est mortem, quæ permere putabat, quos perimendo seruauit: quique non erant seruandi, nisi perirent. præter ergo spem suam mors morte vitam dedit. meruerat hoc Christus morte suâ. falsa ergo mors fuit, & omni spe suâ excidit, quæ pro morte vitâ donauit nobiliore. Fuit etiam morsus inferno Christus noster; qui præripuit inferno, quos spē deglutiérat, & spē illi secuit ac præmomordit; cùm morte suâ innumeram piorum & credentium turbam, inferorum mancipatiū eripuit, cælo inscripsit & donauit. morsus etiam inferni fuit, cùm inferorum potestatem occidit ac fregit. hinc illud Apostoli: *Absorpta est mors via Victoria tua.* quâ triumphum hac-^{I. Cor. 15.} tenus duxerat de vniuerso hominum genere, ipsaque nunc ducta in triumphum à Christo est. ita, cuius antecrucem, triumphalem currum fecuti omnes, ipsa nunc Christi sécuta est. qui, altero Apostolo teste, *deglutiens mortem, ut vita aeterna heredes efficeremur,* vi-^{I. Petr. 3.}

M m m m

Etoriam

Etiam de morte unus retulit & primus; non futuri vitæ heredes æternæ, nisi mortem & vim omnem illius deglutisset morte suâ Dominus, & mortuos nos peccatis vitæ reddidisset. Hinc illud eiusdem: *Qui peccat a nostra ipse pertulit in corpore suo super lignum: ut peccatis mortui, iustitiae viuamus: cuius liuore sanati sumus.* Debiram nimis peccatis pœnam ipse tulit, vel, ut qui peccatis mortui eramus, deleto iam in cruce peccato, debitoque persoluto, *iustitiae viuamus.* cum iustitiae iam factum esset satis; quâ exigente morti omnes debebamur. illi ergo nunc viuimus, non iam hostes aut debitores, sed amici, & pœmnia sperantes. vel ut *peccatis mortui tamquam cadavera temptationum ignari & peccatorum, soli iustitiae viuamus,* vni nimis iustitiae, non peccato. Subditur illud consolationis plenum: *Cuius liuore sanati sumus.* Noua omnino res, per Christi vulnera, nostra curari: non curandi, nisi ipse vulneraretur; per illius liuorem, nostro mederi; illius sanguine, nostrum teneri; & illius morte vitam nobis donari. non donandi vitâ, nisi ipse moreretur: ut non seruandi, nisi ipse in cruce periret; non diligandi, nisi ipse ligaretur. ut ipsius vincula, nostra libertas esset; ipsius flagra, nostra salus; vulnera, nostra integritas; mors denique, vita nostra. Bene de eadem re Paulus Colosensibus: *Cum mortui essetis in delictis, & præputio carnis vestre, conuinicauit cum illo, donans vobis omnia delicta: delens quod aduersus nos erat chirographum decreti, quod erat contrarium nobis, & ipsum tulit de medio, affigens illud cruci: & exspolians principatus & potestates, traduxit confidenter, parlam triumphans illos in se meipso.* Mortui omnino eramus delictis; immo per delictum mortui. interemerat enim nos delictum morte omnium pessimâ. Sciebat hoc qui dixerat: *Mors peccatorum pessima. & ille: Quasi à facie colubri fuge peccata. & si accesseris ad illa, sufficiunt te dentes leonis, dentes eius, interficienes animas hominum. quasi rhomphaea bis acuta omnis insquitas, plague illius non est sanitas. nisi in Christo, & cruce ipsius. in qua donata sunt nobis omnia delicta, & deletum chirographum decreti damnationis æternæ, deletum paradisiacum decretum, latum in omnem Adami progeniem post primogenium peccatum. defeta etiam de cœta, quæ singulorum peccata secura erant: quæ solo Christi sanguine delenda erant,*

1. Pet. 2.

Per eius
mortem,
mortui
peccatis,
viuimus
iustitiae.

Cap. 2.

Psal. 33:

Eccl. 21.

erant, nec alio. Quæ omnia affixit cruci, confixit sibi, omnis debiti seruum statuens. exspoliauit verò principatus saceruli huius, cùm captiuum genus humanum & morti destinatum, eripuit è potestate inferorum, & restituit primogeniæ libertati. traduxit verò confidenter; cùm tamquam fortior armatus fortè exuit armis & prædâ, & captiuam reduxit captiuitatem, cælo terrâque testibus, triumphumque agens de hostibus, de quæ omnium retrò sacerdotum captiuis, ac de se, morteque sua.

Quæres cum illo apud Apostolum: *Quomodo resurgent mortui?* IX.
qualiæ corpore? audi eumdem: In sapientiæ, tu quod seminas non viviſſi-
catur, niſi prius moriatur. Et quod seminas, non corpus, quod futurum
1. Cor. 15.
oſt. seminas, ſed nudum granum, vixputat tritici. Deus autem dæ illi cor-
pus ſicut vult, et unicuique ſeminum proprium corpus. subdit: Semi-
natur in corruptione, ſurget in incorruptione. ſeminatur in ignobilitate,
ſurget in gloria. ſeminatur in infirmitate, ſurget in virtute. Habes ab
Apostolo mortuorum reſurrectionem; habes modum. & pul-
chrâ vtrumque naturalium ſimilitudine, & quæ recurrentibus
annis & mensibus omnium oculis obuerſatur. Ita arbores ve-
ſtiuntur post ſpolia, flores denuo colorantur, herbæ rurſum ex-
ſurgunt, rurſum inoculantur cæcæ arbores, & erumpunt in flo-
res, in fructus; & emortuæ redeunt in vitam. nec prius tamen
hæc exhibentur, quæ abſumpta fuerint. incipiunt, cùm desic-
cent; redeunt, cùm abſcēſſent; & quod amifimus, iterum eſt,
quæſi finiantur ut fiant. ut totus hic reuolubilis ordo rerum, ma-
nifesta quædam reſurrectionis mortuorum teſtatio ſit. Iam, vide
diem. moritur in noctem; & undequaq; in ſepelitur tenebris, &
amissa lux lugetur. & rurſus cum ſuo cultu redit, & orbì reuiuifcit,
interficiens mortem ſuam noctem, reſerans ſepulchrum ſuum
tenebras. reuoluuntur hiemes & æſtates, verna & autumna, cum
ſuis vicibus, moribus, fructibus. Et quid hæremus de reſurrec-
tione? non reſurrexit caro & ſanguis in Christo? at plus in ſuam,
quæ in alienam potuit Christus? quid in alienam potuerit, vide
filium viduæ, vide Lazarum. non emortua caro in his ſurrexit?
non ad contactum oſſium Elifei reuixit homo, & ſtetit ſuperpe-
des ſuos? non ad imperium Petri reſedit Tabitha; non Eutychus

Mortui
quomodo
reſurrecta-
riſſer.

Mmm m z adole-

adolescens ad complexum Pauli redijt in vitam? non ad dimensionem Eliæ Sareptanæ viduæ filius reuixit? & ad varium contactum oculorum, oris, manuum, pedum Elisei, Sunamitidis filius oscitauit septies, & aperuit emortuos oculos suos, & redditus est matris? non manus Moysis emoritur exsanguis, & refuso redit colore? vt iam aut credenda mortuorum resurrectio sit; autrenuntiandum Euangeliō & Christo. Et quid quærimus de modo factis docemur. ô non simus in exemplum cum Epulone, qui refrigerari sibi linguam petit, extremo Lazari digito aquæ intincto, cùm cruciaretur in inferorum flammis. crede linguam corporis

Alij resurgentes in gloriam, alij in peccatum.

Ezech. 21. numquam morituras pœnas. quisquis Prophetam audis: Igni erubet. Infelix conditio, eterno sum ignium cibum & materiam fieri.

Apoll. 5. quod ne contingat, sequamur Apostolum: Surge qui dormis, et exsurge à mortuis, et illuminabit te Christus. à peccatorum nimis somno, à morte peccati, ut illumine mimi Christi passione.

Apoll. 2. quæ vna nos restituit vitæ. Testatur hoc idem Apostolus: Deus, cùm effemus mortui peccatis, conuiuificauit nos in Christo (enius gratia estis saluati) et conresuscitauit. Beata conuiuificatio, fortunata conresuscitatio, quæ coronatur cum Christo, & calorum donatur gloriæ numquam interitur. O quanto discriminae probi distant ab improbis!

Ephes. 10. Exspectatio iustorum latitia; spes autem impiorum peribit. non frustrabuntur illi, implendi latitiâ æternâ. cùm impij.

Ephes. 15. inter medias flamas spes nulla super. sed & abominatio Domini via impij: qui verò sequitur iustitiam, diligitur ab eo. Tanta abominatio impij, vt etiam hostia impiorum abominabiles sint coram Domino.

Ephes. 21. cùm iustus licet morte præoccupatus fuerit, in refrigerio sic futurus: impius in ignibus. ille in refrigerio æterno, hic in ignibus

Iustitiae. Vt merito nos proinde moneat Sapiens: Noli despicer hominem iustum pauperem, et noli magnificare virum peccatorem dñitem. Illum enim latus Abrahæ sinus cum Lazaro excipiet,

hunc ignes cum Epulone, nullo uxio extinguendi. E priorum numero erant, qui Christo in cruce exspirante surrexerunt, cùm

Euan-

Euangelista dicat, *multa corpora sanctorum, qui dormierant, surrexisse, & apparuisse post Christi resurrectionem multis. qui, an cum assumptis semel corporibus comitati sint Christum cælos conscedentem; an deposito iterum corpore, iterumq; mortui, folâ animâ illum secuti sint, nil habemus apud Euangelistam.* Si non deposuerunt corpora semel assumpta, magnum priuilegium crucis fuit; & in testationem resurgentis Christi. nam ut dicamus non fuisse illorum corpora, sed quædam angelorum more assumptitia, alicui muneri aptata, vt legimus in Tobia, in Abraham, in Lot; pugnare cum Scriptura videtur, quæ dicit; non sanctos tantum, sed & sanctorū corpora quæ dormierant, surrexisse. illa nimurum corpora quæ dormierant, quæ, usitato loquendi Scripturæ more, mortua iacebant. ita Lazarus dormis-
 fe dicitur, cum & mortuus & sepultus esset. Sed neque evidenter sancti illi qui surrexerant, mortui, permanisse in hac vita; cum per illa Scripturæ verba, *Venerunt in sanctam ciuitatem, & apparuerunt multis,* non videatur indicari coabitatio, aut perseverantia inter mortales, inter amicos, coniuges, filios. alioqui fieri potuisset, vt è resurgentibus aliquis matrimonio iunctus, quales omnes ferè apud Iudeos erant, ad uxorem viduam redijisset, alteri viro coniunctam. sed breuis aliqua & transitoria apparitio. Vbi etiam illud notandum: *Excuntes de monumentis post resurrectionem eius:* non surrexisse hæc sanctorum corpora, nisi post Christi resurrectionem. neque enim decebat, vt illum præcederent qui erat primitæ dormientium. addit Apostolus: *Per hominem mors, & 1. Cor. 15. per hominem resurreccio mortuorum.* & sicut in Adam omnes moriuntur, ita & in Christo omnes vivificabuntur. unusquisque autem in fine ordine, primitæ Christus: deinde ij, qui sunt Christi, qui in adventu eius crediderunt. Præcessit Adæ mors, secura nostra est: illius enim delictum transit in nos semen illius. sic & præcessit Christi resurrectione secura nostra est. per illam enim nostra est: ac non nisi per illius, nostra est; non futura nostra, nisi præcessisset illius. vt non morituri, nisi per delictum & mortem Adæ; sic nec resurrecturi, nisi per resurrectionem Christi. Et Scriptura claram loquitur, exiisse de monumentis post resurrectionem, ad omne dubium

Mm m m 3 tollen-

Mortui qui
Christo
mortiente
resurrece-
re, ancum
assumptis
corporibus
celos ascen-
derint.

tolleandum. Surgamus & nos à peccatorum morte, somno, nocte: neque vltra noxiū hunc admittamus somnium. Sequentes Coloff. 3. Apostolum: *Si confurrexisti eum Christo, que sursum sunt quare, que sursum sunt sapientia, non quæ super terram.*

Non ita in
Christo o-
mnes vi-
ficantur, vt
in Adamo
sunt mor-
tui.

Neque tamen ita in Christo omnes viificantur, vt in Adamo moriuntur omnes, quasi à materno utero in Christo viificantur omnes, quemadmodum moriuntur omnes: aut quasi nasci- rentur cum utero in Christo filii gratiae, & heredes gloriae, vt na- scuntur in Adam filii iræ, & heredes penarum. minùs etiam viifi- cantur in Christo in materno adhuc utero, quemadmodum mori- riuntur in materno adhuc utero omnes in Adamo, & per illum. alioqui non cōciperemur aut nasciemur, quotquot post Christi mortem concipiuntur & nascimur, iræ filii, & exules vita æter- nae. Sed vt unius delictum Adæ, satis fuit ad universum genus humanum inficiendum, & tamquam fructum in semine suo vi- tiandum: ita unius Christi merita satis fuerūt, ad auxilia praestan- da, quibus primogenitum pelli debitum & delictum posset, & re- ferari cæli, Adæ semini per delictum clausi. ac licet filii iræ na- scamur omnes etiam post Christi mortem, remedia tamen con- cessa sunt quibus restituimus gratiae & gloriae. cum per Bapti- smum à Christo institutum, sanguineque illius confirmatum & morte, quotquot iræ filii nascuntur, gratiae filii regenerentur. ita vt per Baptismi Sacramentum reddamur innocentia, ante deli- ctum, debitæ. vt, nisi accedant noua & propria delicta, cælorum nobis possessio debeatur. tamquam heredibus, & coheredibus Christi. Vt merito potentius Baptisma possimus dicere Adæ de- licto. ille namque iure potentior dicitur, quo accedente cedere cogitur alter: & cum possessione suâ primus occupator deiicitur, inualidior secundo est, à quo deturbatur. ita cum per Baptismum primordiale, quo nascimur, delictum deturbetur à possessione sua, & homo Deo, à quo per delictum exciderat, redditur, resti- tuiturq; cælorum hereditati, à qua exclusus fuerat, & ex hoste fit filius, & paternæ possessionis heres; iure dicere possimus, poten- tius Baptismi Sacramentum Adæ delicto esse. Sed neque minùs propriæ Christi merita nostra sunt, quam Adæ delictum nostrum est.

Per Bapti-
smum red-
dimur in-
nocentia
amissæ.

est. neque enim minus Christus omnium parēns , quām Adam est: neque minor à Christo in filios fluxit gratia , quām ab Adamo indignatio. sed & potentior Christus ad gratiæ in filios omnes suo trans fusione m , quām Adam ad iræ & indignationis: & fœcundiūs à Christo in nos defluit gratia , quām ira ab Adamo: & regeneratione , quæ per Baptismum fit, nobilior est generatione materna. Prior tamen materna est, id est Adæ, ut eo validior appareat secunda , quæ est Christi. ac nisi præcederet Adæ prima, non adeò certò cognolceretur potentia secundæ, quæ est Christi: cuius vis & robur clariūs è fuga prioris intelligitur. Impressetar quidem validè Adam delictū; quod cum semine transmittebat; neque poterat certius transmittere. quo siebat , ut quotquot ex eo nascerentur, feminis vitium naturā suā sentirent. Sed fortius Christus per Baptismū impressit gratiam, cùm & vitium loco pellet, & virtij hostem; gratiam imprimeret, numquā excidendam, numquā eruendam , nisi voluntate ipsius hominis. Nam cùm omne delictum liberæ voluntatis opus sit, numquam autem baptismalis gratia, meritis Christi nobis concessa, eripiatur nisi per delictum, neque vñquam illā homo excidat, nisi præcesserit delictum; facile videmus gratiæ sc̄mel concessæ possessionem à libera hominis voluntate pendere. Et verò , si Christi merita, ut sane, nostra sunt, etiam gratia nostra est, quam meritis suis Christus paravit. merita autem nostra ex eo colligimus, quòd non sibi, sed nobis passus: non suum, sed nostrum, debitum exsoluerit; cùm ille nullo debito irretitus teneretur, nos omnibus. Sed neque exsoluit tantum debitum nostrum , precio sanguine nostro oblatō: sed & eodem sanguine gratiam nobis promeritus est; non sibi, quā abundabat, & tamquam æternus Dei Filius con genitam sibi & æterno possidebat; sed nobis, qui illā destituebamur. nostra ergo, quam promeritus est, gratia dici potest, ut & merita nostra. neque enim tantum nobis largitus est merita; sed & gratiam precio nobis paratam & emptam. ut hinc videamus, quantum Christo debeamus, quantumq; delinquimus, cùm ab illo degeneramus.

C A P V T XXI.

De septimo verbo.

- I. **S**EQUITVR in Euangelista: *Et clamans voce magnâ IESVS ait: Pater,*
in manus tuas cōmendo sp̄iritum meum. Valido clamore, summâ
que animi contentione, sp̄iritum suum Patri cælesti commendat-
tum vt ostenderet in potestate se sua sp̄iritus emissionem habere:
juxta illud apud Ioannem: Animam meam nemo tollit à me, sed ego
Luc. 23. *pono eam à meipso: & potestatem habeo ponendi eam, & potestatem ha-*
beo iterū sumendi eam. Fecit vtrumque posuit in cruce; resumpsit
Curvoce *in sepulchro diet tertio. Tum vt diuinitatē suam indicaret. vnde fa-*
magnâ cla-
mans sp̄iri-
tum Deo
Patri Do-
minus cō-
mendau-
rit.
Cap. 10.
Marc. 15.
Teporem
& langui-
dam pigri-
tiam odic
Deus.
Apoc. 3.
Prou. 21.
Prou. 15.
Prou. 13.
Eculi. 22.
- qui ex aduerso stabat, videns quia sic clamans*
exspirasset: Verè hic homo Filius Dei erat. Neque enim nudi hominis
erat, post tot vulnera, tantumque sanguinem profusum, post tot
verbera, tot horarum tormenta, imò post omnem sanguinem fu-
sum, cùm nihil iam illius, aut permodicum superesset, valido cla-
more exspirare. Denique magnâ voce cōmendat sp̄iritum suum:
non nostro modo tepenti & languido; odit enim has voces Do-
minus. Hinc illud illius: *Quia tepidus es, & nec frigidus, nec calidus,*
incipiam te euomere ex ore meo. Euomit tepidos, amat calidos: non
desperat de frigidis, tepidos abominatur vt vomitum. quid hoc
fœdius? Discute hīc te ipsum, & vide, inter quos annumerari pos-
sis, & velis. inter ignauos & desides, an inter calentes & ferios, &
laborum amantes, meminit horum Sapiens: Cogitationes robūsi
semper in abundantia: omnis autem piger semper in egestate est. ita dicit:
nihil deest laborantibus; abundat cùm egestas ignauiam comi-
tetur; Et alibi: *Iter pigrorum quasi sepes spinarum: iustorum ab-*
que offendiculo. Quis gradiatur per sepes spinarum? aut quæ spe-
randa à spinis? liuar, vulnus, sanguis. Pergit Sapiens: *Vult & nos*
vult piger: anima autem operantium impinguabitur. Ille, dum vult &
non vult, non proficit, sed sterilescit in viis suis: fœcundatur au-
tem operans, & fructus cum fœnore refert sudorum suorum. Et
pulchre alibi: In lapide latus lapidatus est piger, & omnes loquentur
super

Super aspernationem illius. Subiungit: De stercore boum lapidatus est piger: & omnia qui tetigerit eum, excutiet manus. Non lapide viorum saxeo, sed luceo & femineo: quin & boum stercore in contemptum & risum. Quare prudenter ignauum omnem monet: Vade ad formicam o piger, & confidere vias eius, & disce sapientiam: que Pro. 6. cum non habeat ducem, nec preceptorem, nec principem, parat in aestate cibum sibi, & congregat in messe quod comedat. Ad bestiarum minimam mittit pigrum, ut ab illa prudentiam discat homo, & prouido illius exemplo aestate sibi paret, quibus hieme pascatur. paret nimicum, dum viuit, & merendi tempus est, quibus securum vitam sustentet. dum hic in virtutum verarum area labo- rat, ut fructus illarum caelo reponat, quibus eternum fruat. ne- que aliud messis tempus aut colligendi in horrea, quam dum hac vitâ viuimus. quâ semel expletâ, omne promerendi tempus tamquam falce demessum est, ut frustra tunc omnis eat labor, frustra omnis cadat sudor, frustra preces & lacrymæ. quare si quid sperandum in altera vita, hic seminandum est. extra hanc fatuus est qui sperat. Sed & eonatu hic opus magno, contentio- ne magnâ, iuxta illud Domini apud Euangelistam: Regnum caelo- rum vim patitur, & violenti rapiunt illud. Nam per ignauiam & socordiam nequidquam spes: laborando, sudando; vigilando regna parantur. vbi vero te ignauiae dederis, ut fortium præmia spes, erras. Et quæ fatuas est, post Christi clavis, crucem, verbera, vulnera; per molles, per opes, honores, voluptates & men- sarum delicias regna cogitare? Increpat fortiter ipse discipulos, quibus se associauerat in Emaus: O stulti, & tardi corde ad creden- dum! nonne hec oportuit pati Christum, & ita intrare in gloriam suam? & nos sine sanguine, sudore, lacrymis, vulneri gloriam spera- mus? si illa in viridi ligno facta sunt, in arido quid exspectandū? & si oportuit pati Christum, ut intrareret in gloriam, nobis nulla necessitas patiënti incumbet? innocentissimus ille, & nullius delicti reus pati debuit ut intraret in gloriam; non alienam, sed suam: nocentissimi nos, & plurimorum delictorum farcinâ gra- ues, gloriam sine vulneri & verbere speramus? videmus illum in precibus, sudore, lacrymis & sanguinæ natare; nos saxis & pumi-

Sudandum
& laboran-
dum hac
vitâ duran-
te, si fru-
& tum veli-
mus colli-
gere.

Matt. 11.

Luk. 24.

Nnnn

ce

ce sicciores stamus, sudorum, lacrymarum, sanguisum ignari; & regna interim nobis promittimus & gloriam? deprecatur Christus calicem; nec prece tamen, nec lacrymis, nec sanguine consequitur. quasi frustrandus gloriâ foret, nisi illam vulnera, crux & clavi darent. & nos sine lacrymis & sanguine illam speramus. Erramus. semper verum est: Regnam celorum tunc possit: nec alia via ad illicet inferenda vis degeneri à primaria innocentia naturæ: inferenda carni in solam carnem pronæ: inferenda hinc saeculo, nil praeter opes, honores, commoda spiranti: inferenda dæmoni iratissimo primigenio hosti: inferenda amicis & socijs solaria à virtutum paritate sperantibus: inferenda, si fuerint coniugi & prolibus à virtute & Deo abducantibus: omnibus denique inferenda, quæ à Christi nos vestigijs auertuntur. & per calcarum mundum, diabolum, carnem, euolandum nobis ad crucem, divino sanguine purpuratam. aliam si viam speramus, fallimur. una est ad cælos via, & una tantum, crux Christi nostri. amplectamur hanc lubentes, volentes, si cælum cogitamus, amamus.

II. Nec spiritum tantum suum Christus commendat Patri, sed cap. 17. & suorum. Audi, quid apud Ioannem dicat: Non pro mundo rogo; Christus suos commendat Patri, non mundanos sed pro his, quos dedisti mihi: quia tui sunt. Pater sancte, seruare eos in nomine tuo, quos dedisti mihi: ut sint unum, sicut & nos. Non orat pro amatoribus mundi, nec pro seruientibus mundo: accepserunt enim mercedem suam & bona in vita sua. Expectare alia nec debent, nec possunt; nec stipendia ab aduersantibus mutuò dominis sperare. Pro discipulis rogat, & militiæ suæ ascriptis. Magnum omnino illud quod sequitur: Ut sint unum, sicut & nos. Quanta hæc prærogativa est imitatorū Christi, ut iungantur & unitantur Deo, ut Patri Filius! Beata coniunctio. Subditur, nobis in solaciis: Non pro eis autem rogo tantum, sed & pro eis, qui credituri sunt per verbum eorum in me: ut omnes unum sint, sicut tu Pater in me, & ego in te, ut & ipsi in nobis unum sint. Pater, quos dedisti mihi, volo, ut ubi sum ego, & illi sint mecum: ut videant claritatem meam, quam dedisti mihi. Maiora peti non possunt: dari maiora non possunt. & quid potuit peti manus, quam ut, sicut Pater in Filio, Filius in Patre est, ita in

in veroque finit credentes in Christum: & iam non duo, sed unus
cum Deo sint, non explicandâ unitate? Infans enim hîc omnium
oratorum calamus est; & unitatem hanc scire possunt qui fruun-
tut, explicare non possunt. Hinc illa notissima solis Sanctis nata
est amorum ebrietas. hinc etiam illa amantium delicia, & à sen-
sibus peregrinationes. à Francisco has disces, à Dominico, ab I-
gnatio, à Xauerio, à Teresia, à Senensi, ab alijs.

Discute hîc animum tuum, & vide an Christi commendationi includaris. includeris, si illum unum queras, unum sapias: si illius spiritu ducaris: si sub illius signis miles stipendia facias: si omnem alium amatorem ignores: si nullius alterius amore tenearis: si imperata illius exequaris: si consilia ames, si crucem, clavos, vulnera. Vide verò an non magis mundi spiritu ducaris: an non opes paupertati, honores contemptui, voluptates continentiae præferas: non plus humanis, quam diuinis tribuas confilijs: non plus laborum, sudorum, diligentiae, curarum impendas & sollicitudinum, in parandis ac tuendis dignitatibus, in corradendis & augendis facultatibus, in Regum Principum ac magnorum gratia & fauore tibi conciliando; quam in Deo pacando, colendo & amando largiaris. Et perfacile videbis, cuius spiritu ducaris: & an spiritui Christi inhæreas, an mundi: an non plus obsequaris amicis, commodis tuis, magnorumque desiderijs, quam Christi suasionibus: non magis ad hominum, maximè virorum Principum, minas, quam ad Christi terrae: an propositâ Dei offensione, & honorum & opum iacturâ, non antè deligas Deum grauiori delicto offendere, quam rerum tua-
rum damna perficere: non antè mandata & imperia Dei, quam Principum transgredi. Hæc cùm in te repereris, vereri meritò potes, ut non sis ex illis, quos in cruce, cælesti Patri, extremis verbis Christus commendauit. Quæ eo potentiora fuerunt, quo fortius uiueriam humani generis redemptionem, cui Christus venerat, virginemque se catne induerat, claudebant; ac tamquam valido, certoque, & falli nescio sigillo firmabant.

Commendat verò Patti suo cælesti spiritum suum Christus. IV.
non commendat corpus; quod post orationē in horto factam,

Spiritu
Christus

Nanu z tra-

suum Parti tradiderat omnibus tormentis excarnificandum: Quare cum
 commen- huius omnem curam deposuerit, omniq[ue] Iudaorum, nullo
 dat, non sanguine saturande, crudelitati permisisset, solum spiritum com-
 corpus. mendat, ut illius exemplo disceremus, quid nostrum omnia
 dare deberentur Deo: & cuius rei curam habere, cum in omni
 Anima no- vita, tum maxime morte incombente. Vnde etiam illa eiusdem
 bis curan- monita: Ne solliciti sis anima vestre, quid manducetis; neque corpori
 da, non corpori. vestro, quid induamini: nonne anima plus est, quam esca? Huic ni-
 Matth. 6. mirum inuigilandum, non corpori. Omnem sollicitudinem vestram
 i. Petri 5. proiuentes in eum; quoniam ipsi cura est de vobis. Aut maior cura Deo-
 Matt. 6. erit de volatilibus caeli, de lilijs agri, defenso, quod hodie est, &
 ibidem. cras in cubanum mittitur, quam de homine, quem ad similitudi-
 nem suam condidit? Addit ita Matthæo Dominus: Querite ergo
 primum regnum Dei, & iustitiam eius: & haec omnia adiumentur vobis.
 Incubendum nimis ijs, quæ salutem dare aut perdere pos-
 sunt, quæ gloriam cælestem aut largiri, aut augere queunt; reli-
 qua contemnenda; quæ momentum unum adiucere vita non
 possunt, nec ad staturam erinum unum. Atque hinc illud apud
 Luc. 12. Lucam eiusdem: Ne terreamini ab his qui occidunt corpus, & post
 hæc non habent amplius quid faciant timete eum, qui, postquam occide-
 rit, habet potestatem mutare in gehennam. ita dico vobis, hunc timete.
 Cap. 10. Et apud Matthæum: Nolite timere eos, qui occidunt corpus, animam
 autem non possunt occidere; sed potius timete eum, qui potest & animam
 & corpus perdere in gehennam. Solus ergo Deus timendus, apud
 Ego. 12. quem & capilli capitis nostri omnes numerati sunt, & sine quo ca-
 Læt. 21. pillus de capite nostro non peribit. Exsurgent aduersarij, mirantur
 Deus tuo- hostes, fallant alij, & dolos struant sub amici vultu & nomine:
 rum curam gerit etiam exacuantur in nos linguae, siue palam hostiles, siue priuatim: ir-
 media in- ruant inimici ferro, domestici, & clam æmuli, noxio calamo-
 ter peri- rum & oris veneno; omnes in caput tuum unum, Principes, Re-
 culæ. ges, superiores, subditi, pares, amici, etiam vxor & filij, fratres,
 sorores. Quid possunt? fortunas eripere? honoribus spoliare?
 vitæ exuere? ferro siue lento, siue citato saevire? securibus, igni-
 bus, bestijs, siue flagris, aquis, laxis, forcipibus, vinculis, omni-
 quæ tormentorum genetis in unum corpus ferocire? Et non can-
 dem

Item euenire possunt omnibus, possunt singulis? non insimus
feruorum, & plebeiorum vltimus, vbi primum contempsit suam,
factus est dominus vita domini, Principis & Regis sui non pars
longe maxima Regum ac Imperatorum, ac magnorum bello
Ductum, iacet alieni ferri victima? non secures, funes, venena,
adeoque & ignes tulerunt? non sororum, fratrū, coniugum, li-
berorum, amicorum armis & fraude perierunt? non quo quis-
que fuit maior, hoc propinquior ferro fuit? quid ergo nouum?
Si in corpus etium saeviante alij? Audi quid Christus vaticinatus
sit suis: *Mirto vos sicut ones in medio luporum: tradent vos in conciliis,*^{Matt. 10.}
& in synagogis suis flagellabunt vos: & ad Praefides & Reges duce-
mini propter me. tradet autem frater fratrem in mortem, & pater filium:
& insurgent filii in parentes, & morte eos afficiunt; & erit odio omni-
bus hominibus propter nomen meum. Sed haec est gloria nostra. ne-
que maior esse potest; quam pro nomine illius sanguinem fun-
dere, qui pro nobis prior fudit. Et non ante monuerat, & animos
simil addiderat: *Si mundus vos odit, scitote quia me priorem vobis*^{Ioan. 15.}
odio habuit? Addit illius causam: *Si de mundo fuissetis, mundus*
quod suum erat diligenter: quia vero de mundo non esis, sed ego elegi vos
de mundo, propterea odit vos mundus. Addit alteram: *Non est seruus*
maior domino suo: si mo persecuti sunt, & vos persequentur. Subdit in-
solatium: *Mundus gaudebit, vos autem contristabimini; sed tristitia*^{Ioan. 16.}
vestra vertetur in gaudium, & gaudium vestrum nemo tolleret a vobis.
Felix commutatio, momentanea & tristitiae in gaudia æterna. pri-
dens negotiatio, modicis lacrymis gaudia mercari æterna. Fortu-
nati, quibus in vicem odiorum & persecutionum saceruli huius,
gloria donatur æterna. Imò beata, ut ita dicam, odia fratrum, so-
rorum, parentum, amicorum, hostium, quæ diuinos nobis pa-
rant fauores: quæ pro fallaci mundi amore, amorem nobis con-
ciliavit magni Dei, semper verum, numquam frustratum. For-
tunata tormenta, ferrum, ignes, bestie, quibus cælorum merca-
muri regna, nullo æuo peritura. Beata mors, quæ vitam nobis
largetur æternam: Felicissimi, qui Christum comitantur in vul-
neribus & cruce, comitaturi resurgentem, cælos ascendentem,
triumphantem, & dexteram Patris claudentem. à quo loco exu-

Nuna 3 labit,

labit, quidquid triste, quidquid insuaue & durum: succedentque in locum horum laeta omnia, nullo suo ponenda, nullo minuenda. Infelicissimi, qui, Christo neglecto, in saeculi huius gaudia se totos profundunt; quique omne suum studium in opibus, honoribus, deliciis, mensis, hilaritudine cum Epulone ponunt. quam vereor, ne cuius vitam imitantur, tormenta sentiant & moerorem. quanto prudentius est hic lugere, ut aeternum hilaremur; quam hic gaudere, ut aeternum lugeamus. ita tamen, si hic lugeamus peccata nostra, Dei offendit, & prauas animorum nostrorum propensiones. nam opes lugere desperitas, fugitiuos honores, deliciarum frustrationem, stolidissimi peccatoris est. meminit horum Apostolus: *Quae secundum Deum tristitia est, paenitentiam in salutem habilem operatur: saeculi autem tristitia mortem operatur. & mortem aeternam: immo miseram vitam, in semper-viuentibus ignibus; ut prior salutem & gaudium ex quo aeternum.*

V. Commendat denique iam iam morituras Christus spiritum suum Patri, ut morituri sequamus praecurrentem. neque alijs, morte iam appropinquate, animum lassemus aut fatigemus. Damnat etiam in hac commendatione saeculi mores. ferè enim morte imminentia nos premit cura, valitudinis recuperanda, medicorum admouendorum, opum in heredes disperiendarum, coniugis, si quisit, & filiorum, amicorum, domesticorum: praesentium amor, futurorum metus, praeteritorum fuga, planctus & lacrymæ nostrorum, inimicorum gaudium, amicorum moeror obuersantur oculis mensæ, commoda, delicie, voluptates, & quidquid amicum carni, honores, dignitates, opes, aut iam possesse, aut spes maiorum, Principum gratia, clientum turba, incrementa honorum in liberis ac propinquis. Quæ omnia, aut iam possessa, aut sperata, dum uno momento secunda videmus, perhorrescimus; nec solatia admittimus, nec monita meliora. & ultima prope modum cura futurorum est: animæ, & presentis nos aeternitatis postrema est. nam & aegritudinum dolores, & vita plerumque a domesticis ac medicis mentitur spes, ita totum possident hominem, ut meliora ac saniora locum non innescant.

Nam

*Anima in
morte ma-
xima ha-
benda est
cura, certe-
ra non cu-
randa.*

Nam vt omnia illa seponamus, & vni tunc salutis incumbamus, paucorum est, vt contemnamus etiam, ac damnemus, ac detestemur illa, quæ nos à meliorum cogitatione auertunt, & diuinorum offenditionum causas auersemur, & vni Deo & animæ inuigilemus, inter optanda iam ponendum, an intersperanda nescio. Ille lud etiam rarissimum, vt læti mortem admittamus, amplectamur hilares, & occurramus vénienti utamicæ, & ianuam felici æternitati aperienti, & finem dubiæ vitæ, & timoribus quibus natamus imponenti. exularer hinc omnismetus, mœror omnis, si mortem vita præcessisset Christiano nomine digna: si virtus viam morti strauislet. Nunc peccatorum sarcinâ pretristimur, & aut metu ex illis, aut ultimâ non raro desperatione agimur: aut tam densâ scelerum nube vnde inuoluimur, vt omnes diuinæ lucis radios excludamus, nullos admittamus. Misera omnino, & nullis lacrymis emendanda conditio. infelices tenebrae, quibus obsesus homo, etiam morti proximus, nec pericula sentit, nec damna, nec Deum iudicem, nec vtriusq; æternitatis dubios euentus, non celorum possessionem aut exilia, non inferorum pœnas nullo suo temperandas, nullo finiendas. Quod ne nobis accidat, virtutem amplectamur, fugiamus vicia, mentemque timore Domini & amore firmemus ac signemus. nullaque dies eat, quâ non panè, non sub noctem spiritum hunc nostrum Deo commendemus, in illius manum & tutelam dexteram totam hanc animam serio commendantes. Perire non potest, quisquis Deo innititur, quisquis spem omnem suam in illum coniicit, quisquis perpetuâ illius memoriâ cingitur, quisquis timore illius armatur, quisquis amore munitur. audebit enim talis prorumpere in verba magni Regis & Prophetæ: Susceptor meus es tu, & refugium Psal. 90. meum. liberabis me de laqueo venantium, scapulis tuis obumbrabis mihi, & sub pennâ tuis sperabo. scuto circumdabit me veritas, non timebus à timore nocturno, à sagitta volante in die, à negotio perambulante in tenebris, ab incuria, & demonio meridiano. cadent à latere meo mille, & decem millia à dextris meis, ad me autem non appropinquarent. quoniam tu es, Domine, spes mea; Altissimum posuisti refugium tuum, & audierat à Domino: Quoniam in me sperauit, liberabo eum:

Mors no-
bis non ti-
menda, &
quare.

cum protegam eum, quoniam cognovit nomen meum : eripiam eum, & glorificabo eum.

VI. Pergit Euangelista: *Iesvs autem iterum clamans voce magna, emisit spiritum.* Idem habes apud Marcum & Lucam. Dicit *iterum*, *Ibidem*, cùm antè dixisset: *Circa horam nonam clamauit Iesvs voce magni dicens: Deus meus, Deus meus, vt quid dereliquisti me?* Bis ergo clamauit voce magna. Primum, cùm se queritur à Deo destitutum: Secundum, cùm expletis omnibus, spiritum suum commendat Patri. Vtrumque voluit orbi vniuerso innotescere: desertum scilicet Deo, vt magnitudinem scelerum nostrorum aperiret, quæ mereuerant, vt unicus Dei Filius, coæternus Patri, sibi relinquetur, omni diuino solatio & auxilio spoliatus. simul etiam pœnarum suarum grauitatem designaret, quæ nullo diuino robore fulcirentur: contrà quām Martyribus accidit, quorum tormenta diuina benignitas mitigabat, acerbitatē leniebat, ferociam frangebat, duritiam molliebat, vim retundebat, ac non raro dolorem omnem detergebat. quin & causarum secundatum operationem suspendebat; vt legimus in socijs Danielis in fornicis medio, alijq[ue] plurimis. Tertio, vt amorem in nos maiorem provocaret, cùm ad expianda delicta nostra inter media crudelissimata tormenta videremus illum, in gratiam nostri, diuino auxilio destitutum. Quartò, vt nos potentius à sceleribus auocaret, deterreret etiam, cùm videremus tantā, vt ita dicam, immitatē, illa in Dei Filio punita. vt nō miremur omne solarium, quod docemur ab Epulone, negari damnatis, cùm ipsius Christi ore discamus omne tale negatum inter grauissimas pœnas Dei Filio. Quinto, vt amoris in nos sui magnitudinem testaretur, quā omni nudari diuino subsidio voluit, vt nos arctius sibi & Deo ligaret. Sexto, vt iustitiae diuinæ numeros omnes expleret; ne quid illa queri posset, quasi clementiae plus concessum & indulsum, quām sibi foret. quæ omnia valido clamare nota esse voluit omnibus. Iam, verò postremo clamore magno indicare voluit, Primo, voluntate se suā, non alienā mortem oppetere, vt qui in manu sua haberet animam ponere aut seruare. vocis enim illa contentio potentiam indicat. Secundo, animi robur & constantiam, quam

*Quid secū-
do nos cla-
mote do-
tere velit.*

quam post tot tormenta vltro assumptâ vocis magnitudine testatur. Tertio, innocentia suæ testes omnes esse voluit: commendando enim fortiter spiritum suum Deo, quasi in testem innocentia suæ illum vocasse videtur. Quartò, vt iustitia omnes partes expleret, cum quem à Deo acceperat spiritum, Deo reddiderit. Quintò, vt nos præiret exemplo, & doceret, cui animam, & cuius tuitioni & protectioni commendaremus. quod ne ignoraremus, valido clamore indicare voluit, ne quis ignorantiam prætexeret. Sextò, vt disceremus animam calidè Deo commendare, tum omni vitâ, tum maximè dum propiores fini sumus. Septimò, vt animum in nos suum ostenderet, & amoris magnitudinem, animas seu spiritus nostros, in suo, valido clamore, communi omnium Patri commendauit. nam vt peccata omnium nostrum in suo corpore circumtulit, sic omnium animas in sua suscepit: & vt merita sua fecit nostra, & sicut peccata nostra fecit sua; sic animam suam fecit nostram, vt nostras faceret suam. nec poterat certiora amoris in nos sui signa dare. Tu vide quid reddas Christo tuo: quantâ animorum contentione illi seruias, quantâ ames: & quem pro tanto in te amore amorem reponas.

Nota h̄c discrimen inter primum in cruce commendatorum verbum, & ultimum. *Pater, dimitte illis: non enim sciunt quid faciunt.* Credas imperare Patri velle, vt inimicis, à quibus cruci addicctus & adiudicatus fuerat, ignosceret. Fortiter hoc etiam alibi, cum de sequentibus se loquitur, inuenies: *Pater, quos dedisti mihi, volo ut vobis sum ego, & illi sint mecum.* quæ non tam rogantis, quam imperantis verba sunt. At ubi de se agit: *In manus, ait, tuas commendabo spiritum meum.* Vides supplicem, & tantum supplicem. nullum h̄c verbum imperium sonat. supplices preces loquuntur omnia. credas in prioribus debitum sibi depositum; vt qui vitâ sanguineque suo omnium animas fecisset suas, quibusque & omnium debitorum exsolutionem, & cælorum gaudia promeritus fuerat. Ut iure proinde suo videretur agere in causa nostra, iure etiam depositare salutem nostram: & à quo antè iustitia poenas pro delictis nostris in se suscepitis poposcerat,

VII.

Discrimen inter primum Domini in cruce verbum & ultimum.

Luc. 23.

Ioan. 17.

Luc. 23.

ab eadem pari ac maiore etiam iure salutem nostram deponeret; cum longè supra omnium peccatorum debitum, pretium numerasset. Pro se vero passus non fuerat: neque enim ex parte sua ulli debito, quantumvis minimo, obnoxius stabat. quare supplicem vides in causa sua, dum animam suam Deo commendat, tamquam perfunctam omnibus, quæ saeuissimæ iustitiae legibus exigi poterant. quasi diceret, Exsolui pretium, quod pro omnium hominum peccatis debebatur, & quod exsoluendum in me suscepere reliquum est, ut commendem spiritum meum tibi, omnibus iam iustitiae numeris expletis.

C A P V T XXII.

Mors Christi.

I. **S**EQUITVR: Et hoc dicens, exspiravit. aut, ut apud Ioannem: Et inclinato capite tradidit spiritum. non alteri, quam Patri, cui illum commendauerat. & quidem inclinato capite, ob reuerentiam Patris. in ipso excessu modestiæ, & verecundiæ, & observantiæ in Patrem, & cultus & venerationis memor. omnia nobis in exemplum. Vides dein in postremis verbis, quantâ confidentiâ exspiret. nec mirum. quid enim timeret, qui peccatum non fecit, nec inuentus est dolus in ore eius: qui cum malediceretur, non maledicebat: cum pateretur, non comminabatur; tradebat autem iudicantis iniustè? quid timeret, qui peccata nostra ipse pertulit in corpore suo super lignum? & pro quibus sciebat se paternæ iustitiae satisfecisse, & omne debitum millies exsoluisse? quid timeret, cum audeat Rex, & quidem post peccata: Si ambulauero in medio umbra mortis, non timebo mala? addit causam: Quoniam tu tecum es. Quanto magis celestis Pater aderat Filio, quem ab æterno genuerat, coæterno sibi; quam Regi peccatis obnoxio? quare eo maiore in Patrem fiduciâ erat Filius, quo illi propinquior, & uno æterno essentiali amore colligatus. Iam, cum idem Rex fiduciæ suæ causam aperiat: Quia eripuit animam meam de morte, oculos meos à lacrymis, pedes meos à lapsu: non potiore iure Filius Patri cædem fiduciæ causam

Luce 23.
Ioan. 19.
Christus moriens obseruantiam Patri exhibet, & fiduciam præfert ob ianocentiam suam.
I. Pet. 2.
Psal. 22.
Psal. 114.

causam aperiat, cùm morte suâ triumphum de morte egisset, & lacrymas vertisset in gaudium? De morte tamen se erexit æternâ cum Dauide non gloriabatur, cùm peccata ignoraret: nobis tamen gloriari poterat, quos morte suâ de necessitate mortis æternæ eripuerat, & de delictorum morte, quæ in ipsum cadere non poterat, cùm cadere in Deum delictum non posset. nam licet Apostolus dicat, *Eum, qui non nouerat peccatum, pro nobis peccatum fecit, ut nos efficeremur iustitia Dei in ipso:* non ideo indicare voluit, peccasse Christum. alioqui pugnaret secum Apostolus. neque enim de eo, qui non nouerat peccatum, peccasse dici potest. nam si peccauerat, nosse peccatum debuit. neque hîc de ignorantia, quâ parte opponitur scientiæ, Apostolus agit; cùm ignorare peccata, id est non scire, Deus non posset, quem nihil potest effugere. & quomodo de peccatis iudicaret, & pro delictorum magnitudine poenas infligeret, si ignarus peccatorum esset? sed ignorasse, pro, non fecisse ponitur. Neque etiam Christus peccatum fieri potuit. sed neque hominum quisquam transire in peccatum potest, quasi in aliam transeat naturam, & desinat homo esse, & fiat peccatum: cùm peccatum, aut priuatio, aut negatio, aut sanè accidens aliquod sit, quod aduenit homini; ut transgressio mandatorum diuinorum. Fecit ergo cœlestis Pater Filium suum peccatum, cùm peccata omnium nostrum Filio imposuit, non in proprietatem, nec tamquam Adæ peccatum factum est omnibus nobis in peccatum; sed in satisfactionem, & debiti, quod peccato respondebat, exsolutionem. Christus etiam cùm peccata nostra exsoluenda suscepit, non se statuit, tamquam primum debitorem ex delicto proprio, sed tamquam debitorem ex vi sponsonis in se suscepit, pro debito alieno; ita ut ad pretij numerationem teneretur ex voluntaria susceptione, ac quasi sponsione delicti alterius. non quòd peccatum alienum faceret suum; sed quòd alieni peccati debitum, sine tamen peccato, faceret suum. Quare & pro peccatis non suis, sed nostris mortuus est, iustus pro iniquis. non debitor debiti sui, sed nostri. sed & lauit nos à peccatis nostris in sanguine suo; non se, qui peccatum non fecit. quare non sordes contraxit lauandas; sed nos, de quibus illud verè dici potest,

*2.Cor.5.
Quomo-
do sit pro
nobis fa-
ctus pec-
catum.*

Ezech.24. *Immunditia tua execrabilis.* Et illud: *Facti sumus ut immundus nos omnes: & cecidimus quasi folium universi, & iniquitates nostre quasi ventus abstulerunt nos.* Sordes contraximus, & balneis egemus;

Isaia 64. neque vulgaribus, cum talibus tanta stabula purgari non possint. quare necessum fuit, sanguinum adhibere balnea; sine quibus staremus illoti. Factum, discipulo teste quem amabat Iesvs.

I.Ioan.1. *Sanguis enim Christi emundat nos ab omni peccato.* Hinc illa exspiratio Christi fiduciae plenissima, cum sciret expleuisse se sponsionem, Patri pro omni humano genere datam; debitumque omne, quo tenebamur, exsoluisse. nec quidquam ultra superesse, quod aut queri, aut depositare iustitia posset, cum oblatum pretium infinitis modis debitum omne superaret ac vinceret.

Psal.55. *Vnde etiam gloriari poterat & dicere: Eripuiisti animam meam de morte, & pedes meos de lapis, ut placeam coram Domino in lumine viventium.*

Non est mortuus, nisi volens & assentientias. cum nihil in illum mors potuisset. imò cum mors Christi corpus nudare animâ suâ non potuisset, nisi prævio antè Christi assensu: ut exspectare Christi consensum mors coacta fuerit, antequam corpus animâ suâ spoliaret. Adde, gloriari potuisse Christum, animam suam erexit de morte, cum omnium animas, quas, quoad debitum & debiti solutionem, animæ suæ incluserat, à morte morte suâ eripuisse: quas etiam numerato sanguinis sui pretio eoëmptas, suas fecisset. non ut creator creaturas suas: sed ut captiuos, pretio exfoluto. Cumque per peccatum siue primordiale Adami, siue proprium, soluendo animæ non essent, soluto, quo tenebantur, cælesti Patri

pretio, suas fecit, ut verissimus iam dominus emptitius emptarum animarum esset. quæ cum refundere quod numerauerat pretium Christus, non possent, in perpetuam Christi possessionem & ius transiuerant. ac licet emptæ semel à Christo animæ, voluntate suâ iterum mori possent, cum libertas cuique sua, siue in vitam, siue in mortem, relicta foret; manebat tamen semper pretium & medicamentum, quibus ab iterata seruitute vindicare se possent, & in libertatem afferere, & morbum pelle; adeoque & vitam reparare, pulsâ morte, possent. Gloriari etiam poterat, quod à lapsu pedes seruasset. Non quod Christo

sto periculum fuerit labendi, sed quòd illos, quos suos emptione & delectu fecerat, à lapsu sequaret. Quo fiebat, vt placerent Deo, & inter viuentes, aut æternū victuros in lumine gloriæ numerarentur: aut, si fragilitate humanâ laberentur, non laberentur in interitum, sed aut cum Petro & Magdalena, aut cum Prodigio & Publicano redirent, cælo aliquando inscribendi.

Ac licet sæpè aduersis cum Iobo & Tobia concutiantur, ac II.
 quasi conterantur; ad salutem hæc, non in perditionem erunt. Eleganter hac de re Sapientis: *Visi sunt oculis insipientium mori, et estimata est afflictio exitus illorum, et quod a nobis est iter, exterminium: illi autem sunt in pace. Et si coram hominibus tormenta passi sunt, spes illorum immortalitate plena est. In paucis vexati, in multis benè disponentur. tamquam aurum in fornace probauit illos Deus, et quasi holocausti hostiam accepit illos; et in tempore erit respectus illorum. Sæculi amatoribus ignorantibus vias Domini, vissi sunt iustimori. Aberrarunt longissimè à vero. mors enim illorum vita fuit, cùm via ad meliorem vitam fuerit, & sine qua hæc sperari non poterat. ut ergo viuerent, & viuerent æternū, mortui sunt. Secundus error, cùm estimata est afflictio exitus illorum. Gaudium fuit, non afflictio, cùm nullus illis illuxerit dies postremo iucundior; vt qui viam sterneret ad hilaritudines, & honores æternos. Tertius error, cùm recessus à nobis pro exterminio haberetur: quasi esse desinerent, nec quidquam illorum esset super. Grauissimus error. cùm & potissima illorum pars, anima cælo & gloriæ viueret; & corpus etiam donandum aliquando non impari gloriâ & vitâ foret. non fraudandi spe suâ, sed immortalitate donandi. Et factetur quidē in paucis vexatos fuisse. sed addit, in multis coronandos: in omni nimirum æternitate, pro momentaneis aduersis. Addit, probatos tamquam aurum in fornace: in aduersantiū fornace, vt omni scoriâ nudati, pūriores Deo suo sisteretur. Pro fornace ergo aduersa sunt: pro ignibus variæ exercitationes, siue palam hostiles, siue occultè emulorū. Sequitur, quasi holocausti hostiam accipiendos, in odorem nimirū suavitatis, odoremq; Deo gratū. Sic post holocausta oblata à Noë, odoratus est, ait Script. Dominus Gen. 8.*

Ooooo

odo-

Isaia 1.

odorem suavitatis. Gratum nimirum sibi odorem, qui à pura mente proficiscebatur, à venerabunda, & verè amante. quæ si absit, audiet illud Prophetæ: Quò mihi multitudinem vestiarum vestrum, dicit Dominus? plenus sum. holocausta arietum, & adipem pinguium, & sanguinem vitulorum, & agnorum, & hircorum nolui. Aliud vult Dominus. nimirum: Lauamini, mundi estote, auferte malum cogitationum vestiarum ab oculis meis: quiescite agere peruersè, discite benefacere: querite iudicium, subuenite oppresso, iudicate pupillo, defendite viduam. Sequitur: Si fuerint peccata vestra ut coccinum, quasi nix dealbabuntur: & si fuerint rubra quasi vermiculus, velut lana alba erunt. Hi fructus holocausti Deo gratissimi. interioris holocausti: quo anima supplex, quidquid contaminatum erat, pœnitentiæ scopis verrit, radit, foras abiicit, mundatque pectoris sui domum, paratq; superuenturo Spiritui sancto, ut in illam se ipse cælestibus comitatus donis inferat inferatque. Quæ omnia ab una Domini passione habemus, ab una morte. tantorum vitam unius mors peperit. ut verum nimis sit illud Apostoli: Cùm serui essetis peccati, liberi fuistis iustitiæ. quem ergo fructum habuistis tunc in illis, in quibus nunc erubescitis? nam finis illorum mors est. nunc verò liberati à peccato, serui autem facti Deo, habetis fructum vestrum in sanctificationem, finem verò vitam eternam. Eramus enim serui peccati. iuxta illud eiusdem: Nescitis, quoniam cui exhibetis vos seruos ad obedendum, serui estis eius, cui obeditis, siue peccati ad mortem, siue obediens ad iustitiam? Serui ergo eramus peccati, peccatis plurimis obnoxij. liberati verò à peccato, Christi vulneribus, sanguine, morte, serui facti sumus iustitiæ, iustitiæ seruientes, illiusque mandatis obsequentes. Sed & liberis sumus iustitiæ. per iustitiam nimirum, cui cùm pro nobis satisfecerit Christus, & chirographi debitum, numerato, quod à nobis debebatur, pretio deleuerit; in libertatem, à qua per peccatum excideramus, asserti fuimus. Quo factum, ut merito nunc erubescamus in ijs, in quibus imprudè & stolidè gloriati sumus aliquando. ruborem verò hunc suximus è cruce Domini, pulsâ procul noxiâ peccati inuercundiâ. per illam enim venimus in cognitionem peccatorum; cognitio verò ruborem incussit, tum ob peccati fœditatem, tum cb illius finem, mortem,

Quæ bona
nobis à
passione
Domini
prouene-
rint.
Rom. 6.

ibidem.

tem, & quidem æternā. à cuius seruitute liberati, servi facti sumus Deo. cuius seruitij fructus sanctificatio, finis vita æterna est. Vnde benè Apostolus: *Scientes quia vetus homo noster simul crucifixus est,* Rom. 6. *ut destruatur corpus peccati, & vtrā non seruiamus peccato.* Vetus homo noster crucifixus, cùm peccata nostra concrucifixa Christo sunt. Christo enim crucifixo, qui peccata nostra ipse pertulit in corpore suo super lignum, & dedit semetipsum pro peccatis nostris; peccata nostra meritò dici possunt crucifixa fuisse. Vetus etiam homo noster crucifixus, cùm primogenium paradisiacum peccatum cruci in Christo suffixum fuit, ut pro quo longè maius pretium obtulerit Patri. In pretio ergo suo, sanguine Christi, vetus peccatum & primum suffixum cruci est, ut simas noua conspersio, homoq; nouus, exuto veteri, deposito nimis veteri homine Adamo; induito nouo, Christo nostro. Factum in cruce; in qua veterem hominem exuimus, induimus nouum. veterem etiam synagogam in Christo deposuimus, veteremque legem, accepimusque in cruce nouam, *Translati de morte ad vitam;* & de veteris legis dura seruitute, in filiorum libertatē. Quām magnō discrimine tam modica clauduntur! *Ibunt hi in supplicium æternū: iusti autem in vitam æternam.* & apud Danielem: *Muli de his, qui dormiunt in terra puluere, euigilabūt: alij in vitam æternam, & alij in opprobrium.* æquè æternū; imò & in ignem æternū. Pro perituriis, fugitiuis, momentaneis, tam longa? delige, mi lector, delectus in manu tua est: fecit enim illum Deus voluntatis tuæ. Sequitur in Apostolo: *Vt Rom. 6. destruatur corpus peccati.* Non quòd sit aliquod corpus peccati, quasi peccatum corpore constet & animâ: sed quòd prior vis peccati ac potentia fracta sit in cruce; cùm post hanc non sit illa vis peccati, quæ antè fuerat. nam antè, peccatum omne graue, ita erat in mortem, ut ab illo, seu post illud, vita non pateret. sed neque vita patere aut sperari poterat, quæ cælo continetur. Hanc vitam aperuit nobis crux, cùm aperuit ac referauit cælos peccatis clausos. Corpus etiam peccati destructum esse in cruce dicere possumus: cùm quasi matrix peccati, è qua natum peccatum, destruta in cruce fuit, originis nimis peccatum. quod tamquam semen ac corpus omnis peccati dici potest. cuius vim Christus in

in cruce fregit; cùm referauit célos primo peccato clausos, & vim Baptismo dedit, non tantum potentiam illius omnem retundendi, sed penitus delendi. vt huius vi omnis indignatio ac hostilitas diuina, quam cum semine singuli hauriebant, pelleretur, & ex iræ filijs, gratiæ & Dei filij, & cælorum heredes nascerentur. Vt proinde meritò dicere possimus, matricem ac radicem, ac corpus peccati, è quo reliqua tamquam è semine pullulabant, fractam, retusam ac destructam in cruce esse. ne vlt̄rā seruiamus peccato, seruitute, vt ante crucem, infelicissimâ: à qua, solâ cruce vindicari, solâ libertati semel amissæ restitui poteramus.

III. Consideranda demum in hoc Euangelistæ verbo *Exspirauit*,
Mors Christi nobis dedit vi. tam. mors Christi nostri, tot sæculis sperata, tot optata, tot Prophe-
tarum oraculis denunciata. quâ vnâ viuimus, non vieturi, nisi
illa præcessisset: æternoque cælorum exilio damnandi, nisi mors
hæc, exilio pulso, nos patriæ, à qua excideramus, reddidisset:
æternâ etiam seruitute premendi, nî mors hæc in libertatem
nos asseruisset: hereditate etiam æternū paternâ excludendi,
nisi in illam mors Christi nos vocasset: vinculis etiam perpe-
tuis, & duro ac immitti æternitatis carceri mancipandi, nisi ab
illis mors Christi nos exsoluisset: diuino dein conspectu fru-
strandi æternū, nî nos mors illius illi stitisset: nullisque gra-
tuitis, aliisue diuinis muneribus donandi, nisi à magnæ illius
mortis manu: æternis verò pœnis adiudicandi, æternis crucian-
di, æternorumque ignium cibus & materia futuri æterna, nî me-
dia Christi mors, inter Deum iudicem & hominem reum con-
ciliatrix interuenisset: perpetua in omne æuum mancipia dæmo-
num futuri, risusque & iocus crudelissimorum carnificum in-
numquam-morituris flammis, numquam-mitigandis tormentis,
nî nos morte suâ Christus in filiorum numerum ex hosti-
bus adoptasset: socij etiam in omnem æternitatem, in perpe-
tuo contemptu, pœnisque æquè perpetuis, futuri dammando-
rum & dæmonum omnium, inter continuas blasphemias in
Deum voces, mutuas exprobationes, detestationes, maledicta,
execrationes, nî nos Christi mors cælo donasset. Dura quidem
fuit mors & crudelis, & omnem barbariem omnium sæculo-
rum

rum vincens; cùm à reis iudex, à seruis dominus, à subditis Rex, à filijs pater, à creaturis conditor, cruci affigeretur, post tot crudelissimorum vulnerum millia. Ut mirum fuerit, non totam hanc vniuersi machinam à sedibus suis reuulsam, in primum chaos, & magnum illud nihil creationi prævium recidisse. mirum, dehinc sub pedibus terrâ, totam Hierosolymâ cum Datan, Corc & Abiron, cum Sodoma & Gomorrha igneo & sulphureo imbre non fuisse oppressam, & ad infima inferorum demersam. Nam quid peccata Datan & sociorum, quid Sodoma & vicinorum ciuitatum, ad Christi mortem? & meruerunt illi tamen igneos terrarum vomitus, igneasque nubes, & æternum decipiari, & exemplum posteritati statui libidinis, impietatis & temerarij ausus. quo magis in infinitis modis maiore scelere merebatur hoc Iudea tota? Sed qui voluntate suâ mortem delegerat, quâ vitam nobis largiretur; voluntate etiam suâ, indignabundum orbem, & in vindictam paratum reprinsebat. & quâ voluntate mortem vltro subibat, cùdem igneos imbres & terram stare iubebat, & impunitate donabat, & crudelitatem excusabat, cùm ignorantiaz tribueret; & preces pro noxijs persecutoribus fundebat, & pro pœnis, quas merebantur, proque inferorum ignibus, vitam morte suâ offerebat, vitâ donabat: imò & pro ipso crucifixionis scelere, debitisque pro tanto scelere pœnis, premium in cruce Patri numerabat sanguinem suum. & pro ipsis tortoribus, tamquam tortor ipse, tantique criminis reus patiebatur, mortemque subibat; & immanissimum omnium scelus, tamquam tanti sceleris auctor, debitamque tanto sceleri pœnam in se suscipiebat, ipse scelus patiebatur, & pro scelere pœnas tolerabat. crederes scelus commississe, & medium inter latrones crimine latronibus parem, imò maiorem, vt cui supplicij locus designatus esset nocibilior, cùm medius penderet, latronibus cinctus. quis non crederet latronem, aut latronibus sceleratrem? & tamen nisi ille moreretur, aut moreremur omnes, aut in priore morte, tamquam insepulti morti, maneremus; aut fanè de meliore vita desperandum omnibus erat. Ut falsus vates non fuerit, licet impius, yaticinio tamen pius, qui dixerat, ex-

P p p p

pēdīre

pedire ut vnuis homo moreretur, ne tota gens periret. perijsset non Israel tantum, sed quidquid tunc orbe toto hominum, quidquid antè fuerat, quidquid futurum erat. vnā ergo morte viuimus omnes, morituri omnes sine hac morte. Mira omnia res, vt mors non nisi interimē docta, vitam largiatur. neque minùs mirum, quòd vita assueta vitam dare, mortem daret. nam si perrexisset viuere Christus, moriebamur omnes: mortuus est, viximus omnes. aut si non viximus, nulla in Christo causa fuit, qui vitam promeritus fuit omnibus, donauit omnibus.

Mors eius
aliquando
nobis non
cedit in vi-
tam, dum
peccamus.

Sed culpa tota nostra est, qui oblatam aut negleximus, aut reiecimus, aut etiam contemptimus vitam, mortem vitæ præferentes. Et hoc in omni peccato grauiore, cui semper mors inclusa tamquam dotale pignus. Cogita spongiam, cui immissa nouacula. mollis spongia est, molle etiam peccatum, quod exteriore frictu mollitem spondet: intus nouacula est, certa, si premas, perimeret. Cogita poculum crystallo & auro oblaqueatum, sed veneno plenum. peccatum primo obtutus oculis nostris splendet ut crystallus, ut aurum. si biberis, perimit: & verè mors in olla est. quisquis ergo peccatum deligit, mortem peccato inhabitantem deligit. Voluntate proinde suâ, quisquis moritur, moritur. voluntate verò Christi viuimus omnes, scelere nostro morimur. ita vita & mors in manu nostra est delectus in manu nostræ. Cogita biña ægris pocula proposita, vitæ & mortis. quis tam fatuus ut sciens volensque vitale poculum negligat, certus de vita; latusque venenarium bibat, certus de morte? Facit hoc peccator omnis, cum latu noxia peccati pocula haurit, virtutum medica negligit. Quis credat tantum stoliditatis homini inesse? propinat Christus non medicamentum pocula, & victura; sed suauia, delicijs natantia, castissimâ voluptate plena, adeoque & propinat huc & æternum vitæ, vitamque datura numquam-morituram. mundus veneficia propinat pocula; toxicò plena; spensionibus magnis saturata, rebus inania, salutem promittentia, & perimentia; perituras opes, fugitiuos honores, momentaneas voluptates, in quibus plus semper ludorum, curarum, amaritudinum, difficultatum,

tum, periculorum, damnorum, insidiarum, mendaciorum, quām hilaritudinis, commodorum, bonorumque est. quæque, quod deterius est, ferè infelicissimā in perpetuis ignibus æternitate clauduntur. Et tamen Christi propè omnes pocula fastidunt, & nauseabundi repellunt: mundi, hilari fronte & ore bibunt: mortemque in his scientes ac lubentes, ridentibus labris, tamquam conuiiales mensarum secundarum delicias ac hilarudines hauriunt: Christi verò, fœcundiore sinu largientia, quām promittentia, vitam, honores, gloriam, ut noxiare ieiunt, ut inimica refugiunt, ut toxicata auersantur. O, quam rationem reddituri exposcenti Deo! quid responsuri iudici? Quis credat, post tot pœnitenda, tot fraudes, plus fidei mundo, quām Deo haberi? quis credat inter amica inimica, inter inimica amica numerari? quis credat mortem pro vita, vitam pro morte haberi? vitaque nos ostia claudere, morti referare? nullas nos ad illam manus habere, ad hanc brachia & pedes & hominē totum? ô quæ non meritò metuenda nobis in die Domini ignoscere & misericordi nescio!

C A P V T XXIII.

De lateris apertione.

SEQUITVR in Euangelista: *Ad IESVM cùm venissent, ut viderunt I.*
Scumiam mortuum, non fregerunt eius crura; sed unus militem lanceā ioan. 19.
latus eius aperuit, & continuo exiit sanguis & aqua. facta sunt hæc ut
Scriptura impletetur: Os non comminuetis ex eo. & iterum alia Scriptura
dicit: Videbunt, in quem transfixerunt. Variæ vulneris huius causæ Multis de
adferri possunt. Prima, cùm nulla pars corporis nostri intacta à^{causis latu&}
scelere fuisset, nullam etiam corporis sui partem intactam à vul-^{Christo}
nere Christus esse voluit. cùm enim venisset ad exsoluenda debili-^{mortuo}
ta, quæ per peccata contraxeramus, exsoluere illa in se per mem-^{apertum}
bra illa voluit, per quæ à nobis contracta fuerant. Iam nimis il-^{fuit.}
lud notum Domini apud Matthæum: De corde exeunt cogitationes Cap. 15.
male, homicidia, adulteria, fornicationes, furta, falsa testimonia, blasphemie.

mie. A corde ergo hæc & similia scelerata, tamquam à matrice nata, aut tamquam à radice progenita, aut tamquam à terra & semine suo herba & frutices. Torqueri ergo hoc vulnere cor suum voluit, quò sceleribus à corde manantibus mederetur. nam cùm cordi suo cordium nostrorum scelerata inclusisset, corde ex parte debitum voluit, ut iustitiae à corporis parte satisfacret, quā deliquerat. deliquerat cor: reparare ergo errorem cor debebat, & quod contraxerat, debitum exsolueret: cumque nos insoluentes essemus, exsoluit corde suo debitum, qui cordium nostrorum debita exoluenda suscepserat. vt verum esset illud Sapientis: Per quæ peccat quis, per hæc & torquetur. Corde peccaueramus; torqueri cor debebat, vt omnes iustitiae numeros expleremus. Verum cùm cordium nostrorum delicta in se suscepisset Christus, torqueri etiam corde debebat, ne quidquam defuisse iustitiae videri posset. Factum toto passionis tempore, cùm cor illius innumeris mero-ribus fuerit oppressum, & cùm lancea Christi latus aperuit miles. è quo vulnere sanguis fluxit & aqua, pretium scelerum cordium nostrorum; quo & factum satis iustitiae, & abluta corda sunt nostra, & detersa fides, & omnis peccatorum purulentia abstensa, vlceraque detersa & medicata.

II.

Secunda. vt, cùm varia essent hominum peccata, variaque peccantium conditio, & discrimina scelerum multa, è magnitudine aut peccatorum: tenuitate sumpta; haberent etiam homines varia receptacula, ad quæ se sub peccatorum variorum pondere fatigentes reciperent, lassitudinem repararent, onere se leuarent, medicamina ægris aut saucijs animis peterent. Et manus quidem ac pedes iam antè dederat, quibus inferrent digitos, minores nimis rugitudoes, sclerata minora: deerat locus maioribus. lateris vulnus dedit: cui cum incredulo Apostolo inferrent manus, ingentia scelerum onera: nec fonte se iam aut torrente, vt priores, sed toto lauarent flumine: nec sanguinum tantum pedibus ac manibus balneæ struerent: sed aquarum & sanguinum, quò certius lauarentur, nitidius mundarentur, copiosius perpluerentur, aqua & sanguine balneandi. Ad quod allusisse videtur Zacharias: In die illa erit fons parens domini David, & habitantibus Ierusalem in ablu-

afflictionem peccatoris. Quis fons certius abluat, quam lateris Salvatoris nostri sanguinem & aquam prodigè fundens, dum nihil sibi seruat, dona omnia, ignarus parcere?

Tertia. nullam corporis sui partem intactam esse voluit à vulnerare, quod nella intacta esset ab amore nostri: cùm ergo omnes accensit amore nostro essent, voluit omnes vulneribus subiace-

Christus
toto cor-
pore ple-
nus amore
est.

re, quo apertis nobis testaretur amorem suum: non poterat certius illum quam per vulnera testari: nec diffitetur ipse amoris sui

vulnerasti cor meum: soror mea sponsa, vulnerasti cor meum. Cant. 4:

& quidem *vulnerasti cor meum in uno oculorum tuorum.* Quid faceret in utroque? si enim in uno amoris oculo facetur se ab anima vulnerari animæ conditor, quantis amoris vulneribus saucius iaceret, si utroque vulneratus oculo esset? siue oculo utroque perfectæ contemplationis, siue uno contemplatiæ; altero actiuae vita; siue denique uno amoris sui; altero amoris proximi, qui tamen priore amoris Dei oculo dirigitur, & ab hoc impellitur & animatur. Addit, ut magis mireris: *Et in uno crine colli tui.* Fatetur se Deus vulneratum in uno crine colli amantis animæ, ut nimirum indicet etiam minimo se amore amantis animæ, in amorem redacendi. & qui uno casti amoris crine, vnâ scilicet amoris actione, vulnerari se amore sentit, & amorem mutuo amore compensat; quantis amoris vulneribus vulneraretur, quantisque amoris iaculis amantem repercuteret, si omnibus amantis animæ crinibus, actionibus omnibus, cogitationibus omnibus vulneraretur? Vulneratus vero amantis animæ iaculis dicere non orubescit, siue Deus, siue Sapientia diuina, quæ non alia esse potest, quam Deus ipse: *Delicie meæ esse cum filijs hominum.* Quasi supra delicias cælorum, delicias statuar hominum: & magis amet deliciari cum hominibus, quam cum cælitibus. Nec mirū, cùm amor hominum, seu animalium viventium, purior validiorque, sanè amabilior, & qui plus mutui mereatur amoris, quam cælestium, videri possit: cùm ille feratur in absentem, hic in præsentem; ille in bonum speratum, hic in possessum; ille in obscurum & quasi per nubem oblatum, hic in lucidum & diuino sole lustratum. Cùm ergo vulneratum amore nostro cor circumferret

Prov. 8.

Christus, modumque cogitaret, quo hunc nobis aperire, ac inclusum cordi suo amorem, omnium oculis obijcere veller; hanc aperiri cor voluit, ut efflueret, quem considerat cordi, amor effluxit sanguine & aquâ permixtus, ut sanguine paucemur, aquâ lauaremur, utroque amore accenderemur, & amore amo re repercuteremus.

- IV.** Quarta. cùm pedum vulnera peccatoribus, manuum amicis dedisset, lateris filijs dedit. pedibus enim accidunt supplices & rei, ad dominos, Reges, iudices. timoribus etiam percussi pedibus & genibus accidunt. faciunt idem adorantes & venerantes.
- Esther 8.** Exempla habes in Esther, quæ gentis suæ interitum deprecatur, procidit ad pedes Regis Assueri, flevit, orans. & Magdalena, flos retro secus pedes eius, lacrimis cœpit rigare pedes eius, & capellis caput sui tergabat. Stabat, quod alius accumberet Christus. sed & osculatur pedes. quod discimus à Domino: Osculum mihi non dedisti: hec autem ex quo intravit, non cessavit osculari pedes meos. addit: Propter quod dico tibi: Remittuntur ei peccata multa, quoniam dilexit mulier.
- Dilectionis & submissionis præmium fuit, multorum remissio
- 1. Reg. 25.** peccatorum. Abigail etiam procidit coram David super faciem suam, & adorauit super terram, & cecidit ad pedes eius, & dixit: In me sit, domine mi, hec iniquitas. Et impetravit, ne iret in sanguinem mariti: & meruit post hæc vxor Davidis dici. Sed & Sunamitis cum venisset ad cursum Dei in montem, apprehendit pedes eius, & obtinuit vitam filio mortuo. Achior vero, cæsi Holofernis ubi vidit eum
- 4. Reg. 4.** Iudith 13. put, cecidit ad pedes Iudith, & adorauit eam, stupore simul & letitia circumseptus. Et tertius quinquagenarius prudenter priorum morte factus, curvauit genua contra Eliam, & precatus est eum: nec sentiit iaculatos cælo ignes, & descensum Prophetæ impetravit è monte. Apostolus etiam de Christo: In nomine Iesu omne genu flebitur celestium, terrestrium & infernum. Habesque idem
- 4. Reg. 1.** Rom. 14. apud eumde: Vivo ego, dicit Dominus, quoniam mihi flebetur omne genu. Et cui alteri venerandum quam Deo: hinc etiam illud
- 3. Reg. 19.** Domini ad Eliam: Derelinquam mihi in Israel septem milia virorum, quorum genua non sunt incurvata ante Baal, & omnes os, quod non adorauit eum osculans manus. Ad quod respexisse videtur Job: Silas-
- 10. 31.** tam

tum est in abscondito cor meum, & osculatus sum manum meam ore meo. quod est iniquitas maxima, & negatio contra Deum altissimum. Ut videas osculationem manus, quasi in diuinitatis testationem fuisse, aut Numinis agnitionem. ita ut damnentur qui adorauerunt Baal osculantes manum; quo indicabant se Baal pro vero Numinne habere. magis etiam, qui osculo manus suæ diuinitatem quamdam sibi ascribebant; aut quod Deo debebant, sibi attribuebant. quod erat negare Deum: cum quæ Dei erant, sibi arrogarent.

Cum vero pedes submissionem & dominatum indicent, cum manus amicitiae & familiarioris inter homines congressus signum, ac quoddam benevolentiae indicium esse, quotidianâ experientiâ docemur. Curationes etiam per manuum impositiōnem & contactum fieri solitas, non vno Scripturâ loco legimus. mefinit huius Lucas: *Omnes, qui habebant infirmos, ducebant illos ad eum.* at ille singulis manus imponens, curabat eos. & de Petro: Apprehensâ manus eius dexterâ alleuauit eum, & protinus consolidatæ sunt basæ eius, & plantæ. Manus etiam impositione solitum benedictionem impetrari Dominum apud Marcum habemus: *Offerebat illi Marc. 10. paruulos, ut tangeret illos. Discipuli autem comminabantur offerentibus, Quos cū pideret Iesus, indignè tulit, & ait illis: Sinite paruulos venire ad me: talium est enim regnum caelorum. Amen dico vobis: Quisquis non receperit regnum Dei velut parvulus, non intrabit in illud.* & complexans eos, & imponens manus super illos, benedicebat eos. Multa hic habes, quæ imiteris, documenta. quædam etiam fugienda. Imitatio oblatio paruulorum: ut iam inde ab infantia offeramus Domino, & obsequio illius. accedit indignatio Domini contra auerteates paruulos à Dco, ab obsequio illius, aut à diuinorum consiliorum sequela: quæsi tenerior ætas minùs idonea sit consilijs aut obsequijs diuinis. Minę etiam Domini, quibus omnes excludit caelo, qui à paruulorum moribus degenerant. dura fors sententia: sed Dei, & vera nimis. Amplexus deinde Christi amoris indicium fuit. Ut hinc discas, quanto affectu feratur in illos, qui moribus paruuli sunt, qui submissè de se sentiunt, & à quibus, ut à paruulis, exulat omnis rastus, omnis foeda libido, aliorumq; contemptus,

V.

Manus
amicitiae
inter ho-
mines est
ligum &
benevo-
lentia.

Cap. 4.
Act. 3.

Paruuli
Deo offe-
rendi, &
eos auer-
tentium
castigatio.

ac

*Paruos &
parua
Deus dili-
git, auer-
fatur arro-
gantes.*

ac lingue mala. Discis h̄c etiam, quomodo se divina misericordia dimittat ad paruorum amplexus. non facit ad magnorum, ad Regum, Principum, & quidquid in quocumq; generem magnum. Neque erubescit ad paruorum amplexus. fastidit arrogantes, quos deturbat & deject, nec ad manum admittit, minus ad amplexus. cum verò resistat superbis humilibus dae gratiam. dispergit illos in furore suo, & omnem arrogantem humiliat. omnem humilem extollit, & ut in filio sibi complacet. Et verum semper illud magni Regis: *Tu populum humilem saluum facies, & oculos superborum humiliabis.* & illud: *Superbum sequitur humilias: & humilem spiritu suscipiet gloria illud etiam: Sedes ducum superborum destruuntur.* *Deus, & sedere fecit mites pro eis.* ac in eamdem sententiam: *Dominum superborum demolietur Dominus.* extolle humilium & paruorum. *Vnde illud: Taliū est regnum Dei.* O, quis h̄ec magnorum intelligat? quis sequatur? quis credat? sequerentur, si crederent. non sequi, est non credere. Et tamen Dei verba h̄ec sunt, qui mentiri non potest, falli non potest. nos ergo fallimur, qui aliā gradimur viā. quare nec amplexus Dei, nec manus speremus. illud sponsi, hoc amici est. utrumque magni in humiles amoris & bencuuentiæ, quos solos manu dignatur & amplexu.

VI. Per manum etiam ferè potentiam in Scriptura & fortitudinem indicari videbis. hinc illud: *Eduxit te de Aegypto in manu*

symbolum potentiae & fortitudinis. *forti, & brachio extenso. & Justorum anime in manu Dei sunt, & non tanget illos tormentum mortis.* In protectione nimirum cœli commorantur, & in tutela illius sunt. Explicat hoc illud Sapientis;

Iusti in perpetuum vivent, & apud Dominum est merces eorum. ideo accipient regnum decoris, & diadema speciei de manu Domini: quoniam dexterā suā teget eos, & brachio sancto suo defēdet illos. Expandit etiam manus, Dei in nos affectum produnt, quem exprobrat Israeli;

Isaia 65. Expandi manus meas totā die ad populum incredulum, qui graditetur in via non bona post cogitationes suas. populus, qui ad iracundiam provocat me, ante faciem meam semper. Quo magis obstrictus erat Israël Domino, qui vltro ad incredulum & hostem extendebat manus paratas in amplexum. persistenti verò in incredulitate & contemptu, subiicit: *Istifimus erunt in furore meo, ignis ardens totā die.*

&

Ex addit: Numerabo vos in gladio, & omnes in cede corruetis: pro eo quod vocavi, & non respodistis: locutus sum, & non audistis: & faciebat in malum in oculis meis, & que nolui, elegistis. clamabitis praedolore cordis, & pre contritione spiritus vvlubitis. Sed serà nimis contritione, & frustranea vvlulatione in ignibus, & fumo æterno. quod ne fiat, sequamur Prophetam, & Leuemus corda nostra cum manibus ad Domum in celos. & exspectemus amicas Domini manus, & nihil ambientes quam amplexum nostrum. ita tamen, si puras extenderimus manus, è mundo corde natas; si non plenas iniquitatis & muneribus, si sinceras & non fictas, neque ad imitationem illorum, qui donec accipiant, osculantur manum dantis, & in Eccli. 29. promissionibus humiliant vocem suam. cum animus interim fastu & impietate natet, & alia omnia cogitet. Sed nequidquam tenduntur retia Deo, cordium & rerum scrutatori; & non è manu & voce corda, sed è corde manum & vocem metienti, remuneranti, præmianti, siue in ignem, siue in gloriam. Per mutuum etiam manuum contactum, non tantum inter homines benevolentiae, humanitatis & amicitiae signum indicamus & testamur, sed & pacem firmamus, & societatem roboramus. Hinc illud Machabæorum: Rex sermonem habuit ad eos, qui erant in Bethsuris: dextram 2. Mach. 13. dedit; accepit: abiit. & Arabes vixi petebant à Iuda dextram sibi dari. 2. Mach. 12. Iudas promisi pacem, dextra, que acceptis discessere. & illud Pauli: Iacobus, & Cephas, & Ioannes, qui videbantur columnæ esse, dextras dederunt mihi & Barnabæ societatis. Per dextram etiam prudentiam, ut per sinistram, stultitiam Scriptura designat: Cor sapientis in dexteræ eius, Eccles. 10. & cor stulti in sinistra illius.

Dixi manus plurimum amicorum esse: at latus maximè filiorum est. nam & vbera filiorum sunt, quorum loco lateris in Christo vulnus nobis est. nam & matrem, & matre matrem blandorem amicioremque, omni nimis matre magis matrem non veritus est magnus Deus se dicere. Audiamus illum apud Iсаiam:

Dixit Sion: Dereliquit me Dominus, & Dominus oblitus est mei. numquid obliuisci potest mulier infantem suum, vt non misereatur filio veteris sui? & si illa oblieta fuerit, ego tamen non obliuiscar tui. ecce in manibus meis descripsi te. Manus charta, clavi calamus, sanguis atramentum, qui-

Qqqq

Vulnus la-
teris folia
filiis pa-
tientis &
referatur.

bus

- bus in Christi manibus descripti. magis tamen certiūque descri-
pti in vbere ac latere. atque hinc illud: Ad vbera portabitur. quo-
modo si cui mater blandiatur, ita ego consolabor vos. videbitis, & gaudie-
bit cor vestrum, & ossa vestra quasi herba germinabunt. ab vberibus
nimirum tantæ matris. Agnouerat hoc Regius Propheta, cùm
diceret: Pater meus, & mater mea, dereliquerunt me: Dominus autem
assumpit me. & alibi: Suscepisti me de vtero matris meæ. &, Spes mea ab
vberibus matris meæ. Agnoscit Deum supra patrem & matrem.
nam cùm destitutum se à parentibus dicat, assumptum à Deo
faretur, ac securiori etiam loco positum in manibus Domini,
quàm in vberibus & vtero matris: sed & locupletiore spe à Deo,
quàm ab vberibus matris diuitatum. Audiamus diuinam Sapien-
tiam, Deum nimirum ipsum: Ego mater pulchra dilectionis, & timo-
ris, & agnitionis, & sanctæ spei. In me gratia omnis via & veritatis, in
me omnis spes vita & virtutis. transita ad me omnes qui contupiscitur
me, & à generationibus meis implemini. Spiritus enim meus super mel
dulcis, & hereditas mea super mel & fauum: memoria mea in genera-
Dominii in nos affec-
tus plus quam ma-
ternus.
*tes seculorum. Quàm longè hæc superant communium matrum
affectum! quàm longè materna dona & vbera! Sed & gallinæ se
comparat, quo potentius maternum in nos pectus explicet: Ieru-
salem, quoties volui congregare filios tuos, quemadmodum gallina congre-
gat pullos suos sub alas, & noluisisti? Ad quæ non descendit magnus
Deus, quò affectum in nos suum testetur? cùm verò nulla bestiæ
rum certius se matrem prodat, neque signo potentiore; compo-
nere se gallinæ non erubuit Deorum maximus. neque enim nu-
do pectori amorem suum gallinæ includit, testatur voce, omnem
quæ circa se aërem amorum vocibus implet. Videmus eadem in
Deo. qui clauso non contentus amore, amorem voce & vulnero
prodit, etiā sanguine & aquâ. Neque iniuriâ illa Isaiæ ad habita-
tores Ierusalem, accommodari Christo possunt: Ut sugatis, & re-
pleamini ab ubere consolationis eius, & delicijs affluatis ab omnimodo
gloria eius. Nam quæ vbera lateribus Christi consolatione ple-
niora? quæ plus deliciarum esurienti ac sitienti subministrant
animæ? aut quæ gloria maior, quàm admitti ad hoc latens, ad hæc
vbera: è quibus anima non impletur tantum, sed inebrie-
tur,**

tur, non vino, sed vberibus? vnde illæ voces: *Meliora sunt vbera tua vino, fragrantia vnguentis optimis.* Scire hoc non potuit, vberum illius inexperta. sed neque componere vbera vino, nec vnguentis potuit vberum ignara. Suxerat ergo vbera; quæ vberibus ebria, vina præ vberibus contemnebat. Iam, qui sciret vbera fragrare vnguentis optimis, imò supra omnia fragrare vnguenta, vberum ignara? aut quomodo odorum ebria in odorum laudes insurgeret, non experta odorum? Audi etiam proprius vbera loquentem & vinum: *Introduxit me Rex in cellaria sua: exultabimus & letabimur in te, memores vberum tuorum super vinum.* Vinum quidem Regis bonum, & regia laudanda cellaria, quia amoris sunt: sed nihil ad vbera cellæ. in illis exultabit & letabitur anima, facta tantorum vberum filia. & exultabit super vinum, quod amicorum proprium. vnde illud: *Bibite & inebriamini. vt fateri cogar, calix tuus inebrians quam preclarus est!* Sed tamen filiorum calix longè super vinum, cum componi cellæ vberibus non possint. nam quid cellæ, quid vasa, quid torcularia vino grauida, ad vbera? aut quid ebrietas cellarum ad vberum ebrietatem? non qui proprios ipsi amori magno & primo, hoc feliores ac beatiores sunt? Iam, quis nesciat vbera cellis propinquiora? certius ergo bibit, quisquis ab vberibus, quam qui à cellis bibit. hoc incipientium est, illud perfectorum. Sed & amor cellarum mistus timoribus est: vberum amor timorum ignarus viuit. quod filiorum est. ignorant vbera metum. Nec aliud quam vbera scit fugens; omnemque felicitatem vberibus claudit. hæc illi cælum sunt. nec aliud cælum nouit, quisquis vbera nouit: nec alia pocula, nec negotiar aliud. imò, quidquid extra vbera est, absinthium illi & fellæ sunt; etiam vina. O, quis me & lectorem meum admittat ad regias cellas? aut quis hasce reseret nobis? solus hoc amor potest. in cuius manibus claves: & in illius tantum. magnum admitti, & audire: *Inebriamini amici. at quanto felicior est, quid dicere potest: Meliora sunt vbera tua vino?* Quis reserabit mihi & lectori meo fasciam pectoralem magni amoris nostri, vt desiderata patent vbera, quibus inebriemur? & iam patent. ac licet inimicum ferrum reserauerit, & aditum strauerit; charissima tamen vbera sunt,

*Ibidem.
Cellæ a-
moris di-
uini &
vbera que-
modo in-
ter se dis-
crepent.
Cant. 5.
Psal. 22.*

sunt, hostili licet manu reiecta. Quidquid amoris nostri voluntate hoc factum; a quo etiam inuitamur & prouocamur, Apostolo teste. In nouissimo die magno festinatus, stabat Iesus, & clamabat, dicens: Si quis sit, veniat ad me, & bibat. E nullo forte suauius, quam ab uberum fonte bibitur. Christo vero propter vberibus vulnera fuerunt, & maximè vulnus lateris. & alibi: Qui sit, veniat; & qui vult, accipiat aquam vita, gratis. Nullus certior veriorque vitæ potus est uberum potu: quo viuimus, & incrementa sumimus, alimur, souemur. Quidquid pro cibo & potu nobis ubera sint. & antè per Prophetam nos inuitauerat: Omnes sitientes venite ad aquas: & qui non habetis argentum, properate, emite, & comedite. venite, emite absque argento, & absque vlla commutatione vinum & lac. Inuitat sitientes ad aquas.. quæ meliores & nobiliores furent illis, quas è faucio corde profudit? Queri fors pauperes possunt, quod pretio destituantur. sed emi sine argento, & absque vlla commutatione vult, cum potus ille solo amore veneat, reliqua pretia ignoret. ad amorem vero nemo pauper est. hunc qui dederit, aquas bibet salientes in vitam æternam. lateris nimis Domini aquas, quæ ad vitam ducunt æternam. Vinum etiam & lac gratuitum offert. cellarum vinum, ubera lac: ita tamen, ut soli amanti cellæ pateant, soli filio ubera fluant. ô fluant æternum nobis, ut æternum filij tantæ matris uberibus lactemur:

VIII.

Nec mirari quis debet, si se matrem Deus vocet, & ubera ostenter, & filios lactet: cum etiam hominem agnoscat in matrem. Extendens enim manum in discipulos, dixit: Ecce mater mea; & fratres mei. Quo priuilegio animata anima, audes: Veni, dilece mi, egrediamur in agrum, ibi dabo tibi ubera mea. Et ne arbitreris stolidum cuiusdam præfidentiae in uitationem hanc esse, laudat, ad quæ inuitatur, ubera: Quam pulchra sunt mammae tue, soror mea sponsa! pulchriora sunt ubera tua vino. & saturasua assimilata est palma, & ubera tua botrys. Et ne putas nudas laudes esse, addit: Ascendam in palmam, & apprehendam fructus eius; & erant ubera tua sicut botryi vineæ. nulli alteri, quam ipsi, qui inuitatus fuerat ad ubera, cui & palmæ, & uberum fructus donantur & propinantur. Certè qui non dignatur fructus palmæ, non dignabitur uberum, quæ palmæ

palmâ gratiora, nobiliora, fœcundiora, iucundiora sunt. Quis hęc intelligat? illi soli, qui mutua dant vbera, bibunt mutua, cùm ad mutua se prouocauerint & inuitauerint vbera. vt post has in uitationes nihil mireris nomen sponsi & sponsæ: nihil, cùm audiueris: *Veni de Libano, sponsa mea, veni, coronaberis.* & : *Veni in hortum meum soror mea sponsa.* aperi mibi soror mea, amica mea, immaculata mea. *vulnerasti cor meum, soror mea sponsa.* Nihil etiam mireris, cùm audieris ex aduerso: *Gaudens gaudebo in Domino, & exultabit anima mea in Deo meo:* quia induit me vestimentis salutis, & indumento iustitiae circumdedidit me, quasi sponsam ornatam monilibus suis. & cùm audieris fortia & audacia verba: *Dilectus meus inter vbera mea com- morabitur: botrus Cypri dilectus meus mibi.* & : *Dilectus meus mibi, & ego illi, qui pascitur inter lilia.* inter castorum vberum & pectorum castas cogitationes. Atque hinc iam facta sponsa audet: *Osculetur me osculooris suis.* Quid potuit audaciūs dici ab anima ad Deum? sed dixit prouocata, cùm audisset mater, soror, amica, columba, sponsa: cùm sensisset illum ab vberibus pendentem: cùm audisset vulneratum cor illius in vno oculorum suorum, & in vno crine collisi. Ignoscendum proinde, si profilierit ad oscula. audaciæ huius causa ille fuit, quise sponsum fecit, & illam sponsam. quin & qui ambiuit illam in sponsam, cùm inclamaret: *Aperi mihi soror mea, amica mea, columba mea, immaculata mea: quia caput meum plenum est rore, & cincinni mei gattis noctium.* Vides, vt nec noctium fugerit labores, vtr ore plenus & pluviâ, dum quærit amicam, columbam, sponsam. Sed & hæc vicissim noctibus quærat illum. vnde illa verba: *Adiuro vos, filie Jerusalem, si inueneritis ibidem dilectum meum, vt nuncietis ei quia amore langueo.* Et alibi: *Surgam, & circuibo ciuitatem: per vicos & plateas quaram quem diligit anima mea.* Addit: *Inueni, quem diligit anima mea: tenui eum; nec dimittam.* Audacter. sed sponsam cogita, cuius etiam illa: *Sub umbra illius, quem desideraueram, sedi; & fructus eius dulcis gutturi meo.* Planè sub umbra sedet, quæ sub cruce sedet, cuius umbra cælū terramq; impleuit. sub umbra sedet, sub corpore nimitem, quo tamquam umbrâ & nebulâ diuinitas tegebatur: & sub quo, tamquam sub umbra & umbrarū tenebris, magnus delitescebat Deus. Sub hac

Qqqq;

umbra

umbra corporis dilecti sui, sponsi sui, Dei sui sedebat anima amore languens, & pascebatur fructibus gutturi suo dulcissimis, & cum Regio Prophetadicebat: *Hec requies mea in seculum secubilis habitabo.* mutuis vberibus beanda, oculisq; fortunanda mutuis. nam si dignatus pater prodigum osculo, Christo dicente

Cum adhuc longe esset, vidit illum pater ipius, & misericordia motus est, & accurrens cecidit super collum eius, & osculatus est eum: firmavitque osculum stolam annulo, vitulo saginato, & musicâ quanto potiore iure sponsam suam celestis Pater, qui per Euangelicum patrem designatur, osculis dignabitur? Nam si amplexus & osculat reduci, & super peccatis suis mcereti; quid faciet amore ipsius languenti, quem & innocentia vestit, & virtus tegit, & exornat amor, & sponsæ nomen: & cui exinde vina propinat, & vbera præbet; adeoque & inter vbera vicissim ipsius commoratur? Sed & ut magis mireris, audi certantes inter se laudibus sponsum &

Cant. 1.

Cant. 2.

Ecce tu pulchra es, amica mea; ecce tu pulchra es, cui sponsa: Ecce tu pulcher es, dilecte mi, & decorus. Et sponsus: Sicut liliam inter spinas, sic amica mea inter filias. Quantum discriminis inter lilia & spinas; tantum inter animam aniore sponsam, & reliquas. reddit

sponsa: Sicut malus inter ligna silvarum, sic dilectus meus inter filios.

Ibidem. Cant. 4. fœcundus inter steriles. Pergit sponsus: Tota pulchra es amica mea, & macula non est in te. fanus distillans labia tua, sponsa: mel & lac sub lingua tua. sicut fragmen malis punici, ita gena tua: collum tuum sicut monilia, & sicut turris eburnea. guttur tuum sicut vinum optimum, dignum dilecto meo ad potandum. statura tua assimilata est palma, & vberatus borris. Nec segnior in laudibus sponsi sui sponsa: Dilectus meus candidus & rubicundus, electus ex millibus. caput eius aurum optimum: come eius sicut olate palmarum: oculi eius sicut columbae: gena illius sicut areole aromatum: labia eius lilia distillantia myrrham primam: manus eius tornatiles aureae, plena hyacintis: crura illius columnæ marmoreæ, que fundate sunt super bases aureas. talis est dilectus meus: & ipse est amicus meus.

Cant. 2. Audiamus mutuò inuitantes: Surge, propera amica mea, columba mea, formosa mea, & veni, speciosa mea, ostende mihi faciem tuam, sonet vox tua in auribus meis: vox enim tua dulcis, & facies tua decora. Reponit sponsa: Veni dilecte mi, egrediamur in agrum, commoremur in villis:

villis: nō è surgamus ad vineas, videamus si floruit vinea, si flores
 fructus parturiunt, si floruerunt mala punica: ibi dabo tibi vbera mea.
 Quasi ex condicte, & in pretium inambulationis promittit vbe-
 ra. Addit: Dabo tibi poculum ex vino condito, & mustum malorum Cant. 8.
 granatorum meorum. Post quæ sponsus quasi ambiens sponsæ gra-
 niæ: Pone me ut signaculum super cor tuum, ut signaculum super bra-
 chium tuum: quia foris est ut mors dilectio: lampades eius; lampades
 ignis atque flamarum. Ad quæ sponsa: Apprehendam te, & ducam in Cant. 8.
 domum matris meæ; & in cubiculum genitricis meæ. veni, dilecte mi: noua Cant. 3.
 & vetera, dilecte mi, seruani tibi. quia mihi det, ut deosculer te, & iam Cant. 7.
Cant. 8. me nemo despiciat? Quæ poterat aut fortius dicere Deus sponsus,
 iut audaciùs anima sponsa? ad quæ poterat se demittere profun-
 diùs sumum cæli Numen? aut ad quæ se attollere altius anima
 creatæ? & quæ poterant maiora amorum iacula è cælo immitti
 in terras, aut quæ è terra in cælum? Quid magis admirandum,
 quam mutuis quasi ex condicte certare laudibus Deum & ani-
 mam? omnium tamen admirandorum maximum, mutua præ-
 bere vbera, mutua oscula, Deum & animam. Et non fidem om-
 nem superaret, sponsum fieri animæ Deum, & animam Deo suo
 sponsam, ut despontetur iam Deus animæ, anima Deo, nisi ab
 ipso hoc doceremur Deo, qui mentiri necit? ad quæ demittitur
 Deus? ad quæ extollitur anima? ad quæ ille descendit, ut hanc
 extollat? castus quid non potest amor? & solus hoc potest amor.
 Quid miraris? non maiora habemus ab amore? non ille est, qui
 Deum expulit cælo? non qui vestiuit homine Deum? creaturâ
 Creatorem? non maritauit Deum corpori? non inclusit vtero
 virginis? non suspendit vberibus, & virgine potauit lacte? non
 inuoluit pannis, fœno, præsepi? non naſci voluit stabulo? non
 Herodis docuit ferrum fugere? non strinxit vinculis, conspuit,
 calcauit pedibus, cecidit flagris, coronauit spinâ, affixit cruci, po-
 tauit felle, transfixit lanceâ? Et quid post hæc miraris sponsum
 Deum, qui hæc tulit; aut sponsam animam, pro qua tulit? aut quid
 miraris vbera post claus? quid oscula post spinas? quid miraris
 amica verba post verbera? quid sororis & sponsæ nomen, post
 spuma & alapas? qui maiora potuit, minorâ non poterit amor? de-
 nique, Amoris potentia.

nique, quid mirandum post stabulum, columnam, crux? Hoc qui potuit amor, quid non poterit? ô velis, cum possis, hoc in me, amor, & lectori meo: & coge in mutuum nos amorem. si non in sponsi & sponsæ, filij saltē in matrem. eo magis, quo vbera in cruce video, lacteis vberibus meliora, quæ mihi nata, mihi fluerunt, & ad quæ non semel inuitatus. quamquam si liceat. ô, licet! velis tantum. etiam sponsæ largire nomen, mihi & lectori meo. Adde (deponenda semel noxia verecundia est) oscula oris magni sponsi mei, qui mihi factus est sponsus sanguinum, ut iam nemo me despiciat.

IX.

*Animo-
rum quæ
esse possint
vbera,
oscula, am-
plexus,
connubia.
1. Petr. 2.*

Quæres, quæ animorum esse vbera possint, quæ oscula, qui amplexus, quæ connubia? & ego quæram: qui potuit infinitus Deus vtero concludi virginis, qui voluit? & qui potuit clavis affigi cruci Deus, qui voluit? & quod lac potum dedit Corinthijs Apostolus? & Apostolorum caput, quid vult in his verbis: *Sicut modò geniti infantes, lac concupiscite: si tamen gustastis, quām dulcis est Dominus?* Aut inferiora vbera, oscula, amplexus animorum, quām corporum sunt? aut minor in animabus quām corporibus amor est? imò quis amor corporum est? non magis, quām lapidum, si animas tollis, à quibus amor omnis. Quod si modū pergis, querere, docebit te ille, à quo amor omnis. si imitatus illam fueris, quæ in Canticis illum noctibus querit, querit diebus. docebit te, qui raptus in tertium cælum ea vidit, quæ non licet homini loqui. docebit Ioannes è sinu Domini. docebit illa, quæ nec angelos nouit testes & denuntiatores, nec adeò sponsum, quem querit. numquam viderat illum hortulanum; & parata erat vna mulier tollere etiam armatis cinctum, docebunt Senensis & Teresia, aliæque plurimæ. Quamquam nesciam, an docere possint. dicere possunt. ac nec hoc scio, an possint. Sanè animorum illa recondita, nulla verba, nulli exprimant calami. & ego cum magnis illis experiri malim, quām scire, quæ sint vbera, oscula, amplexus, animarum sponsi: quæ sint vina, ac quod lac vi- no nobilius, quæque vbera cellis meliora: & quæ sit illa fortunatior vberum, quām cellarum ebrietas: quæ mutua illa pocula, vbera, oscula, amplexus, sponsi & sponsæ: qui horti, vineæ, quæ areolæ

arcola aromatum, qui riuuli aquarum, qui fontes, quæ lilia, poma conuallium, malapunica: quod vinum conditum, & granatorum malorum mustum, qui botri Cyprī, quæ mandragoræ, quæ virgula fumi, ex aromatibus myrrhæ & thuris, quis pigmentarius puluis, quæ columnæ argenteæ, quod reclinatorium aureum, quis ascensus purpureus mediâ charitate constratus, quæ murenulæ vermiculatæ argento, quæ ligna cedrina, laquearia cypressina: quis mons myrrhæ, & collis thuris, quæ prima vnguenta, cum croco, nardo, fistula, cinnamomo: quis puteus aquarum viuentium, & aromatum fluxus, quid ros & guttæ noctium, & cincinni, quæque reliqua magna, & sæculis omnibus inaudita, quæ per paucis Canticorum pagellis continentur. Sentiti hæc possunt, sciri non possunt, minus verbo aut calamo referari. intus enim hæc omnia & numquam-publicando secreto peraguntur. conati sunt aliqui exprimere: sed tam densa inuoluta nube & nocte, ut nulli radij perfringerent. & frustra omnia. vmboram quamdam magni corporis ostentarunt; sed vmboram, nec aliud. & non illaudandum conatum, imò laudandum, miserunt in chartam; sed conatum tantum. animorum hæc sunt, non calamorum. Concedat magnus animarum sponsus, vt antè ego & lector meus sponsas nos experiamur, vberaque & oscula, quām sciamus. imò semper experiamur, licet numquam sciamus, numquam exprimamus. & non melius experiri, quām scire? largire, qui vnu potes, sponsus & Deus.

Quintam causam accepti & detecti in latere vulneris exprimit Dominus in Zacharia. *Et aspicient ad me, quem confixerunt: aut, cap. 12.*
vt apud Ioannem, Videbunt, in quem transfixerunt; in die nimis magno, elementorum collisionibus & conflictionibus prænotando. *vt videant magnæ passionis vestigia magna, & ad quæ se abiecerit Deus animarum amore.* quò ingratitudinis maximæ seipso damnent, & iustissimæ damnationis suæ ipsi stent iudices. obturabit enim hoc vulnus ora omnium. nec quisquam tam inuercundè temerarius erit, quiscelera sua excuset, tanto vulnere dannante. nam quid responsuri sunt ad hoc vulnus, palam, & in oculis omnium, ingratitudinem ipsorum, scelerumque ma-

R III gnitu-

Cap. 19.
In die iudicij elucebunt signa passionis in Christo ad impiorum confusione.

gnitudinem loquens? quid dicturi sunt ad vulnera Dei pro omnium salute perpessa? quid ad supinum neglectum salutis suæ, post tot vulnera & tanta, quæ circumferri videbunt à Christo Deo, iustis in solatium, & delicias; improbis in mœrorem, & terrorem? quid, cùm in his vulneribus post innumera per omnem atatem beneficia legerint amorem Dei in se, quem clavis & lancea clausit? quid, cùm, conscientiâ teste & iudice, protanto amore contemptum à se repositum & odia scient? quid, cùm tot beneficia & vulnera, sceleribus suis obruta & clausa senserint? cùm pro

Peccator iterum Deum crucifigit.

Hebr. 6. benefactis malefacta à se relata? cùm quantum in ipsis fuit, nouis semper vulneribus, clavis, lanceisque nouis, Christum confixerint? grauiora enim singula scelera, noui Christo clavi, lancea, crux noua, & mors noua sunt. A postolo teste: *Rursum crucifigentes sibi metipsis filium Dei, ostentus habentes.* Sibi metipsis crucifigentes, cùm iterum sibi crucifigant Christum, eodem scelere se contaminantes, quo, si illum Ierosolymis & in Caluarie monte crucifigerent; eamdem, quam olim causam crucifixionis præbentes. cuius vna & sola causa *peccata nostra*, quæ Christus *periret in corpore suo super lignum*. Iam, qui causam eamdem præberet, cumdem amasse effectum censeret debet, licet ob alias causas, à voluntate ipsius independentes, optato caruerit. Ut qui perimentia venena præbuit, non ideo innoxiam mente aut manu est, quod vel medica illa manus depulerit, vel naturæ bonitas vicerit, vel prouidâ alterius curâ admissa non fuerint, aut fortuitè, aut destinatio exciderint. ita non minus scelus est, nouam Christo nouæ crucifixionis per noua peccata causam præbuisse; licet nec noua crux secuta fuerit; nec mors noua. non, quia deerat causa; sed quia semel pro peccatis mortuus, corpus assumpserat nulli morti expostum, omni exemptum. Nec ideo tamen scelus minus est; à quo, omnibus tacentibus, taciti damnabuntur. Iam, cùm videbuntia manus sua salutem à qua volentes exciderunt, fuisse, nec aliud defuisse, quam post iterata delicta, iteratam pœnitentiam; & decursum etiam post millesimum scelus ad potentia semper & amica, dum vicunt, vulnera; quo animo credis futuros, cùm excidisse sibi negligenter sua omnem salutis spem videbunt? maximè cùm

2 PII. 2.

habuc-

Hunc Deus viventem ad se inteat per pœnitentiam.

Digitized by Google

habuerint sponsorem huius rei Christum ipsum, Deum ipsum,
& verbum illius, magni certique pignoris loco: *Venite ad me omnes qui laboratis & onerati estis, & ego reficiam vos.* Cogita hæc illum de cruce dicere, qui de eadem pro persecutoribus orauit.
audi propius: *Vino ego dicit Dominus Deus: nolo mortem impij, sed ut conuertatur impius à via sua, & vivat.* Et quid aliud vellet, qui mor-^{Matt. 11.}
tuus est pro peccatis nostris? Et audiamus hæc delentem: *Deleui ut Ezech. 33.*
nubem iniquitates tuas, & quasi nebulam peccata tua: reuertere ad me,
quoniam redemi te. Verè nubes & nebula peccata nostra: quæ se
inter nos & cælestis solis magni radios, medias interponunt, &
excludunt animorum diem. Vide non delentem tantum, sed nec
vltrà memorem: *Ego sum, ego sum ipse, qui deleo iniquitates tuas propter me, & peccatorum tuorum non recordabor.* & alibi: *Peccatorum eius non memorabor amplius.* Et apud Ezechielem: *Si impius egerit Cap. 18.*
pænitentiam ab omnibus peccatis suis, omnium iniquitatum eius, quæ operatus est, non recordabor. Audi ignoscentem & absolucentem
reos: *Conuertimini, & agite pænitentiam ab omnibus iniquitatibus vestris: & non erit vobis in ruinam iniquitas.* Et ne arbitreris de vna illum conuersione, vnaque remissione agere; vide quid dicat apud
Lucam: *Si septies in die peccauerit in te frater tuus, & septies in die conuersus fuerit, dicens: Pænitet me; dimitte illi. imò, septuages septies.*^{Ibidem. Cap. 17.}

Multò pronior in ignoscendum erit Deus: neque iam septuages septies ab offensa & peccato surgenti, & pœnitenti, sed pœnitenti millies, ignoscet millies, & decies etiam millies. neque vlla illi hora ad pœnitendum nimis tarda: non fuit in latrone. neque vlla peccata nimis grandia: non fuerunt in Niniue. & semper reduci peccatori patet latus, quod sola mors claudit. vt non debamus spem deponere, quamdiu aliquid vitæ supereft: imò iniurius sit clementiæ ac bonitati diuinæ, qui ante mortem despexit: & iniuriam inferat lateri Christi, qui illud clausum peccatori arbitretur ante mortem. etiam in ultimo spiritu patet. excepturus illum, vt pater filium, amplexu & osculis, si pœnitentia comes fuerit. Quæ res cum excitare nos meritò debeat in magnâ fiduciam, tum docere, frustra post mortem quidquam sperari aut misericordiæ, aut bonitatis. soli tunc iustitiae locus est. Sed & mon-

mūr cogitare, eo post mortem habituros nos iudicem sœuiorem, quo in vita patrem habuimus benignorem, clementiorem. & qui lentissimā patientiā reducem exspectauit, etiam ultimo spiritu, peccatorem pœnitentem; eumdem neglectæ ac spretæ paternæ bonitatis acerrimum fore vindicem, omni æternūm benignitate & clementiâ exclusâ. pater erat, quamdiu vita stetit. quâ abeunte, omnem patris personam exuit, induit iudicis: patrue esse desijt, factus iudex, & iudex tantum. Sed & spes omnis cum vita moritur. vt primūm enim illa fugit, comitata fugientem spes est. nec quidquam huius reliquum, quia nihil vitæ. individualia huius comes ut vitæ, ita & mortis. quære hanc, nusquam reperies. excluditur cælo: nam quid ultra sperent cælo donati? excluditur inferis: & quæ spes ultra æternitatem? semel enim addici flammis, æternum est. Nequidquā ergo spem quæras inter astra: futurorum illa est, & necdum potiti boni. at qui astra nunc pedibus premunt, non habent, quod sperent bonum, omne consecuti bonum. & quod speret bonum, qui fruitur omni bono, & extra quod, bonum nullum est? exulat ergo spes cælo. non quia mala, sed quia nobiliore fine suo donata, & possessorum suum in sperato termino statuit. & quò via in termino constituto abijt. Exulat & spes inferis. cùm in infelici illa æternitate nec futuri spes vlla boni sit, nec mitigandorum, aut finendorum ignium in omnem æternitatem. & sola hîc nota initica spei desperatio est. Auertat hanc à me & lectore meo Deus, & expleat in nobis spem omnem numquam-morituræ in cælestibus gloriæ, numquam-minuendæ.

- XI.** Sextam seruati vulneris causam colligere possumus ex sponsi verbis: *Surge, amica mea, speciosa mea, & ueni columba mea in formibus petrae, in cauerna maceræ.* Ut nimirum habeat omnis anima seruiens Domino, locum refugij, ad quem à quacumq; causa oppressa refugiat; & maceriam, quâ regatur & propugnetur. Olim illud Dei est apud Israelem: *Tres ciuitates separabis tibi in medio terræ, ut habeat è vicino qui propter homicidium profugus est,* Num. 35. *quæ possit euadere.* Et alibi: *De ipsis autem oppidis, quæ Levitis dabitis, sex erunt in fugitivorum auxilia separata.* Hæc Israeli in refugium ac asylum
- Vulnus lateris locus refugij animalibus Deum a manibus. Deut. 19. Num. 35.*

asylum designata^t nobis quinque refugij in Christo vulnera,
 tamquam quinque oppida, clavis & lanceâ tradita, ad quæ con-
 fugiamus in omni scelere, in omni animæ morte, in omni dæ-
 monum, mundi ac carnis oppressione, in omni aduersantium
 mole. Et ut in medio olim terrarum suarum iubetur Israhel refu-
 gij oppida statuere; ita in medio corporis sui maximum refugij
 locum Christus concessit. non poterat tutiorem, certiorem, no-
 biliorem, quam in cordis sui medio dare. nam quis aduersario-
 rum cor illud peteret? quis erueret in eo delitescentem? aut cui
 pateret via ad illud? semel lancea inuenit, & viam amantibus
 strauit. hostibus inuius locus est. qui soli amanti animæ patet,
 vt dicere possit: *Factus es susceptor meus, & refugium meum in die tri- Psal. 58.
 bulationis meæ. & Deus meus es tu, Altissimum posuisti refugium meum. Psal. 90.*
 non poterat altius quam in medio cordis magni & altissimi Dei.
 que vis ab hoc refugij loco euellat? Et certò tibi persuadreas in dīc
 tribulationis, mœroris, oppressionis, à quacumque inimica ma-
 nu, domestica an externa, clam & mula, an palam hostili, refu-
 gium esse. Imò factus est Dominus refugium pauperi; adiutor in oppor- Psal. 9.
 tunitatibus, in tribulatione. Non diuiti, & spem omnem suam in o-
 pibus ponenti. nam huic auxilium ab opibus, & refugij locus in
 auro. sed pauperi, & quidem oportuno tempore, cùm fortius ne-
 cessitas premit, & tribulatio incubit, & aduersa tamquam flu-
 ctus irruunt. Neque Iudeis tantum refugij hæc loca designata:
 imò ferè negata. sānè non multis concessa. sed magis Gentibus.
 in quam rem habes illud Prophetæ: *Refugium meum in die tribu- 1erem. 16.
 lationis: ad te Gentes venient ab extremis terre.* ad crucem, ad cla-
 uos, ad lanceam, ad vulnera, ac in primis ad nobilissimum lateris
 vulnus, ad hunc refugij locum. vt dicant fidenter: *Esto nobis in Psal. 30.
 Deum protectorem, & in domum refugij, vt salvos nos facias. & eius-
 dem Prophetæ sponsione prouocati audcant: Scapulis suis obum- Psal. 90.
 brabit tibi, & sub pennis eius sperabis. non accedet ad te malum, & fla-
 gellum non appropinquabit tabernaculo tuo. Numquam verius scapu-
 lis suis obumbrat animam Deus, quam cùm lateri suo in cruce
 inhærentem expansis obumbrat brachiis. neque proprius anima
 sub pennis illius sperat, quam cùm, cordis infixa vulneri, bra-*

Rrrr 3 chijs,

chijs, quæ Christo pro pennis sunt, integratur. Ad quam accedere malum non potest, cum cor Christi, cui amans anima inhæret, nullis malis peruum sit, nullis obnoxium. sed neque flagellum appropinquare potest animabus Christi cordiinhérentibus: aut si quæ flagella accedant, inter beneficia numerat amans, cum sint in salutem, non in interitum; in præmij augmentum, non in pœnam; in gloriam, non in ignem, & ignominiam. Hinc illæ voices:

Psal. 83. Quam dilecta tabernacula tua, Domine virtutum! concupiscit & deficit anima mea in atria Domini. Cor meum, & caro mea exultaverunt in Deum vivum. Beati, qui habitant in domo tua, Domine: in saecula saeculorum laudabunt te. Quæ tabernacula magis dilecta, quam vulnerum Christi, & inter illa lateris? & ubi magis deficit anima amoris magnitudine victa? aut ubi maiora patitur amans animæ deliquia, extra se cum Apostolo, magnisque viris raptæ? ubi potentioribus inebratur castissimi amoris poculis? ubi magis exultat anima, & tripudiat cor & caro, quam in corde & carne crucifixi Iesu? Ut non immerito beatos dicat, qui incolunt & inhabitant cordis illius domum, perpetuis ipsius laudibus satu-

Psal. 131. Vnde etiam amantis viuis voces: *Hæc requies mea in saeculum saeculi: hic habitabo, quoniam elegi eam.* Non potest pax, non requies usquam esse maior, quam in corde magni Dei. sed neque cælum nobilius ullum corde illius est. ut non mireris elegisse amantem hanc domum, quam maior nulla meliorque esse potest, nulla vouenda magis, nulla spiritualibus plenior delicijs. Aliquando Apostoli, cum post orationem in monte transfiguratus esset

Marc. 9. Christus, inclamarunt: *Rabbi, bonum est nos hic esse: faciamus tria tabernacula, tibi unum, Moysi unum, & Eliae unum.* Addit Euangelista: *Non enim sciebant, quid dicerent.* Quanto potiore iure, non iam ignara dictorum, sed conscientia dicat anima: *Domine, bonum est me hic esse, in tabernaculo cordis tui, in latere tuo, inter vbera tua, super omnia materna vbera, amica & optanda?*

Psal. 14. Dicet fors aliquis cum Propheta Regio: *Quis habitabit in tabernaculo tuo? aut quis requiesceret in monte sancto tuo?* Respondeat ipse interrogationi suæ. nec pudeat discere à Propheta & Rege: *Qui ingreditur sine macula, & operatur iustitiam: qui loquitur veritatem in corde*

*Casti in
domum
Dominii
ingredi-
untur.*

corde suo, qui non egit dolum in lingua sua, nec fecit proximo suo malum.

Ingrediuntur sine macula, de quibus illud Euangelistæ : Beati Maut. 5.

mundo corde; quoniam ipsi Deum videbunt. De quibus etiam Pro-

pheta Zacharias : Quid enim bonum eius est, & quid pulchrum eius, Cap. 9.

nisi frumentum electorum, & vinum germinans virgines? Cuius bo-

nus, nisi Dei? & vnde vinum germinans virgines deprometur,

nisi à cella cordis Christi nostri? vnde etiam audet Apostolus

ab Isaia mutuatus : Lactare steriles, quæ non paris; & clama, quæ non Galat. 4.

parturis : quia multi filij desertæ, magis quam eius quæ habet virum.

Filij desertæ, quæ destituitur viro. filij verò non alij, quam quos

amans anima in Christisui corde parit. quales sunt amorū flanti-

mæ, quibus à spōnso suo accensa redaccendit spōnsum: quæ nuf-

quam fœcundiùs quam in fœcundissimo spōnsi corde effundun-

tur. Vt meritò in horum consideratione clamet Sapiens : O quād sap. 4.

pulchra est casta generatio! immortalis est enim memoria illius. Non alia

castior generatio, quam quæ à casto amore, casto Christi cordi

ab amante anima innascitur; cuius memoria immortalis, immor-

tali Christi pectori incluta. Additæ Propheta: Qui operatur iustitiæ. Psal. 14.

haec enim liberabit à morte cultorem suum. Sed & qui operatur iusti- Proou. 10.

tiam, exaltabitur: & qui sequitur illam, diligitur à Domino. vt proinde Eccli. 20.

iure moneamur: Pro iustitia agonizare pro anima tua, & usque ad Proou. 15.

mortem certa pro iustitia; & Deus expugnabit pro te immicos tuos. Ma-

gnum iustitiæ prærogatiuum. quod magis etiam apud Oseam

exprimitur: Sponsabo te mihi in sempiternum, & sponsabo te mihi in iu- Cap. 2.

stitia; & iudicio; & in misericordia, & in miserationibus: & sponsabo te

mihi in fide; & scies, quia ego Dominus. In iustitia sponsandam dicit

sibi animam. iustitia nimirum causa maritationis animæ cum

Deo. Repetit: Sponsabo te mihi; tum vt dubium omne tollat, tum

vt certiorem reddat animam iustitiæ cultricem & amatricem.

Vincire proinde iustitia Deum animæ solet vinculo indissolubi-

li. neque dubitare potest anima de desponsatione sua, cùm qui

spondet, mentiri non possit Deus. Ad quod etiam respicere vide-

tur illud: Si sequareis iustitiam, apprehendes illam: & indues quasi pode- Eccli. 27.

rem honoris, & inhabitabis cum ea, & proteget te in sempiternum. vnde

gloriari videtur Icb: Iustitia induitus sum, & uestis me sicut vesti- Cap. 29.

mento

mento & diademate. Quasi iustitia diademate cingat amatorem suum: non alio, quam sponsi sui, Dei sui, cui per illam desponsatur. Iam, cum Deo Regi desponsetur, Reginæ nomine & diademate donatur. Et non ad hanc animam alludit Propheta Regius:

Psal. 44. *Adstitit regina à dextris tuis in vestitu deaurato, circumdata varietate?* non alia quam anima Deo suo desponsata. Præmittit causam: *Dilexisti iustitiam, & odisti iniquitatem; propterea unxit te Deus, Deus tuus, oleo latitiae, præ confortibus tuis.* Vnctionis in Reginam, sponsam nimirum magni Regis, causa, quod dilexerit iustitiam.

Prov. 12. *Sequitur: Qui loquitur veritatem in corde suo. nam abominatione est Domino labia mendacia: qui autem fideliter agunt, placent ei.*

Ecli. 20. *Imò, potior fur est, quam aſſiduitas viri mendacis. & non os, quod mentitur, occidit animam?* Ut proinde bene Psalmista: *Perdes omnes, qui loquuntur mendacium.*

Sap. 1. *Quare inter sex, quæ odiſſe dicitur Deus, est lingua mendax.* Excludit etiam à Dei tabernaculo linguam dolosam. Hinc illæ minæ: *Sicut nouacula acuta fecisti dolum: dilexisti omnia verba præcipitationis, linguā dolosā.* propterea Deus deſtruet te in finem, euellat te, & emigrabit te de tabernaculo tuo, & radicem tuam de terra viuentium.

Psal. 51. *Quin imò euellat omnem talem de tabernaculo suo; nec admittet ad illud, deſtructum in finem; vel quia non permettit linguam dolosam diu stare impunitam: ac licet initia illius, prospera spondeant, claudentur tamen infelici fine.* ut primùm enim innotescunt doli, qui diu premi non posſunt, omnium prudentum iudicio damnantur. Vel sanè deſtruet Dominus linguam dolosam in finem, in omnem nimirum æternitatem. Sed & in radice puniet, ut non videat semen longæuum & fortunatum lingua dolosa, euellaturque de terra viuentium.

Lingua dolosa deſtruetur. *Quæ qui effugere desiderat, audiat Prophetam Regum: Quis est homo, qui vult vitam, diligit dies videre bonos?* Respondet: *Prohibe linguam tuam à malo, & labia tua ne loquuntur dolum.* Vitam & dies securos spondet non loquenti, non struenti dolum proximo. struenti verò neque vita longa erit, neque dies securi. artibus enim suis cadet: & qui dolos struit, dolos sentiet: iisdemque quibus alios petit, irretitus laqueis iacebit. hæc merces seminanti proximo dolum.

Quæri

Quæ h̄c non immeritò potest, cur inuitet amicam & columbam suam ad foramina petræ: seu quid sibi velit hæc petra, & quæ foramina petræ, in quibus columba quiescat. Petra non alia, quām Christus; nec alia, in quibus columba quiescat, foramina, quām Christi vulnera. De quibus dubitare non possumus, si primò viderimus petram Christum esse. consulamus Apostolum: *Omnis eamdem escam spiritalem manduauerunt, & omnes eumdem potum spiritalem biberunt: (bibebant autem de spiritali, consequente eos, petra; petra autem erat Christus) sed non in pluribus eorum benefacitum est Deo. Manduauerat Israel olim eamdem escam corporalem manna: biberat eumdem potum, Moysis virgâ excusum, consequente eos petrâ: non ut petra insecura Israelem fuerit; sed aqua profluens è petra, quæ in flumina inundauit, teste Regio Prophetâ. Eamdem etiam escam & potum spiritalem ac-*

Psal. 77.

ceperunt. eâdem fide pasti & potati, ijsdemque Dominicis præceptis obstricti, quamquam non in pluribus benefacitum fuerit Deo, cùm à primi parentis sui Abrahæ fide, ad idola, & vetita matrimonia degenerarint, obliti Dei salvatoris sui. De spiritali vero petra, quæ erat Christus, bibisse clarissimum est, cùm fidei Abrahamici fundamentum esset Christus. docent hoc nos promissiones Abraham factæ: *Benedicentur in semine tuo omnes gentes Gen. 22. terre. in Messia & mediatore, qui ex semine Abraham secundū carnem. Et habemus ip̄ius de se testimonium Dei apud Iſaiam: Ecce ego mittam in fundamentis Sion lapidem, lapidem probatum, an-*

Cap. 28.

gularem, pretiosum, in fundamento fundatum. qui crediderit, non festinet. & ponam in pondere iudicium, & iustitiam in mensura. delebitur fœdus vestrum cum morte, & pactum vestrum cum inferno non stabit: flagellum inundans cùm transferit, eritis ei in conculationem. Lapis ille angularis, probatus, pretiosus, non aliis, quām Christus. qui vnuus posuit iudicium in pondere, & iustitiam in mensura: cùm iudicij pondus, & iustitiae mensuram debitam expleuit; debitum nimis pondus & mensuram passione suâ explens. Sed & per solum Christum deletum fœdus, quod cùm morte per peccatum habebamus, per quod omnes obnoxij morti eramus: à qua obligatione Christi morte exempti sumus; pactumque, quod per pec-

Sssscatum

XII.

Petra est
Christus,
& forami-
na petræ e-
ius vulne-
ra, ad quæ
amans ani-
ma ab eo
inuitatur.

1. Cor. 10.

catum nobis cum inferno intercedebat, deletum, deleto per Christi crucem peccato. sed & aduersa omnia cum transierint, erunt omnibus Christi imitatoribus in conculcationem & contemptum.

Ephes. 2. Et clarè de hoc lapide Christo Apostolus: *Non estis hostes & aduersarii; sed estis ciues sanctorum, & domestici Dei: superedificati super fundamentum Apostolorum & Prophetarum, ipso summo angulari lapide Christo IESV: in quo omnis adificatio constructa crescit in templum sanctum in Domino: in quo & vos coedificamini in habitaculum Dei in Spiritu.* Vides ab Apostolo Christum IESVM vocari lapidem angularem, Apostolorum & Prophetarum fundamentum; cum super hoc lapide omnis prophetia & apostolatus fundatus fuerit, omnisque ædificatio Ecclesie vniuersæ, singuliqe fideles super eodem coædificantur. Et Dominus idem de se fateatur:

Matt. 21. *Numquā legistis in Scripturis: Lapidem, quem reprobauerunt adificantes, hic factus est in caput anguli? qui ceciderit super lapidem istū, confringetur: super quem verò ceciderit, conteret eum.* Hic ille lapis, quem reprobauerunt Iudei, soli Synagogæ ædificationi intenti; & cui coram Pilato renunciarunt. hic factus est in caput anguli, fundamentum & firmamentum fidei & salutis. Super quem quicunque cecidit, qui nimis in illum insurrexit, quique cum euertente & perdere conatus est, quales omnes fuerunt fidei persecutores, confactus est & periret. super quem verò lapis ille cecidit, tamquam in aduersarium & hostem, contritus est, & in puluerem ac cinerem redactus. De quo etiam lapide Apostolo-

1. Epif. 2. *Pono in Sion lapidem summum angularem, eleatum, pretiosum: & qui crediderit in eum, non confundetur. vobis igitur honor creditibus: non creditibus autem, lapis, quem reprobauerunt adificantes, hic factus est in caput anguli, & lapis offendit, & petra scandali.*

2. Cor. 1. Fatetur hoc Paulus: *Predicamus Christum crucifixum, Iudeis quidem scandalum, Gentibus autem stultitiam: ipsis autem vocatis Indeis atque Gracis Christum Dei virtutē, & Dei sapientiam: quia quod stultum est Dei, sapientius est hominibus; & quod infirmum est Dei, fortius est hominibus.* Rationem subdit: *Videte enim vocationem vestram, fratres, quia non multi sapientes secundum carnem, non multi potentes, non multi nobiles; sed que stulta sunt mundi elegit Deus, ut confundat sa-*

pice-

Lapis an-
gularis est
Christus.

pientes; & infirma mundi elegit Deus, ut confundat fortia; & ignobilia mundi & contemptibilia elegit Deus, & ea que non sunt, ut ea que sunt destrueret: ut non glorieatur omnis caro in conspectu eius. Stulta mundi elegit, abiectos, humiles, contemptos, & quos sæculi prudentes inter stultos numerant, inter imperitos rerum humanarum, simplices, fatuos, imprudentes, rerumque politicarum ignaros. Videbis hoc in Apostolorum & primorum Christi discipulorum delectu. confundere nimirum per hos ignobiles, nobiles; per hæc debilia, fortia; per abiectos, elatos; per humiles, magnos; per indoctos, doctos; per simplices, prudentes; per pauperes, diuites; per plebeios, potentes voluit Deus. ne quis nobilitati, potentia, eruditioni, prudentia, diuinitijs, robori, magnitudini tribuat humanæ, quod solius Dei viribus, potentia & prudentia tribuendum est.

Neque mirum videri cuiquam debet vocari Christum petrastus est. tram; cum ipse idem nomen tribuerit Apostolorum Principi: Ego dico tibi, quia tu es Petrus, & super hanc petram ædificabo Ecclesiam meam; & portæ inferi non preualebunt aduersus eam. Quo magis petra, supra quam ædificata Ecclesia est, Christo conuenit quam Petro. à quo habemus illud in Actis Apostolorum de Christo: Hic est lapis, qui reprobatus est a vobis ædificantibus, qui factus est in caput anguli: & non est in alio aliquo salvo. nec enim aliud nomen est sub celo datum hominibus, in quo oporteat nos salvos fieri. Factus in caput anguli, ut coiungat disiuncta, Gentes Iudæis, Ecclesiam Synagogæ, ut fiat unus pastor, & unum ouile, & disiunctissima coalefaciat in unum. Merito ergo petra Christus, ad quem respexisse videri potest David: Abscondit me in tabernaculo suo, in die malorum Psal. 26. protexit me in abscondito tabernaculi sui, in petra exaltavit me. Nulla nos tabernacula, & propugnacula nulla fortius tacentur vulneribus Christi, contra omnes omnino vndeque hostiles incursus, sed neque altius certiusq; exaltari possumus, quam in cruce cum Christo: de cuius in cruce exaltatione & nostra, illud ipsius est: Ego, si exaltatus fuero a terra, omnia traham ad me ipsum. explicat Euangelista: Hoc autem dicebat, significans quam morte esset moriturus. & apud eundem Dominus: Sicut Moyses exaltavit serpentinum in Ioan. 3. Io cruce Christi mi- rò exalta- mur. Ioan. 13.

deserto: ita exaltari oportet filium hominis: ut omnis, qui credit in ipsum, non pereat, sed habeat vitam eternam. Exaltatio Christi quærenda in cruce est. nostram si extra illam quærimus, erramus. Et exaltatus in cruce Christus, ne credentes in eum pereant; perituri, nec vitam habituri æternam, nisi exaltatus in cruce foret: sed pro vita mortem.

& ipse in ea exaltatus.

Phil. 2.

Quam verò exaltationē, ratione exaltationis in cruce meruerit, docet Apostolus: Humiliavit semetipsum factus obediens, & que ad mortem, mortem autem crucis, propter quod & Deus exaltauit illum, & donauit illi nomen, quod est super omne nomen: ut in nomine IESU omne genu flebat celestium, terrestrium, & infernorum.

Post exaltationem in cruce sequitur exaltatio celestis.

Psal. 80.

Exaltationem crucis secuta est exaltatio cælestis, & omnium adoratio, & genuflexio, etiam infernorum. Exspectemus & nos exaltationem in cælis, sitamen præcesserit exaltatio crucis. quicumque namque Christum in exaltatione crucis secuti sunt, sequentur & in exaltatione cælorum, nec alij. Conscendamus ergo ad hanc petram exaltatam in cruce, & figamus in foraminibus illius tentoria: ibi cubemus in meridie, ibi noëtes iungamus diebus. nihil deesse poterit delitescentibus in hac petra. Nam si verum fuit illud Dauidis de Israele: Cibauit eos ex adipe frumenti, & de petra, melle saturauit eos. quanto magis de delitescentibus in hac petra, quos cibat nobilissimo cordis sui cibo; qui innumeris partibus & adipem frumenti, & mella superat? nam licet nos nunc cibet corpore suo sub adipe & medulla frumenti, in Eucharistia Sacramento; nescio tamen, quomodo fiat, ut citius inebrietur amans anima vulneri illius affixa; plusque suavitatis ac dulcedenis hauriat ex his foraminibus petræ, è vulneribus Christi, maximeque lateris, quam è quacumque re alia diuina: imò non tam sapiat Christus sub velamine frumenti, & adeò nec nobis nunc in cælo, & in dextera Patris sui, quam in cruce, & ante omnia in cordis sui vulnere. in quo semel desponsata, cubare semper potest anima: ac in hac maceriaz cauerna, in hoc nimirum humani corporis vulnera, conquiescere innixa super dilectum suum, nec ullam vereri hostilitatem. Quod indicare ipse apud Evangelistam litescimus. suum videtur Dominus: Qui venit ad me, & audit sermones meos, &

Vulnus la
teris Chri
sti quantâ
saturitate
potentes
inebriet.

Tutti in eo
aduersus
hostes de
litescimus.

Luc. 6.

facit eos, similis est homini edificanti domum, qui fodit in altum, & posuit

fuit fundamentum super petram. inundatione autem facta, illisum est flu-
 men domui illi, & non potuit eam mouere: fundata enim erat super pe-
 tram. Si fundata domus super petram restitit inundationi, & flu-
 & tuum ferociæ; quibus non resistet anima fundata super petram
 Christum? aut quis illam cuellet à fundamento suo Christo? quæ
 vis terrena, quæ inferorum potentia, quidquam poterit in hanc
 petram, aut in inædificatam huic petræ domum? non omnis, qui
 in hanc petram se illiserit, illæsus abibit; & temeritatis suæ referet
 præmium, liores & vulnera, & fluctuum more dum illiduntur
 faxis, frangetur, irasque sui bibet ipse furoris? nam quis in illum
 aliquid potest, qui habitat in adiutorio Altissimi, & in protectione *psal. 90.*
 Dei celi commoratur? cùm omnis potentia comparata Deo sit
 sicut stipula ante faciem venti, & quasi stipula ariditate plena, quæ ven-
 to rapitur potenti, ignaro parcere. Tantum ne nos ipsos eripia-
 mus, & deseramus petram, monente Prophetâ: *Audite me qui se-* *Isaia 51.*
quimini quod iustum est, & queritis Dominum: attendite ad petram, *psal. 81.*
unde excisi estis, & ad cavernam lacis, de qua præcisi estis. leuate in cælum
*oculos vestros, & videte sub terra deorsum: quia cæli sicut fumus lique-
 scens, & terra sicut vestimentum atteretur, & habitatores eius. sicut*
*hec interibunt. Salus autem mea in sempiternum erit. nolite timere oppro-
 brium hominum, & blasphemias eorum, ne metuatis. sicut enim vesti-
 mentum, sic comedet eos vermis: & sicut lanam, sic devorabit eos tinea.*
 E qua petra excisi, si non è Christo de cruce pendente? è cuius me-
 ritis excisi, pars facti sumus gloriae illius. de qua cauerna laci præ-
 cisi, si non de latere eiusdem, è quo sanguis & aqua fluens, eluen-
 dis animarum nostrarum sordibus lacum statuit? Quid timemus,
 aut cuius robur, aut potentiam, cùm cæli ante illum sicut fumus
 liquecant, ante crucis illius merita? nam qui steterant tamquam
 ære fusi, & obduruerant per tot sacula, ad unam crucem aditum
 præbuerunt omnibus, qui quarunt & sequuntur Dominum.
 Quid timemus? terram? sicut vestimentum atteritur vis & splen-
 dor illius omnis. hominum iniñas, opprobria, molitiones, fer-
 rum, linguas, calamos? sicut vestimentum, sic comedet eos vermis; &
 sicut lanam, sic devorabit eos tinea. Miserum robur, quod eneruat
 vermis, & emedullat tinea. cōtemnenda potentia, de qua trium-

Ssss 3. phum

Hominum
minæ cur
timendæ
non sunt.

phum ducunt vermes. ridenda magnitudo , quæ facta est cibus tineæ. Quid ergo timeamus quidquid seculo magnum est , cum maior omni magno vermis & tinea sint? timeamus Dominum. magis etiam amemus ; cum salus illius æterna , protectio æterna , beneficia æterna , præmia & gloria æterna sint. inhæreamus tantum & ab adamur profundè in hæc foramina petræ , alè animam demittentes in vulnera Christi , quibus tamquam vberibus affigamur filij , tamquam sponsæ latroni , labris , genis .

Zach. 13. Si fors quæras cum Propheta : *Quid sunt plaga istæ in medo manuum tuarum?* quid in pedibus? quid in laterc? audies: *Hæ plaga sum in domo eorum , qui diligebant me :* qui exspectabant Redemptorem , Messiam , & Salvatorem suum . in domo eorum , quos elegerat sibi Dominus in gentem sanctam , genus electum , Regale sacerdotium , populum acquisitionis , è quorum semine carnem sibi & sanguinem delegerat. è domo illorum , urbe illorum , consilio , lingua , manibus eorum hæ plaga. Quæ voluntate illorum non nisi vulnera & plagiæ Christi verò beneficio , habitacula , protectionis loca , cellæ vino , vbera lacte natantia: Christi beneficio cubilia , lecti & reclinatoria sponsæ , amœnitatum horti & nemora , deliciarum valles , montes vineis florentes , aquarum viuentium fontes , medicabilne , areolæ aromatum , frumenti & olei apothecæ , vnguenti pretiosi alabastra , torcularia redundantia liquoribus optimis , dulciora super mel & fauum aluearia , odorum reconditoria , mensæ & panes propitiationis. Quæ omnia & plura longè , cum habeamus in vulneribus Christi nostri , quid veremur & stamus dubijs? nostra sunt. nobis hæc vulnera & vbera nata , flixerunt nobis. Fruamur proinde tantis muneribus diuitati , opibusque tantis locupletati , tantisque castis amoribus prouocati; & æternum iungamur illi , pascamur , potemur , & inebriemur æternum ab vberibus eius. hic domus , atrium , propagnaculum , cubile , templum , cælumque nostrum æternum sic.

XIII.

Qua de causa Christi studius vulneris lateris acceptus ac recipie-

Obserua hic etiam varias à varijs Patribus causas siue accepti , siue detenti vulneris huius tradi. Primo , vt resurrectionis sua veritatem fortius per hoc confirmaret. ostendit in Thoma. Secundo , vt nobilissimum amoris in nos pignus in omnem æternitatem

Iudæi vulnera Domino intelligentes se ingratos prebuerent.

Christiani vero ea sunt loca voluptatis.

tatem palam circumferret & ostentaret, saluatis in gaudium, damnatis in terrorem. Tertio, ut clarius ex hoc vulneret tam valido peccati grauitas ostendatur, ruborque & verecundia damnatis omnibus, securitas vero beatis. Quartò, ut per hoc vulnus via pataret omnibus ad intimum cordis Christi, siue amanti, in solatiū; siue poenitenti, in spem venie; siue quocumque malo oppressis & oneratis, in subsidium & leuamentum; siue ægris animo & corpore, in medelam; siue lugentibus, in consolationem; siue sufficientibus & esurientibus, in saturationem; siue submissis & humilibus in exaltationem, arrogantibus in depressionem; siue continentibus in lætitiam, impuris in mœorem & horrorem; siue mitibus in terrarum possessionem, iracundis & inuidis in dispersionem; siue pacificis in filiorum Dei adoptionem, discordiarum seminatoribus in damnationem; siue denique ardentibus in tute- lam, repentibus in vomitum. Quinto, ut omnes quibuscumque demum sceleribus informes, audeant etiam in ultimo exitu spe- rare, cum videant etiam Christo mortuo latus ipsis in salutem a- pertum, & in refugij locum. Sexto, ut, cum quisque viderit ex his quinque vulneribus septem Sacramentorum fontes, omnibus in salutem emanasse, tum maximè intelligat, quanto beneficio è la- teris vulnera affectus fuerit, quod baptismalis fontis propriè symbolum refert. quod Sacramentum ex diametro cum primor- diali paradisi delicto pugnat, ianuaque nobis ad æternam beati- tam est; & sine quo uno frustra reliqua sint. Sed & in lateralib- hoc sanguine & aqua quedam quasi tessera, & realis indigetatio- est calicis Domini, quo in Missæ sacrificijs vrimur.

Illud hinc etiam notandum, quod olim ab Hesia decantatum: XIV.
Haurietis aquas in gaudio de fontibus Salvatoris: & dicetis in die illa: Cap. 12.
Confiteamini Domino, & invocate nomen eius: nos as facie in populus ad-
mittentes eius: mementote, quoniam excelsum est nomen eum. cantate
Domino, quoniam magnificè fecit: annunciate hoc in uniuersa terra. ex-
ulta, & lauda habitatio Sion: quia magna in medio cuius sanctus Israel. Vulnera
Qui sunt Salvatoris fontes, si non vulnera? & cum à reliquis vul- fuit fontes
neribus solos sanguinum, à latere sanguinis & aquæ fontes habe- Salvatoris,
mus. quos fontes meritò omnis amans anima comparat vberi- maximè
bus, latere: co- sum elegia.

bus, nouo semper lacte distentis; torcularibus mustū spumantibus; cellis vinarijs vino redundatibus; aluearijs melle natantibus; cannis saccarum sudantibus; thecæ vulneribus medicæ; aromatū officinis æterno balsamolocupletibus; auro redundantibus fodinis; sponsi thalamis; hortis perpetuo flore pictis; odoratis nemoribus; pratis semper ridentibus; vallibus semper fertilibus; montibus semper amoenis; collibus semper virentibus; pascuis semper pinguis; agris semper fertilibus; oliuetis semper grauidis; vineis semper florentibus; pomœrijs nouâ semper prole fœcudis; mensis numquam deficientibus; poculis semper hilarantibus; gemmis semper splendentibus; stellis semper lucentibus; thesauris numquam deficientibus; horreis perennis messis reconditoribus; lacubus semper piscofis; fontibus semper crystalla fundentibus; mari semper tranquillo; cælo semper sereno; soli numquā nubilo; luna numquā senescenti; cælo æternis lætitijs ebrio, nullisq; mœroribus nisi in salutem obnoxio; perenni animorū musicæ; propugnaculis semper inuictis; castris semper victoricibus; armamentarijs numquā deficientibus; fornacibus supra Cherubim & Seraphim amore inæstuantibus. Pergamus in Prophetæ verbis: *Et dicetis in die illa: Confitemini Domino, & inuocate nomen eius.* Quando meritò magis quam in crucē, & in lateris vulnere; in quo consummata salus nostra, tot sæculis sperata? Sequitur: *Notas facite in populis adinuentiones eius.* In quibus populis, si non in Gentibus? & quæ inueniri poterant nobiliores adinuentiones ad saluandū genus humanū, & restituendum è quo per primordiale peccatum exciderat, cælo? cùm enim nudus homo latifacere offensæ non posset infinitæ, Deus verò in se pati non posset; inuenit Dei Filius humani generis misertus, modū, quo naſceretur ille, cuius merita non tantum sui magnitudine, omnium mortaliū delictis responderet, & his in ratione iustitiae, & debiti exsolutione non tantum pariarentur, & æquilibratā lancem, ac in neutram partem declinē tenerent; sed innumeris etiam partibus superarent, cùm se in natura humana à se assumenda obtulit vadem, fidemque suam interposuit de vniuerso debito explendo. Has adinuentiones quis excogitaret nisi Deus? quis verò excogitas proponere auderet, nisi

niſi Deus? Subiungitur: Memento, quoniam excelsum est nomen eius. ante quod omne genu flebitur, cælestium, terrestrium, infernum. quæ illi magnitudo venit à cruce. Additur: Cantate Domino, quoniam magnificè fecit. cùm nobilissimum triumphum egit de morte: Ero mors tua, ô mors; de inferno: Morsus tuus ero, inferne; Osee 13.
 hominemq; sibi Deoque restituit, captos de limbo eduxit. Mennit Zacharias: Tu quoque in sanguine testamenti tui emisisti vinclatos Zach. 9.
 tuos de lacu. Cælique claustra, nulli ante crucem peruia, referauit. Apoc. 5.
 Pergit Propheta: Annunciate hoc in vniuersa terra. in salutem nimirum Gentium quaquà omnium & populorū. Clauditur Prophetæ dictio his verbis: Exulta & lauda habitatio Sion; quia magnus in medio tui Sanctus Israël. Psal. 23. Quis Sanctus Israël in Sionis medio, nisi Christus Dominus? cui ante passionem vniuersus acclamauerat populus: Benedic̄tus, qui venit in nomine Domini, pax in caelo, & gloria in excelsis: & substrauerant vestes suas pullo asinæ, cui infederat Christus, in regiæ maiestatis testationem. Sic olim Principes exercitus Israël, vñcto per Elisei puerum Iehu in Regem Israël, unusquisque tollens pallium suum posuerunt sub pedibus eius, in similitudinem tribunalis, atque dixerunt: Regnauit Iehu. Et de Christo Rege ex asina & pullo eius, triumphante & duante, habemus illud Zachariæ: Exulta satis filia Sion, iubila filia Ierusalem: ecce Rex cap. 9.
 tuus veniet tibi iustus, & saluator: ipse pauper, & ascendens super asinam, & super pullum filium asinæ. Et loquetur pacem Gentibus, & potestas eius a mari usque ad mare, & a fluminibus usque ad fines terræ. Verè iustus, qui, quod iustitiæ ratione scelerum nostrorum debebatur, in se exsoluit. verè saluator, à quo vno salutem habemus. hic ille, qui pacem ab Israele transtulit in Gentes, quique solus orbi dominatur: cuiusque imperium nulla claudunt maria, nulla flumina.

Reuocandum hîc deinde in memoriam, quod habes Genesios secundo: Fluuius egrediebatur de loco voluptatis ad irrigandum Latus Domini est locus veræ voluptatis. paradisum, qui inde dividitur in quatuor capita. Quis veræ sinceræ que voluptatis locus, si non latus Domini, quod per quatuor diuisum capita, manuum & pedum eius, vniuersam terram primo genio peccato arenem & exsuccidam, fœcundat? Explicatiū

Ttt

hæc

Cap. 24. hæc habes in Ecclesiastico: *Posuit David puerō suo excitare Regem ex ipso fortissimum, & in throno honoris sedentem in sempiternum. Nemo aliis ex semine David sedit in sempiternum in honoris throno, extra vnum Christum.* Addit: *Qui implet quasi Phison sapientiam, & sicut Tigris in diebus novorum: qui adimplet quasi Euphrates sensum: qui multiplicat quasi Jordanis in tempore messis: qui mittit disciplinam sicut lucem, & assistens quasi Gehon in die vindemie.* Quinque hic meminit fluminum, quæ siue à Dei Sapientia, siue ab eo, qui ledet in throno David in sempiternum, qui est Christus, dicit profluere. Sequitur clare: *Ego sapientia effudi flumina. Quæ est Sapientia Patris, nisi Filius? quis verò Filius extra Christum? Subiicitur: Ego quasi trames aquæ immensa de fluvio, ego quasi fluvij dioryx, & sicut aqueductus exiui de paradyso. dixi: Rigabo hortum meum plantationum, & inebriabo prati mei fructum. Et ecce factus est mihi trames abundans, & fluvius meus appropinquauit ad mare: quoniam doctrinam quasi antelucanum illumino omnibus, & enarrabo illam usque ad longinquum. Penetrabo omnes inferiores partes terre, & inspiciam omnes dormientes, & illuminabo omnes sperantes in Domino. Adbuc doctrinam quasi prophetiam effundam, & relinquam illam querentibus sapientiam, & non definam in progenies illorum usque in ævum sanctum. - videte quoniam non solum mihi laboravi, sed omnibus exquirentibus veritatem. Qui trames aquæ immensa de fluvio, si non Christus de lateris sui fluvio? Iam, quis rigauit hortum suum, plantationum fidei, si non Christus noster? quis verò inebriauit prati sui, Christiani pectoris, & Deum amantis, fructum, nisi Christus? & quis umquam fluuius proprius attigit maria, cum doctrinâ suâ Christus orbem terrarum quaquà diffusum, illuminauit, dormientes excitans, cæcutientes illuminans, sperantes satians? cuius doctrina certiore prophetiâ effusa est? & cuius benedictiones magis profluxerunt, de progenie in progenies, in timentes cum in omnem-uum? & quis ab orbe condito magis alijs laborauit, quam Christus? testis tota illius vita & passio: in quibus non sibi, cum non egeret, sed nobis laborauit, & omnibus veritatem querentibus quæ nusquam explicatiūs sese expandit quam in cruce.*

XVI. Illud hic denique considerandum: in lateris vulnera non solum

quam

quam tantum restinguendæ siti, sed & sanguinem propinari, ad firmandum calicem in cœna fidelibus omnibus, in Apostolis, propinatum. in quo magnum vides noui & veteris Testamenti discrimen: cum in hoc, Leuitici septimo, sub mortis interminatione, vetetur Israel animalium sanguinem sumere; in nouo verò Testamēto sub eadem interminatione iubeamur omnes Christi sanguinem bibere: *Nisi manducaveritis carnem filij hominis,* & *Iean.6.* *biberitis eius sanguinem, non habebitis vitam in vobis.* Mortem ergo bibent, qui Christi non biberint sanguinē; vt in veteri lege mortem, qui animalium biberant sanguinē. Mors erat in animalium sanguine, vita in Christi. quid miraris? moritur omne animal ignarum vitæ post mortem; viuit verò Christus in æternum, qui vñā cum sanguine & carne, quam fidelibus propinat, vitam largitur æternam: iuxta illud eiusdem: *Qui manducat meam carnem,* & *bibit meum sanguinem, habet vitam æternam.* Nihil hīc mirandū, cum habeat Christum, qui vita est æterna, quo pastus & potatus non potest non viuere; quia pastus & potatus est vitâ æternâ. Sed & sanguis Christi longè diuersus ab Abelis est, qui vindictam inclamabat, cum Christi misericordiam, nec aliud.

C A P V T XXIV.

De sepultura Christi.

CONSIDER A Euangelistæ verba, mortuo Domino: *Pot hæc* I. *rogauit Pilatum Ioseph ab Arimathea (è quod esset discipulus IESV, Iean.19.* occulus autem propter metum Iudeorum) vt tolleret corpus JESV. & permisit Pilatus. Venit autem & Nicodemus, qui venerat ad JESVM nocte primum, ferens mixturam myrræ & aloës, quasi libras centum. Acceperunt ergo corpus JESV, & ligauerunt illud linteis cum aromatibus. Adit Matthæus de Iosepho: *Et posuit illud in monumento suo nouo,* cap.27. *quod exciderat in petra,* & aduoluit saxum magnum ad ostium monumenti, & abiit. Perpende hīc singula. ac Primo, vnum repertum, qui Christi corpus auderet petere à Pilato. & vnu tantum. duos, ^{Pauci au-} ^{deut Chri-} qui auderent sepelire, Iosephum & Nicodemum; non Aposto- ^{stum prof-} teri.

T t t 2 los,

- los, non palam discipulos. ex omni Iudea non nisi duos: ex omnibus, quos aut restituerat vita, aut dependit valetudini, nullum est tot millibus, quos panibus pauerat & piscibus in solitudine, neminem: ex omnibus, qui non multò antè substratis asino, cui infederat vestimentis, inclamauerant, *Hosanna, benedictus, qui venit in nomine Domini, Rex Israe*, nullum. & cum non semel animo designassent illum Regem, solaque fugae & subductione Regium nomen excusisset; nunc duos reperit, qui sepelirent, nec plures.
- Matt. 12.* Quam dictum verè: *Multi sunt vocati, pauci electi!* Et ante Euangelistam, à Propheta: *Quomodo si pauca olive, que remanserint, excutiantur ex olea; ex racemi, cum fuerit finita vindemia.* & ab alio:
- Isaia 24.*
- Mich. 7.* *Vae mihi, quia factus sum sicut qui colligit in autumno racemos vindemia: non est botrus ad comedendum.* vindemiatione nimis facta. Ita pauci & rari, qui palam audeant profiteri Dominum, maximè inter inimicqs crucis Christi. Quid exspectare tales debeant, habes illud apud Matthæum: *Omnis, qui confitebitur me coram hominibus, confitebor ēgo eum coram Patre meo, qui in celis est: qui autem negauerit me coram hominibus, negabo ēgo eum coram Patre meo, qui in celis est.* & apud Lucam: *Qui me erubuerit, ēgo meos sermones; bene filius hominis erubescet, cum venerit in maiestate sua, ēgo Patri, ēgo sanctorum angelorum.* Infelix rubor, & nimis noxius domino suo. infelicesque, quipudoris magis, quam salutis memores, erubescientia suā pereunt; & dum expandunt ad delinquendum frontem, subducunt ad Deimonita, & Deum ipsum. Faciunt, quod iij, qui verecundorum morborum pudore, medentium manum & conscientiam vitant, & cum rubore suo periclitantur & cadunt. Quam miserum erit, inter lacrymas, & videntes, & clamores, audire extremam illam & numquam-reuocandam vocem: *Nesciō vos!* Eadem nimis mensura reperiendi & remetiendi. nec scierunt hic Dominum, aut erubuerunt; ignorabuntur aeternum à Domino. pro momentanea erubescientia, aeterna puniendi, nulla in omne æcum spe meliorum relicta, aeternumque in pudore aeterno adempta.
- II.* Redeamus ad Christum nostrum ab omnibus omnino destitutum. ut merito illæ illius esse possint voces: *Non est qui confiteatur*

ter me, ex omnibus caris meis: omnes amici mei spreuerunt me, & facti sunt mihi inimici. Diceret Sapiens, non fuistis amicos antè. omni Pro. 17.

enim tempore dilegit; qui amicus est; & frater in angustijs comprobatur.

Adhæsit in prosperis, deſtituit in aduersis? amicus non fuit. quin in modo inimicus fuerat: sed iniicitiam amico verbo texerat, ex- Amicus
verus non
deserit in
aduersis.

plicaturus illam, cum extra metum posset, aut cum sperare desijſet profutura & amica ſibi. Benè in hanc rem Ecclesiasticus: Si Cap. 6.

paſſides amicum, in tentatione poſſide cum, & ne facile credas ei. eſt enim amicus ſecundum tempus ſuum, & non permanebit in die tribulationis. & eſt amicus, qui conuertitur ad inimicitiam: & eſt amicus, qui odium & ri- Eccl. 12.

xam & conuictia denudabit. eſt autem amicus ſocii mensæ, & non per-

manebit in die neceſſitatis. Subdit veriſſimum: Non agnoscetur in bo-

nis amicus. & non abſcondetur in malis inimicus. Nulla tentatio, que

amicos probaret aut oſtenderet Christi, maior paſſione & cruce illius eſſe potuit: in quibus cum nullus permanerit præter ſolam

matrem, ſolam illam verè amasse dicere poſſumus. cum reliqui

ferè conuerſi ſint in neglectum, in contemptum, aut etiam in

odium, ac conuictia. aut fanè cum fugâ amore depoſuerint; me-

tum iaducerint & incredulitatem. plurimi etiam ſocii mensæ &

commodorum ſuorum fuerint. & regnum deferebant; ſed paſti

piscibus & pane. mensæ proinde ſocij, extra quam, non tantum

deſierant amare Christum, ſed & Principum impulſu oderant, &

crucem acclamabant, & ſanguinem innocentis ſibi & posteritati

imprecabantur. Merito proinde dictum: Non agnoscetur in bonis amicus. Aduerſa nimirum neceſſum incurvant, ut amicum agno-

ſcas. bona animum cuiusque tegunt, aduerſa oſtendunt. illa pe-

Etus veſtiunt, haec nudant. vt nemo opibus & honoribus circum-

ſeffus amicū agnoscat. agnoscet, ſi illis excidat & exuatur. Qua-

re benè ille: Dimitia addunt amicos plorimos: à paupere autem & hi, Pro. 19.

quos habuit, ſeparantur. Non quod diuitiae faciant amicos, non ma-

gis quam honores: ſed quod doceant amicitiam ſimulare & imi-

tari, & in amicitias toto pectore natantes amicā oratione veſtire;

dum amicitiam ore, oculis, verbo, totoque corpore mentiuntur.

accedat paupertas, & ſpes opes ſuas, honores ſuos alienis opibus

& honoribus augendi; quaꝝ intus latebat hostilitas, ſe prodet,

depositâque laruâ, hominem suum aperiet. & hostis esse non incipiet, semper fuit; sed perget. hoc discrimine, quod qui clam erat

Pron. 27. antè, nunc palam fiat. Atque hinc audet Salomon: *Meliora sunt vulnera diligentis, quam fraudulenta oscula odientis.* Illa amor dedit in salutem; haec odia dederunt in interitum. legimus in Iob, cuius ferrum sub osculo in Amasa narrat Scriptura. Et nescio, an

Ecli. 42. non haec ad idem alluserit his verbis: *Melior est iniquitas viri, quam mulier benefaciens.* Potior nimurum & minus metuenda aperta viri iniquitas, & inimicitiae aperte denunciatæ, quam latentes sub muliebri osculo fraudes, quasi nouacula sub molli spongia, dum mollibus verbis incautos opprimit, & ridentibus oculis venena iaculatur. Fuge proinde quisquis es, muliebria munera toxico ferè grauida. tetigisse, venena gustasse est. neque enim in primo munere stabit; ibit ad secundum; inde ad tertium. nec finis, donec possideat animum accipientis, ac exinde imperet, factadomina, non socia, & dux itineris non boni. Nec à muliere tantum, sed à domesticis etiam caendum, Scriptura monet. audi Michælam: *Inimici hominis domestici eius.* Et nescio quomodo non ferè

Mulieris dolis cauedi. inimici: seu quia propiores inspectores morum: seu quia plus ferè magnitudo & virtus à propinquo, & æmulatio plerumque à vicinitate maior. nam & fortius oculos percutit lux propinqua, & quod assequi non possumus, perijisse vellemus, & damnamus altitudinem, ad quam nequidquam extendimur, dolemus nimurum vinci, & superari pudet. Hinc nata inuidia, quæ sub prætextu non raro boni & communis zeli, omnia molitur ut euertat victorem suum. iure, iniuriâ, iuxta habet. satis illi euertisse est. Sed sub-

Cap. 7. dit Propheta: *Ego autem ad Dominū aspiciam, exspectabo Deum salvatorem meum: audiet me Deus meus.* Exteris domesticisq; oppressis hostibus, sub quibuscumque illi opprimant armis, palam an clam hostilibus, conuertitur ad Deum: & spem omnem, tuitionemq; sui in Deo collocat, neque dubitat afferere se audiendum. tanta animo fiducia Dei sedet: cuius amicas protectrices manus fortiter sibi spondet ad futuras. Neque fallitur. non potest Deus de-

Domestici cur maxime sint inimici. stituere sperantem. & ab hostibus, &c, quod deterius, à mentibus amorem, oppressum, in se sperantem eriger, & primæ illius

Ibidem. mæ-

magnitudini maiorem adiicit, aduersantes deprimet, & fabula-morbi statuet, molitionesque dolosas illorum in capita ipsorum conuertet. Alludit ad hoc Propheta: *Ne latetis inimica mea super me, quia cecidi: consurgam, cum sedero in tenebris. Dominus lux mea est. oculi mei videbunt in eam: nunc erit in conculatione ut lutum platearum.* Siue hostili malignitate, aperto aut occulto bello, virtute an dolo, siue, vt in Iobo & Tobia, voluntate Domini ceciderit, monet non esse lætandum: certus post lapsum de erectione, post tenebras de luce. Qui verò nunc est in conculationem ut lutum platearum, erit in honorem & venerationem, & magnam inuidiam materiam: cum interim, qui calcarunt ut platearum lutum, à plebeio pede calcandi sint. neque potest Deus aut oppressam innocentiam nudare præsidio, aut improbitatem apertam, magis autem occultam, non calcare, & omnium risui & pedibus exponere. Quæ res solari oppressos omnes debet. eo magis quod habeamus Pontificem probatum per omnia. cum mortalium nemo aut aciores crudelioresque hostes passus sit, aut magis ab amicis omnibus nudatus fuerit: adeoque & ab ipso optimo parente suo destitutus, sibiique relictus. vt nec toto passionis tempore solarium ullum senserit, præter pauculas muliercularum in ferenda cruce lacrymas, & latronis in cruce laudes, cum & illius innocentiam palam testaretur, & regium tribueret nomen; post mortem vero duos, & quidem viros nobiles, quorum manibus tolleretur à cruce, & sepulturæ traderetur, & aro-matibus condiretur.

*Quæri, ac fôrs non sine admiratione, hîc meritò possit, cur in III.
crucis depositione & sepultura, nobilium vti manu voluerit, qui
piscatores Apostolos delegerat in vita? nonne verum est illud
Apostoli: *Perdam sapientiam sapientium, & prudentiam prudentium
reprobabo? nō une stultam fecit Deus sapientiam huius mundi?* nam quia
in Dei sapientia non cognovit mundus per sapientiam Deum; placuit Deo
per stultitiam prædicationis saluos facere credentes. Verissimum omni-
no & illud: *Ignobilia mundi & contemptibilia elegit Deus.* Sed hæc
fôrs elegit in prædicationem Euangeli: ne nobilitati aut poten-
tia conuictio tribueretur. Deinde quis è plebe à Pilato tradi sibi
corpus*

Inuidi in-
cidunt in
laicum
quem pa-
rant.
Ibidem.

*Cur à no-
bilibus se-
peliri Do-
minus vo-
luerit.*

1. Cor. i.

corpus Christi peteret? necessum omnino talem fuisse, cuius aut dignitati aut nobilitati Pilatus concederet. Sed & quis, frenentibus vnde Iudeis, & ne cum post mortem odio & feritate depositâ, corpus peteret, nisi eum potentia & honor tutarentur? & quis cuires angusta domi, sepulturę sumptus ferret? Sed neque omnem nobilitatem exclusit ab Euangelio, qui dixit: *Non multi potentes, non multi nobiles delecti à Christo.* quia immo Thessalonicæ ad Pauli prædicationem *mulières nobiles non paucæ, et viri non pauci crediderunt.* Inter primos tamen Euangeli denuntiatores Apostolos duodecim, sed & inter septuaginta duos, quos misericordios ante faciem suam in omnem ciuitatem et locum, quo erat ipse venturus, sicut agnos inter lupos, quibus potestatem dederat calcandi supra serpentes et scorpiones, et super omnem virtutem inimici; nihil de potentia aut nobilitate lego. quin immo nihil hic nobilitatis aut potentiae intercessisse, è sequentibus Christi verbis colligere possumus: *In ipsa hora exultauit Spiritus sancto, et dixit: Confiteor tibi Pater, Domine cœli et terre, quod abscondisti hanc à sapientibus, et prudentibus, et reuelasti ea parvulis. Etiam, Pater, quoniam sic placuit ante te.* Hæc ad septuaginta duos, qui reuersi à prædicatione erant gaudio exultantes. Voluit tamen viros nobiles admouere sepulturæ, quos noui admouerat hactenus prædicationi, ne neglexisse omnem in obsequio suo nobilitatem videretur, aut illam cælo exclusisse. tum etiam, vt, cum plebs videret è Principibus suis, & prima nobilitate, non deesse qui iusta Christo exsoluerent, & sepulturæ obsequia impenderent mortuo; meritò dubitare inciperet de impia damnatione, & suspicari etiam innocentem fuisse, & aliquid noui supra vulgus tantum, sed supra nudum hominem: ad cuius sepulturam videret non erubescere viros nobiles; quam tanto studio ac sumptu non peragerent in maiestatis reo, aut in latronum socio. sed neque Joseph vir nobilis posuisset Christi corpus in monumeto suo novo, quod excidarat sibi in petra, si obiectorum criminum reus fuisset Christus. Quæ omnia meritam populo causam dare poterant meliora cogitandi; & ad commissi in Christum criminis agnitionem veniendi viam sternere. Accedit, sepulturam hanc factam per viros nobiles populoque notissimos,

Non omnes nobiles à salute exclusi.

1. Cor. 1.

Aitor. 17.

Priæcones euangeliij fucræ plebeij.

Luce 10.

Ibidem.

Matt. 27.

mos, ac qui forte insolentiores, Pharisæorum primis & Scri-
barum hortatu, si plebeiorum manibus fieret, sepulturæ, ut cru-
ci, insultarent: aut etiam impedimenta iniicerent, & corpori,
quod viuo fecerant, illuderent. Sed & non tacita aut obscura in
hac Christi sepultura Iudeorum damnatio: continebatur, cùm,
quem illi tamquam multorum criminum reum damnauerant,
ac Barabbæ homicidæ ac latroni postposuerant, magnifico sum-
ptu, non pollinctorum aut seruolorum, sed nobilium virorum
manibus viderent terræ mandari. In qua re etiam primam pas-
sionis Christi potentiam validè se extensem videas, ac iam tum
maxima spondentem. cùm homo diues, & nobilis decurio *Ioseph ab Marc. 15.*
Arimathæa, qui dum viueret, *discipulus erat Iesu* occulitus propter me-
cum Iudeorum: & *Nicodemus Pharisæus Princeps Iudeorum*, qui ve-
nerat ad Iesum nocte, ne à die proderetur; statim à Christi morte,
deposito metu & simulatione, iam non nocte, sed die mediâ fi-
dem, quâ verbo, quâ facto palam fatentur. verbo, cùm à Pilato, à
quo tamquam læsa maiestatis reus damnatus fuerat, corpus sibi
tradi petunt: facto, cùm sepelijunt non furtim, aut vulgari ac ple-
beio, sed Principum virorum more, idque calente etiam tum
odio & Iudeorum crudelitate: & in sepulcro quidem, quod si-
bi Ioseph vir diues & nobilis in petra exciderat. Ad quod allusisse
videtur Isaias: *In die illa, radix Iesse, qui stat in signum popularum, spissum Cap. 11.*
gentes deprecabuntur; & erit sepulcrum eius gliosum. E radice Iesse
pullulasse Christum nemo dubitare potest. Gentes etiam venisse
ad Christum iam mortuum, & ab idolatria ad veram fidem
transisse, nihil opus probatione. res loquitur. sed & Paulo & Silæ
denunciantibus Christū, creditur de *Gentilibus multitudo magna. ador. 17.*
Gloriosum verò fuit sepulcrum, non tantum posteritatis ve-
neratione, & prodigiorum magnitudine; sed quod post crude-
lissimam mortem, & solis ferè latronibus debitam, in conspectu
iuratorum hostium, & in oculis ferocissimorum tortorum, non
tamquam patriæ proditor, aut populi seductor, aut læsa mai-
estatis reus, aut cum latronibus componendus, sed tamquam pa-
triæ seruator, omniumque è seruitute in libertatem assertor, no-
bili conditus sepulcro fuit, ipso à quo damnatus fuerat iudice.

Vvvv pro-

probante: tamquam si sepulturæ honore latam à se perduellieris sententiam improbareret & damnaret, restareturque se ad illam ferendam non criminum veritatem, sed accusatorum damnandam improbitatem minisque descendisse. Gloriosum etiam fuit sepulcrum, non tantum quia nobilitate in se, & è viuo facta excisum, sed quod legatus Nicodemus viuentem principem mortuum misericorditer & ab aliis quasi liberas centrum condidendo corpori attulisse. Nam antebis superfluo nobili vnguento unctum Iesum in testationem futuræ post mortemunctionis legimus. ita Euangelistæ,

Ioan. 19. Vnguitur Christi corpus iam mortuum

Marc. 14. Marcus, Mathæus, Lucas. Cùm esset Bethania in domo Simonis leprosi, & recumbenter, venie mulier habens alabastrum vnguentum nardi pisticis preciosis, & fracto alabastro, effundit super caput eius. Et flans retro secus pedes eius lacrymis caput rogarat pedes eius, & capillis capitis suis tergebat, & osculabatur pedes eius, & vnguento ungebat. Addunt ex ore

Marc. 14. Dominus preuenit vngente corpus meum insepulcrum. & Mitterens bac vnguentum hoc in corpus meum, ad sepeliendum me fecit. Ioanines de altera eiusdem unctione: Iesu ante sex dies Pascha venit Bethaniam, ubi Lazarus fuerat mortuus, quem suscitanit Iesu. fecerunt autem ei cœnam ibi: Et Martha ministrabat, Lazarus vero unus erat ex discubentibus curvo. Maria vero accepit libram vnguenti nardi pisticis preciosis, & vnxit pedes Iesu, & extermit pedes eius capillis suis: Et dominus impleta est ex odore vnguenti: & obmurmurante Iesu: Quare hoc vnguentum non venisset trecentis denariis, & dictum esse egenum dixit Iesu: Sinite illam, ut in diem sepulturæ meæ servet illud. pauperes enim semper habent vobiscum, me autem non semper habetis. Praevenit ergo unctionem demortui corporis Magdalena, & antecedit futuram sepulturæ unctionem, caputque & pedes vnxit Iesu, & meliore etiam nobilioreque lacrymarum vnguento pedes vnxit, lauit, rigauit, capillis & osculis tergit in domo Simonis; in quam cum descendisset peccatrix, egressa fuit iustificata. detergerat enim lacrymis, osculis, capillis peccata, quibus pedes lauerat, & deterserat Iesu sui Christi sui. Fuit hæc unctione peccatrixis animæ, & dolentis super delictis vita prioris. altera quæ in Lazari domo accidit, amantis animæ, & vino sponsi sui ebriez. qualis etiam fuit illa sessio secus pedes Domini, cum audiret verbum illius,

Matt. 26.

Cap. 12.

Magdale-
na bis
voce Do-
micum.

Lucas 10.

&

& per sonetur sermonibus eius, ministrabat Martha, & de sororis
otio quercente, cum meritaudire: Maria optimam partem elegit, que
non auferatur ab ea. Quæ hereditas, aut pars melior Christus aut
cuius gratior sermocinatio, quam Dei? unde illa. *Animam et liquefici*
fascias esti, ut lucis est. Quæ humana voluptas, aut quæ saceruli
huius delicie liquefaciat animam? & cuius cum Magdalena
anima non liquefiat & colliquescat tota, ut nubes sole medio,
cum audierit à celesti animæ spenso: Propter te signaculum super CANT. 3.
cor tuum, ut signaculum super brachium tuum. Primum, ut assolent
amicis secundum, ut confuerunt matres in trumque, ut respondet
sponso. & non sollicite nimium respondere poterat Martha
Maria, Ego dilecto meo, & dilectus meus mihi; aut, Ego dilecto meo, &
ad me conseruans? Autoquid inuides matri, soror, cœlana dilecti
mei? quid ubera illius, meliora super vinum & botros Cypri? quid
oscula oris illius? quid manuum, quid pedum? Sed contenta la-
crymis lauisse, capillis & osculis succasse pedes, & vnguentis vi-
xisse, tacet, silentio tuo felix. & dilecto suo causam formam compi-
xit, habitura defensorum, quem habebat sponsum. Et hic quidem
sororista passa est exemplaria, in prioribus Apostoloris damnantes.
verum ut obiq; Christum reperit propagnatorem. Quamquam
qui damnarant Magdalenam caput & pedes Christi sui vngen-
tem, non damnarent Nicodemum centum libras in corporis
vnuia profundenter, regio per omnia sum pax. Exinde miraris
cum, qui toto passionis tempore consolationem nullam, nec cae-
lestis quidem Patris sui admisit, post mortem censum libraturum
condimenta condendo corpori admisit, sed qui ante passio-
nem, & post illam vnguentia admiserat, non admisit in passione:
ne vel modica hæc solertia aliquid minuisse de merito, aut de iu-
stitia rigore, aut de dolorum acerbitate, aut denique de amoris il-
lius in nos magnitudine quidquam decerpisse videbentur.

Admisit ergo post mortem nobilium in se virorum affectū,
& lauari corpus, & vngi, & aromatibus condiri, & in uoluvi linteis
permisit, & pernobilis sepulcro claudi. Quod officij genus gra-

Quam o.
primam
partem
ipsa elegit
rit.
Cant. 5.

Cant. 6.
Cant. 1.
Cant. 7.

IV.

Vvvv 2 in

in oculis Præsidis ac ludorum omnium, auderent nobilitate seputurâ profiteri. Quod eo & fidei & meriti fuit maioris, quod non

Mortuo
benefi-
cera maius
est quam
vixit.

in viuentem, à quo humano more exspectare aut sperare remuneracionem possent, sed in mortuum obsequia sua conculerint. Quod verè amantium, non fortunat, sed personam, manifestissimum signum est. & fecerant hi vii nobiles præter reliquorum hominum, & maximè nobilium, morem, qui effusissimi in omnem benevolentiam sunt, dum vita super ignorant mortuum quocque profusores ferè fuerunt in viuos, hoc restrictiores in mortuos sunt. amauerunt enim fortunam: quare non mortum si cum illa amorem déponant. sed & se in amico, non amicum amant. quo factum, ut, cùm per mortem commodorum & emolumenterum spes omnis præcisa sit, amare definant. Idem

Aduersa
probant
amicum.

visu venire videmus in prosperis & aduersis: illorum amici plurimi, horum inimici propè omnes: nūl mirum. cùm enim prospira amarent, aduersa odissent: quid miraris, si circumfusum vndeque prosperrimis rebus venerentur, oppressum aduersis odio persequantur & contemnant? Aliud factum à viris his nobilibus: amorem, quem in prosperis texerant, effuderunt in aduersis. velauerant enim in viuo, aperuerunt in mortuo: & beneficia sua, beneficamque in Christum manum profuderunt in mortuum. qui, si humana cogitamus, maioribus beneficia beneficijs rependere non poterant, non profuderunt in viuum, qui benefacta benefactis rependere, & nullum beneficium sine maiore transire poterat: ad quæ magnis omnino animis opus, quod paucorum omnino munificentia illa sit, & amoris in aduersis constantia. Quæ etiam fors causa, quod vii nobiles, quorum ferè generofior, & supra plebem, bona commodis suis metientē, animus est, & in quibus plurimū plus vetus amor & honor, quam emolumenta possunt, sepeliendo Christi corpori delecti à Deo sint: quorum generosam mens, nec metu, nec speratis moueretur commodis: quiq[ue] amicitias didicissent, virtutem, non fortunæ, bonis metiri: & tunc maximè amato adesse, quia auxilia necessitas depositit maior, non cùm maior commodorum spes affulget. Et sancpetragni tuisse meritum Christi corporis apparatu iepak-

curæ mandare, nemo prudens dubitare poterit, si cogitauerit
 Herodem Regem, à quo spretus & illusus Christus, & pro fato
 habitus; Pilatum iudicem, à quo damnatus; Iudeorum Princi-
 pes; à quibus accusatus, & mori iussus; Apostolorumque ac di-
 scipulorū omnium fugam. Quæ omnia et si abessent, non exigui
 tamen meriti sepultura hæc fuisset. Docemur hoc ab Angelo in
 Tobia: Quando orabas cum lacrymis, & sepeliebas mortuos, & derelin- Tob. 12.
Mortuos
sepelire
merito-
rium est.
 quebas prandiam tuum, & mortuos abscondebas per dñm in domo tua,
 & nolle sepelire eos, ego obruli orationem tuam Domino. & quia ac-
 ceptus eras Dñs, necesse fuit, ut tentatio probaret te. Clarissimum po-
 steritati vniuersitate Tobiam fecit mortuorum sepultura. nec alios
 nobis Scriptura, patientiæ reliquarumque virtutum exercitatio-
 ne, maiores quam lobum & Tobiam proponit. vt hinc colligas,
 quam grata in Tobia Dñs mortuorum sepultura fuerit. Quod
 etiam è non dissimilibus misericordiæ operibus, è Scripturæ
 verbis manifestò colliges. Ignem ardente extinguit aqua, & ele- Eccl. 3.
mosyna resistit peccatis: & Deus prosector est eius qui reddit gratiam:
meminit eius in posterum, & in tempore casus sui inueniet firmamentum.
 Quomodo resistat peccatis, habes in Danielis cōsilio, quod ma-
 ximo dedit Regum. Peccata tua eleemosynis redime, & iniquitates cap. 4.
 tuas misericordiæ pauperum. & quod filio suo senior Tobias: Ex Tob. 4.
 substantia tua fac eleemosynam, & noli auertere faciem tuam abullo
 paupore: ita enim fiet, ut nec à te auertatur fatus Domini. Sequitur.
 Premium enim bonum tibi thesaurizas in die necessitatibus: quoniam ele-
 mosyna ab omni peccato & à morte liberat, & non patietur anima in
 tenebris. Confirmat hoc Raphael. Eleemosyna à morte liberat, & Tob. 12.
 ipsa est que purgat peccatis, & facit inuenire misericordiam, & vitam
 aeternam. Verum hoc esse habes ipfius Dñs verbis apud Lucam:
 Date eleemosynam: & ecce omnia munda sunt vobis. Quod etiam Luc. 11.
 fortius confirmat in die ultimo, in quo, iuxta Ezechiem, omnia Cap. 32.
 cæli lumina lugebant super hominem, & vniuersam terram in-
 tegrit tenebrae. Ægyptijs densiores. Audiamus ipsum Dominum
 loquentem apud Matthæum: Venite benedicti Patris mei, possidete cap. 25.
 paratum vobis regnum. eforius enim, & dedistis mihi manducare; situi,
 & dedisti mihi bibere. Quod vero vides à Dñs spondeti & largiri

Vvvv 3 re-

Puniti qui
mortuos
sepelire
neglexer-
tunt.

regnum, ratione rerum non magnarum; hoc videre potes supplicium deputari negligentibus aut remissis in hoc munere: Dic edite a me maledicti in ignem eternum, qui paratus est diabolo est angelus eius. Esuriri enim, & non deditis mihi manducare, facitis, & non datis mihi potum: Excusantibus le respodit: Ance deo vobis, Quandiu non fecistis nisi de minoribus his, nec mihi fecistis. Concludit Iacob hi in supplicium eternum; iusti autem in vitam eternam. Hoc sunt premia & poenae munificæ & retractæ manus in Dominum, cum eadem dextera, quæ in egenos & pauperes, eis in Domum, per pauperum manus, quasi per torrentem in magnum mare Domum, per cuius exinde nimirum iustum manum & felici nesciam, nesciam indulgere, gloria & supplicia eterna. Quæ si cadunt in beneficium & subducentia viuos dexteram, quæna manebunt eos qui beneficia conferre didicerunt in numquā remuneraturos, quales mortui; non in eos, qui remunerari munus munere possunt, ut quibus gratiarum actio pro accepti muneris pretio est? Jam, inter beneficia, semper primum numeratum sepulcri honorum, plena sunt sacrarum litterarum monumenta. Videbis hoc claram, cum legeris inter summa supplicia saevientis Dei in seculata corpora numerari. Audi Prophetam: Hec dicit Dominus super filios & filias, qui generantur in loco isto, & super matres eorum, quas generaverunt eos; & super patres eorum, de quorum stirpe sunt nati in terra hac. Mortibus agnationum marientur: non plangentur, & non sepeliantur, in tranquillum superfaciem terre erunt: & gladio & fame consumentur: & erit cadaver eorum in escam volatilium celi, & bestiarum serre. Ecce apud

Sepulturā
carent im-
pīj.
litem. 26.

Cap. 22.

Ecli. 44.

2. Reg. 2.

cumdem de Ioakim Rege: Sepulcrā asini sepeliantur, putrefacti, & proiecti extra portas Ierusalem. Cum è contrario inter benedictiones sepultura numerata, hinc illud: Corpora ipsorum in pace separati sunt, & nomen eorum vivit in generationem & generationem. Et laudati, qui sepelirent mortuos. Audi Scripturam: Nunciatum est David, quod viri Iabes Galaad sepelissent Saul. misericordia ergo David nuncios ad viros Iabes Galaad, dixitque ad eos: Benedicti vos Domino, qui fecistis misericordiam hanc cum domino vestro Saul, & sepelistis eum. & nunc retribuet vobis quidem Dominus misericordiam & veritatem; sed & ego reddam gratiam, eò quod fecistis verbum istud. Laudas viros labes

bcs

es Galaad , quòd sepelissent Saul reprobatum à Domino. non ^{Mortuos}
 via reprobatur sepelissent, sed quia mortuum, à quo nec timen- ^{sepelire}
 a, nec speranda, sepelissent. Sed & benedictos Domino voeat, ut ^{laudabide}
 stendat gratam Deo sepulturam mortuorum , etiam non gra-
 orum Deo. sed & remunerationem spondet Dei & suam. Ita
 ccepit Deo, quod in mortuos impensum ; etiam in impios.
 Quod nemo mirabitur, qui meminerit illud Apostoli: *Si es furie-* ^{Rom. 12.}
re inimicus tuus, ciba illum; si sitis, possum da illi: hoc enim faciens, car-
ones ignis congeres super caput eius. Magis autem, qui meminerit il-
 lud Domini apud Matthæum: *Dilige inimicos vestros, benefacite cap. 5.*
is qui oderunt vos: Et orate pro persequentibus & calumniantibus vos; ^{Luc. 6.}
et sitis filii patris vestri, qui in celis est: qui sol em suum oriri facit super
enos & malos, & pluit super iustos & iniquos. Magni omnino & ge-
 nerosi hæc peccatoris sunt, & Christum Deum suum toto animo
 circumferentis. Additur præmium: *Et erit merces vestra multa,* ^{Inimicis}
ritus Altissimi filij, quia ipse benignus est super ingratos & malos. E qui- ^{benefacie-}
bus videoas, misericordiae opera, & liberales in egenos dexteræ, in ^{dum.}
hostes, in maledicos, in calumniatores, in oppugnatores, siue pa-
ram inimicos, siue subdolos insidiatores, aut fronte, oculis, ore
imicos, & toto hostes pectori, nobili à Deo prærogatiuâ dona-
ri, ut filij Altissimi dicantur; cum eum imitentur, cuius benigni-
tas, in bonos & malos, gratos & ingratos, quasi ex æquo defluit,
equante Deo in omnes beneficia sua: similes illi, qui pro perse-
sutoribus in cruce orauit, & crudelitatem coniecit in ignoran-
tiam. quare & maiori præmio donandi. Et sane magnis omnino
opus animis, & Deo quam simillimus, ut in hostem beneficia
profundas, & malefacta benefactis remunereris, & calumnias o-
ratione repelleras, & pro insidijs munera reposas, pro ferro
*spongiam, pro preditione cum Christo osculum, pro spina ro-
 sam, pro lapidibus cum Stephano ad Deum preces, pro detracti-
 onibus laudes, pro imprecationibus gratias, pro alapa alteram
 maxillam. Magna omnino sunt hæc, & supra hominem suum, &*
pars, ut ita dicam, aliqua divinæ naturæ: quo etiam meriti sunt
maioris, & graviora ac cariora Deo; cum in his, humano quodam
dicendi modo, tamquam in opposito speculo se moreisque suos

in-

intueatur, ac tamquam in filio ac similitudine quadam sui delebetur. gaudet enim Deus hoc quasi æmulo secum in homine certamine, & amat prouocari ab amante tamquam ex æquo.

V.

Nicodemi
opera in
Domini
corpus im-
peñsa quā
Deo sit
grata: &
ipsa excu-
titur.

E quibus omnibus colligas, quam grata fuerit Deo à Iosepho & Nicodemo impensa opera in corpus suum, non quidem ipsis inimicum, sed inter inimica agmina constitutum, & è latronum medio creptum, sine vlla remunerationis spe à mortuo, adeoque crudelē in morem laniato corpore: solâ commiseratione, & virtutum illius memoriâ. Nam ut tunc ad majora animum extenderint, non facile adducor ut credam: fide tunc verâ ab omni hominum pectore exulante, si vnam matrem excipias. neque verisimile, Apostolis tunc omnibus labantibus, ac de resurrectione, quare & diuinitatis maiestate, desperantibus, viros duos nobiles in fœdissimè vndique lacero corpore, ac inter latrones pendulo, Deum vidisse, aut diuinū aliquid veneratos. Quòd si Deum arbitrati fuissent, & die tertiarâ resurrecturum; non condidissent tam operosis aromatibus. nam quò tot aromata corpori die tertiarâ resurrecturo? hominem ergo viderunt, cui ut innocentis, & Prophetæ, & ab omnium virtutū genere instructissimo, & multa supra hominem nudum ostentanti, studium suum ut magistro & amico impenderūt. De cruce ergo depositum lauant, vngunt, aromatibus condunt, oboluunt linteis, nouo in petra excilo monumento condunt, ingenti saxo imposito. Factum hoc ali quando à viris nobilibus in Christi corpore. sed & nunc fieri dies videmus. De cruce namque Christi corpus deponere censentur, qui miseratione moti, egentia Christi membra, in opia oppressa, malis lassata, potentia magnorum prostrata, gratia & honoribus destituta, aduersis exhausta, reficiunt; malisque, ac quibus inseulta iacebant, difficultatibus ac periculis eximunt, in spem meliorum erigunt, sibi que reddunt. qui deinde esurientes ac sitientes pascunt, integrunt nudos, vinculis exsoluunt, mœrantes solantur, egentes peregrinos hospitio excipiunt, alieno oppressos ære subleuant, ægris medentur, mortuos sepulturæ, quæ destituebantur, mandant: aliaque huius generis externæ caritatis officia impendunt. Cùm enim Christus dicat sibi impendi,

quod

Hanc qui
impudentur.

quod his impenditur, præmiaq; spondeat, tamquā sibi impensa forent; nemo non videat in Christum conferri, quidquid in illos cōfertur. Ita qui quem malis, quibus obnoxij sunt homines, quibus tamquā clavis affixus tenebatur, eximit, verè à cruce Christū deposuisse in membro suo censendus est. Et quid sunt mala, quibus obtruiμur, aliud quām clavi, quibus misereaffigimur & configimur, & non raro omnis facultas tollitur manuum, omnis pedum, cùm sibi necessitatibusq; suis succurrenti nihil reliquum, aduersa, inopia, morbi, vincula & hostes fecerunt? Lauare verò Christi corpus censemur, qui Magdalēnæ exemplo, lacrymis, gratissimis Christo balneis, pedes illius lauant. siue illas effuderit mōrōr, & commissorum peccatorum pœnitudo, tamquam in domo Simonis; siue tamquam in domo Lazari animæ iam Deo suo conciliatæ veneratio, & discendi auditas; siue denique post amicum illud, & tamquam sponsi, verbum *Maria* excusserit amor, & cellarum sponsi, aut magis vberum illius ebrietas, grata semper Deo animæ sponsio, balnea & lotio sunt. neque vlla fœcudior pluia, & maiori fœnore ad nubem suam, dominum suum reditura: neque vlla balnea magis medica, nec vlla pocula pocillatori suo iucundiora sunt.

Vngere verò censi Christi corpus possunt, qui non iam, vt primi, extremâ inopiâ subleuant, aut esurienti panem, sifienti potum, nudo vestem largiuntur: sed qui liberaliori dextrâ dextras vagunt, & munificentia suæ dona tamquam è plena nube largè depluunt, & non præsenti tantùm necessitati aut sterilitati, sed futuræ prouident. Quæ vñctio maximè diuitum est, quibus concessum, quod negatum alijs, profusionibus donis egentes diuitare, aut saltem extra inopiz metum ponere. Etiam iudicū est, qui viduas, pupillos, gratiâ & fauoribus destitutos, contra potentiorum opes & gratiam, quantum æquitas & iustitia ratio depositit, fortiter tueruntur, & vnicuique ius suum tribuunt, nullâ habitatione amicitiaz, personarum, commodorum, minarum, opum, honorum, necessitudinum.

Aromatibus, quibus corpora à corruptione seruantur, Christi corpus condire mihi videntur; Primò, Reges & Principes, & qui-

VI.

Qui mystice Christi corpus vngere dicantur:

XXX cum-

aromati-
bus con-
dice.

cumq; Ecclesiæ, Dei corpus, ab hostiis oppugnatione tueri-
tur, arma diuertunt, aut melioribus armis frangunt, & calcanda
Ecclesiæ pedibus sternunt. Secundò Pontifices, Ecclesiæ Princi-
pes, Doctores, concionatores, & quotquot religionis in illa &
morum integritatem tueri, intactamque seruant ab omni ha-
rescos labo, omni infidelitatis nebula, omni morum corruptione,
impuritate, impietate, scelere. Tertiò, quotquot vitæ exemplo,
eruditio, morum probitate & sanctitate, viua Christi membra,
quales sunt veræ fidei sectatores, erudiant, firmant, reborant: &
ad Ecclesiæ ouile, aberrantes, quæ moribus, quæ fide, oues redu-
cunt, melioribus & sanioribus instruunt, erroribus exauunt, &
quidquid corruptum in illis, doctâ & profuturâ nouaculâ secaant;
providâque medicâ manu minitantes morbos anteuertunt, aut
ad natâs medetur. Quartò, qui ecclesiæ, fidelium domicilia, ora-
tionum receptacula, sacrificiorum & Sacramentorum noui te-
flamenti loca Deodicata, munificâ manu & ære suo exstruunt,
djuiteq; supellectili exornant. Aromata enim inter prima dona
3. Reg. 10. numerantur. sic Regina Saba aromatibus Salomonem donavit,
Isaia 39. & Ezechias Babylonij legatis aromatum & odoramentorum celas,
inter rariores thesauros suos lætabundus ostendit. Sed &c de ani-
Cantic. 3. ma desponsata Deo est illud: *Quæ est ista, quæ nesciit per desertum,*
sicut virgula fumi ex aromatibus myrræ, & thoris, & univeris palme-
ris pigmentarij? Esterili nimis etiæ ac infœcundo sacerdoli,
& humani corporisculi loco, vnde tanta aromatum, verarum bi-
mirum virtutum, congeries? Quid: quæ summa Dei Sapientia de-
Sal. 24. *se ipsa: Sicut cinnamomum & balsamum aromatizans odorem dedi: quasi*
myrra elebta dedi suavitatem odoris: & quasi storax: & galbanum, &
virgula, & gutta: & quasi libanus non incisus vaporans habitationem
meam: & quasi balsamum non misum odor mons: quasi cerebinus ex-
tendi ramos meos: & ramæ mei honoris & gratia: quasi vici fructus suam
suavitatem odoris: & flores mei fructus honoris & honestatis. transfixat
me omnes qui ooncupiscit me, & à generationibus meis impletimi: spi-
ritus enim meus super mel dulcis, & hereditas mea super mel & facum:
Hæc sunt illa aromata virtutum filij Dei, quæ odorem suum
longè latèque terrâ cæloque toto spargunt, beatarumque matri-
tum

tium animas odorum suorum suavitate æternum affant. De cuius mellea in uitatione merito gratulari sibi fidelis anima potest & debet, maximè quoties illi casto amore despontata, in aromatum illius montibus exultabunda, adeoq; & vberum illius ebria pascitur & potatur. cum audit amicam illius vocem: *Ven in hor-* CANT. 5.
cum meum, foror mea sponsa; messui myrrham meam cum aromatibus meis. &: *Rigabo hortum meum plantationum, & inebriabo prati mei Eccl. 24.*
fructum. Quis hic hortus plantationum, nisi illa, cuius meminit dilectus? *Hortus conclusus foror mea sponsa, hortus conclusus. surge CANT. 4.*
Aquilo, & veni Auster, perfla hortum meum, & fluant aromata illius. Et prouocata dilecti sui verbis, audet sponsa: *Veniat dilectus meus in CANT. 5.*
hortum suum, & comedat fructum pomorum suorum. casti nimirum
amoris castissimos fructus. Et iam secura de sponsi sui aduentu:
Dilectus mens descendit in hortum suum, ad areolam aromatum, vt pa- CANT. 6.
scatur in hortis, & lilia colligat. Quis hortus sponsi, nisi anima despontata Deo? quæ areola aromatum, nisi eadem anima, nardo & croco, fistulâ & cinnamomo, cum univeris lignis Libani, myrrha & CANT. 4.
aloë, cum omnibus primis vnguentis, virtutum omnium, sponsi sui
donis, diuitata. ad cuius hortum descendit sponsus, cuius *delicia Prover. 8.*
esse cum filiis hominum, vt pascatur mutuo amore, & lilia colligat
amoris casti. aut virgines sibi deligat, nulli alteri despontandas.
 Hinc illud: *Dilectus mens mihi, & ego illi, qui pascitur inter lilia. inter CANT. 2.*
castarum animarum castas cogitationes. ignorant lilia spinas:
 ignorant animæ Deo despontata, castorum florum suffocatrices
 spinas. Vt non immerito filiæ Ierusalem, sæculi huius, inclament admirabundæ: *Quæ est ista, que ascendit de deserto, delicijs affluens, CANT. 3.*
innixa super dilectum suum? Vnde deliciæ, nisi à dilecto? vnde deserto affluentia, nisi ab eodem? vnde, audacia inniventis animæ super dilectum sponsum suum, nisi ab illo, qui illam sibi despontauit? eueniat hoc mihi, & lectori meo, æternum, vt delicijs, virtutibus nimirum dilecto gratis, affluamus: & vt animæ nostræ sterile, & cordium nostrorum deserta, perfenturo odore aromatum dilecti nostri, vt munere suo delectatus, inebriet animæ nostræ prati sui fructum: vt vicissima ipse inebrietur illo, & pascatur inter vbera sponsæ, quæ prior ipse impleuit, inter nimirum animarum

nostrarum ybera, virtutum, ac in primis casti amoris illius, succo distenta.

VIII. **R**edeamus ad viros nobiles, qui obuoluunt Christi corpus linteis: & videamus, qui sint imitatores horum. Lintea **v**erecundiæ integumenta sunt, quibus nuditas nostra integratur, in pudoris remedium. ignorauerat pudorem innocentia, quia ignorabat nuditatem. accessit delictum, & aperuit nuditatem, & inuenit vestem pudori tegendo. ita vestis delicti pœna est. Pro hoc delicto quod suaserat vestem, passus Christus est: & in omnium oculis sterit & pependit inuestis, ut nuditate suâ exsolueret delictum, quod ignoratam nuditatē docuerat. Numerato ergo pretio, quod iustitiae ex delicto debebatur, eximi pœnâ, nuditate nimirum suâ, debuit. factum, cum linteis recta nuditas in sponsore nostro Christo est. Inuoluere verò linteis Christi corpus dici possunt, qui nullam illi causam præbent iteratæ nuditatis, cui maximè supra omnia scelera causam dederunt impuræ voluptates nostræ. castam ergo quicunque vitam ducant, Christi pudori consulunt, nuditatem regunt. nullum integumentum castitoniæ densius est: nullum impudicitâ rarius. tegatur mille vestibus impurus: nudus Deo suo, & conscientiæ suæ est.audetur castitas: vestita Deo, & conscientiæ suæ est. Sed & magna vbique castitatis prærogatiua est. Hinc illud: *Omnis ponderatio non est digna continentis animæ.* & illud: *Beati mundo corde, quoniam ipsi Dominus videbunt.* Cum contrâ impura corda abominatio Domino sit, ut meritò dicant: *Totâ die verecundia contra me est, & confusio facit cooperuit me.* Confusio à peccato nata, quod hominem cælestibus diuinæ gratiæ vestibus spoliat, nudumque cælo & inferis spectandum & fidendum præbet. & vnde maior nasci verecundia potest, quam cum, cælo teste, omni se gratiæ cælestis veste nudatum peccator sentit, & filiali diuinâ spoliatus veste, mancipij inferorum vestibus induitur? Potest fungi pudor maior, quam cum se sentiat anima in oculis omnium voluntate suâ solitariam, nudam, exulem vitæ, hereditate exutam, gloriâ exclusam, inimicam Deo, ignium materiam æternum, famulam dæmonum, ludibrium hostium, in omne æuum factam: Integramur ergo castitatis stola,

*Ecli. 26.
Matt. 5.*

Psal. 43.

Nuditatem docuit peccatum, eam abstulit Christus moriendo.

*Casti eius
corpus lin-
teis inuol-
uere dici
queunt.*

lā, & stabit verecundia, & forma placens Deo, & cælo similior.
 Sanè si Iudith, quòd post virum suum alterum nescierit, *præclarior* *Iudith*¹⁵.
 fuerit *uniuersæ terra Israël*, quo loco apud Deum erit, quæ virum,¹⁶
 præter vnum Deum non nouerit? quanto enim maior fuit illa,
 quæ denuncianti angelo Dei Filium, ausa fuit dicere: *Quoniam Luca* *I.*
virum non cognosco; & audire meruit: *Spiritus sanctus superueniet in*
te, et virtus Altissimi obumbrabit tibi: tanto maior erit omnis ani-
 ma, quæ vni Deo desponsata, omnem, præter illum, virum igno-
 rat, facta *Spiritus sancti obumbratione filia, amica, sponsa magni*
Dei: & in qua sibi complaceat Deus, cuius vberibus delectetur,
 & cui vicissim vbera sua præbeat, & mutua casti oris oscula.

Conditur denique monumento saxeo Christus, & quidem in
 monumento alieno: ut discas paupertatem Christi, qui stabulo
 nascitur alieno, præsepi pro cunis excipitur alieno, monumento
 conditur alieno, sumptu etiam funeratur alieno. Inter memo-
 randa Romanæ vrbis & laudanda, P. Valerius Publicola, & A-
 grippa Menenius sunt. quibus mortuis, & lectus funebris, & ro-
 gus, & sepulturæ defuisset honor, nisi publicâ pecuniâ, senatus
 populiq; decreto, ductæ exequiæ essent. & posterior etiam col-
 latis in capita sextantibus funeratus est. ita pecunię omnis inopes
 decesserunt, vt, ni ciuitas funeris impensam suffecisset, inseulti
 iacerent. Quis hæc crederet, nisi causam nullam meritiendi ha-
 berent qui hæc narrant? quod eo magis admirandum, quòd à
 Valerio, pulsis Regibus, Reipublicæ initium, à Menenio Roma-
 næ concordiæ fuerit. Magna hæc exempla, & portentis similia.
 sed in ea Republica nata, in qua Fabricij, Æmilij, Attilij Reguli,
 Cincinnati, Ælij Tuberones, Scipiones, Scauri. magni viri, &
 tantæ ciuitatis principes: sed diuitiarum aut contemptu, aut neg-
 lectu maiores. Verùm quid hæc ad Christum nostrum? homi-
 nes ibi videbis, hic Deum. illi paupertatem, in qua nati, tulerunt;
 hic vltro illam accessiuit. & cum imperare terris vt cælo posset,
 omnium, quæ patet orbis, diuitiarum dominus; inopem amavit
 vitam, inopem delegit. & cui omnis terra scabellum pedum, &
 cælum sedes est; hic alieno ære funeratur, & sepulcro tumulatur
 alieno. adeò reium omnium inops, vt, quo nudum, vulneribus

IX.
 Paupertas
 Christi et
 iam post
 mortem;

vndique lacerum, congereret corpus, linteo carceret. sed neque tantum terrarum, quo conderetur, haberet. Potest inopia singi maior vestem vnam miles secuerat, alteram fors & alea cripucrat. Deerat emortuo corpori linteum, cui involucretur pectori tegendo, deerat terra cui insepeliretur, deerat sarcophagus cui crederetur; sed & deerant amicorum manus, quæ pendentem defigerent. Mutuari hæc omnia ab aliena miseratione debuit. etiam terram & saxum. Non miraberis, si memineris verbi illius:

*Mattb. 8.
Mundani
paupertati
tem peros
opos con-
lectantur.*

Vulpes fousas habent, & volucres celi nidos; filius autem hominis non habet ubi caput reclinet. Vbi sumus, qui imitatores & discipuli Christi audire volumus? in quo imitamus? quis nostrum non præferat opes paupertati, honores contempnui, patriam exilio, proprium monumentum alieno, lectum & culcitram cruci, munera persecutioni & odio? Et tamen stabulum in Christo videimus, Iudæorum ludibria, Ægyptum pro patria, alienum sepulcrum, duram pro molli lecto crucem, Herodis ferrum pro veneratione & cultu. sed & amamus illa in Christo; fugimus in nobis: laudamus in illo, damnamus in nobis: exsculcamur in illo, projicimus in nobis. Quid speremus cum illo præmiari, qui subterfugimus cum illo certare? aut quam coronam speramus laborum illius ignari? aut ignauiam speramus coronandam, & laborum fugam? Sane aut falsus est Christus, aut fallimur miserè nos omnes. Sed & gloriatur in paupertate sua, & ad paupertatis nos suæ gaudia prouocat. Audi Prophetam: Exulta fæcis filia Sion, iubila filia Ierusalem: ecce Rex tuus veniet tibi iustus, & saluator: ipse pauper, & ascendens super asinam, & super pullum filium asinæ. Non videtur tibi de paupertate, tamquam de nobili diuitiarum omnium triumpho gloriari? & non videtur in his verbis captiuas seculi opes ducere in triumphum, & ante paupertatis currum vincetas agere? quam nobilis honorum omniuum ouator, asinæ & asinæ pullo vehitur? Et prouocat inter hæc in exultationem & iubilum filiam Sion, animam nimirum fidelem, quam optat non postremā esse triumphi & gaudij sui partem: & vt sponsus sponsam, prouocat in iubili sui societatem, & lætitiae suæ participē facit, qui amoris fecerat & desponsationis. Et ne arbitreris semel

pau-

p̄auperem fuisse, reliqua diuitem, audi quid dicat: *Pauper sum ego,*
& in laboribus amentute mea: & Ego vir videns paupertatem meam. Non miraberis, si cælorum regna pauperratis præmia, illius destinatione videris apud Lucam: *Beati pauperes, quia vestrum est regnum Dei.* Nobilissimum maximumque necessarium est pretium esse, cuius præmium cælorum regna sunt. Quis credat paupertate cælum emi, non emi argento & auro; imo perdi argento & auro: cūm facilius sit camelum per foramen acutum transire, quam diuitem intrare in regnum cælorum? quis, inquam, credat, nisi assertorem & testimoniū, & ex se ipso magistrū habeamus huius rei Deum? o quis hoc sæculi magnorum & diuitium credit? imitarentur, si credent: non imitari, est non credere. Iam querere ab omnibus, qui Christi nomen præferunt, & amant audire Christiani, an reposita cælo regna & gaudia numquam moritura putent? dicent, putare: quære, an illa amēt, & ambiant? dicent amare, ambite. dic paupertate hæc regna venire, retrahent humeros & pedem. & cūm audierint: *Si vis perfectus esse, evade, vende que habes,* & *da pauperibus,* & *habebis thesaurum in celo;* *& veni, sequere me;* sequentur adolescentē, de quo Dominus: *Cūm audisset autem adolescentis verbum; abiit tristis: erat enim habens multas possessiones.* Addit: *Amen dico vobis, quia diues difficile intrabit in regnum cælorum.* Et subdit exemplum camelī, cuius antè memini. O quis credat, si ego dicam? dicit Deus. & quæ fidēs apud plerosque mortalium dicenti Deo? nam credere dicenti Deo, & imitari nolle, ridere magis, aut fidem derogare, quam credere est.

Nunc videamus, qui sunt qui Christum condunt sepulcro, aut claudunt monumento: quod enim sepulcrum aut monumentum, nisi cor nostrum? è quo quidquid boni aut mali, profertur, iuxta illud Lucæ: *Bonus homo de bono thesauro cordis sui profert bonum; & malus homo de mali thesauro profert malum: ex abundantia enim cordis ost loquitur.* Confitat Dominus: *De corde hominum male cogitationes procedant, adulteria, fornicationes, homicidia, furtū, avaritia, nequicia, dolus, impudicitia, oculus malus, blasphemia, superbia, que communicant hominem.* E corde ergo tamquam è thesauro & monumento probanda ac improbanda, præmianda ac damnanda

*Psal. 87.
Thren. 3.
Christus
pauper
fuit iam
inde ab
initio.
Cap. 6.*

X.
*Qui Christum se-
pulcro
condant.*
Cap. 6.

da procedunt: meritaque ac demerita, punienda ac coronanda; è corde prodeunt. In hoc per virtutum exercitia, operaque bona, condimus Deum; per scelera & peccata, pulso Deo, condimus dæmonem, & monumentum huic animæ nostræ iuratissimo hosti statuimus, in quo sibi in interitum nostrum complaccat, & conquiescat. Vide hinc hominis fatuitatem: excludit corde Deum, quo fruebatur; admittit dæmonem. pulsat Deus monumentum cordis nimirum, ostium: admitti postulat. pulsat diabolus à primordio æmulus Deo. repellimus aut negligimus Deum, & obseramus huic ostia; referamus diabolo lubentes, volentes. quid ergo speremus à repulso Domino? Et haec nullo propè non die fiunt. sanè in omni peccato grauiore fiunt. Ut non immerito dicitur.

Ierem. 17. cat Propheta: *Prauum est cor omnium, & inscrutabile: quis agnoscet illud?* Respondet Deus: *Ego Dominus scrutans cor, & probans renes, qui docuniquerunt iuxta viam suam, & iuxta fructum adiunctionum suarum.*

Prou. 11. De quo etiam corde illud Sapientis: *Abominabile Domini cor prauum; & voluntas eius in ijs qui simpliciter ambulant.* Non mireris abominabile esse cor prauum, cùm sedem in eo sibi fixerit æmulus de diuinitate Deo diabolus: qui ut abominabilis Deo est, ita & cor, cui insidet, & à quo spreto Deo admissus est. Et quod abominatione Deo maior, quam æmulū illi de diuinitate fieri, aut Dei æmulū, repulso Deo, admittere? facimus hoc in omni sceleri grauiore. Hinc illa post Dei reputsam pœna: *Excæcauit oculos eorum, & induravit cor eorum: ut non videant oculis, & non intelligant corde, & conuertantur.*

Iean. 12. Non quod Deus excæcat oculos, aut cor indurat, ne conuertantur, qui non vult mortem peccatoris, sed vitam; sed quod per peccatum, auctore diabolo, permittat oculos excæcari, cor indurari & lapidescere. Hinc illud Sapientis: *Excæcauit illos malitia eorum: ut cætitatis & duritiei propinquæ causa peccatum, & peccati consiliarius diabolus sit, permissua Deus, qui hominem permittit in manu consilij sui, nec libertati, in qua conditus, inferre vim consuevit. nisi quis forte dicat, excæcare Deum oculos, cor indurare, in ultionem criminum peractorum, tamquam in delicti pœnam.*

Isaia 45. Ita etiam apud Isaiam legimus: *Ego Dominus creans malum. non quod peccatoria creat mala, sed ultoria:*

*Pecator
Deum cor-
de excludit,
dæmonem
admittit.*

*Homo sci-
pse indu-
rat, non
Deus.*

Sep. 2.

ria: cùm malorum peccati auctor diabolus sit, malorum pœnæ Deus. illa malitia deputantur, hæc iustitia. quæ quidem mala cùm sint illis quibus rependuntur, bona tamen sunt, quæ iusta, & quæ bonorum defensoria, inimica malorum sunt. Quidquid sit, infelitissima omnino conditio illorum, quibus cor induxit. de quo illud Scripturæ: *Cor durum habebit male in nouissimo.* addit: *Cor Eccl. 3. ingrediens duas vias, non habebit successus.* Quid infelicius, quām in nouissimo male habere; cùm à nouissimo pendeat æternitas, claudatque infortunatissima pœnarum æternitas nouissima mala. Infelix etiam cor est, quod ingreditur duas vias, percutiendum aliquando ultimo infelici successu: licet priora meliora spondeat; exitum tamen sortientur scorpij, & de cauda ac nouissimo percutientur in interitum. Similes his sunt, de quibus Dominus: *Populus hic labijs me honorat; cor autem eorum longè est à me.* & illis: *Vt, qm̄ profundi estis corde, ut à Domino abscondatis consilium.* quales sunt illi omnes, de quibus Sapiens: *Vt dupliciti corde.* Cùm contrà beati, simplices corde. de quibus illud Proverbiorum: *Abominatio est Domini omnis illusor;* & *cum simplicibus sermocinatio eius.* Vnde etiam gloriatur Apostolus: *Gloria nostra hæc est, quod in simplicitate cordis, & sinceritate Dei, & non in sapientia carnali, conuersati sumus in hoc mundo.* A Domino hæc sunt, qui non desinit corda nostra ad se prouocare. hinc illud: *Prebe, fili mi, cor tuum mihi.* Ut emolliat nimirum illud, & sedem in eo figat, faciatque quod apud Prophetam promittit: *Auferam cor lapideum de carne eorum,* & *dabo eis cor carneum:* & *spiritum meum ponam in medio vestri.* Et tamen Christus sepultus in monumento fuit exciso è petra. ita Deus optime in corde sibi dilecto habitat. *Hac requies mea in seculum seculi; hic habitabo, quoniam elegi eam.* Animam nimirum in corde puro & mundo sibi desponsatam: in cuius medio tentoria sibi fixit, spiritumque suum posuit, tamquam in quietis & deliciarum suarum loco. Beatus nimis animæ, quæ deleat & semel à Deo in sponsas, nullum alium admittunt, omnem excludant, ut inter casta illum vbera pascant; interque castissima illius vicissim.

vbera pascantur, ac inebrientur æternum, innixæ super dilectum; factæque dilecto reclinatorium gratum aureum, gemmæcum, castarumque sponsarum æternum: in quo etiam dormiens vigilet, vigilansque dormiat, nullo quo separandus. Beatum monumen-
tum, quod antè non raro saxeum, ac peccatis mortuum, molliuit Dominus, & nobilissimâ sponsi animauit animâ. nec iam amplius patitur petram, sed puluillum sponso paratum: luceque suâ magnâ super mille soles lucidiores, pulsis procul tenebris, collu-
strauit.

XI. Sequitur in Euangelista: *Ioseph aduoluit saxum magnum ad ostium*

Matt. 27. Saxum cur ostio monumen- tum Dominiici aduolu- tum sit. *1. Cor. 3. Iob 5.* *Prou. 21.* *monumenti, & abiit. Pharisei autem manierunt sepulcrum, signantes la- pidem cum custodibus. Ne qua scilicet fraus admoueretur, & ut mendacijs arguerent Christum: qui dixerat se post diem tertium resurrexerum. Fatur: verè sapientia huīus mundi stultitia est apud Deum. & non scriptum: Apprehendit sapientes in astutia eorum, & consilium prauorum dissipat? non est enim sapientia, non est pruden- tia, non est consilium contra Dominum. Ad certiorem resurrectionis testationem facta sunt hæc omnia. ingenti saxo, quo monumentum claudebatur, custodes admouentur; ne discipuli clām reuoluerent saxum tantâ custodiâ firmatum. munitur sigillo, ne quis fucus in ipsis custodibus esset, & auro à discipulis accepto auchendum corpus traderent; cùm sigilli integritas à milite de- posceretur; aut, si non staret sigillum, fraus pateret, & infida cu- stodia auro circumuenta, auro empta. Nunc nihil habent, quod improbitati suæ prætexant. saxy magnitudo, sigillum, custodes, omnem doli suspicionem tollunt. Quid diceret? non mortuum? milites, centurio, cor lanceâ perfoissum, lauatio corporis, vnguis, aromata, monumentum, mortuum loquuntur. sed & ipsi Prin- cipes ac Pharisei mortis testes steterant. Dicerent reuoluto saxo furtim ablatum? immotum saxum, sigilli integritas, custodes ar- mati mendacium retegerent. Dicerent milites auro victos? infra- etum sigillum mendacium proderet. Quare quæ Iudei ad infir- mandam resurrectionem excogitarunt, ea Deus ad firmandam adhiberi permisit.*

CAPUT XXV.

De ita, que post sepulcrum à Magdalena & socijs mulieribus facta.

AUDIAMVS Matthæum: *Vespere autem sabbati, quæ lucebat in prima sabbati, venit Maria Magdalene, & Maria Jacobi & Salome, portantes que parauerant aromata, ut venientes vngarent IESVM.* Et ecce terremotus factus est magnus. Angelus enim Domini descendit de celo: & accedens revoluit lapidem, & sedebat super eum. erat autem asperitus eius sicut fulgor: & vestimentum eius sicut nix. præ timore autem eius exterriti sunt custodes, & facti sunt velut mortui. Respondens autem angelus, dixit mulieribus: *Nolite timere vos: scio enim, quod JESVM, qui crucifixus est, queritis: non est hic: surrexit, sicut dixit. venite & vide-*te locum, ubi positus erat Dominus. Vide mulierum diligentiam. Valde manè vna sabbatorum, dicit Marcus; *Cum adhuc tenebra essent,* Ioannes: Lucas verò, *Vna sabbati valde disculpo venerunt ad monu-*mentum. Non semel venerunt: venerunt vespere, venerunt manè. neque enim semel, aut leuiter amarunt; amarunt semper, ama- runt fortiter. impulit proinde amor ad iterandam inquisitionē. neq; solet amor quiescere, donec potiatur, quē verè amat, amato. Hinc illa amantis animæ: *In lectulo meo per noctes quæsumi quem di-*ligit anima mea. Nocte quærit. quod tempus reliqui mortales dant quieti. nec nocte tantum vna, sed per noctes. Ita vna nox non sufficit amori: nec expletur amor, aut conquiescit. si vna nocte non repererit amatum: repetit, & iungit noctes noctibus, diebus dies. Neque contenta nocte quæsisse in lectulo, inter nocturnarum meditationum castas disquisitiones, interq; casta noctium colloquia, casti cordis suspiria casta, castasque lacrymas è casto cordis fonte salientes, & amati pedes, manus, latus balneantes, cordeque labijsque tamquam spongiā detergentes: non, inquam, contenta noctis silentiosa & amicā quiete, impatiens amoris sur- git. Surgam, & circubo ciuitatem: per vicos & plateas quæram quem diligit anima mea. Non tantum per contemplatiæ vitæ tramites, sed & per actiæ, quærit dilectum. vt, dum non inuenierit in con-

Y y y z

tem-

Cant. 5.

Iohann. 13.

Cant. 2.

Cant. 5.

Cant. 6.

Cant. 8.

Cant. 1.

Cant. 3.

Cant. 8.

Cant. 1.

Nocta 2.
mors potissimum
exicit

temptatione, querat in actione dilectum suum. Quam validè
 verò & impotenter querat, indicant illa verba: *Adiuro vos filie
 Ierusalem, si inueneritis dilectum meum, vt nuncietis et quia amore lan-
 gueo.* Adiurat socias eiusdē dilecti amore saicias, vt, si fortè illum
 inuenerint, denuncient se amore illius languere. Ita olim vna ex
 illis dicebat: *Ecce quem amas, infirmatur.* Quasi vt ibi satis fuit ad
 curationem dixisse, *Quem amas, infirmatur;* ita hīc satis sit ad amo-
 ris vota explenda, *Amore langueo.* Simul etiam indicare videtur, se
 querendo dilectum non labore, sed amore lassam. dum enim
 inter querendum augetur amor, tandem amore languens, iacet
 in amico languore, magnā spe accessuri amati distenta; qui non
 solet amore suo languentes destituere, aut impastos dimittere.
 Vnde illa inuitatoria verba: *Surge, propera amica mea; surge amica
 mea, sponsa mea, et veni. Aperi mihi soror mea, amica mea. veni in bortū
 meum, soror mea sponsa.* &c: *Reuertere, reuertere Sulamitis: reuertere, re-
 uertere, vt intucamur te.* Quibus excitata, tamquam soror, amica,
 sponsa, & non iam amplius externa, sed domestica, audet: *Quis mi-
 hi det te fratrem meum, fugentem vbera matris meae, vt inueniam te feris,*
& deosculer te, et iam me nemo despiciat? & alibi: *Osculetur me osculo oris
 sui: quia meliora sunt vberatua vino.* Et non uno loco: *Tenui eum, nec
 dimittam, donec introducam illum in domum matris meae, et in cubicu-
 lum genitricis meae.* &, *Apprehedam te, et ducam in domum matris meae;*
sibi me docebis. Denique: *Introduxit me Rex in cellaria sua. exultabi-
 mus, et letabimur in te, memores vberum tuorum super vinum.* Cel-
 laria laudat, tamquam amica; vbera, tamquam filia; oscula, & cu-
 bicula genitricis suæ, tamquam sponsa. Et quod cubiculum geni-
 tricis, nisi cor amantis animæ, in quo quiescat, dormiat, delicie-
 tur? vicissimq; in amati corde, tamquam in cubiculo, amore lan-
 guens anima mutuis satietur osculis? Iam, cum omne tempus ca-
 sto amori gratum, magis tamen nocturnum, cum omni exteriorâ
 actione seclusâ, omnibusq; impedimentis aut disturbantibus
 amoris, in quadam quasi solitudine, & alto silentio anima consti-
 tuta, liberas vndique proiicit voces, non reddituras vacuas: mu-
 tuisq; poculis inebriata, eructat non amicæ iam aut filiæ, sed
 sponsæ verba. accipitq; vicissim non inferiora à sposo, non in-
 uitata.

uitatoria tantum, sed mutuae castæ fruitionis verba, quales animarū esse consuecerūt. Audiamus amantem, & quidem Regem: *Quemadmodum desiderat cervus ad fontes aquarum; ita desiderat anima mea ad Deum fontem viuum: quando veniam, ex apparabo ante faciem Dei: fuerunt mibi lacrymae meæ paxes die ac nocte, dum dicitur mibi, Vbi est Deus tuus?* vide sūtientem cellaria, vbera, & aquarum viuarum fontes. vide quærentem: Quando apparebo ante faciem Dei, sponsi mei, ut osculetur me osculo oris sui: vide languentem, & pro panibus ac potu, lacrymis sequientem amoris nimirum lacrymis, quæ illi pro cibo & panibus. Quas cum fundat de die, tum copiosius noctibus: *Dum dicatur, Vbi est Deus tuus?* quærit nimirum, necdum inuenerat fugientem super montes aromatum; aut post amicam vocem: *Aperi Canticum 8. mihi: soror mea, amica mea, columba mea;* declinantem ac transuenientem, aut abdentem se ad maioris amoris excitationem. Vnde ille natæ amoris lacrymæ: *Lanabo per singulas noctes lectum meum; Psal. 6. lacrymis meis stratum meum rigabo.* Quanto amore natabat, qui amoris lacrymis, tamquam in balneo natabat? quanto, qui non nocte unâ, sed noctibus singulis lectum suum amoris fontibus lauabat? non aspergebat tenui rore, sed tamquam imbris lectum perfundebat, tamquam fœcundâ pluviâ infœcundum aliqui stratum fœcundabat. Sed & monet alius: *Consurge, laude Threnos 2. in nocte, in principio vigilarum: effunde sicut aquam cor tuum ante conflictum Domini.* Ita solent amantes mutua in se mutuo corda effundere. dum nihil sibi reseruant, sed totum in amatum profundunt. sed & core effundunt per oculorum nubes; dum mutuo se petunt amoris lacrymis. Ita effundebat cor suum ante conflictum Domini, quæ lacrymis lauabat pedes eius, & teperni hoc amoris balneo amati recratabat pedes, quos capillis & osculis tergebatur. talis etiam erat ille, qui dicebat: *Concaluit cor meum intra me, & in meditatione mea exardescit ignis.* E quo calore dissolutæ oculorum nubes gratâ amatum aspergunt pluviâ; ignisque amorum telis amatum sauciant. grata vulnera, in vitam, non in mortem, itura. ita plus viuunt, quo mutuo se plus vulnerant amantes: ab his enim telis vita profluit, nouaque à singulis vulneribus vita exsurgit.

Y y y 3

Sed

II.

Sed videamus, quid amantes hæ animæ, Magdalena & socia
deferant amato. aromata, quæ emerant, quæque parauerant con-
diendo amati corpori. Viderant autè virorum manibus, & qui-
dem nobilium, copiosissimo aromatum condimento Christi sui
corpus conditum. Sed non est contentus amor', alienis manibus
& aromatibus amati corpus condiri; vult suis. neque satis impa-
sum putat amato, licet omnes in illum profundantur opes, suas
etiam gaudet profundere. & cum nihil illi, quod profundat su-
per, profundit lacrymas, quibus inscripsit cor suum. ita cum la-
crys cor effundit in amatum, melius in ipsius corde, quam in
suo victurus. Neque mireris, si mulieres vngere viri corpus vene-
rant, ac non magis muliebris eas verecundia ab hoc officij gene-
re in viro deterrebatur: non venerant ut externæ; venerant ut ca-
sto paradisiaco amore sauciæ. Cogita Adamum & Euamante ve-
titæ arboris escam, cum mutuam nuditatem ignorarent, nec
erubescere dicerant ad alienum sexum. & nescit castus amor
discrimina sexus, non magis, quam mutuus angelorum &
animarum à corpore suo exultantem castus amor. Deferunt ergo
aromata. sed, ut venerant ad monumentum, *dicabant ad mūicem,*
Quis revoluet nobis lapidem ab ostio monumenti? Quid facerent mu-
lieres tres, ad ingens monumenti saxum revoluendum? auxilia
depositerent à custodibus, ab inimicis crucis Christi? auro cor-
rumpentes? qui possent sine manifesto infideles custodiæ ac pro-
ditionis criminis, cum saxum Rontifacio sigillo munissent Iudei?
Vides hic amantium mores, qui nihil difficile arbitrantur aman-
ti. quare nec deliberationem ante instituunt potius amato; sed
caeco quodam imperio in illuna feruntur, non cogitant interla-
bientia maria, non interfacentes rubores, & diligentiam nemora, aut
solitudines habitatore suo destitutas; sed cogitant amatum; si-
risque esse putant ad omnes omnino difficultates perfringendas,
amare, quasi nihil arduum, nihil invium sit amori. Bene. imò, &
prudenter, neque ehius spem patitur irritam, aut fiduciam fallit
amati, qui amant Deum: aut minor in profusione aut auxilioct,
quam qui amat in amore. Etsane indignum magnitudini diuinæ
esset, vinci ab homine. audescere, etiam montes cum Thaum-

Amans a-
mato nihil
non im-
pendit.

Marc.16.

Amor ex-
cus est &
intrepidus
ad pericu-
la.

103

104

105

turgo transferes; maria cum Francisco de Paula; & Hyacintho calcabis; flumina cum Elia & Eliseo diuides; mortuos cum Petro & Paulo ad vitam reuocabis. Iam vide, vt non fallat Deus. *Terra Matt. 28.*

magnus factus est magnus. Angelus enim Domine descendit de calo, & accedens reuoluit lapidem. Non magnum, angelo mouere lapidem, qui nocte unā percussit in castris Assyriorum centum & octoginta Reg. 19; quinque milia. Magnum tamen est tam facilem ad amantium se vota Deum esse; & anteuertere etiam preces. Sed neque hoc nouum Deo, qui non raro peccatorum reuoluit lapidem; quo tamquam molaribus cor opprimebat. factum in Matthæo; in Zachæo, in Magdalena, in Paulo. Et nullâ propè non die eadem videmus portenta à manu Domini, qui lapidescentia corda, & iam saxeа, vertit in mollem carnem, ad omnem spiritualis figuli dexteram, ducendam, flectendam. & quæ antea erant cubilia draconum & aspidum, dæmonum nimirum, hunc sint magni Dei. Tanta vis crucis Christi est, tanta meritorum sanguinis Dei.

Sequitur: *Erat aspectus eius sicut fulgur, vestimentum eius sicut nix. III. præ timore autem eius exterriti sunt custodes, & facti sunt velut mortui. Vt in his omnibus habes terræ motum, angelum de cælo descendenter, lapidis reuolutionem, aspectum illius sicut fulgur, vestimenta sicut nix, exterritos custodes, & ad animorum deliquia redactos. Habes terræmotum in cruce, & centurionem inclamantem: Verè Filius Dei erat iste. Habes, orante mediâ nocte Pau- Matt. 27. lo & Silâ, mota esse fundamenta carceris, & statim aperta omnia Aetor. 16. ostia, & vniuersorum vincula soluta. Habes angelos descendentes in Sodomam, Lot educentes, & exinde pluuiam sulphuris & ignis, & ciuitates iam nullas, & arenam terram, & mare mortuum. Habes etiam angelum Domini descendenter cum Azaria & socijs in fornacem, & excutientem flamمام ignis de fornace, sta- Dan. 3. tuente inque medium fornacis quasi ventum roris flantem. Sed & Da- niel vidit angelum vestitum linceis, cui renes ac cinelli auro obrizo, & fa- Dan. 10. cies velut species fulgoris. Quid? quod & Christus ipse angelicam visus formam induisse, cum resplenduit facies eius sicut sol, vestimen- Matt. 17. ta autem eius facta sunt alba sicut nix. Ut non miremur exterritos Angeli dum apparent terrefaciunt homines.*

Christi

Matt.17. Christi transfiguratione, ceciderint in faciem suam, & timuerint valde. Et Daniel, viso angelo, cuius memini de se faretur. Non remansit in me fortitudo, sed & species mea immutata est in me, & emarcui, ne babui quidquam virium: & iacebam consternatus super faciem meam, & vultus meus habebat terrae. Et Tobias cum filio, vbi Azariam, Raphaelem angelum Domini esse didicerunt, Turbati sunt, & mentes ceciderunt super terram in faciem suam. Nemo proinde mirabitur, exterritos custodes, & factos velut mortuos, cum Pontificio sigillo signatum lapidem nullis humanis manibus moueri loco viderent, terrâ magno motu concussâ. nam & rei magnitudo mouebat, & inexspectata saxi reuolutio, & sigilli, cui custodes adhibiti erant, resignatio, & vis humanâ maior, cui resistimis non posset. nam quæ arma valerent in angelum? quæ pectora starent ad fulmineum illius vultum? quæ admiratio non teneret ad vestimenta niue candidiora? Sentiebant terræmotum, qui & arma excuteret, & subduceret pedes, & solo allideret. videbant nullis manibus tamquam pilam excuti saxum, videbant augustinissimam supra omnem hominem angelicam faciem, ipsis exercitibus & inferorum portis tremendam. verebantur fulmina, & perstringebat tanta maiestas oculos omnium. Nec occurrebat quid respondere aut Pilato iudici, aut Phariseis possent, timere que poterant infidæ custodiarum accusationē. & quod maximum, videbant abesse Christi corpus, cui custodiendo adhibiti erant non viderant illud tamen aut humanis, aut angelorum manibus sublatum. & abesse tamen videbant, ignari quâ viâ, cum certi essent de lapide ante illud momentum non moto, & de sigilli integritate. sed neque in ipso moti lapidis momento Christi corpus viderant alienâ virtute aut suâ loco moueri. angelicum corpus viderant, Christi non viderant. Sed neque mulieres, quæ spectaculo huic intererant, Christi corpus viderant, cum viderent mouentis angeli, & saxo insidentis: à quo etiam monite nō timerent, cum in solarium illarum hæc facta essent, miliibus in terrorem, omnibus in resurrectionis testationem. cum enim ante illud tempus immotum sterisset saxum, infraactum sigillum, & abesset tamen, quod clausum monumento fuerat, corpus, magno

Mulieres
eū time-
rebat, & non
timere
iussæ.

gno milite custoditum; necessum fuit dicere, resurrexisse redi-
uiuum corpus. certum enim erat, non esse ablatum, nec subdu-
ctum ab inferiore monumenti parte, cum vndique cinetum es-
set petrâ, immo è solida petra monumentum excisum foret. Et ma-
ior difficultas, immo portentum maius, educere mortuum corpus
è clausa vndique petra, quam viuum: cum maior sit viuentis,
quam mortui vis corporis; & minus miraculum, rediuiuum cor-
pus saxa penetrare, quam mortuum. quamquam nihil magnum
Christo fuerit immotu penetrare saxum, cui non fuit magnum
immota & illæsâ materna penetrare viscera, & clauso sese efferrere
genitricis utero, nec virginem resignare carnem in nativitate, qui
non passus fuerat resignari in conceptione. Et quid mirum inte-
gro Pontificio, & nullâ sui parte infracto erupisse sigillo, in cuius
ut conceptione, ita & nativitate æternæ virginitatis in matre si-
gilla stetissent? nemo mirabitur, qui cogita uerit non humanis,
sed Spiritus sancti manibus in virgine utero, è virgine sanguine
figulatum Christi corpus, eiusdemq; manibus è virgine & num-
quam-resignata carne eductum. Iam, cum videmus virgine lacte
vbera distendi, virgineque lacte pasci filium, quid miramur reli-
qua? & non maius, humanum sibi mutuari corpus Deum, & per
mensum incrementa in virginis utero augeri, foueri, pasci men-
sibus nouem Deum, & è condito à se virgine sanguine condi, te-
nuique virgine membranâ, matrice inquam virgine, infinitum
cingi Deum, quem nullus cingit orbis? & exinde agnoscere ma-
trem quam condiderat, & sugere vbera quæ impleuerat, & filia
suæ filium nasci, ac quasi conditricem faceri quam condiderat,
quasi creatricem quam creauerat, figulatricem quam figulaue-
rat? Nō maiora hæc, quam immoto exsurgere saxo, sigillo infra-
cto? Et non verum illud Ioannis: Cum serò esset vna sabbatorum, ^{Ioan. 10:3}
fores essent clausæ, ubi erant discipuli congregati propter metum Iudeo-
rum; venit IESVS, & stetit in medio, & dixit quis: Pax vobis? Qui ergo
clausis foribus sistere sc̄ medium potuit Apostolis, non potuit
orbi, clauso licet monumēto? Verum, quid his inhæreo? aut enim
Christum Deum arbitramur, aut nudum hominem. Si primum,
quæ vis aut saxa resistere possunt saxonum conditori? quæ robo-

ra aut durities orbis creatoris quid illi, è cuius manu ac nuntiōni momento pendulus periret orbis? quid illi, cuius uno verbo orbis stat vniuersus, unoque caderet vniuersus? Si nūdum credimus hominem, frustra dispuo, cùm hac vñā voce Euangelium tol-lamus vniuersum.

IV. Resurrectionem verò Domini confirmat angelus, enīs hæc

- Matt. 28.* sunt ad mulieres: *Nolite timere vos: scio omnia, quod Iesum, qui crucifixus est, queritis: non est ibi: surrexit, sicut dixi. Additie animos, motum adirenit. Fecerat hoc olim angelus, cùm staret tremens Daniel, nec virium quidquam illi superesset, halitus iam interclusus: *Noli timere vir desideriorum: pax tibi: confortare, & esto robustus.* Et Ioanni, cùm cecidisset ad pedes illius quem viderat, tamquam mortuus: *Noli timere: ego sum primus & non nullus; & viuis, & timor tuus; & ecce sum vincens in secula seculorum.* Additie vero angelus: *No-beet timere vos. Iustum vacuissim metum alijs, & non immixti timabant monumenti custodes. nam & scelerum suorum conscienti sibi erant, & inassueti angelico aspectu & colloquio stabant, & augustior humana forma arma excusserat, & fulmina iam iam ruitura trepidi exspectabat.* Mulieres vero, quas pietas, & in Christum amor elicuerat, timoris causam nullam habebant, habebat gaudij maximam. cùm & solantem angelum, & macerorem de mortuo Domino detergentrem, & siccanrem lacrymas sentirent, & quod maximum, resurrectionis Dominicæ denunciatorum audirent: *Surrexit, sicut dixit.* Dixerat apud Mattheum ad Apostolos: *Filius hominis tradetur Principibus sacerdotum, & Sibis, & condemnabunt eum morte: & tertia die resurget.* & apud Marcum: *Filius hominis tradetur in manus hominum, & occident eum; & occisus tertia die resurget.* Apud Lucam etiam: *Filius hominis tradetur Gentibus, & illudetur, & flagellabitur, & conspuetur; & postquam flagellauerint, occident eum, & tertia die resurget.* Non poterat claris factura mortem resurgetio denunciari. Inuitat deinde mulieres *Matt. 28.* ad monumentum: *Videte locum, ubi possumus eras Dominus. Intrigentes viderunt sequitur enim: Ex exterius cito de monumento, cum timore & gaudio magno, currentes nuntiare dispergunt eis. Timor ex terram mortu, valida lapidis revolutione, angelico aspectu & voce: gaudium.**

diam è resurrezione illius quem amabant. Mixtus ergo timor gaudio erat, cum adhuc inter spem metumque dubiae natarent. neq; enim omnem adhuc metum de resurrectione deposuerant.

Clare hoc habes apud Marcum: At ille exentes fugerunt de monu- Cap. 16.
mento: invaserat enim eis tremor ex pauro: & nemini quidquam dire-
xerunt: timebant enim. Vides trepidantes & pauentes: & è pauro si-
lentium. sed nec ausæ denunciare resurrectionem, cuius maior
merus quam spes corda illarum occupauerat.

Vide Magdalenam ceteris ferventiorem, & in amatum pro- V.
fusione, dubiam: unde illæ lacryme stenæ ad monumentum,
cum nec angelis denunciantibus crederet, neque ad oculo ipsum
quem queriebat inunctione, hortulanum factum, nosset. Unde
ad illas voces: Mater, quid ploras? audi respondentem: Quis in te-
runt Dominum meum, & noscavimus ubi posuerunt eum. hæc ad angelos.

Ad hortulanum vero, cum dixisset: Mater, quid ploras? quem que-
ris? reddit: Domine, si tu suscepisti eum, dico mihi ubi posuisti eum;
& ego eum tollam. Vides ubique dubiam. immo incredulam. non
credit primo angelo denuncianti, non oculis suis, cum & videt
sit, non ab homine, sed ab angelo lapidem seuohri. & eodem
hortatore ingressa monumentum, abesse corpus vidisset. Sed nec
duobus angelis in monumento sedentibus: quos nec angelos vi-
detur agnoscere. Sed & Petrus & Ioanni dixerat: Tulerunt Domi- Ibidem.
num de monumento, & nescimus ubi posuerunt eum. Si credidisset aut
Domino totiesante resurrectionem suam prædicenti, aut ange-
lis, aut oculis suis, non dixisset: Tulerunt Dominum de monumento,

sed Surrexit Dominus. nunc cum queritur ablatum, & querit ut
referat & vngat, ostendit se non credere suis manibus sublatum,
quem arbitretur sublatum alios. Nec magis credit angelis,
quam post angelorum denunciationem Apostoli crediderunt
multicibus. de quibus illud Larce: Et visa sunt ante illas sicut deli- Ix. 24.
ramentum turbans: & non crediderunt illis. Et tamen denuncia-
uerant mulieres Magdalena, Icanna, & Maria Iacobi, quæ ab an-
gelis dicerant: Quis quæcumque resistentem eum mortui? non est hic
sed surrexit: recordamini qualiter tecatus est zelatus, discens, Quid aportes
filium hominis tradidisse manus hominum peccatorum, & transfigi, & die

Maria
Magdale-
na feuer.

Ioan. 20.

- tertia resurgere. Quæ licet ab angelorum ore denunciassent, nec crediderunt Apostoli. ut non mireris, non credidisse Magdalena angelis: non primo lapidem revoluenti, non duobus stantibus secus illam in veste fulgenti, & quæ dixi denunciantibus: non duobus in albis sedentibus in monumento, & quærentibus:*
- Ivan. 20. Mulier quid ploras? non ipsi adeò Christo hortulano dicenti: Mulier quid ploras? quem queris? cui responderet: Domine, si tu susstulisti eum, dico tibi ubi posuisti eum; Et ego eum tollam. Vides Magdalenam resurrectionis incredulam, cum arbitretur ab hortulano sublatum Christum: vides tamen eamdem amorem christiam, cum hortulanum vocat Dominum. & addit: Si ensustulisti eum. Quem? poteratne diuinare hortulanus, cuius mentione faceret hæc mulier? Subiungit: Vbi posuisti eum? quæna? Amantium cernis mores. nec quid dicant, non raro, sed nec quid agant, cogitant. ignorandum amantibus: cum enim totâ mente sint in amato, immemores verborum suorum sunt. hinc rogati, frequenter aliud omnino quam rogentur, respondent; mente totâ peregrinantes, unque dilecto suo intenti. Et quid fecisset hortulanus de mortui viri corpore? & quo modo illud sustulisset è medio militaris cohortis, quæ sepulcro custodiendo adhibita fuerat? & non multò ante senserat terrę motum Magdalena, & viderat angelum revoluentem lapidem, & mortuis similes exterritos custodes, ut ignorare non posset, non esse ab hortulano corpus sublatum. Eè magis, quod dixisset angelus: Non est hic: surrexit sicut dixit. Sed nec angelo Magdalena credidit, nec oculis adeò suis, cum intrasset in monumentum. nam si credidisset, non petisset ab hortulano:*
- Vbi posuisti eum? & quod magis mireris, non exspectato hortulanii responso, dicit: Et ego eum tollam. In signis amantis mulieris audacia. quomodo tolles in humeros viri cadaver mulier? & quid factura hoc corpore? Dandum hoc amori. omnia se posse putat, si potiatur amaro. etiā montes transferre & siccare maria. Quid? quod nec sentiat quidquam in causa amoris, non verbata, non prunas, non craticulas, non securas, non esculenos, non forcipes, non ignes, non fornaces, non farragines, non clavos, non cruces, non lapides, non bestias. Doçent nos tot Martyrum millia, quæ*

*Amarus
nescit quid
dicat aut
eogitat.*

maiore

maiorē longē gaudio sanguinum suum fuderunt, vitamq; sp̄onſo
fuo Christo erogarunt, quām tyranni per tormenta expreſſerunt.
Hinc montes amor numerat inter pilas, rupes inter verrucas; ſaxa
inter plumas; maria inter torrentes; fulmina inter ſitulam de stilli-
eido teſti; propugna eula inter concharum bullas; hostiles acies
inter paleas Aquilone pulsas; ignes inter roſas; prunas inter violas;
fornaces inter amica balnea; leones, tauros, apes inter columbas,
paſſerculos, luſciniās; venena inter mella; colocynthidas inter ſae-
carum; ferrum inter laurus; queritus inter arundines. Hęc amo-
ris. vt non mireris, ſi mulier amans dicat, *Ego illum tollam.* Vt vi-
deas hęc eſſe vera, intueret Machabaeos in Saraginę: credes poſt
prandia decumbere in puluillo. vide Danielis ſōcios in fornace:
credes à flammis tamquam flabris ventilari ad ſolis æſtūm tem-
perandum. iſum circumſpice Daniellum in leonum medio. non
dices diſcūmbere inter catellos & columbulas? & neſcio, an non
fors de paltib; quas tulerat Habacuc angelo vſit pro vehiculo,
cōuiuas habuerit leones. Laurentium conſidera in craticula: non
putes lectulo incubare? Tiburtium verò ſi videris nudis calcan-
tem prunas pedibus: non arbitreriſ per viam roſis ſtratam inam-
bulare? Christinam inter ſerpentes: non iudicabis inter amica
ſercula deliciari? Agnetem inter ignes: non dices medio cinetam
rōre? Luciam pice, feruentique oleo delibutam, flammisque cir-
cumfusam: non credes molliter ſpirantis Zephyriaurā recreari?
Ceciliam in æſtuantib; balnei ignibus: non tibi videbitur in te-
pentibus natare? Vt non mireris ſi amans mulier audeat dicere, ſe
amati corpus poſſe tollere. Lycum ſluuum agros inundantem,
defixo ad ripam baculo, qui virentem excreuit in arborem, coē-
cuit, montemque tranſtulit Thaumaturgus: ſeceſſit ad millaria
tria, ad mortui Clementis corpus, mare: ancillarū Antonio leo-
nes in Pauli funere facti ligones: Sicilia ſretum, ſtrato ſuper ele-
mento pallio pro navi, transmisit Franciſcus de Paula: Petru agit
cuiuſdam venditorem, trienio à morte Boleslai tribunali ſtitit
Stanislaus: & mortui amati corpus alio deferre amans non po-
terit mulier? Etiam è Synagogę medio, è Prētorio Pilati, ex Herodis
regia, è Pharisæorum ſchola, amans amati deferet corpus. vi pro-

Z z z 3. inde

inde non imprudenter dixisse videatur Magdalena, *Ego illud collam.* Et quid mirum, si corpus humeris tolleret, quæ totum amati sui corpus & animum corde circumferat? Et non nos indic in Sacramentorum vsu, Christi circumferimus corpus? quod murata corporis qualitas potest, post cælestè quod induit fastigium, ut ferri à singulis nostris possit, modicâ clausum hosti, non poterit amans, in nondum cælestibus donis compore docato? Et non mulier, immo virgo, circumdedit virum, viri ignorantia fecerat. idem non poterit largiri mulieri, ut amati deferat corpus? nullum onus venit ab amato: nec onerat amantem animam. Hinc etiam iugum Domini suave, licet iugum sit, & onus illius leue, licet onus sit. sed cum iugum & onus cadunt in amatum, nec iugum iam, nec onus sunt: deliciae sunt. Quod ut certus scias, quare à Francisco, an onus illi fuerit paupertas: amplectum ut amicam. quare è Styliita onusne illi fuerit columnæ: dicit lector molliorem. quare è Benedicto, omnesne fuerint vicepresudabit ut violas. quare ab Hilario, an onus fuerit calicium: dicit omni Medicâ Magni Macedonis vestre suæ fuisse. quare à Vincetio, quid vngulæ ferreæ, candentes laminae, restacea fragmента fuerint: dicit omni plumbæ culcitrâ molliora. quare ab Agatha, graues illi ardentes carbones acuris permisisti testulis fuerint: respondebit, etiam suaves fuisse. pete à Dorothea, an gravis illi iugum fuerit in eculeo torqueri, palmis cædi: dicit dulce hoc iugum fuisse, quia amati. pete à Catharina, an verberibus oneri, plumbatis contundi, graue fuerit: dicit inter sponsi osculanum meranda. pete à Prisca, an durum iugum fuerit colaphis percussi, ferreis in eculeo vngulis excarnificari, fermentique adiipe perfusi, flammis longè lateque concrepantibus: respondebit, etiam iucundum fuisse.

VI.

Magdale-
na amoris
nihil imp-
teruum.

Verum, quid si hortulanus Christi corpus sustulisset, & deposuisset in atrio Principis sacerdotum, & Caiphas domo aut Anna? quid faceres mulier? Ego illud collam. Potuit Samson immitate sibi urbis Gazæ portas, humeris impositas, in montem transferre, nequidquam excubantibus Philistæis: & non poterit amor amati corpus ex atrio Principis sacerdotum deferre? Quid si Phisko-

risorium de seniorum iussu demersisset in profundum maris;
 quid ageres? Ego illud tollam. mulier ex alto mari? exalto mari.
 Ponit Moyses virgâ proficisci fluctus, & sicco per mare Istræ
 leui ducere vestigio: & non poterit amor tanta? aut vili virgæ ce-
 der amor? Quid si Scribarum suafu, intexisset rupibus aut monti-
 bus? quid faceres? Ego illud tollam, montibus rupibusque aliæ
 translatis. mulier indentes transferes & rupes? mulier transferam.
 nam quid intueris seum? omni sexu maior est qui amat. Potuit
 Xerxes Athon, in longitudinem passuum mille quingentorum,
 à continente absindere & perfodere, stratoque navigabilem red-
 dere, perpetuo ad viteriorem Isthmi oram alueo deducto, quo
 compendioso itinere classem in ulterius mare deduceret. & non
 Semiramis femina, per saicos montis radices, lacum in Ecbata-
 na, quinque & quadraginta pedum altitudine, induxit? & quis
 quam hoc negabat amor? aut minor erit Regibus amor? Quid si
 inter armatos reconditum iaceat? quid facies inermis mulier?
 Ego illud tollam. Potuerunt tres fortissimi Davidis hostiles:
 Philistinorum exercitum pertrumpere, ut surient Regi, è Bethle-
 emitica cisterna, aquam haurirent, & bibendum deferrent: & non
 poterit amor, quod potuerunt armati? non armis maior & vali-
 dior amor est? Quid si custodiendum tradidisset hortulanus hoc
 corpus leonibus & feris? quid mulier facies? Ego illud tollam. Po-
 tuerunt David & Samson leonibus occurrere, & victores abire:
 & minus poterit amor? quid? quod ad Danielis, Ianuarij &
 Priscæ pedes, ferocitatis suæ oblii, prostrati iacerint leones: &
 non iacebunt ad amoris? Quid si ferreo inclusum sarcophago, in
 medio corpus hoc ardentiis alicuius locasset formacia? quid face-
 res mulier? Ego illud tollam. Potuerunt tres pueri in media Baby-
 lonia fornace ambulare inambusti, ut nec tiaras, nec sarabaras,
 quamquam Iudeis alienas, ignis laceret: & minora his poterit
 amor? Quid si tradidisset illud cum Iona deuorandum piscibus?
 quid mulier facies? Ego illud tollam. Potuit Propheta deuoratus
 à bellua maris, in cutis alvo naufragia digeri poterant, post tri-
 duanam in veteri illius commorationem, exitum sperare, & im-
 petrare: & non poterit eadem amor? Quid si dicat hortulanus, se
 corpus.

corpus hoc abiocisse in ignaram sibi foueam? quid facies mulice
 Ego illud queram. in incertum mulier quæres? Quid? an non al-
 quando, etiam in procella, confusis vestigijs, cæli & freti, aliqui
 portus offenditur prospero errore? & non in tenebris nonnum-
 quam aditus quidam & exitus deprehenduntur cæcâ felicitate?
 & illis inferiora aut minus fortunata sperabit amor? Quid si k-
 rentem corpus hoc destituat lux, & densatc nox texerit? quo pro-
 cedes in eomitata mulier, viarû ignara? Quid potuit Iesus Nas-
 cùm sol staret in Gabaon, & luna in Aialon, clementis imperare
 statione, donec debellaret Amorrhæos: & minora poterit amor:
 imperabo mulier stationem soli, donec amicum hoc corpus in-
 tutum ab hoste locum detulero. Quid si integræ hostiles acies
 circumdét hoc corpus? quid ages mulier? Ego illud tollam. Ausus
 Ionathas Saulis, solo armigero socio, integra Philisthæorum ag-
 mina inuadere, & viator ad suos redire. aususque alter Macha-
 bæus Ionathas, duobus comitantibus socijs, integrum hostilem
 sustinere exercitum: & minora audebit amor? Sed viri illi, & tu
 mulier. Non nouit discrimina sexus castus amor. quodcumque
 occupauit pectus, omnibus reddidit hostibus poterius. Quid si
 bonorum & diuinitatis à primordio æmuli dæmones corpus
 hoc sustulissent, & aut limbo condidissent aut inferno? quid mu-
 lier faceres? Ego illud tollam. Potuit fabulosa antiquitas, quo
 vim testaretur amoris, tantum tribuere Herculi Alcmenes filio,
 Theseo & Orpheo, ut ille Alcestim Admeti Regis coniugem ab
 inferis ad virum reduceret: secundus Proserpinam, tertius vero
 Eurydicem ad superos educeret, amore imperante: & castus di-
 uinusque minora poterit amor? & quod falso amantibus vixius
 tribuit, non poterit ex vero cælesti tribui amori? Quid si corpus
 hoc angeli intulissent cælo? quid ageres mulier? Ego illud tol-
 lam. cælo mulier? cælo. nec difficile est amori cælos penetrare.
 cùm etiam rapi in tertium concessum Apostolo; & penetrare ad
 Patris dexteram permissum akeri, & quidem in Stephano. Quid
 ergo vereatur amor. & non imperauit hic Deo? testis mihi Beu-
 lemi, præsepe, foenum, vincula, columna, spinæ, crux ipsa. quo
 magis obsequetur amanti.

Mira

Mirabile omnino res. quæ non crediderat angelis, non Christo VII.
 hortulano, vt audiuit *Maria*, exuit incredulitatem: & agnouit, Christus
 quem non nouerat, dicentes, *Mulier quid ploras*. Visitatum hic disci- dum tuum
 mus Christi morem, cùm exprimere in aliquem vult affectum, vt exprimere
 proprio compellent nomine. Ita legimus apud Ioannem: *Simon* vult in ali-
Ioannis amas me? Et cùm Lazarum, quem amabat, reuocat ad vi- quem affectum pro-
 tam, inclamat: *Lazare veni foras*. Et cùm Martham amicè mo- priò cum
 net, dicit, *Martha, Martha, sollicita es, & turbaris erga plurima*. E ge- nomina-
 minato affectu, geminata nominis iteratio est. Facit idem cùm nomine. Cap. 21.
 Phariseum, à quo inuitatus fuerat, docet: *Simon habeo tibi aliquid* *Ioan. 11.*
 dicere. Et cùm dormientem excitat Petrum: *Simon dormis: non po-* Marc. 14.
tuisti: vñâ horâ vigilare? Ita etiam olim de medio rubi loquitur
 Deus Moysi, quem Israeli designauerat ducem: *Moyses, Moyses. Exodi 3.*
solue calceamentum de pedibus tuis: locus enim in quo stas, terra sancta est.
 Et cùm vocat puerum Samuelem, quem iudicem constituerat
 populo suo, ingeminat, *Samuel, Samuel*. Simili etiam utitur modo,
 cùm ad se vult allicere, & à vita reuocare deteriore: *Saul, Saul* 1. Reg. 3.
quid me persequeris? Aut cùm ad perpetrati sceleris dolorem vult
 prouocare: *Juda osculo filium hominis tradis?* Et afflueuerat nomen *Luce 22.*
 suum audire Magdalena. ita cùm accusaretur à Martha sorore, re-
 sponderat Dominus: *Maria optimam partem elegit, qua non auferre-* *Luce 10.*
tur ab ea. Quare è consueta nominis sui appellatione, agnouit
 quem quærebatur Christum: & quem non nouerat sub hortulani
 forma, agnouit vocata.

Nos etiam quos amamus, maximè si inferiores sint, proprio VIII.
 compellare nomine consueuimus, idque in affectus nostri testa-
 tionem. & nescio quid tenerum & amicum sonet nomen no-
 strū, amicā & blandā superioris voce prolatum. Quid? quod nos Iesum &
 ipsi, dum in affectum & amorem nostri impellere volumus Chri- Mariā et
 stum, magnum Iesu nomen frequentius ingeminemus, facimus nomina-
 que idem in Mariae nomine. Hinc illæ amatis animæ vices, ama- tum inuo-
 ti cellis, magis etiam vberibus ebriæ: Quam dulcia vina tua sunt
 Iesu mis: super mel & saccarum vinatua sunt optime Iesu. O vi-
 neat, ô botri, ô torcularia tua Iesu! satiet tantum ijs æternum Iesu
 mi. Deliciae mentis, cordisq; mei Iesu. Quid extra te petam, quid
 Iesum &
 Mariæ et
 nomina-
 tum inuo-
 care volen-
 mus.

Aaaaa vocam

voueam extra te Iesu mihi? Inebrier aeternum cellis tuis benignissime Iesu, ut nihil eructem nisi te Iesum meum. Tu mihi in ore Iesu, tu semper in corde meo dulcissime Iesu. Super omnia balsama & aromata nomen tuum magnum Iesu. O veni Iesu, & labantem fulci animam, recrea lassam, eleua fatigentem mitissime Iesu. Vnguentum effusum nomen tuum suauissime Iesu: ideo adolescentulæ dilexerunt te blandissime Iesu. Quamdiu destinis sperantem Iesu? quamdiu suspirantem ad te unum, negligis, & viduum ac naufragum abire permittis Iesu bone? Inuenere has amantis animæ lacrymas Iesu mihi: & miserere supplicis, & precia audi, & exple vota te solo saturanda. Vbi sunt vbera tua fœcundissime Iesu, super mel & vinum meliora? vbi sunt Iesu mihi? Quando infans lactabor illis blandissime Iesu? quando pascar hoclite, quando potabor? Förs lacteus factus es mihi Iesu mihi. ô, sis aeternum? Quando audiam a te, Fili mihi? & reddam, Iesu matre mea! supra omnes matres benignissima mater Iesu. Quando imprimam infans labia vberibus tuis suauissime Iesu? quando excipiatur genibus, fouetur brachijs, basiaber osculis tuis Iesu? O quando Iesu, Iesu mihi! purpureis saturabor vberibus tuis? Nates in ore meo semper Iesu, magis etiam in corde meo Iesu mihi. Dilecte votorum meorum Iesu: submissæ mentis iubilum, castique tripudium cordis. semper sis mihi Iesu.

IX.

Diminuti-
us gaudet
amans di-
lectum
compella-
re.

Quid? quod ad diminutiva decurrat amans anima, cum dilectum suum in praesepio, in virginis matris sinu & vberibus considerat: quo magis illum ad se blandientibus his allicitat. hinc illa: O mi dulcis Iesule! ô Iesule ter blandule! ô Iesule mi paruule! ô mentis meæ sponsule blandidule! ô mellitule mi Iesule! ô Iesu meum saccarum! mel oris mei Iesule! ô puppe Iesu paruule! meum Iesu basiolum, & casti oris osculum! vt te amo mi Iesule! ô semper in praesepio fruar te paruulo! semper in sinu matris virgine fruar te Iesule! mi turtur, mi columbulus, mi Iesule! mi sponsule ter bellule, cultissime, comissime, lectissime! ô Iesu mi clarissime, castissime, mitissime! super via dulcissime, super mella suauissime! Iesu mi dilectissime; cælo, terris gratissime! Iesu desiderabilis, super caros amabilis, totusque de-

delectabilis, & incenarrabilis! ô Iesv mi pulchellule, tenellule, blá-
didule! ô Iesv mi animule, ocellule! ô Iesv mea viola floridula! ô
Iesv mea rosula rubellula! ô Iesv meum lilyum candidulum! &
cordis mei sponsule formosule! te castæ querunt lacrymæ, amo-
re tuo sauciz. ô Iesv mea musicain cymbalis, & citharis, & orga-
nis benefonatibus! in fistulis, & tibijs, in tubis, & in tympanis cla-
rè tonantibus! tu casto natus semine, lacte potaris virgine. te tur-
tur casto murmure, mudatus querit compare. denique mi Iesv-
zz, tu sponsus, amor, gloria, tu cælum, Deus, omnia. Hæc similia-
quæ amans profundit anima, nec finem facit, donec in plenum
potiatur dilecto suo.

Redeamus ad Magdalenam: videamus quid ad nomen suum X.
respondeat. *Conuersa illa dicit ei: Rabboni, quod dicitur Magister.* post Iean.20.
enim illa verba: *Ego illum tollam.* non exspectato responso, aliò
se verterat: moræ omnis, vt solent amantes, impatiens: vt videret
num quid certius aliquid aliunde de amato cognosceret. Quæ
vbi audijt *Maria, conuersa dicit, Rabboni.* Non fuisset conuersa ad Affectuose
orantium
gestus di-
uerbi.
illum quem ignara arbitrabatur hortulanum, nisi in aliam se ver-
tisset partem. Ita fit, dum quod amamus studiosè quærimus, vt in
omne nos latus avidissimi vertamus. imò, non rarò, dum oratio-
ni sine teste incumbimus, & accendi sentimus animum in absen-
tis Dei amore, in omnem nos partem flectimus. nunc oculos
in cælum tollentes, tamquam ibi iungendi amato: nunc in ter-
ram deiijcientes, tamquam submissione illum ad nos prouoca-
turi: nunc hinc inde in utrumq; latus circumferentes, tamquam
cominus illi adhæsuri: nunc etiam proni, nunc supini, nunc ere-
cti, nunc inambulantes, nunc manibus incumbentes, nunc seden-
tes, nunc toto vultu erecti, nunc prostrati, quærimus quem diligit
anima nostra. nunc etiam voces tollimus, nunc deprimimus;
nunc plus lacrymarum fundimus quam precuma, plusque suspi-
riorum trahimus quam verborum. nunc etiam lenta, nunc cita
iaculamur, imo ductæ corde suspiria, intercurrentibus varijs ora-
tiunculis, tamquam hamatis lagittis, quas in amatum mittimus,
quæ plus habent roboris & ignium, quam dictionum. nec quid-
quam intentatum relinquimus ut dilecto potiamur.

Aaaaa 2 Obser-

Obseruandum h̄c illud venit: non cōuertendam fuisse Magdalenam ad Dominum, nisi vocata prior ab illo fuisset, *Maria. Vi* discamus, ad conuersationem ad Dominum, nec terræmotum, nec militum terrorem, exanimationem, fugam, nec inagentis lapidis ab angelo revolutionem; nec fulgurantis eiusdē aspectum, nec vestium candorem niucum; nec angelicam denunciationem suffecisse: nec adeò, toties ab ipso Domino mortem & resurrectionem suam prædictam, nec ipsum Dominum horribulans specie se ostendentem: sed solum nominis cui iam antè assueverat, prolationē. Idem videbis in eundem in Emaus: quos nec dictio-
nis grauitas, nec Scripturarum explicatio, nec Christi prædictio-
nes, sed sola panis fractio, ad Dei cognitionem adduxit. Eademq.
per omnia habes in Apostolis: quos neque mulierum denuncia-
tiones, non sepulcri solitudo, non frequentatē Christi prædictio-
nes, non Prophetarum prænotiones, non ipsius ianuis obseratis,
Christi ingressio, non ostentata vulnera, ac vix assi pīscis & fai-
mellis prægustatio Christum, quem videbant, esse persuasit. In-
tuere Iudeos, pendente in cruce Domino: quos nec validater
rūrum concussio, nec solis, lunæ, siderumque obtenebratio; nec
nox die mediā, nec veliac lapidum sectio, nec mortuorum ad vir-
tam reuocatio, nec testata Christi à militibus resurrectione, ad veri-
tatis aut scelerum suorum cognitionem perducere potuit: cum ad
utrumque adduxissent pendentem de cruce latronem. Et quām
pauci sacerdotum, Prīncipum populi, Phariseorum, Scribarum;
seniorum, conuersi ad Christum sunt! viderant paralyticos re-
strictos, cæcos reluminatos, claudos eructos, leprosos purgatos;
ab obsessorum corporibus dæmones verbo excusos, mutos lo-
quentes, surdos audientes, mortuos verbo vita redditos, plurimi
millia non semel paucis pāribus & pīscibus pasta, elementa po-
litis procellis famulantia; nectamen ad Messīx fui, tot Propheta-
rum oraculis moniti, stellā etiam indice, agnitionē venerunt:
Iam Pharaonem, non virga in serpentem versa, non flumina &
fontes sanguis, non ranæ, sciniphes, muscae, iumentorum cadaue-
ra, vīcera, grando, locustæ, densatæ tenebræ, primogenitorum
omnium mors, uerū siccō Israēlis vestigio vadolum calcatum

marc,

Partū se-
pēre ad
Dominum
conuer-
tūr.

mare, ad meliora flexit. obstinauerat nimis animis Pharao. crederes singula prodigia singulos fuisse inalleos, quibus lentum cor illius, & carne in chalybis duriorem abierat. Non quod Deus in peccatum illum impulisset, cum peccatoria mala non agnoscant Deum auctorem, licet vltoria ab illius manu veniant: sed quod improba voluntate sua, permittente Deo, non impel lente, aut vim libertati illius faciente, remediis que erant in salutem, usus Pharaon fuerit in interitum; animumque suum indurasset & obstinasset ad Dei monita, libertate voluntatis sua usus in mortem, cum potuisset & debuisse in vitam. neque enim quemquam in integrum destituit Deus, quin semper tantum illi cælestis præstet lucis, quantum ad salutis ingredientiam semitam sufficiat. quâ si usus fuisset homo, pergeret maiore illi prælucere Deus: & totam denique viam, quasi sole medio panderet, manuque ut optimus pater ducere. hoc tamen inter summa Dei beneficia numerandum, cum hominem gratiâ illâ præuenire, quam videt ingenio illius naturæque magis amicam. Beati quos hoc munere cum Magdalena donat. quamquam, ut dixi, nulli cam deneget quæ satis sit ad salutem, si ut illâ homo voluerit, & voluntatis sibi à Deo concessæ libertate, in secundam se magis, quam in adversam salutis sua partem infletere. ut iam interitus sui causam sibi, non Deo, arrogare debeat homo: cum nihil illi defuerit consequendæ saluti necessarium, præter unam voluntatem, profuturis sibi, quod poterat, utendi. notuisse, improbitatis aut negligenter ipsius fuit. Ut sibi proinde quidquid superuenit malorum, tribuere debeat. si enim primis sibi à Deo omnium bonorum largitore vltro concessis gratiis usus fuisset, perrexisset illum Deus nouis semper, quasi porrectâ dextrâ, donis cumularé. neglexit prima, neglexitque homo non raro secunda & tertia, repulsisque qui à Deo suggestebantur instinctibus, obsecutus est diabolimonitis, aut naturæ sua in prauum propensa proritacionibus. quare sibi, non Deo, interitus sui meritò ascribere causam debet. Rogandus proinde supplici prece Dominus, ut iis nos cælestibus implete gratiis, quibus & à virtutis reuocemur, & ad virtutem ducamus, & ad veram ipsius agnitionem ac amorem trahamus.

Homo si
damnetur,
sibi impu-
tetur, non
Deo.

Aaaaa 3 mur.

mur. magis verò, vt contemptā sacerduli prudentiâ, quæ stultitia Deo est, totos nos illi, vitam, moresq; nostros æternū faciemus.

XI. Sequitur in Euangelista: *Noli me tangere, non dum exire ascendat ad Patrem meum.* Vt et pedum oscula & contactum, siue in personam incredulitatis, quæ toties ante & tam serio resurrectionem prædicenti, non crederet, neque angelis tam variè denunciantibus. siue in exemplum nobis, ne pias etiam mulieres ad piamnum oscula admittamus sine teste, aut solitaria diu colloqui misceamus, aut nimiam illius sexus familiaritatem & priuata obsequia admitemus. Quæ tamen admiserat Dominus aut in domo Simonis, aut in domo Lazari, sed inter coniuicia, & coniuicalem turbam, & in plurimorum oculis, qui tamquam dictorum factorumque testes adessent. Sed & post resurrectionem admisit, cum iunctim & ad sociatæ venirent. nam cum excuntibus de

Matt. 28. monumento occurisset Iesus, & dixisset: *Aducete illa acceperint, & tenuerunt pedes eius, & adorauerunt eum.* Quod sociatis permisit, non permisit solitarijs & insociatis. Sed & Magdalena visa est voluisse ultimum osculum Christi pedibus impertiri, tamquam terras relicturi, & iam iam ad Patrem consensuri, ut meritò moneat illam Christus, ne tamquam valedictura, & ultimam visu ra tangat, cum necdum iret ad Patrem, aut cælum relictâ tenâ peteret; non defore occasionem aliam, ultimum vale dicendi, ultimumq; pedibus osculum imprimendi. quod nec multò post permisit. Addiditque imperium: *Vade ad fratres meos, & dic eis: Ascendo ad Patrem meum, & Patrem vestrum.* Sed neque huic denunciationi fidem adhibuerunt Apostoli: adhibituri non mulierib[us] denunciationi, sed oculis suis: ac vix etiam suis. tam altè timor & incredulitas pectora obsederat. nam cum & verba Christi denunciasset Magdalena, & à se vîsum; *Illi audientes, quia videbant, & visus esset ab ea, non crediderunt.* Et cum redcuntes à villa nunciassem dicta factaque ipsius, & mutua colloquia, & mensam, & panis benedictionem, nec illis crediderunt. cumque stetisset in medio eorum, & dixisset: *Pax vobis;* non crediderunt. conturbati enim & conterriti, existimabant se spiritum videre. Quid? quod, cum manus & pedes palpando præbuisset, nec manibus, nec pe-

Apôstoli
vnde tam
difficiles in
Christi re-
surrec-
tione creden-
da
Marcii 16.

Ibid.
Luc. 24:

digibus

dibus crediderint. Cùm dicat Euangelista: *Adhuc illis non credentibus*, petiit num quid haberent ad manducandum. At illi obtulerunt ei partem pisces assi, & fauum mellis. & cùm manducasset coram eis, sumens reliquias dedit eis. Sed neque post piscem & fauum crediderunt omnes: non post vulnera & latus ostensum Thomæ: non post manifestationem ad mare Tiberiadis, non post retia piscibus *Ioan. 21.*
grauida, post prunas, piscem, panem & prandium. cùm Euangeli
lista dicat, iam in procinētu assumptionis in cælum, Videntes eum *Matt. 28.*
adorauerunt, quidam autem dubitaverunt. Ita dum ultimum benedicit suis, & festur in cælum, non defuerunt qui hærerent dubij. Quæ omnia ad astrædam in nobis fidem facta. quo enim altior dubitatio Apostolorum adhæsit peccatoribus, saepiusque scelere offendere dignatus est Dominus; hoc maiores veræ fidei causas præbuit nobis. Nunc, qui cogitat angelos sedentes in saxo, in monumento, stantes, mouentes, qui hortulanum non hortulanum, qui clausis non semel foribus medium stantem, qui manuum, pedum & lateris vulnera, qui mensam in Emaus, qui pisces partem & fauum mellis, qui prunis impositum piscem, qui panem & prandium, qui ete plenum magnis piscibus centum quinquaginta tribus uno iactu, qui pedum in mulieribus oscula, qui monumento clauso, infraeto sigillo, insepulti corporis absentiam, qui in plurimorum oculis conscendentem cælos, quomodo dubitare de resurrectione potest? Et sane mulierum & Apostolorum dubia causam Christo dedisse videri possunt, per noua media resurrectionis veritatem astruendi, non tam illis, quam nobis, quibus fides ex auditu, & aliorum relatu. Quo plura debemus Christo, qui tot firmamentis roborare fidem voluit, ne qua dubitandi ratio superesset; permisitque inter tot dubiorum fluctus iactari Apostolos, ut nos portu & fidâ statione frucremur, & iam dubitandi causa ne volenti quidem superesset.

C A.

C.A P.V T XXVI.

De iis qua sepulcri custodes retulerunt post Christi resurrectionem.

I. **V**IDEAMVS quid dicat Euanglista: *Quidam de custodibus veni-
runt in ciuitatem, & nunciauerunt Principibus sacerdotum omnia
que facta fuerant. Et congregati cum senioribus, consilio accepto, pec-
ciam copiosam dederunt milibus, dicentes: Dicite, quia discipuli ciuiu-
rum venerunt, & furati sunt eum, nobis dormientibus. Et si hoc auditus
fuerit a Preside, nos suadebimus ei, & securos vos faciemus. At illi, ac-
cepta pecunia, fecerunt sicut erant edicti. Vide hic Principes Iudaici
populi malignam improbitatem. ab ijs, quos corporis Christi
custodiæ præfecerant, & quorum fidei, armis, diligentie illud
crediderant, vniuersam peractæ rei seriæ intelligunt: monu-
mentum clausum, appensi sigilli integratæ, terræ motum, ful-
minantis angeli vultum, saxi reuolutionem, mulierum cum aro-
matibus aduentum, angeli cum illis colloquiam, earumdem in
monumentum ingressum, reconditi corporis absentiam, imore
surrectionem, timorem suum, arma excussa, mortis vicinitatem,
certa omnia, oculatos se omnium testes stare, mentiendi se cau-
sam nullam habere, timoris etiamnum habere maximam. neque
enim humana hæc fuisse, sed supra hominem omnia: nec dubi-
tationis ullam causam superesse, cum milites starent oculati te-
stes, qui vel inuiti veritatem fateri cogerentur. sed neque hic ar-
ma fuisse humana, aut sociorum Christi, aut discipulorum exar-
cium, aut vim custodiæ illatam; sed diuinam vim accessisse, om-
ni humana augustiorem, potentiores, cui nulla arma, nullus ex-
ertitus resistat. Quid faciant Principes? credant? scelus suum de-
testentur, crimen agnoscant, meliora spondeant? veneracionem
pro scelerereponant? pro cruce cultum, pro clavis, lancea, aceto,
felle, flagris, vulneribus, alapis, sputis, vinculis lacrymas repen-
dant? & inter singultus pectorumque tensiones, ploratus & c-
iulatus, facinus suum commissum palam testentur? & quem do-
lis*

Principum
Iudeorum
aduersus
Christum
maligna
improbi-
tas.

His malis in fraudem induxerant populum, verâ denunciatione abducant ab errore? & commissi sceleris veniam deprecentur? Alia fuit mens Principata, in quibus nimis illud verum: *Impius Pro. 13.*
cum in profundum venerit peccatorum, contemnit. Additur: *Sed sequitur eum ignominia & opprobrium.* Quod euenisse Iudeis, orbis quâ patet loquitur vniuersus. Auditis verò custodibus, Principes seniores aduocant, consilium incunt, iniuerant consilium ante Christi vincula Pontifices & Pharisei, & securi sententiam Caiphæ, mortem illius meditabantur, inde pecunia Iudei tradita, secura vincula, & extorta contra fas & ius omne à Præside innocentis mors, oītaibus futura in vitam, licet hanc non cogitarent Iudei, sed mortem tantum. concludunt impium consilium impio exi- tu. à pecunia incipiunt: in pecuniam definiunt. illam numerant spondenti proditionem osculo; hanc militibus, ne prodant quæ viderant. ibi proditionem amant: hîc prodi & publicari veren- tur. Pecunia quid non potest? Dominum orantem in horto pro- dit, & publicat, resurgentem premit & tegit. vt merito dixerit Sa- piens: *Pecunie obediunt omnia.* Quid omisit, qui dixit, *Omnia?* & cuius pudicitiam, iustitiam, fidem, dicam propè pietatem, non expugnauit pecunia? quot patres iacent filiorum manibus, quot filij patrum? quot matres filiarum, & filiæ matrum? quo mutuis manibus coniuges? & cuius non pudicitiam filiæ vendidit ma- ter? cuius non vxoris maritus? cuius verò non viri iugulum vxor? non parentum filij, quoties insepeliri auro parentes, coniuges, filij & filiæ poruerunt? Iam cuius fides Regi suo stetit aut domi- no, thesauro oblatu? quæ ciuitas aut propugnaculum, quod ad- misit aurum, in uium fuit hosti? quæ arma non validius celeriusq; penetrauit & deiecit aurum, quâm tela & ferrum? quæ regna non facilius cuerit aurum, quâm potentissimi exercitus? O auri mu- nerumque vis magna nimis! vel tetigisse illa, nec per se tantum, sed & per alium, per vxorem, filios, filias, domesticos, amicos, noxiū est. Quid? quòd solæ sponsiones rebus inanies, magis si grauidæ, aliorum prudentiam vertant & iustitiam; & tamquam ad aspectum basilisci, aut vocem hyænæ venentur prudentum & iustorum corda? ita de longinquō etiam interimunt. Quid?

B b b b b quòd

Pecunie
obediunt
omnia, &
ipsa nihil
non exp-
gnat.

Eccles. 14.

Etiam pre-
missa, et
iam spera-
ta munera
iustitiam
cuertunt.

quod sperata tantum, nec promissa, satis sunt ad prudentiam & iustitiam omnem cuertendam. Quod non potest virtus, non mortis timor, non dubia vita, non spes aeternorum, non inferorum metus, munera possunt: nil amor Dei, nil parentum, filiorum, coniugis valet, si munera contra stererint. proditor fiet omnium, & salutis suorum ac suae, quisquis munera amauerit, admiserit. Magnus ille, & omni maximo maius, qui omnem illis adiutum clauscerit: qui autem ferrum ac mortem admiratur domo, quam blandum hoc venenum, quod eo validius perimit, quo mollius influit. O quis Deus hunc virum largietur terris, quis regna beatitatem beatitate? quis innoxias concedet manus, oculos, aures ne fide robori, prudentiae, pierati, quisquis munera audis. cades, si admiseris. etiam minima obnubilant. & nescis omne venenum fatuè admitti, etiam minimum: mensalia etiam quædam admissile, non tamquam in subsidium egestatis, aut mensarum ornatum, sed in donantium decus. & venerationem, incredibile quas tenebras vero & bono offundat. Memento paradisiaci pomici quantula res. & hac tamen vnâ, stat omnis infortunata posteritas: & cadunt illi, qui paradii nullum cespitem noverant. Idem de munib[us] cogita. non transcurat in posteritatem innoxia: aliquid enim secum veneni deferunt, quod quasi cum semine transit in nepotes. ita perraro videbis auctas munib[us] opes transisse in posteros. Quin & pestilenti quodam afflatu, quæ proba alioqui sunt, contaminant, & quod sanum est, innoxiant: non contenti ruinâ suâ, infelici associatione vicina secum trahunt. ita de noxio noxiarum contactu damnantur bona & proba. Ut merito proinde moneat Scriptura: *Non accipies munera, que etiam excæcat prudentias, & subvertunt verba iustorum.* Et in eundem sensum: *Munera excæcant oculos sapientum, & mutant verba iustorum.*

Munera
non ditant
nepotes.

Exod. 23. *Vt merito proinde moneat Scriptura: Non accipies munera, que etiam excæcat prudentias, & subvertunt verba iustorum. Et in eundem sensum: Munera excæcant oculos sapientum, & mutant verba iustorum.* Quid carius homini oculis? excæcant hos munera. quid maius in homine prudentiarum extinguunt omne huius lumen munera: ut iam, ubi illa intrauerint, prudentia nulla, sapientia nulla sit. exulatum haec abierunt, auro intrante: ut arbitris fortiora armatum à fortiore deiectum, & sede suâ pulsum: ab auro nimis prudenter. Sed & subvertunt munera verba iustorum, cum iustitiam

Deut. 16.
Eorum
damna.

stitiam vertunt in iniustitiam, & è iustis iniustos statuunt. Hinc illa Sapientis verba: *Xenia & dona exceccant oculos iudicium, & quasi mutus in ore auertit correptiones eorum.* Videbant iudices iusta, videbant iniusta, & ab iniquis æqua discernebant: nec latebat eos *veritas*, non falsitas. accesserunt munera, & aliud viderunt. Facta muneribus iusta iniusta, iniusta iusta sunt. Vis magna! cogita hominem, qui paritem intuetur album. accedant perspicilia viridia, & quem ante viderat album, videt viridem. Idem in iudice videbis. viderat, ante munera, propositæ causæ æquitatem, & dubium illi nullum, cum, in quamcumque se partem flecteret, videret æquitatem. accesserunt munera, & alia omnia iudicat. è muneribus enim dubia quædam nata, suggestoribus muneribus rationes, cum nihil ingeniosius sit munere. numquam enim huic ratio defuit astruendæ rei, numquam debilitandæ veritatis, numquam euertendæ, numquam detorquendæ iustitiæ, numquam elimandæ. Credas munera scriptorum doctissimum esse, qui ubi in iudicium manus venerit, in eruditio videantur reliqui, & iniustarum causarum propugnatores. & se exinde damnat iudex, ac cætitatem miratur priorem, in eruditionem suam, errorem suum. omnia munera dederunt, oculos, doctrinam, scientiam: immo ex oculato cæcum, è docto indoctum, è sciente imperitum, è prudente stolidum, è loquente mutum fecerunt. auertunt enim, ac quasi euerrunt, à iudicium cordibus prudentiam, iustitiam, constantiam, fortitudinem. Vnde monet Iob: *Nec multitudo donorum inclinet te.* Stabant ante dona iudices erecti, validi. ut primùm illa venerunt, inclinauerunt cervices suas, submisserunt humeros: & subsidit robur omne, nec iam ultrà vires, nec pedes hominem suum sustinent. collabescunt gementes sub donorum pondere. Vis magna! meminit huius Sapiens: *Donum hominis dilatat viam eius, & ante Principes spatiū ei facit.* Angusta erat via ante dona, & ignotus iacebat ac negligebatur, nec occurrenti quisquam de via decedebat. ostentauit dona, magis etiam dedit; dilatatae sunt viæ, & cesserunt occurrenti quorquot acceperunt, quotquot sperant. Sed & Principum portæ, clausæ ante dona, patuerunt donis. & quibus venientibus ante dona locus nullus, illis post illa amplè

B b b b 2

ex-

- Prov. 19.** extensa ante Principes spatia: nemo enim non cedit, & locum triduit venienti, si dona speranda. Vnde sit ut verum illud: *Multe colunt personam potentis, & amici sunt dona tribuentis. Fratres hominis pauperis oderunt eum, & amici procul recesserunt ab eo.* Et quis non est amicus dona tribuenti? quis vero amat pauperem? aut quis ex geno amicus? neglecta egestas iacet: potentia in veneratione est. **Ecclesiastes 10.** O, ad quae non impellit aurum? ut iure dixerit ille: *Nihil est iniquius, quam amare pecuniam.* Subdit rationem: *Hie enim & animam suam venalem habet.* Quid non vendet, qui anima venalem habet? aut quid cui anima venalis, potest esse carum? non parentes, non filii, non coniuges, non sacra, non profana, non amici, non fratres, sorores, domini, non fides Deo debita, non Principi. Ut verum sit illud: *Qui aurum diligit, non iustificabitur. & Lignum offendonis est aurum.* & illis qui sectantur illud, & omnis imprudens deperiet in illo. **Ecclesiastes 31.** Beatus diues, qui inuentus est sine macula, & qui post aurum non abiit, nec sperauit in pecunia & thesauris. quis est hic, & laudabimus eum? fecit enim mirabilia in vita sua. qui probatus est in illo, & perfectus est, erit illi gloria eterna. Hinc illa consilia eiusdem: Pone thesaurum tuum in preceptis Altissimi, & proderit tibi magis quam aurum. conclude eleemosynam in corde pauperis, & haec protexerabit ab omni malo. Quis audit suadentem? quis sequitur? quis credit? aut quis thesauros suos magis recondit in preceptis Altissimi, quam in auro? aut cuius cor non plus innata auri desiderijs, quam Deo & consilijs diuinis? quis denique serio sibi persuaderet plus posse repositas in sinu pauperum eleemosynas, quam recondita & seruata centum clavibus auri talenta? Sciebant hoc Iudeorum Principes, auro prouideviam sibi trauerunt ad improbitatem suam tegendam. In auro veritatis viam intercluserunt: neque enim alia promptior sepiendi illius viam ratio erat. auro ergo, & quidem copioso, obturarunt ora militum, ne pro veritate starent, neu facta denunciarent, neve, cum resurrectio Christi aperiretur, Principum & Pharisaeorum in Christum leckera detegerentur, populique universi error pateret, Principibus in ignominiam, populo in medlam, omnibus in salutem. Fuge, quisquis nomen bonum, quisquis salutem amas, munera amas? precipito proximus es. acceptisti?
- Pecunia
nihil sacrum
est.**
- Nulli. 29.**
- Principes
Iudeorum
auro-cor-
rumpunt
custodes
sepulcri.**

pisti? peristi. nam & aurum reuelat arcana, & recludit alta cor-dium, etiam illa quæ vinum tacet. præmittitque vulganda, & vino deterius silentio suo nocentem perdit. sic iustitiam prodit, clementiam arcet, crudelitatem aduocat. vt nihil iam illi sanctum, cui munera placent: non pater, mater, filij, non religio, non anima, non Deus.

Nec contenti copioso auro silentium indexisse, etiam mentiri docent. &, quod mirere, Pontifices, Pharisei, Scribae mentiri docent milites, vt verum sit h̄ic illud Ieremias: *Quomodo dicitis: Sapientes nos sumus, & lex Domini nobiscum est: verè mendacium operatus est stylus mendax scribarum.* confusi sunt sapientes: *verbum Domini proiecerunt, & sapientia nulla est in eis.* Quæ enim sapientia; *Dicite quia discipuli eius nocte venerunt, & furati sunt eum, nobis dormientibus?* aut quæ verisimilitudo huius mendacij? quis à sæculo audiuit, adhiberi testes dormientes? quis dormientes testimoniū ferre de rebus in somno peractis? aut quæ illa impudens barbaries detulit testi dormienti? immo quis tam inuercundus ac furiens sanguinem, vt delationem admitteret in iuratum etiam hostem, à teste dormiente? Verum, quam rationem adferre dormientes poterant delationis suæ? an viderant dormientes auferri Christum? viderant nimis cæci ambulantes homines. an audierant suffurantes corpus? surdi nimis musicam. O quis non obstupescat ad hanc fatuitatem? aut quo modo credidit populus huic tam stolidæ denunciationi? tam fatuo consilio tam impudenti narrationi? Nobis dormientibus, venerunt discipuli, & furati sunt corpus Christi. *Quis dixit, venisse, vobis dormientibus, discipulos?* forte fuerunt milites discipulorum auro corrapti. aut viderunt aliqui discipulos, vobis dormientibus, suffurantes corpus? proferte hos testes. aut audierunt aliqui venientes & suffurantes corpus, &, cùm præ tenebris dignoscere non possent, cognoverunt è gressu discipulos esse? proferte hos industrios gressuum diuinatores. nam dicere: Vidimus, & audiuimus dormientes, discipulos suffurantes corpus Christi, nimis inuercundum. & stolidum mendacium est, impudentiæ & dementiæ ultimæ. Videor mihi audire illud Isaiae: *Potius mendacium spem cap. 28.*

Mentiri
docent, &
dormien-
tes testi-
jubent.
Cap. 8.

Mendaces
Dco exoli.
Ierem. 9.
Prou. 12.
Prou. 6.
Eccli. 26.
Psal. 5.
Prou. 19.
Prou. 21.
2. Pet. 2.
Osee 7.
Iaia 59.

*nostram, & mendacio proteebi sumus. Verè posuerunt mendacium spem suam, & mendacio scelera sua protegere & tegere conati sunt: & extenderunt linguam suam quasi arcum mendacijs. Sed abominatione Domino labia mendacia. & inter sex quæ odit Dominus, ponit linguam mendacem, & proferentem mendacia testem fallacem. & inter tria, quæ timuit Ecclesiasticus, calumnia mendax est, super mortem grauis. Ut proinde dicat Propheta Regius: Odisisti omnes qui operantur iniquitatem: perdes omnes qui loquuntur mendacium. & alius: Testis falsus non erit impunitus, & qui mendacia loquitur, non effugiet. & alibi: Qui congregat thesauros linguam mendacijs, vanus & excors est, & impingetur ad laqueos mortis. Primum in Iudeorum Principes & seniores cadit, qui operati sunt iniquitatem, & auro milites corruperunt, veritati illulerunt, mendacium docuerunt, & falsos testes pecuniâ subornarunt. secundum & tertium militibus tribui potest, qui auro venalia testimonia sua & veritatem habuerunt: & ut edocti fuerant, locuti sunt mendacia, & thesauros sibi compararunt linguam mendacijs. Verè non effugient manum Domini, nec abibunt impuniti, ac denique impingent in laqueos mortis. magistamen Principes & Pharisæi, qui, innato Christi odio, facti sunt populo & militibus *mendaces, negantes Dominum, & superducentes sibi celerem perditionem; per quos via veritatis blasphemabitur: quibus iudicium iam olim non cessat, & perditio eorum non dormitat.* Hinc illæ minæ: *Vae eis, quoniam recesserunt à me; vastabuntur, quia prevaricati sunt in me. & ego redemi eos: & ipsi locuti sunt contra me mendacia. pro redemptionis beneficio, reponunt mendacia. O quoties hæc experimur in omni hominum genere! sed solemur nos exemplo Christi. & queritur apud alium: Mansus vestre polluti sunt sanguine, & dixi vestri iniquitate: labia vestra locuta sunt mendacium, & lingua vestra iniquitatem fatur. Non satis fuerat Iudeis ad omnem improbitatem, innocentis Dei sanguine pollutos fuisse, nisi innocentissimum sanguinem mendacio & nouo scelere firmarent.**

III.
Custodes
quo modo
se dormi-
se dicant,

Neque enim his contenti, indemnitatē militibus, tam mendacijs, quæm infidæ promittūt custodiæ. Nota nimis mortis pœna, quæ manet milites dormientes, excubij destinatos & custodiz.

dix. nam quid dicturi milites, si rogati dicant Præsidi, se dormi- & impune
uisse, imperiumque illius militare neglexisse? quid vbi rogati, quis ^{propterera}
corpus abstulerit, responderint. Discipuli? quod si perget Præses,
quo modo armati ab inermibus permiserint corpus tolli? & di-
xerint, ablatum se dormientibus. credet Præses dormientibus: &
non videbit fraudem subesse, & pecuniam h̄ic aut discipulorum
aut Pharisæorum intercurrit. Sed nimis interposita Princi-
pum Iudeorum indemnitas, audaces milites fecit, & audere do-
cuit, quod arma non potuissent. unde sequitur: *Accepit pecunia*, ^{Matth. 23.}
fecerunt scimus oraverat eadēt. Fassi nimis sunt militare crimen, di-
centes, se dormiuisse, cùm custodiæ à Præside deputati essent.
addiderūt, discipulos Christi corpus suffuratos. Qui poterant in-
crimes ab armatis? Facile hoc fuit, militibus altum dormientibus,
neque ingentis saxi, cui adiacebant, aut fors etiam incumbebant,
euolutionem sensisse. ergo fassi se dormisse; & dum dormirent,
suffuratos corpus discipulos Domini in omnem benè agendæ
rei occasionem intentos. cuius suffurati corporis ipsi dormien-
tes testes oculati & auriti essent. Et valuit hæc narratio, vt dicat
Euangelista: *Et diuulgatum est verbum istud apud Iudeos, usque in ibidem.*
bodiernum diem: si credidim. suffulisse nimis discipulos Chri-
sti corpus, dormientibus, qsi custodiæ deputati erant, militibus,
idque dormientium militum testimonio. vis animis à se & au-
dita dormientes retulerunt, & populus credidit, & abiit fides illa
in omnem posteritatem. Quis credat tantum potuisse dormien-
tium militum testimonium ad fidem astringendam? nisi quis di-
eat h̄ic illud Apostoli: Obtusis sunt sensus eorum, usque in bodiernam ^{2. Cor. 3.}
diem id ipsum velamen in lectione veteris testamenti manet non reuelan-
tum; sed usque in bodiernum diem, cùm legitur Moyses, velamen positum
est super cor eorum. Veteris testamenti velamen tam dense obte-
nebrauit etiamnum Iudeorum oculos, vt nouam resurgentis
Christi lucem non videant, sed neque videant perfidorum mili-
tum narrationem è meris mendacijs consutam, neque Princi-
pum suorum fraudes, neque auro custodes emptos, neque men-
dacia in pecuniæ fornace conflata; neque dormientes, hoc est,
crecos & surdos, testes: magisq; credant dormientibus militibus,
quām

Iudeorum
oculi sunt
obuerati,
corumque
caecas.

quàm vigilantibus mulieribus, Apostolis, discipulis, qui oculatissimi resurrectionis Christi testes erant, & qui perfamiliariter cum Christo post resurrectionem versati, etiam mensē adhibiti, cælosque petenti astiterant, ingentibusque in resurgentis nomine prodigijs perpetratis, rediuium testabantur; cùm etiam umbrâ corporum suorum morbos fugarent, ægritudines pellebant, mortuosque verbo resuscitarent, omniumque gentium linguis, indocti antè & piscatores, nunc Spiritu sancto magistro docti, resurrectionem Christi denunciarent: nec miraculis tantum ingētibus, sed nouā è cælis haustâ eruditione fortius astruerent, quàm ut illa Pharisæorum doctrina contrâ stare posset, aut ex aduerso pugnare auderet. Quæ omnia iuncta militum primaz narrationi, indubitatam resurrectionem reddebant. at illi, iuxta

I. Pet. 2. Apostolum, *velamen habentes malitia*, nec videre quidem volebant quæ videbant; nec quæ audiebant, audire. Meminit huius

Ioan. 12. Ioannes: *Excœcauit oculos eorum, & indurauit cor eorum: ut non videant acutis, & non intelligant corde, & conuertantur, & sanem eos. hoc dixit Iudas, quando vidit gloriam eius, & locutus est de eo. Christi nimis resurgentis gloriam. Subdit: Verum tamen & ex Principib⁹ multi crediderunt in eum: sed propter Phariseos non confitebantur, ut synagogæ non ejcerentur: dilexerunt enim gloriam hominum magis,*

Induratio grauissima peccatorum poena, excœcatio & cordis induratio, ad quam qui perueniunt, omni ferè spe salutis exciderunt. Clarissimè hęc nos docent Pharisei in Christi resurrectione. narrabant milites à se visa & audita. volebant illi, nec visa, nec audita. accedebant Apostoli testes, & testimonia sua nullis antè sœculis auditis miraculis confirmabant. Nequidquam omnia. Sed & qui è Principibus credebant, aut spe, aut timore gloriæ humanæ, alto fidem suam silentio premebant, & confessioni se resurrectionis subtrahebant. cùm plus apud eos humana, quàm diuina posset gloria, deligerentque ab hac potius, quàm ab illa excidere, & humanam diuinæ præferrent. ita ut, vbi alterutra sequenda aut negligenda esset, sequerentur humanam, negligerent diuinam.

IV. *Quādū multos nunc passim vidcas horum imitatores, qui ne*
excipi-

excident opibus, honoribus, Principum aut magnorum gratiâ, Multi hu-
excidere malunt diuinâ; & antè iacturam faciant cælorum, quâm manam
opum aut honorum; antè diuina transgrediantur præcepta, gratiam
quâm Principum; antè pugnantibus inter se imperijs & consilijs,
préponunt diuinæ.
humana amplectantur, destituant diuina. Sed audiant Domi-
num, & altè in animum demittant illud apud Matthæum: *Omnis Matt. 10.*
qui confitebitur me coram hominibus, confitebor & ego eum coram Patre
meo, qui in celis est: qui autem negauerit me coram hominibus, negabo &
ego eum coram Patre meo, qui in celis est. & illud apud Lucam: *Qui Lusa. 9.*
me erubuerit, & meos sermones: hunc filius hominis erubescet, cum vene-
rit in maiestate sua, & Patris, & sanctorum angelorum. Felix confes-
sio, quæ diuinam meretur. infelix negatio, quæ diuinâ percuti-
tur. infortunata præceptorum & diuinorum consiliorum etu-
bescentia, quam æterna sequitur erubescientia, exilio cælorum,
pœnarum inferni. ad quos illud Regius Propheta: *Impie facies eo- Psal. 82.*
rum ignorantiâ: erubescant, & conturbentur in seculum seculi: confun-
dantur, & percant. Misera erubescientia, quæ æternum dominum
suum comitatur; & pro modico hic fatuo rubore, numquam
morituro rubore, inter numquam-perituras, numquam-mi-
nuendas flamas, in omne æuum cruciat.

Notanda hîc & conferenda inter se: illud Iudæ ad Principes V.
sacerdotum: *Quid vultis mihi dare, & ego eum vobis tradam?* at illi *Matt. 26.*
constituerunt illi triginta argenteos. & illud loci huius: *Congregati cum Matt. 18.*
senioribus, consilio accepto, pecuniam copiosam dederunt militibus, discen-
tes, *Dicte quia discipuli eius nocte venerunt, & furati sunt eum, nobis*
dormientibus. Argenteis non amplius triginta Dominum emunt *Iudei pec-*
impij emptores, vt emptum crudelissimæ morti tradant iniusti *cuniâ Do-*
accusatores. & emunt tam vili ab iniquissimo venditore Iuda, cui *minum*
nullum ius erat discipuli in magistrum, serui in dominum. vt *emunt à*
videas ad quæ improba avaritia discipulum duxerit, qui triginta *Iuda, & à*
argenteos prætulit omnibus acceptis à magistro & domino be- *militibus*
necijs, omni benevolentia, humanitati, gratitudini, virtutibus *vt eum re-*
omnibus, quas innumeræ in Christo viderat, & in se ipso sense- *surrexisse*
rat, maximè in ultima cœna, & pedum lotione; miraculis deni- *degerat.*
que plurimis, quorum inspecto & testis non semel steterat, vt

in Lazari à quatriuana morte in vitam reuocatione, & aliorum. & plus tamen in auaro pectore triginta argentei, omni virtute, omnibusque quibus obstrictus in numeris tenebatur beneficijs potuerunt. Fuge quisquis salutem amas, impiam hanc pestem. Cùm verò tam leui pretio Iudæ auaritiam explant, tum non nisi copiosa pecuniâ militem mentiri, & veritatem silentio premere docent. tenui pecuniâ scelus emunt, copiosa tegunt. impij in prima emptione, in qua tamen ignorantia aliquam praetexere possent: at longè magis impij in secunda emptione, in qua ignorantiam nullam minuendo criminis adferre possunt, tot testibus quot militibus resurrectionem edoëti: vt solam hîc improbitatem reperias, inscitiam nullam. quo plus etiam sceleris in hoc secundo elucet, excusationis minus, cùm clarè hîc agnitar veritatis oppugnationem videas. Iam, cùm non sit verisimile Pilatum Romanum Præsidem, virum iudicij boni, vt in omni Christi examine vidimus, & si metum à Cæsare excipias à Iudæorum Principibus intentatum, satis integri animi & iusti, tam factuæ militari excusationi, Dormientibus nobis, discipuli illius susculerunt cum, fidem adhibuisse; facile adducor, vt credam, non nisi ingenti pecuniâ, & quæ satis foret ad æqui Iudicis animum à vero & bono diuertendum, silentium à Pilato impetrasse, militibusque reis, militare crimen, & non nisi morte lucendum somnum, in commissi rei custodia ignoruisse, remque totam simulatione & silentio transiuisse; eo magis, quo, si rem mouisset, periclitari apud Cæsarem posset, qui non semel à se Christum innocentem denunciatum, solo Iudæorum impulsu & metu damnasset. O, quid non aurum potest? quid nō auro sociatum odium & improbitas? & ad quæ non tandem sclera scelus vnum aliud trahit? Neque hoc locum tantum habet in nobilitate, in militiae sceleratoribus, in togâ claris; sed in Sacerdotum Principibus, in Phariseis, legum Doctoribus, Scribis. qui cùm vidissent in Christo morum omnium integritatem, vitæ probitatem, inculpatam vitam, & nulli criminis obnoxiam, profundam eruditonem, persuadendi vim, constantiam, & omniauro superiorem animum; diuinarum, voluptatum, commodorum, honorum contem- ptum;

Aurum
omnem
improbita-
tem adserit.

ptum; miraculorum omnibus retrò sēculis inauditam claritatem, vt qui non precibus, sed solo imperio dæmonijs imperaret & morbis didicissentque experientiā, non factorum tantū, sed improbarum etiam cogitationum suarum consciū Christum; veriti ne apud populum gratiā ipsi exciderent, vinceret Christus, ne ē speratis frustrarentur donarijs & commodis, ne minuerentur honoribus, plurimumq; ipsi de veteri apud plebem aestimatione decederet, ne ē impia ipsorum vita, damnandi mores, simulata pietas, & probitatis pallio recta improbitas, hypocrisis, reliquaq; vitia Christo denunciatote detegerentur; æmulationi primum succubuerunt, inde inuidentiæ, vnde natum odium, & ex hoc perdendi studium & tollendi de medio Christum. è quibus secura, quæcumque passionis tempore vidimus. Ita à non magnis initij, ad summa scelera prolabimur. ad prima initia occurre, quisquis salutem amas. perimeque noxia in semine suo; ne postquam excreuerint in arbores, securibus opus sit. facilis occursus ad initia est: at, vbi adoleuerunt mala, potentibus remedij occurendum. & quid facilius quam in herba sua zizania cuellere, & oblatum veneni poculum excutere? at vbi ignarus sciensue admireris, serò fōrē remedia circumspicies, nullaque arte medicanda frustra ingemiscas mala. quæ dum primò se ostentabant, leui conatu aut educi aut pelli poterant: at, vbi inualuerunt, ferrum depositum & ignes: nec excindi se patiuntur, nisi cum bonorum seminum certo interitu, aut manifesto periculo.

Claudio vniuersam Passionem Ecclesiastici verbis, dignissimis quæ oblaqueentur auro. *Quasi cedrus exaltata sum in Libano, &c cap. 24.*
quasi cypressus in monte Sion: quasi palma exaltata sum in Cades, &c quasi plantatio rose in Iericho: quasi oliva speciosa in campus, &c quasi platanus exaltata sum iuxta aquam in plateis, sicut cinnamomum & balsamum aromatizans odorem dedi: quasi myrrha eleēta dedi suavitatem odoris: quasi storax, & galbanus, & unguila, & gutta, & quasi libanus non incisus vaporauit habitationē meam, & quasi balsamum non mistum odor meus. Ego quasi terebinthus extendi ramos meos, & rami mei honoris & gratie. ego quasi vitis fructificavi suavitatem odoris: & flores mei fructus honoris & honestatis. Diuinæ Sapientiæ verba sunt, Verbi

A partis
ad maiora
fit transi-
tus.

Verba Ec-
clesiastici
cap. 24. de
Sapientia
æterna
Passioni
Dominice
adaptan-
tur.

nimirum diuini, vnigeniti Dei Filij, Christinostri, ante sæcula à Patre geniti, in sæculo à matre nati, ac tandem pro salute nostra cruci affixi. Discutiamus singula. *Ego quasi cedrus exaltata sum in Libano.* Factum in cruce: neque vlla Libani cedrus altius exaltata, altiusque ramos suos Christo nostro protendit. *Et quasi cypressus in monte Sion.* Factum in Caluariæ monte. quem Sionis montem meritò dixeris: in quo salus nostra peracta. *Quasi palma exaltata sum in Cades.* Factum in eodem monte. cùm è petra Christo largissimi fluxerunt fontes, quibus omnium sitis relevata: vñclim in Cades fluxerunt aquæ, percutiente petram Moysè. *Et quasi plantatio rose in Iericho.* Factum sub corona spinea. cùm spinæ peccata nostra, fias in Christi vertice spineas dederunt rosas.

Cant. 13

Quasi oliva speciosa in campis. Factum in baiulatione crucis. cùm campos, viamque quæ in Caluariæ montem ducit, tamquam roræ & pluviâ, sanguine fœcundauit. Hinc sponsa, Oleum effusum non men tuum: ideo adolescentiæ dilexerunt te. & mulieres illæ quæ secutæ illum fuerant in crucis baiulatione. *Quasi platanus exaltata sum iuxta aquam in plateis.* Factum cùm vincitus ex Horeo, orationis suæ loco, transiret torrentem Cedron, Hierosolymorumq; plateas vinculis suis nobilitaret. *Sicut cinnamomum & balsamum aromatizans odorem dedi.* Factum in columna. cùm diuini sanguinis illius odor, non prætorium tantum, sed & cælum ipsum repleuit, & terram vniuersam. *Quasi myrra electa dedi suavitatem odoris.* Factum cùm myrratum vinum, felle mistum noluit bibere: & cùm sepelitur à Iosepho ab Arimatæa, & Nicodemo: qui ad conditendum Christum tulerat mixturam myrræ & aloës quasi libras centum. Sequitur. *Quasi florax, & galbanus, & ungula, & gutta, & quasi libanus non incisus vaporauit habitationem meam.* Factum in horto. cùm laerymarum, sudorum, sanguinisque illius odor, nondum inciso flagris corpore, vaporauit odorem, nulli ab omni æternitate similem. *Et quasi balsamum non mistum odor mens.* cùm desertus ab omnibus, etiam cælesti Patre, solus passionis & patientiæ suæ odorem sparsit, nullius odore sociatum, nullius meritis admistum. *Ego quasi terebinthus extendi ramos meos, & rami mei honoris & gratie.* Factum in cruce: in quo pro ramis manus exten-

extendit & pedes. Fueruntque hi rami honoris: per quos triumphum retulit omnium maximum. fuerunt etiam gratiae: cum per hos ramos, conciliati sumus Deo. sed neque alij crucis arboris rami fuerunt, quam manus & Christi pedes: per quorum ramorum vulnera, quâ per peccata excideramus, gratiâ donati sumus. *Ego quasi virus fractificani suavitatem odoris: & flores mei fructus honoris & honestatis.* Factum inter vincula. cum vitium more colligatus, musti sui, primi nimirum passionis suæ fructus, odorem longè lateque sparsit. factum etiam in vestium spoliatione: in qua castimoniæ suæ flores, honoris & honestatis, in salutem nostram, lubens volensque dedit. Additur: *Ego mater pulchra dilectionis, & timeris, & agnitionis, & sanctæ spei.* Verè mater quæ numquam obliuiscitur filiorum, licet obliuiscantur non raro matrū reliquæ. quin non contentus binis aliarum matrum vberibus, quinque nobis leuandæ sibi propinat. imò supra quinque millia: quod enim vulnera, tot vbera. & quæ potuit dilectio esse maior? *Mater etiam agnitionis:* per cuius passionem, venimus in veram grauitatis scelerum nostrorum agnitionem, cum non nisi per Dei mortem deleri scelera nostra potuerint, & iustitiae satisfieri. *Sancta etiam spei.* cum per solam passionem spes nobis æternæ salutis data. *Dilectionis* denique *mater.* quæ nec inter saeuissima tormenta obliuisci potuit nostri, inter quæ nos Patri commendauit, & ignorasti perij, ignorantiam peccatis prætexens. & matrem suam in Ioanne, nobis dedit in matrem, nosque illi in filios. quâ etiam donatione, nos fratres suos, heredesque ac cohæredes cælorum statuit. *In me gratia omnia via & veritatis, in me omnis spes vita & virtutis.* cum ipse sit via, veritas & vita, nec quisquam ve- ^{Ioan. 14.} niat ad Patrem nisi per eum. Sequitur in Ecclesiastico. *Transite ad cap. 24.* me omnes qui concupiscitis me, & à generationibus meis implemini: *spiritus enim meus super mel dulcis, & hereditas mea super mel & fenum.* Hinc illæ invitationes illius: *Venite ad me omnes qui laboratis, & o-* ^{Matt. 11.} *nerati estis, & ego reficiam vos.* quò? nisi ad crucem? & ubi certius reficitur peccator? ubi onus suum tutius reponit? cum omnium nostrum onera, peccata nimirum, in cruce fixerit, in cruce rulebit, in eadem deleuerit Christus. cuius etiam hæc sunt: *Tollite iu-* ^{Ibidem.}

gum meum super vos, & discite a me, quia misericordia mea humilis corde: & inuenietis requiem animabus vestris. Sciunt hoc qui amant. & illi soli, super lac, mel, vinum, saccarum, vbera, dulce esse iugum Domini, nec villas delicias iugo illius componi posse. Scic
Psal. 118.

Psal. 18. hoc etiam ille qui in clamabat: *Quam dulcia fauibus meis eloquies*

Psal. 18. *tua, super mel ori meo: & de iudiciis Domini: Desiderabilia super au-*
rum & lapidem pretiosum multum, & dulciora super mel & fauum. O

Cap. 39. *experiat hanc dulcedinem, & lector meus tecum! Redeamus*

ad Ecclesiasticum. Obaudite me divini fructus. Qui sunt illi, nisi ti-
mentes Dominum, & vestigijs illius inharentes? hi enim veri
fructus divini sunt, plantationes Patris cœlestis, palmites vineæ
Christi. Et quasi rosa plantata super riuos aquarum fructificate. Fructus

nimirum dulces gutturi illius, & animæ nostræ sponso Christo.

Cant. 4. *Quasi Libanus odorem suavitatis habete. Qualem sponsæ suæ attri-*

buit in Canticis, cùm illam inuitat: Veni de Libano sponsa mea, veni
de Libano, veni: coronaberis. & vocat illam fontem hortoru, puteum

Ecli. 39. *aquarum viuentium, que fluunt impetu de Libano. Pergit Scriptura:*

Florete flores, quasi lily, & date odorem, & frandete in gratiam, & col-

Cant. 2. *laudate canticum, & benedicite Dominum in operibus suis. Florete ca-*

stæ virgines quasi lily: de quibus sponsus Christus: Sicut lily

inter spinas, sic amica mea inter filias. de cuius odore illud eiusdem:

Cant. 4. *Odor vnguentorum tuorum super omnia aromata, & odor vestimento-*

Cap. 39. *rum tuorum sicut odor thuris. Subiungit Ecclesiasticus. Date nomini*

eius magnificentia, & confitemini illi in voce labiorum vestrorum, & in

citharis, & sic dicetis in confessione: Opera Domini vniuersa bona valde.

Verè bona valde: nulla tamen meliora, nobiliora, operibus cru-

cis Domini, arborisque illius in qua pependit salus nostra, primæ

præuaricaticis arboris medela. vt proinde multo verius de Chri-

sto nostro dici possint, quæ fusè Ecclesiasticus Simoni sacerdoti

Cap. 50. *magno Oniæ filio tribuit. Quasi stella matutina in medio nebu-*

la peccatorum nostrorum eluxit Christus, cùm vniuersus orbis

densissimâ scelerum & idololatriæ nebulâ connectus foret. cuius

etiam aduentum noua Regibus & orbi stella denuntiauit. Plena

in diebus suis lucet. Sic luxit in alta Gentilitatis, & Iudaicoru erro-

rum nocte Christus noster. Et quasi sol refulgens, sic ille effulgit in

templo

templo Dei. Non in terrestris tantum, sed in cælestis Ierusalem templo, effulgit sol Dominus, lumen cælis præbens, qui præbuerat ante terris. Quasi arcus refulgens inter nebulas gloriae. Nusquam magis quam in cruce: in qua nobilissimus æterni foederis arcus, inter Deum & nos eluxit. Et non nos veræ nebulæ gloriæ Domini, cum eductos è densis peccatorum nebulis, luci, quâ excideramus, restituit? Et quasi flos rosarum in diebus vernis. Et vera & nobilis rosa, peccatorū nostrorum spinis educta, ipsarum spinarum medica. Et quasi lilia que sunt in transitu aquæ. cum ipse de se dicat: Ego flos campi, & lilyum cornuallium. humilium nimirum & castarum animarum lilyum. Et quasi lilyus redolens in diebus astatis.

Hinc illud sponsæ: *Trabe me: post te curremus in odorem vnguento- rum tuorum. virtutum nimirum illius. Quasi ignis effulgens, & thus ardens in igne. Nusquam sanè magis effulgit ignis amoris illius, quam in cruce: & thus ipse ardens in ignibus in nos amorum. Quasi vas auri solidum, ornatum omni lapide pretioso. Nullum nobilis aurum Christo, in septem ardentissimis Passionis fornacibus probatum, horto, vinculis, columna, spinis, iniusta damnatione, crucis baiulatione, cruce demum ipsa. & qui pretiosi lapides componi cum Christi vulneribus possunt? Quasi oliua pullulans. semper animarum fœcunda, numquam sterilis. Et cypressus in altitudinem se extollens. altitudinem crueis: cælorum etiam altitudinem, cum fuderet ad dexteram Patris, supra quam altitudo excoigitari nulla potest. In accipiendo ipsum stolam glorie, & vestiri eum in consummatione virtutis. In ascensi altaris sancti gloriam dedit sanctitatis amictum.* Olim de Aarone: *Statuit ei testamentum aeternum, & dedit illi sacerdotium gentis, & circumcinxit eum zonam glorie, & induit eum stolam glorie, & coronauit eum in vasis virtutis.* De Christo vero habes illud Isaia: *Quis est este, qui venit de Edom, tinctis vestibus de Bosra? iste formosus in stola sua, gradiens in multitudine virtutis sue.*

Respondet: *Ego sum qui loquor iustitiam, & propugnator sum ad salvandum. Quis magis locutus est iustitiam, cum quidquid debetur iustitiæ, è delictis nostris, ipse exsoluerit, verus propugnator noster ad saluandas animas. in cuius etiam sanguine lauerunt apoc. 7. stolas suas; & dealbauerunt eas, qui venerunt de tribulacione. De cuius sacer-*

Christus
fuit verus
Pontifex.

sacerdotio habemus illud Apostoli. *Alij quidem plures facti sunt sacerdotes, idcirco quod morte prohiberentur permanere. hic autem eò quod maneat in eternum sempiternū habet sacerdottū. vnde & saluare in perpetuum potest accedentes per semetipsum ad Deum: semper viuens ad interspellandum pro nobis. talis enim decebat ut nobis esset Pontifex sanctus, innocens, impollutus, segregatus à peccatoribus, & excelsior cælis*

Psal. 109. factus. vnde & David: Tu es sacerdos in eternum secundum ordinem Melchisedec. & Paulus: Appellatus à Deo Pontifex iuxta ordinem Melchisedec. Verissimus Pontifex: qui non è veteri Mosaico morte, boues & oves, sed scipsum in sacrificium delictorum nostrorum expiatorium obtulit: cui crux & columna altaria facta, non vitulorum aut hircorum, sed Dei sanguine natarunt. Vbi sanguis noster? vbi sudor? vbi lacrymæ? vbi vulnera? quam longè nos à spinis caput terebrantibus? quam longè à columna sanguine purpura? quam longè ab horto sudoribus, lacrymis, sanguine rigato? quam longè à cruce sanguine lota? & vbi clavi nostri, vbi lancea? vbi fel & absinthium? vbi sputa, & alapæ? vbi arundo & corona spinea? vbi flagra & conculatio? & quando nos facti opprobrium hominum, vermes & non homines? quando falsas tulimus accusationes? quando homicidis, latronibus & scinditiosis compositi? quando innocentes damnati? Et tamen tulit hæc Christus, non sibi, qui nullius delicti reus esset, nulli obnoxius peccato: non primorum parentum, non suo. Nobis diuino natarunt sanguine hortus, columna, spinæ, vestes, crux, clavi, lanceæ: in delictorum nostrorum expiationem, in debiti exsolutionem, in iustitiae satisfactionem. O, quid non potuit amor nostri? & vbi noster in Christum amor? vbi in salutem animarum nostrarum? & expectamus coronas cælo reponendas ignauis athletæ? speramus præmia post mensas & purpuram? aliud nos docet Euangeliū, aliud exemplo suo Christus. Et quæ fatuitas pretium non exhibere, & ad mercedem manum mittere? aut quæ impudentia ad delinquendum frontem expandere, subducere ad deprecandum. quid speramus, in coccino & Tyrio pro delictis posse nos satisfacere, cum Christus non nisi per vulnera satisfecerit & sanguinem? an in lætioribus hortensis maritimis secessus bal-

balneis debitum exsoluemus, cum Christus non nisi in lacry-
marum balneis peccata nostra eluerit? Intuere milites. vide in
causa votorum suorum quid non perferant, idque ob frustrato-
riam ferè prædam, dubiamq; & volaticam dignitatem. & nos in
æternitatis periculo tolerare dubitabimus, & Christum in passio-
ne imitari? quid cessamus paucis lacrymis prodaçtæ saluti refor-
mati? aut fugimus suspiria, lacrymas, saccum, cinerem, & cum
Christo crucem, vt inferorum supplicia effugiamus? aut tædet
aggreedi quod scimus numquam-morituris flammis mederi pos-
se? Christum amortui, in sudorem, lacrymas, sanguinem impu-
lit; tu nullum pro his sudorem, lacrymas, sanguinem sparges? ô
quantum est in rebus inane! morimur momento omni: ac inter
verramque æternitatem, beatam, infelicem, hæremus momento
omni dubij; & mollibus indulgere iuuat, & longissime à Christi
passione & cruce aberrare; & speramus interim præmia. O quid
pateris Christe, si per conuiuia & purpuram, per sæculi dignita-
tes, per aurum, & inuercundos thoro, via ad cælum est? quid
per verbera, crucem, clausos decurris in mortem, si per iocos, &
opes, & alterius solis mensas, ad felicem æternitatem semita pa-
ret? quām vereor ne fallamur miseri; & quo longius sumus à
Christi cruce, hoc propiores æternūm victuris sumus ignibus.
Sequere Christum tuum in cruce quisquis æterna cogitas, quis-
quis salutem amas. nec enim illa alia ad salutem via est. aut fal-
sus est Christus tuus: qui cum nec falli, nec mentiri possit, falli
necessum est omnes qui aliâ ingrediuntur viâ.

C A P V T XXVII.

Gratissimam esse Deo Passionis sua memoriam.

ET sanè nulla orbe toto, legenti, loquenti, meditanti, aut homini utilior, aut Deo gratior, Passione Domini, materia ex cogitari potest. cùm nulla res à Dei manibus nata maior augustinorque sit: non cælum, non orbis, quæ patet, vniuersus; non quidquid felici huius ambitu continetur. neque enim aut illa,

I.

aut quidquid terris caligine conditum, non ipsi nobilissimi et exaltati spiritus, in comparationem cum Deo, homine suo vestito, minus vero eum patiente venire possunt. Diversorum ergo operum nobilissimum Christi cum fuerit Pallio, nulla accidere greater Deo res potest, quam maximi illius operis gratia recordatio: cumque alia in re nulla magis eluceat in hominem amor Dei; per facilem videoas, nihil acceptius Deo, quam ut amorem suum omnem in actum divini in se amoris maximum profundat homo, ut proinde merito Christianus omnis Passionem Domini et circumferat animo, et assidue meditatione voluat.

II.

*Et gratior,
quam eius
in celo
fruitionis.*

Iam cum certum sit Passionem Domini longè illustrius & amoris in nos maioris opus esse beatam nostram in celis Dei fructificatione, cum illa etiam hanc promerita nobis fuerit; fit ut gratior longè sit Deo Passionis, quam celestium deliciarum memoria, aut fruitionis praesentiae divinae consideratio; cum haec nullo modo componi cum per illustri Passionis magnitudine possint. Ut non leuis proinde videatur error aliorum, qui gratius esse putant Deo, de celestibus medicari gaudijs & delicijs, deque sperata beatam fruitione, quam de Passione Domini. Grauior etiam illorum, qui meditationem omnem de Passione Domini incipientium, & in via spirituali etiamnum ruditum, ac quasi primae infantiae voluntati, nec perfectoru[m] esse dicant ab omnisele contemplationemq[ue]; suam re creata, etiam Passione Domini, abducere: ac in magno animorum otio, per continuos amoris actus Deo, ad similitudinem iam celo ascriptorum, uniri. ponuntque quamdam quasi beatitatem in interno quodam mentis gustu ac delectatione, quam anima est Dei praesentia tota circumfluit: cui per modum, ut loquuntur, simplicis adhesionis, agglutinatur ac iungitur. voluntque animam in hac re nihil agere, sed influxum tantum pati diuinum. eosque qui huic contemplandi generi assueuerunt, nec intellectu, nec voluntate operari: sed intra animae essentiam, illapsum quemdam Dei recipere. cuius ne operationem impeditant, in alta se quiete, omnis actionis suae ignatos ac inexpertos continere: cum sibi presupdeant, ipsam beatitatem ac Dei fruitionem, in hoc diuini muneri illapsu, & delectatione hunc emi-

raicente confitentes, quem autem otiosi exspectant. votantes; omnem lectionem, ratiocinationes, creaturam rerum similitudines, imagines, omnemque illorum memoriam, quae terrorem inserviant, ut mortis, iudicij, inferorum; omnem etiam, quae nos in virtutum Sanditorum, Dei misericordia Christique adeo ipsius sequentiam admirationem deducere assueverunt; omnem demique rerum illarum, quae per quamcumque mentis operationem ad difficultatem, beneficiorum Dei, Sacramentorum, aut Passionis Christi memoriam, distinctum in homine amorem prouocare solent: cum velint animam in mystico contemplandi gressu actionem omnem suam refugere, solusque Dei exspectare.

Quae res non leues secum trahunt difficultates. nam si solus Deus agat, & non anima, quod meritum in eiusmodi actionem eadere potest? quis enim per alienum actum formaliter meteat? an fors per alterius actionem quisquam iustificetur? Quo modo vero contemplantis, per solius actionem Dei, alieni nimis actum amoris, amare Deum poterit? aut quis per alienum actum mereri, & per eundem demereri, atque ita per alienum actum saluari, per alienum etiam actum damnari poterit? Haec quis intelligat? & qui talis, liberæ potentie, aut vitalis actio esse poterit? immo, qui actione tali deliciatur anima, si nihil agat? ut non videam, qui contemplantis hominis intellectus & voluntas patientur tantum: neque enim intelligere possum, qui tales vitalium potentiarum aut hominis actus dici possint. nata cum velint otiosam actionumque suarum refugam, in huiusmodi contemplationibus, animam manere, nec quidquam agere; sed lucis & diuinorum gustuum influxum quemdam recipere; qui tales actiones Dei dici debeant, nemo non videat: hominis qui dici queant, non video, quare nec metiri vultus esse possunt. quod si meriti nullius sint, non video qui per has virtutum incrementa sperare hi contemplantes possint. quo ergo tales actiones virtutum ignorare, & naufragari nisi quis dicat, augere Deum in talibus gratuito virtutes, nullis humanis praeceditus meritis. quod qui tuto dici possit, ego nescio.

Nec illud minus nouum, quod quidam velint, omnem omni-

III.

D d d d 2

no

Omnis intellectus operationem à mysticis amatoribus & contemplatione abesse debet.

no intellectus operationem à mysticis amatoribus & contemplatione abesse debet. ploribus excludi posse & debere. cùm enim, ex omnium Theologorum sententia, voluntatis obiectum sit bonum cognitum, nec aliud; sequitur nil amare voluntatem posse, quām quod illi ab intellectu, vt amore dignum proponitur. vt prōinde necessit, secundūm omnem sui latitudinem, in quam se voluntas extendit, cognitum esse obiectum: alioqui ferri voluntas posset extra entitatem obiecti ab intellectu cogniti. Quod ego lubens fatebor, me non assequi. nam quī potest voluntas prudenter amare rem non notam? neque enim voluntas hominis, creaturæ nimirum ratione præditæ, dici posset, cùm omnis voluntas humana veræ aut putatitiae rationi innitatur. ratio autem omnis præsupponat intellectuonem. Sunt tamen, qui opinionem hanc suam firmare conentur exemplo illius, qui pictoriā artem magis amat, quām intelligat. At non ultimus hic ludit error. nemo enim pictoriā aut aliā quamcumque artem magis amat, quām vel intelligat, vel intelligere se putet.

Accedit, ipsam animam Dei amantem, cùm illius delectatus præsentia, nouā quādam luce collustrari, quæ sese ad omnem actus amoris latitudinem extendit, vt prōinde temperamoris aetui cognitione iuncta sit. quid? quod ipse amor ad manus cognitionis desiderium intellectum prouocet, quo ad aktiora se extendat, sēque ipso maior fiat. Non discurrit tamen in hoc mystico contemplandi genere anima, ita vt ex una veritate eliciat alteram, nec labore suo aliquid consequitur: sed admiratione quadam attonita super ijs quæ sentit, adhæret Deo, cui iungitur & delectatur, immemor reliquorum omnium; & absque omni discursuum & imaginationum varietate, suauiter in Deo conquiescit. operatur tamen: nam hoc ipsum delectari & deliciar, sine omnianimæ actione esse non potest. nec querit interim aliquid, sed inuentis ac à Deo subministratis fruitur, stupore quādam tacta super ijs quæ intelligit ac sentit. vnde aliquando exire rapitur, corporisque quādam quasi deliquia patitur.

IV. Est & alius in cruditorum error, qui mysticorum quosdam loquendi modos crudo intelligunt modo, crudo sequuntur. vn-

de

de sit, ut ex uno in alium labantur errorem. cùm enim quidam mystici scriptores dicant, humanum spiritum annihilari, esse definere, transfire in diuinum, transformari in illum, nec animæ operationes esse, sed Dei; non volunt animam desinere, minùs transfire illam ac transsubstantiari in diuinam: sed in hyperbolicas eiusmodi similesque phares locutiones, amor illos rapit ac transfert. Reperies fortè etiam quosdam loquendi modos apud Bernardum & Bonaventuram. & non in Canticis intersponsum animam & Deum sponsum? In benignorem proinde partem explicandi scriptores tales. qui magis è quodam amoris ac mentis excessu, talibus utuntur scribendi modis, quām quòd ita crudo modo sentiant. quare semper ad Theologicam veritatem à benigno & docto lectorē ducendi.

In benignorem pari modo partem interpretandi, qui animam in hoc mystico contemplandi genere mere passiuè sese habere scribunt. non quòd nihil agat, sed quòd in hac re non videatur anima per modum agentis ac mouentis, sed per modum quiescentis, silentis & patientis se habere. operatus tamen; non quòd per discursus amoris actus elicit, nec per actus reflexos in amatum, sed per directos tendat, immediate adhærens Deo. ac licet agat, non videtur agere: agit tamen, cùm amet. nec amare, nec deliciari possit, nisi ageret. Sed cùm intimè se Deus communicet animæ, animaque Deo; hinc contactus illi, quos vocant, substantiales Dei & animæ mutuò se intimè amantis exsurgunt. in quibus tamen non desinunt intellectus & voluntas operari. alioqui nec amoris, nec hominis, nec meriti ullius, sed solius Dei actiones forent.

Distinctiones etiam illæ, quibus scriptores quidam mystici intellexum & voluntatem in altiorem & inferiorem, sublimiorē & depressiorem, diuidunt; benigno egent interprete: cùm in anima, talium potentiarum distinctio nulla reperiatur.

Error hic etiam meo iudicio illorum est, qui sibi persuadent posse hominem perpetuè coniungâ Deo. quod in hac vita non video fieri posse. fateor tamen, posse illam vniōnem ab omnibus sanctitate præstantibus, quoties in illam conatum

Mystici
scriptores
crudius
loquentes
benigne
interpre-
tandi.

V.

Quomo-
do se ani-
ma mere
passiuè ist
contem-
platione
habere di-
catur.

VI.

Potentia-
rum animæ
qualis sit
distinctio.

VII.

Homo
semper
Deo con-
iungi noa
potest.

sum extenderint, non magno molimine ac negotio reperi
ac consequi.

VIII. Error deinde illorum est, qui quasdam quasi falli rieicias tra-
dunt regulas, per quas certò ad mysticum illud contemplandi
genus anima perueniat. cum ille quicunque diuinus influeret,
Divinus
influxus
humanis
non para-
tur viribus
aut arte. & cælestium deliciarum communicatio, humanis nec parari vi-
ribus, nec arte possit, non magis quam linguarum, miraculo-
rum, prophetiarum dona, quæ interpretatis gratis datus scimus nu-
merari. quas Deus aliquibus fere sanctitate magnis gratuitò lar-
giri solet.

IX. Matt. 11. Vis placere Deo? vis illi intimè iungiri? vis audire cælo magnus?
sequere monentem Dominum: *Discite à me, quia misericordia sum, &*
Humilitas
viam ster-
nit ad ma-
gnam. *humilis corde.* Non audio: Discite à me contemplandi genus, in
quo nihil agat, sed cælestia patiatur anima, illorumque delicijs
fruatur. audio tamen monentem: *Si quis vult primus esse, erit om-
nium nouissimus, & omnium minister.* Vide ut ab humiliata cælorum
pendeat magnitudo: eo nimurum futurus quisque cælo maior,
quo hinc minor & fuerit humilior. non quo in hoc mystico con-
templandi genere futurit exercitatio: neque quo maiores raptus,
paenitique excessus passus fuerit, sed quo humilius minusque de-
se senserit, infraque mortales omnes se statuerit.

Per humili-
tatem o-
primè quis
Deo pla-
cket. Certissima verò regula placandi Deo, & intimè se illi iungeni
di, humilitas est. amas proinde illius spiritu foueti? humili-
tatem cole. verba Domini sunt, meditari non possunt: *Ad quem
respiciam, nisi ad pauperum, & tremorem sermones meos?* Vis in-
Isaia 66.
Prov. 3. tenuis frui locutionibus diuinis? *Cum simplicibus formocinatis.*
Prov. 29.
Matt. 11. Vis magnâ circumdari gloriâ? *Humilem spiritu suscipiet gloria.* Vis
in alta animorum pace vivere, & delicijs circumstuerre cælesti-
bus? audi Dominum: *Discite à me, quia misericordia sum, & humilis corde,*
& inuenientis requiem animabus vestris. Requies illa pacem, vera-
que cælestes delicias loquitur. Vis cælorum possessor audire?
Mat. 5.
March. 18. *Bedi pauperes spiritu, quoniam ipsorum est regnum cælorum.* imò: *Nisi
efficiamini sicut parvuli, non intrabitis in regnum cælorum.* Quan-
tum autem cælo magni ignorarunt mysticum contemplandi genus?
at nemo cælo magnus, nisi humilitate antè fuerit magnus. Et
quid

quid per mysticum contemplandi genus queris? non apud Deum esse magnus? nam si aliud queris, aberrasti à via. Ad illud magnum te ducer humilitas. verba Dei sunt: fallere non possunt. *Quicumque humiliauerit se sicut parvulus iste, hic est maior in regno celorum.* In humilitatis ergo palestra te exerce, & magna spera: adeoque & cælorum summa. spondet Deus. quis dissidat spondentis quin & plus cælestis luminis & deliciarum, plusque intimæ diuinæ coniunctionis promittere sibi quisque poterit, quo submissior fuerit, minusque de se, plus de alijs omnibus senserit. Ex audi causam, quæ Mariam Dei fecit matrem: *Magnificat* *Luce 1.*
animæ meæ Dominum, et exultauit spiritus meus in Deo salutari meo:
quia respexit humiliarem ancillæ sue. Audi etiam causam, quæ Christo donauit nomen, quod est super omne nomen, ad quod genua curuent cæli, terræ, inferi, quia humiliauit semetipsum. Nullam neque in matre, neque in filio magnitudinis causam lego, mysticum contemplandi genus, in quo otiosa delicietur anima Deo suo. solam lego humilitatem ad summa matrem & filium sustulisse. imitare: & magna spera: imò maxima, & cælo prima. tantis præventibus ducibus, errare non potes. cumq; matrem ancillantem, filium legatamulantem, quid erubescas ad hæc nomina, ad quæ non erubuit Dei mater, non Deus ipse, qui vltro famulatum elegit?

Quod si tamen per hoc contemplandi genus crescere in te humilitatem reliquaque virtutes senseris, non damno: opus tamen hinc prudente directore, qui virtutum mendacia à veris virtutibus discernere soiat, quique inter diuinæ & diabolicas collustrationes, inter cælestes & naturæ quosdam animorum excessus, discrimina nouerit. Hoc certum, solum Deum intellectu illuminare posse, & voluntatem in amorem sui efficaciter impellere. Imò debere intellectum, ut circa supernaturales res intellectio actus eliciat, iuuari ac præueniri a Deo, ac per singulare auxilium supra id quod naturâ illi ingenitum est, eleuari. diabolum vero intellectum non nisi perphantasmatum in imaginatione representationem illustrare. quæ collustratio fere diuinis breuior est, hominemque, postquam se subduxerit, aridum de-

X.

*Deus soles
intelle-
ctum po-
test illumi-
nare, & vo-
luntatem
impellere.*

*Illustra-
tiones dia-
bolice
quomodo
differant à
diuinis.
stituit,*

stiteat, tristem, sibi grauem, alijs molestum, inquietum; de reliquis minima, de se maxima sentientem; aduersarum rerum & contemptus impatientem, collustrationum suarum ostentatorem, audacem, inuercundum, laudes suas admittentem. cum diuinæ collustrationes non præsentes tantum, sed & absentes, metem gaudio in alta pace exultantem relinquant; submissæ de se, magna omnia de alijs sentientem; aduersarum rerum aidam, patientem, diuinorum donorum occultatricem, timidam; in laudibus suis retractam ac verecundam, in alienis explicatam.

Humilitas
signum
certum sa-
lutis.

Nullum tamen salutis signum humilitate certius. quâ qui donatus fuerit, nec de diuinis donis gloriabitur, nec magna sibi ex his promitteret, nec talium inexpertos ac inassuetos contemnet. ne audiat, quod Lucæ octauo Pharisæus. nec nisi timide de donis his loquetur: & apud tales tantum, à quibus doceri, & periculorum præmoneri possit. sed & suspecta habebit, quæcumque in hoc genere patitur, prudentioris semper directioni magis quam suæ inhærens, neque delicias huc spectabit, sed veratum tantum ac solidarum virtutum profectum. Quia in re non suo, sed directoris sui iudicio stabit. sed neque peculiari studio hos modos venabitur, aut consequendis illis adlaborabit: sed à Deo gratuitò concessos non repellat; magnâ tamen animi submissione, tamquam talium indignus, timide admitteret. omniumque omnino directorem suum concium faciet, ne qua fors fraus intercurrat, aut à vero aberret, semitasque pœnitendas ingrediatur, habitusque fallaces nullâ post arte medicabiles induat. Quæ res, cum magnis permista difficultatibus sit, periculisque subiecta plurimi; nihil vero sit, quod vereri humilietas debet; huius potius vestigijs inhæreamus, & in hac paranda omnitudine, laborque omnis noster sudet, cum falli ab hac non possumus, nec in huius seria prosecutione à salutis via aberrare. Quod si humiliatis viam calcantium animam cælesti luce, diuinorumque deliciarum radijs illustrauerit, timide & è prudentis directoris iudicio haec admitteret. quoque plus lucis & cælestium delectationum accesserit, hoc se semper submittet magis, minusque de se sentiet, submissius loquetur. Et sane, si à Deo colle-

stra-

strationes illæ sunt, animum talibus lustratum maiore humilitate donabit: ut iunctim illustrationes & humilitas crescant, mutuoq[ue] se tueantur, foueant, augeant.

C A P V T XXVIII.

Varios continens meditandi modos circa Passionem Domini.

SOLO Dei Passio sat amplam meditandi materiam præbet, vt non sit opus aliâ. non damno pias reliquias. probo. verum vnam Passionem sat latam cuicunque meditantis in omnem vitam præbere mihi persuadeo. Et sanè, antè omnium victa iacebunt ingenia, quam deesse passioni Domini materia possit. Quid? quod, quo plus per hanc decurreris, hoc fœcundiore semper nube, fonte, flumine sis beandus. inexhausta h[ic] materia est. ignorant h[ec] maria vadum. Sed neque ullus animorum ad meliora motus est, quem non de facili è passione Domini elicias. ex hac enim excitari mens in terrorem, imitationem, amorem potest.

In terrorem, singula Passionis Domini percurrendo, subiendoque post singula illam illius sententiam: *Si in viridi ligno h[ec] faciunt, in arido quid fiet?* v.g. vbi videris à lotis Apostolorum pedibus, corporisque & sanguinis sui largitione, iacentem, totoque prostratum corpore, & illis in horto terræ Dei-Filium; interque preces sudore, lacrymis, sanguine natantem; peccatorumque tuorum numero ac magnitudine, pœniisque illis æternum debitum, pauidum, trementem, mœrentem, anxium de salute tua; subiicies: *Si in viridi ligno h[ec] fiunt, in arido quid fiet?* Si scelerum tuorum, pœnarumque illis debitum memoria taritum in Christo potuit; quantum meritò deberet in te? & quid fiet, nisi ad saniora te h[ic] conuerteris? sequuntur æterna, nullis lacrymis, nullâ pœnitudine mitiganda, nullâ auerienda.

Idem facies post considerationem osculi proditoris Iudei, idque ab Apostolo, & cui ærarium commiserat Christus; atque

Eeeee

hoc

I.
Passio Do-
mini am-
plissima
meditandi
materia est

II.
Luc. 23.
Timorem
intere ea
homini
potest, id-
que in om-
nibus Ius
atticulus.

III.

hoc pro vilissimo triginta nummorum pretio: cuius non multò antè pedes lauerat, tesserat, oculis purpurauerat, corpore sanguineque suo pauperat. & hic Iudeorum armis cinctum, magistrum discipulus aggreditur, vinciendum tradit. Vbi perpendenda vincula, seuera, immixta, & quidquid impia militaris licentia in capitibus damnatos exercere solet. Quibus subijcies: Si in viridi ligno hæc sunt, in arido quid fieri? Christum hic & te cogita: illius innocentiam, scelera tua: Dei iudicia, falli flectique nescia æternum. dura nimis æternitas! hic cogitanda hæc, si prædelle debeat, cum mors merendi claudat ostia.

IV. Facies eadem in Annæ & Caiphæ domo, in seruili alapa, in sputis, barbaris illusionibus, oculorum velationibus, pugnis, capillorum, barbae & genarum vellicationibus, Herodis illusionibus, mentitis delationibus, falsis accusationibus, Apostolorum foga, Petri negatione. Quibus subijcies: Si in viridi ligno hæc sunt, in arido quid fieri? Te Christo compone; demerita tua, meritus illius: & quid hunc timere debeas ligatum aridum, omni virtutum succo destitutum, innumquam morituris æternitatis ignibus.

V. Facies eadem in vestium spoliatione, diuini castissimique corporis nudatione, columnæ alligatione, verberum vulnerumque supra quinque millia numero. cum videris natare prætorium sanguine, aspersos vndique parietes, ipsos Filij Dei sanguine purpuratos carnifices, nec locum ullum diligens scrutator corpore toto vacuum vulnere repereris; dices: Si in viridi ligno hæc sunt, in arido quid fieri? si hæc in Dei Filio, & in causa aliena; quid non veteri merito in causa tua, criminè tuo, debeas ne verearis, ad seiam morum decurras emendationem. quod si non potes sanguinem, da lacrymas, peccatorum spongias.

VI. Eadem etiam in coronatione. cum videris illud caput, in quod desiderant angeli prospicere, ingentibus vndique spinis rebratum, arundineâ percussione liuidum, sputis maceratum, purpurâ in ludibrium vestitum, Pilato oblatum: cuius verba scio ubi percurris: Ecce homo; audiuerisque ipsius iudicis sententia innocentem Christum, torrenteque Iudeos Pilatum regio & Calearis nomine: cum latronem Barabbam Christo prælatum vide-

viderisque in innocentiae testationem lauantem manus Praesidem; Iudeos verò, & in illis peccatores omnes, inclamantes: *Sanguis eius super nos, & super filios nostros;* secutam deinde damnationem, & hostium suorum voluntati traditum crucifigendum Christum; dices: *Si in viridi ligno hac fiunt, in arido quid fieri?* quam non sententiam vereti debes tot scelerum reus? quam non iustissimam meritissimamque damnationem in ignibus numquam minnendis? potes hōs paruo effugere. & quam fatuum æterna tormenta modico mercari gaudio, modicis opibus, honoribus, delicijs?

Matt. 27,

Facies idem in crucis baiulatione. cum videris Christum purpurā exū, vestibus suis indui, ingenti cruce suā onerari, vniuersitatem sanguine suo signare, ac sub tantæ crucis pondere fatiscentem terræ non semel illidi; solas pauculas feminas commiseratione tactas flere, reliquos insultare: audiuerisque dicentem Dominum: *Nolite flere super me, sed super vos ipsas flete. Quoniam venient dies, in quibus dicent montibus: Cadite super nos; & colibus: Operite nos. quia si in viridi ligno hac faciunt, in arido quid fieri?* Quid non metuendum tibi, cum videris hæc in Christo? & vbi lacrymæ tuæ in re tua? profuturas nunc funde. non profuturæ post vitam hanc cadunt serâ poenitudine. hæc gadant æternum profuturæ. breue est quod vivimus, sequentur æterna. ô tandem meliora!

VII.

Luce 23,

Idem denique facies in Caluariæ monte. in quo cum videris VIII. omnium oculis Christum nudum expositum, cruci immensis clavis manibus & pedibus confixum, & ad modum ænei Mosaici serpentis, cælis terrisque spectandum, erectum, vndeque vulneribus concisum; adeoque barbarè protensum, ut dinumerari ossa possent; blasphemisque vocibus illudentes crucifixio Principes, seniores, Phariseos, Scribas, populum, militem; discissam vestem, & alteram sortibus permisam; & audiueris inclamantem: *O vos omnes, qui transfixi per viam, attendite, & res-* Thren. 1. *dete si est dolor sicut dolor meus: quoniam vindemianit me Dominus in die furoris sui.* dices: *Si in viridi ligno hac fiunt, in arido quid fieri?* te cogita, scelera tua, & Dei Filium Patri coeternum. cogita quem

Ecccc 2

non

non iure patris furorem timere debeas tot criminum reus: & furorem nullâ æternitate in perennibus tormentis mitigandum. euitare hunc dūm viuis, potes. sc̄a post mortem euitatio cogitatur.

Maximè cùm in singulis cogitaueris, hæc fieri in Christo pro peccatis alienis, ac tuis: & hæc fieri Deo. ut peccati magnitudinem agnoscas, quæ solius Dei sanguine & morte expiari poteris; nec re aliâ diuinæ iustitiae fieri satius: ut debitas peccatis penas æternas, nullo æquo mitigandas, nulloque minuendas verearisti. è quorum timore & horrore, ad meliora mores vitamque veritas. eo magis, quod, Apostolo teste, in omni delicto grauiore, iterum peccator crucifigat Christum, nihil minore, immo maiore quam Iudæi scelere, qui ignorantia quadam laborabant, quam laborare Christianus non potest.

IX. Eadem per omnia in septem verbis in cruce à Christo protatis, fieri possunt: quæ singula claudenda iam sèpius memoriam sententia: *Si in viridi ligno haec sunt, in arido quid fieri?*

X. In imitationem & sequelam te prouocabis; considerando ^{Quomodo} propius virtutes quæ in passione Domini eluxerunt. ac Primò in passione ^{Dominus} *Humilitatem*: Decurre hic per singula Passionis capita; videbis il-^{imitandus.} lam in singulis eluceler in prævia pedum Apostolorum, & maxi-^{humilitas.} mè. Iudæi loriōne. in horto, cùm toto corpore illiditur in oratione terræ. in Iuda, cùm proditorem dignatur osculo, & amici nomine. in alapa, in Pontificis domo, à seruo, in perferendis spu-^{tis.} in Herodianā fatua veste. in nudatione, flagris, spinis, regn^o nominis, & arundinei sceptri risu. in Barabbæ latronis prætatione, crucis baiulatione, cruce ipsa. Quibus singulis subiicias: **Matt. 11.** *Humiliavit se metipsum.* & addes: *Discite à me, quia misericordia mea est.* **1. Pet. 2.** *misericordie corde:* Illud denique Apostoli: *Christus passus est pro nobis;* ve-
bis relinquent exemplum, ut sequamini vestigia eius. qui peccatum non fecit, nec iniurias est dolus in ore eius. Quantis contrà tu peccatis obnoxias? quantis non semel natavit lingua tua dolis? imitar Christum tuum. errare non potes. breuem submissionem æterna sequitur exaltatio. nulla te virtus Deo cariorum, nulla celo maiorem rodet. hæc maximum Christo nomen dedit, cælio.

terris, inferis venerandum. sequere, si æternatura præmia cogitas, & amas. nequidquam, hac destitutus, cælum speras: hac ornatius, non excides.

Patientiam deinde Christi in singulis intuere, mansuetudinem, mititatem, clementiam, benignitatem. in horto clementiam & mititatem disces; cum infestissimo hosti suo Malcho autem restituit, & quos verbo terræ illiferat, incolumes exsurgere patitur. benignitatem, cum proditorum Iudeæ osculum, amico remuneratur osculo. patientiam, in vineolorum acerbitate, in iniusta seruili percussione, in qua suauibus se verbis tuetur; in ingenti silentio, quo falso apud Herodem accusantibus nihil respondet, faruâque se indui veste patitur. Intuere deinde nudum alligatum columnæ: & inter tot verberum millia, memineris ille Prophætæ: *Quasi agnus coram tondente se obmutescet, & non appetiet os suum.* Confercum hac, patientiam tuam in aduersis, aliorum contemptu, detractionibus, risu. illius deinde innoxiam cum noxia mente tua. vide spinas; ad quas à iudice non damnatas, nec verbo râmen se tuerit. vide in crucis bâilulatione, mulieres pro se fusas lacrymas inhibenter. Caluariæ denique montem, & in hoc, fel, acetum, clausos, blasphemias voces, matris mœrorem, Patris destitutionem, & placide ferentem. Te hîc cogita, mores tuos. quâ benignitate, quâ clementia sis in hostes, quos perdere posses. quâ patientia in occurrentibus molestijs, damnis, periculis, bonorum iactura, honoris, commodorum; memor illius: *In patientia vestra possidebitis animas vestras.* Clades *Luce 21.* verò singula Apostolicis verbis: *Christus passus est pro nobis, vobis relinquens exemplum, ut sequamini vestigia eius.* Quam longè abes ab illis! & tamen pati hîc nolle, & cælum sperare, stolidum est. aliud habes in Christo. nec via alia ad cælum.

Constantiam perire: videbis hanec in singulis. in horto, cum XII. post agoniam, sudores, lacrymas, sanguinem, preces, se diuinæ *constantia* totum tradit voluntati: *Non mea voluntas, sed tua fiat.* cum post armatam militarem manum terræ prostratam, Apostolorum fidorum memor, *Sinite, ait, hos abire.* cum in Annæ domo, alapâ à *Ivan. 18.* suo cæsus respondit: *Si male locutus sum, testimonium perhibe de* *Ibidem.* *Ecccc 3,* malo:

malo: si autem bene, quid me cedis? cum inter tot falsas accusationes nec Herodi, nec roganti Pilato respondet, ne illorum sententia ianoxius dimitteretur: cum post quinque vulnerum millia in columna accepta, nullum pusilli, indignantis, mōerentis, querentis, aut delinquentis animis signum dedit: cum crucem baiulans, muliebres super se lacrymas non admittit: cum nec ad blasphemias in cruce voces, *Si tu es Rex Iudeorum, saluum te fac;* nec

Matth. 27. ad Principum & Scribarum sponsiones, *Si Rex Israel est, defende nunc de cruce, & credimus ei;* nec ob matris mōerotem, nec ob Patris destitutionem,

Isaia 53. quam semel amplexus est crucem (*oblatum est quia ipse voluit*) deferuit. Vide inconstantiam tuam, abiectos in periculis, damnis, aduersis, contemptu, aliorum risu, persecutionibus animos. & anima te Christi cui exemplo, & Apostoli

I. Pet. 2. verbis: *Sequamini vestigia eius.* & cogita illud Domini apud Mattheum:

Cap. 24. *Qui perseveraverit usque in finem, hic saluus erit.* Non persevereras? frustra salutem speras. una perseverantia coronatur. & breue omnino vitæ nostræ tempus est, quo facilior perseverantia est. quam facile consequentis frequenti & triulque eternitas consideratione, & Christi cui exemplo.

XIII. Liberalitatem. cum post corpus & sanguinem, quibus invl-

Liberalitas ma coena Apostolos pauit, sudore, lacrymis, sanguine corpus, vestes, terram ipsam copiosissime rigat: cum se vltro proditori Iude & armato militi vinciendum offert: cum Malcho aurem restituit: cum nulli in columna & spinis parcí vult membra: cum baiulando crucem viam vniuersam in sternit sanguine: cum in cruce, non vestibus, non linguae, non pedibus, non manibus, non post mortem lateri parcit, omniaque sua in salutem nostram prodigit. Tu quid donas Christo? quid saluti tuz? aut quam vitæ partem das animæ, das Deo? Addes ad singula: *Sequamini vestigia eius.* Te huc discute; an illius insistas vestigijs, qui de se ipso: *Ego sum lux mundi: qui sequitur me, non ambulat in tenebris.*

Ioan. 8. &, *Ego sum via, veritas & vita.* Vide an declines ab hac via, an non deflectas ab illa veritate, non deserbas, aut sancte negligas vitam Christum. vide denique, quam liberali manu & animo se, corpus, sudores, lacrymas, sanguinem, animamque suam pro salute tua

rua Christus tradat . quām verò tu auarâ manu & mente te ref
que tuas illi, aut saluti tuae impendas; quām liberali, sâculo, com-
modisque tuis, ignorare non potes. aliud te docet Christus.

Obedientiam. audi illius in horro preces: *Pater, si vis, transfer calicem istam à me: verumtamen non mea voluntas, sed tua fiat.* &
apud alium: *Verumtamen non sicut ego volo, sed sicut tu.* Vide quan-
tum tu distes ab hac Christi resignatione, maximè in aduersis,
in tibi ingratis, aut disloquentibus. Vide deinde à Pilato missum
ad Herodem , nec contra dicentem de mutato iudice, nec cum
Paulo ad Cæsarem appellantem. vide etiam post non unam iu-
dicis de innocentia sententiam, flagris addictum, spinis coronat-
um, nec se in minimo opponentem. vide tandem cruci affi-
xum , & eogita illud Apostoli : *Factus obediens usque ad mortem,* ^{Philip. 2.}
mortem autem crucis. propter quod & Deus exaltavit illum, & donauit illi nomen, quod est super omne nomen. Vis cælo nomen magnum?
obsequere. memor illius: *Sequamini vestigia eius.* Vide vero, que-
modo in eruce primorum parentum inobedientiam , obedi-
tiâ suâ dispunxerit, emendauerit, sibi restituerit. Meminit vtrius-
que Apostolus: *Sicut enim per inobedientiam unius hominis, peccato- res constituti sunt multi: ita & per unius obediensem, iusti constitu- tur multi.* Exeunte obedientiam tuam, in Superiorum imperijs, Dei
præceptis & consilijs. & vide, cui magis obsequaris, Deo , an
earni, mundo, dæmoni. Vis Deo iungit iungere obedientiâ. hæc
te ad illum ducet. nulla virtus securior, nulla à lapsu remotior.
hinc illud Sapientis: *Vir obediens loquetur victoriam.* & illud: *Me-
lior est obediens,* ^{Pro. 21.} *quam victimæ: quoniam quasi peccatum ariolandi est,* ^{1. Reg. 15.}
repagnare; & quasi scelus idolatriæ, nolle acquiescere. Idololatriæ in-
obedientiam comparat. quare meritò mens iusti meditatur obe-
dientiam. Cogita, quid tu mediteris, quid in hoc genere facias. &
excitate exemplo Christi. ut referas præmia, cùm imitatus facta
fueris.

Prudentiam. quâ, cùm nec solus homo satisfacere pro delictis ^{XV.}
posset, nec solus Deus pati, iunxit hominem Deo, vt homo-Deus ^{Prudentia.}
& pati & satisfacere posset. quâ etiam, cùm per arborem periisset
homo, per arborem cumdem seruare voluit: vt qui per pomum
vetitæ

veritatem fructum arboris mortuus fuerat, per corpus & Christi sanguinem, nouæ arboris crucis nobiles fructus, vitæ redderetur. quâ deinde totam vitam suam ac passionem ita instituit, ut scire diabolus non posset, quis esset; ne cognitum eripere morti conaretur: & quâ voluntatem suam in horto, inter preces, sudore, lacrymis, sanguine natantes, conformat diuinæ. Discute verba illius in horto ad Iudam, ad milites, in Annæ domo, apud Pilatum, plenissima omnia sapientiæ reperies. silentium etiam apud Herodem, prudentiæ plenum; ne, si fors adrogata responderet, innoxius dimitteretur. quin & inscribi permisit cruci, *Jesus Nazarenus Rex Iudeorum.* Cælum vero in passione, subducto lumine, lapides, velum, terram, mortuorum monumenta, testari voluit, quis esset, qui pateretur, ne ignorantiam Prætexere possimus. sepulcrum vero suum, sigillo munatum, ab armato custodi milite desiderauit, ne qua resurrectioni fides derogaretur. crux etiam, quæ Iudeis scandalum, Gentibus stultitia; Deo prudenter fuit iuxta illud Pauli: *Prædicamus Christum crucifixum, Iudeis quidem scandalum, Gentibus autem stultitiam, ipsis autem vocatis Iudeis atque Græcis Christum Dei virtutem, & Dei sapientiam.* Hinc illius 1. Cor. 1. monita: *Si quis videtur inter vos sapiens esse in hoc seculo, stultus fiat ut sit sapiens.* Sapientia enim huius mundi, stultitia est apud Deum. 1. Cor. 3. 1. Cor. 4. Et de se ipso: *Nos stulti propter Christum.* Et illud etiam eiusdem est: *Qua stulta sunt mundi, elegit Deus, ut confundat sapientes.* Verum autem sapientem describit Sapiens: *Sapiens cor & intelligibile abstinebit se à peccatis, & in operibus iustitiae successus habebit.* Te hinc scrutare, & corrumpere, meminerisque verborum Iacobi: *Quod se zelum amarum habetis, & contentiones sunt in cordibus vestris: ne te gloriari, & mendaces esse aduersus veritatem. non est enim ista sapientia de sursum descendens; sed terrena, animalis, diabolica. quæ autem de sursum est sapientia, primùm quidem pudica est, deinde pacifica, modesta, suadibilis, bonis consentiens, plena misericordia, & fructibus bonis, non iudicans, sine simulatione.* Consule animum tuum, & ad singula sententiæ huius te examina. videbis inter quos numerari debeas. mores etiam tuos cum Christi compone, & adde ad singula: *Sequamini vestigia eius.* Vide quā longè absis ab illis,

&

& cuius vestigijs insistas, mundi an Christi. non potes utriusque: alterutrius tibi diligenda sunt. nemo enim potest duobus dominis seruire, nec sub aduersantibus stipendia merere. cui æternum iungi voles, huic iungere dum viuis.

Caritatem, & in nos omnes amorem ostendit illam post Sacramenti in ultima cena institutionem: in horto, cum scelerum nostrorum & penarum sceleribus debitaram consideratione, ac falsoandorum paucitate, profusum commiserans fundit sudorem, lacrymas, sanguinem: cum abstinere ab horto, conscientius proditionis Iudee, posset, noluit, ne nos æternum periremus: cum nudari, columnæ alligari, spinis coronari, cruci affigi pro salute nostra voluit: cum nullam totâ passione consolationem admisit, non lacrymantium mulierum, non matris, non cœlestis Patris in cruce: cum prima illi cura de nobis in cruce, deque hostibus suis. hinc illa: Pater, dimitte illis: non enim Luca 23. sciunt, quid faciunt. Vide, quis animus tibi sit in hostes, memor semper verborum Apostoli: Sequamini vestigia eius. quibus insistendo errare non possumus. Vide etiam caritatem in nos Patri. Sic Deus dilexit mundum, ut Filium suum unigenitum daret. Ex- 1.Jan.3. plicat clarius: Et misit Filium suum propitiationem pro peccatis nostris. 1.Jan.4. Quanta debemus Patri, quanta Filio? quanta reddimus? vbi sudor, lacrymæ, sanguis noster? vbi verbera, sputa, vulnera, spinæ, clavi? vbi crux? Imitare. non potes? amare potes. nulli negatus amor. & quid facilius amore, maximè post beneficia, tantumque sanguinem? vide quid agas, cum in clamet Ioannes: Qui manet in caritate, in Deo manet, & Deus in eo. In quo manet, ibidem. qui non manet in illa? non in dæmone? Et monemur mutuae caritatis ab Apostolo: Ante omnia, mutuam in vobis metipsis carita- 1.Pet.4. tem continuam habentes. Addit causam: Quia caritas operit multitudinem peccatorum. Et dixerat antè Sapiens: Vniuersa delicta operit Pro.10. caritas. Res magna. Verum ne mireris, cum alter moneat: Cari- Coloss.3. tatem habete, quod est vinculum perfectionis. Adeò ut eodem teste, licet linguis omnium loqueretur, prophetia clarius esset, sapientia, miraculis, fide, liberalitate, ita ut etiam corpus suum ignibus traderet, si caritate destitueretur, factus esset velut as sonans, 1.Cor.13.

I. Tim. 1. cymbalum tinniens, nihil. Causam ex eodem collige: Finis praecepti est caritas de corde puro, & conscientia bona, & fide non ficta. Te hic considera & excute mores vitamque tuam, an Deum, an proximum vt te diligas. facta tua te docebunt. & memento unum amorem, futurorum mensuram præmiorum esse:

Quod in his, facies in virtutibus reliquis; cum nulla etiam minimarum sit virtutum, quæ non in summo gradu suo, in Passione eluceat. mihi satis est, hoc quasi digito ad reliqua viam monstrasse:

XVII. In amorem te Christi excitabis, in admirationes, gratiarum actiones; in magnam cum illo coniunctionem, intimam animorum unionem; si in singulis Passionis membris amoris in Christi magnitudinem consideraueris. è quarum seria consideratione in mutuum accendaris amorem, & ad tantos diuinamoris ignes, succendaris animis: ac in his amorum Christi cellis inebrieris totus: in his denique amorum vberibus totus transeas in sponsam, cum Christum tuum senseris sponsum amore tuo inuestuantem, & querentem quem diligit. querit sudoribus, lacrymis, sanguine. imitare facies, stamaueris.

XVIII. Intuere hortum, quare quis in hoc expresserit sudorem, lacrymas, sanguinem. expressit amor, cum salutis tuæ audius Christus damnationis metuens, magnam illam patitur luctam: quæ non contenta sudore & lacrymis, excussit amoris imperio sanguinem. Post cuius rei seriam considerationem, dicas: Amor hoc potuit, voluit, imperauit in Deo, in re tua, salute tua; in te quid poterit? Simul etiam prouoca in te admirationem, ad tantum Christi in te amoris affectum, ut è saxeo tuo corde tandem amorem elicias; cum animum tuum Christi cui sudoribus, lacrymis, sanguine, tamquam vineæ botris, musti torcularibus, vini cellarijs, & vberibus satiaueris. vt vere cum sponsa dicere possis: *Botrus cypri dilectus mens mibi. O audias: Comedite amici, & bibite, & inebratamini carissimi. O fiat beata cellarum & vberum Christi, vulnerum nimiram eius! ebrietas!*

XIX. Intuere dein osculum Iudæ, yt fugias hæc oscula proditoria; oscula

*In osculo
Iudæ.*

oscula Ioabi: & pro his oscula præbeas sponsæ, vt oscula referas sponsi. Vide dein vincula, quæ iniecit amor. nam quis vinculis constringere potuisse Deum, præter vnum amorem? & vide quibus tu vinculis tenearis in Deum tuum, quibus illi iungaris. an deinde amoris tui vincula, quibus colligatus Deo es, restinguant in te prauas carnis & mundi affectiones. Adde: Potuit amor in salutem meam iniucere vincula Deo, in salutem meam in me non poterit? vt in te prouoces ruborem, rubor amorem. ijsdemque amoris vinculis stringaris Christo, quibus ille se arctissime constrinxit tibi. reliqua verò vincula opum, honoris, voluptatum, mundi, vt amori inimica diuino, fugias, nec ulli te ligandum, quam huic vni tradas. vt dicas aliquando, *Trabe me, vincitum nimirum: post te curremus in odorem cunctorum tuorum.* Felicia amorum vincula! æternent hæc in nobis.

Intuere alapas, spuma, falsas accusationes, Herodis risum. & **XX.**
 dicas, Cui tantum in Deum licuit? licuit amori, & in salute quidem tua. Ferre posses pro amato paria? non potes, & amas? ipse in salute voluit, & potuit tua. tu nec vis, nec potes in tua? quantum discriminis inter amorem Christi & tuum? quantum nimirum abes à ferendis pro illo malis, quæ pto te tulit; tantum abes ab amore illius. increpa hic tempore frigusque tuum, & cordis tui gelu, & accede ad amoris Christi fornaces, vt pulso tempore & frigore, resoluto gelu, incalescas calore illius, ac eadem, quam ille, ardere incipias flammâ. cum ipse te inuitet:
Pone me ut signaculum super cor tuum, ut signaculum super brachium tuum: quia fortis est ut mors dilectio: lampades eius, lampades ignis atque flamarum. aque multæ non potuerunt extinguere caritatem, nec flumina obruent illam: si dederit homo omnem substantiam domus sua pro dilectione, quasi nihil despiciet eam. O, si hæc intelligamus, si experiamur!

Intuere nudatum Christum tuum, columnæ alligatum, multis vulnerum millibus concisum, totoque corpore lacrum: & admirare, & quærere, quis tam crudelia potuerit in Deo tuo. Potuit, & voluit amor: & ille solus. Non dicas crudelem hunc esse amorem? te magis crudelem dicas, cuius scelera pro-

In alapis,
spuma, ac-
cusationi-
bus, & irri-
tionibus.

In flagellis
& totius
corporis
conclu-
scis.

uocarunt amorem ad ferenda tam sœua, tam dura. Quid ergo reddes huic amori? non potes corporum vulnera? redde animorum: sed quæ inflixit amor. & pro singulis Christi vulneribus, pro flagris singulis, vnum eiaculare amoris ~~celum~~ è cor-dis tui pharetra depromptum, sanguine ipsius tinctum. *vt merearis audire: Vulnerasti cor meum in uno oculorum tuorum, & in uno crine colli tut.*

Cant. 4.

In spineo
ferto, faciei
velatione,
purpureo
indumen-
to, produ-
ctione ad
populum,

XXI. Intuere spinis coronatum, arundine percutsum, facie velatum, pugnis contusum, purpurâ indutum, illusum: admirantem verò iudicem, vnde illa vox, *Ecce homo. Admirare & tu, & quærere h̄c hominem: inuenies vermem. quærere Deum: inuenies belluæ similiorem. roga quis hunc speciosum præ filijs hominum, quis illum in quem desiderant angeli prospicere, tam fœdè detur-pauerit. Fecit amor. & vbi tuus? potuit ille hæc in Christo pro salute tua? nil poterit in te pro salute tua? erubescere, & time. sed timorem hunc verte in amorem. sit tibi hic timor spina, quæ te prouocet in amorem spinarum Christi tui. amorum diconam singulæ spinae, singula in Christo amorum fuerunt iacula. præbet tantum cor tuum iaculis his ferendum: ut tot transfigari iaculis, quot Christus pro te spinis. Quanto suauior amor spinis est? & contentus amore pro spinis Christus tuus est, & paratus amorem hunc sui tibi dare, si aperueris. vnde illa illius: *Aperi mihi soror mea, amica mea, columba mea, immaculata mea: quia caput meum plenum est rore, & cincinni mei guttis noctium. dum exspectat aperientem.**

Cant. 5.

In postpo-
sitione Bar-
abbæ, cru-
cis baiula-
tione.

XXII. Intuere Barabbæ latroni postpositum, damnatum: lauantem manus iudicem in innocentia testationem: imp̄recantes si bi posterisque innoxium Christi sanguinem Iudeos: baiulantem crucem, & non semel sub illa fatiscentem, muliebres superficie lacrymas repellentem, viam totam sanguine signantem. Quære quis tanta potuerit in innocentem, in Deum tuum: vius potuit amor. prouoca te, si non potes in parem, in quantum vales: amorem. nec redde cum mulieribus commiserationis lacrymas: reddas amoris, quales pro te fudit in horto Christus. Et non repellat has lacrymas. gaudebit potius illis non lauari tan-tum,

tum, sed & potari. aude tantum cum sponsa: *Dabo tibi poculum ex vino condito, & mustum malorum granatorum meorum.* Nullum vi-
num illi amantis lacrymis gratius, nulla malogranata amantis
animæ suspirijs. vt referas cum eadem: *Vbera tua sicut botri vineæ,*^{Cant. 7.}
& odor oris tui sicut malorum. &, *Guttur tuum sicut vinum optimum,*
dignum dilectio meo ad potandum.

Intuere Calvariae montem, & in hoc nudatum, cruci affixum. XXIII.
intuere clavos, membrorum extensionem, ossa dinumerā. quæ-
re, cui tam acerba licuerit in Deum. Licuit amoris. vbi amor tuus?
& quidem in re tua, cùm tantum in Christo tu opotuerit in sa-
lute tua? nec deposcit tamen paria Christus, non imperat fella,
non clavos, non lanceam: nudo pro his omnibus contentus
amore est. quid imperari pro tantis posset mitius? quid lenius?
quid gratius? etiam in bestiis amor amorem prouocat, & bene-
ficia in his amorem conciliant. in salute tua nihil poterunt? aut
efferatior & immanior bestiis es? Iam, in tanta amorum prouo-
catione, inexpertus iacebis amorum? non quot in Christo lacry-
mæ, tot amorum flumina sunt; quot alapæ, tot flammæ; quot
sputa, tot ignes; quot verbera, tot fulmina; quot spinæ, tot iacula;
quot vulnera, tot fornaces? quot clavi, tot amentata amorum
spicula? Et vbi amor tuus? para tantum cor tuum, & permitte in-
hoc ardere Christi tui flamas, fornaces, ignes. præbe illud a-
moris Christi tui fulminibus, spiculis, iaculis. permitteque hoc
ablui sudorum, lacrymarum, sanguinis illius fontibus, torrenti-
bus, fluminibus, vt totus tandem transeras in amantem, totus, vt
ita dicam, colliquescas illi. quo plus tuleris telorum, plus ful-
minum, plus retuleris vulnerum ab amoris magni manu; hoc
plus viues in Christo tuo, qui vera & vnica animarum vita est.
Claude hæc Ioannis verbis: *Diligamus Deum, quoniam Deus prior* ^{I. Iean. 4.}
dilexit nos. Natiuitas hoc illius, vita, passio loquitur. nil amore
facilius, nil suauius, nil deletabilis est. hic te iunget Christo
tuo; vt nihil iam quæras, nil sapias, nil intelligas, præter illum
vnum. in quo voluptas omnistua, gaudium tuum, deliciæ tuæ,
cælum tuum. Fruere fruendum dabit amor: quem haurias è pa-
fione perditè te amantis Christi. qui tamquam fœcunda graui-

In crucifi-
xione.

Fffff 3 daque

daque amorum nubes in atentes emarcidasque animorum nostrorum terras, amorum depluit rores, pluvias, imbræ; quibus fœcundari possumus. & tamquam nobilis seinator, è nativitate, vita, passione sua, decerpta amorum semina animis nostris inseminat, vt fructum reddamus, si non centuplum, semini saltem parem, ipso, qui seminavit, qui rigavit & perpluit, incrementum dante Christo. Habet illum paratum, cum audias inuitantem:

- Cant. 2. Surge, propera amica mea, formosa mea, & veni. Ut reddere cum sponsa possis: Introduxit me rex in cellaria sua: exultabimus, & letabimur in te, memores uberum tuorum super vinum. &, Introduxit me in cellam vinariam, ordinavit in me caritatem. Falcite me floribus, stipate me malis: quia amore langueo. Ut tandem audeas: Dilectus meus mibi, & ego illi. Osculetur me osculo oris sui: quia meliora sunt ubera tua: non fragrantia unguentis optimis.

De

CAPUT XXIX.

De diuersis meditantium modis.

IN omni meditandi aut contemplandi genere, studiosè cauendum, ne meditans à directoris sui iudicio decedat. memori illius, *Qui vos audis me audit.* Quamquam viris ætate, eruditione, pietate prouectis, nihil praescribam; cùm deesse illis consilium in re propria non possit: non erit tamen inconsultum, idque maximorum virorum exemplo, confessarium, licet eruditione, pietate, rerumque experientia inferiorem, spiritualium suarum exereitationum consilium facere quo his submissionibus prouocatus Deus, maioribus illos diuinis collustrationibus dignetur.

Certum verò omnibus meditandi genus praescribere, error non leuis est. cùm consideranda sit meditantis constitutio, & propensio; consuetudo etiam, valetudo, & capitis robur, virtusque institutum, ætas & in virtuti: bus progressio. simul etiam, per quam viam Deus vnumquemque ducat, praescribet cùm mille illi ducendi modi sint. quæ omnia prudentem directorem de- poscunt. nam omnes eadem viâ ducere, est certos Deo limites praescribere, & illius arctare velle prudentiam & potentiam. Dispiciet proinde singula prudens director, & diuinæ se in primis accommodabit voluntati, & concretæ sibi animæ constitutioni & propensioni, nisi propensio ra- is ad vias periculi plenas duceret. quod ubi viderit, reuocabit aberrantes, & in viam, saluti ac profectui utilem, impellet.

Materiam etiam director meditatuero praescribet, quam magis illi ne- cessariam vitiis ad quæ propendet extirpandis, vittutibusque quibus ma- timè eger in ferendis, iudicabit. In qua re magnam semper naturalis illius propensionis rationem habebit: nisi hanc minus utilem profectui illius utratur. Quia in re, magnâ opus circumspetione ac prudentiâ: cùm n re nulla alia maiores se insinuent dæmonum doli, neque res villa lapsu incisor sit & cui, sub prætextu boni, fortius, qui ad pietatem aspirant, in- lærent. cùm sub boni specie, facile à dæmone circumueniantur, diffici- iusque se ab innatis propensionibus abduci patientur: cùm finem sibi sta- uant Deum, amoremque illius, salutemque suam. vt opus omnino ma- gnâ sit in directore discretione & sapientiâ, quâ diuinos à naturalibus, & dæmonum impulsibus secernat, & obfutura à profuturis dinoscat. Expe- ientia in hac re plurimum valet, frequensque prioru auctorum lectio, cui ætatis partem maximam in hoc generet ruerunt.

Plerique verò omnes inter meditantes, perpetuis in meditatione in- sistent discursibus, nec ab illis decedunt: sequent ratiocinationibus ad rem remopositam consequendam, aut fugiendam prouocant. vel aliorum, qui in virtutibus illustriores fuerunt, vel generosè se in extirpandis vitiis ha- uerunt, vestigiis conantur insistere, propositis sibi illorum moribus ad nitandum, vt Christi, Dei Matris, Sanctorumq; variâ virtute excellen- um: ijsdemque, aut similibus, quibus illi, ad virtutum augmentum, aut

con-

I.
Directoris
meditans
se aperiatur

II.

consequēda bona, aut superanda mala vſi ſunt, vti conantur. ac in iſis meditationum curſu, ad illorum imitationem ſeſe animant. Inter quos quidam numquam meditantur ſine libro, quem ad manū habent, ē que cūm periodum vnam alteramū legerint, ſcrib̄o ſecum de ijs quæ legerunt cogitant, ac tamdiu illis inhārent, quamdiu cogitandi materia ſuppetit clauduntque ferè has cogitationes breui oratiunculā. Progrediuntur deinde in lectione, faciuntque quod antē fecerant: perguantque in hoc legendi ac meditandi modo, donec propositum ſibi tempus expluerint. tandemq; meditationem omnem paulo prolixiore oratione concludunt. Quo etiam genere viri & docti & magni vtuntur. eſtque modus hic omnium facillimus, minoribusq; moleſtiis ac periculis expositus: maximeq; accommodatus piis virginib⁹, ac mulierib⁹.

III.

Sunt alij qui per exiguis vtuntur ratiocinationibus: ſed proposito ſibi Deo, gloriā æternā, Christi vitā, paſſione, aut virtutibus quarum dēſiderio tenentur, vniuersum ferè meditandi tempus, pījs aspirationibus abſumunt. poſt quarum ſingulas, paululūm inhārent cogitabundi, ſenſus ſuos, pro aspirationum varietate, ad varia applicantes: induuntque tales variam formam, & in varia personarum genera pro materiæ diuerſitate ſe vertunt.

IV.

- Pœnitentiis ſubiectis de formam induit meditans per aspirationes.
- Nunc ut pœnitentes, & de peccatis ſuis indolentes, ſupplices ſe ante Redemptorem ſuum ſtatuant, vtunturq; his ſimilibusve aspirationibus:
1. Peccavi in celum, & in te, Redemptor meus. misereſere ſupplici.
 2. Super numerum arena maris peccavi: fateor. o flectere bone Deu. & ne repelas ſuſpirantem ad te.
 3. Indignus ſum miserationibus tuis: confiteor. ſed misericordia tua ſuperas ſcelera mea.
 4. Venistine ut iustos traheres ad te, an ut peccatores? ſi peccatores, ecce me omnium qui ullo ſaculo fuerunt, maximum.
 5. Non viſ mortem peccatoris, ſed viſ viuat. largire ergo viam quā deſtituit Deu.
 6. Promittis te reducturum aberrantem ouem. reduc paſtor bone.
 7. Comparas peccatorem drachma perdiſta. ecce me verè drachmam perdiſtam: animam quā ſceleribus ſe perdidit ſuis.
 8. Non dixisti Domine, maius calo gaudium eſſe ſuper uno peccatore pœnitentium agente, quā super nonaginta nouem iustis qui non indigent pœnitentiā: ex ple hoc gaudium in celis in me. tu potes Deus. o velio!
 9. Agnoſco me indignū quem audias. ſed misericordiarū tuarum non eſt numerus.
 10. Agnoſco me dignum quem incendiis addicas eternis. ſed miserationes tua, omnibus ſceleribus meis maiores ſunt.
 11. Nonne pro peccatoribus paſſus es bone I E S V? ego inſer illos maximos. quoniam egeo vulneribus tuis, cruce tua. o parce.
 12. Miferere mei Deus ſecundūm magnam misericordiam tuam, & ſecundām multitudinem miserationum tuarum dele iniqutatem meam.
 13. Laua me ab iniqutate mea. & à peccato meo mandame.

1. Tibi soli peccavi, & malum coram te feci. miserere & parce.
2. Asperge me Domine sanguine tuo, & super nimis dealabor.
3. Auerte faciem tuam à peccatis meis, & omnes iniurias meas dele.
4. Cor mundum crea in me Deus, detersis sordibus anima mea.
5. Cor contritum & humiliatum Deus non despicies. ô tandem miserere.
6. Redemptor anima mea, quamdiu moram trahis, & non succurris gementi?
7. Lauabo lectum lacrymis meis, & potum meum cum fletu miscebo. tandem miserere.
8. Aspergar cinere, induas sacco. tantum miserere qui solus potes Deus.
9. Qui miseratus Ninive, & ad vocem Iona conueristi ad te corda populi illicius miserere mei, & converte ad te aberrantem hanc à via salutis animam.
10. Habet hic filium prodigum, & prodigo deteriorem. miserere, & dona me annulo, ueste, & amplexu dignare tuo.
11. Habet publicanum, indignum qui ad calum tollat oculos. parce & miserere.
12. Qui conueristi ad te Zacheum publicanum, converte hanc peccatricem ad te animam, & dignare cum hac manere, ut dignatus es cum Zachao.
13. Qui Magdalena lacrymis placatus es, placare meis Deus meus.
14. Qui respexit Petrum, respice hanc animam iisdem oculis quibus Petrum, & doceas me cum illo amare flere super peccatis meis.
15. Non sis frustra pro me fuisus sanguis tuus: sed in salutem, & salutem eternam.
16. Ne intuearis numerum peccatorum meorum, sed praestantiam sanguinis tui pro me profusi.
17. Fac me cum Apostolo tuo Paullo, ex vase ignominiae vas in honorem, pulsis sceleribus meis.

Nunc se statuunt ut ægros, ante animarum suarum medicum, utuntur que his aut similibus aspirationibus:

1. Tibi anima mea medico nota sunt vulnera mea. ô quando medicam admonebis manum?
2. O bone Samaritane, ubi vinum tuum? magis, ubi oleum tuum?
3. Misereat te vulnerum meorum, & profutura medicamenta porrige.
4. Tu solus abeuntem restituere sibi potes animam. restitue medicorum peritissime.
5. Vbi balsama tua? ubi medica unguenta? & miserationes vbi iu?
6. Tristibus ferè succis, cùm non possint letis, medentur medici morbis. tu cùm possis, medere letus.
7. Quòd si medendum tristibus, da animos pares, aut etiam superiores, cùm possis Deus.
8. Scio amara haustu prodeesse solere ad salutem. sed si ebibendus hic calix est, manum suppone tuam auxiliatricem.
9. Quousque non mederis vulneribus meis medicorum peritissime & clementissime?
10. Miserere cùm me videas omnibus obfitum morbis. cactus sum, calcisti sole per peccata mea destitutus: laodus ad obsequia tua, paralyticus ad opera bona, hydropticus seculi humoribus plenus, mutus ad preces, surdus ad mortua tua,

Ggggg

V.

Nonnum-
quam ægri
ante medi-
cum suum
constituti.

- mortuus per scelera mea, calo & tibi miserere.
11. Nemo vulneribus mederi potest meus prater te unum. ô velis.
 12. Vulneribus tuis vulnera carentur mea.dona me tuis, ut carentur mea.
 13. Nullum balsamum conferri sanguini tuo potest:nec ullum adeò medicum est.
 14. Quid sunt omnes medici, si tecum componantur animorum certissimi medico.
 15. Quod morborum genus abest à me? & quod est cui su mederi non posse? tuum velis quod potes.
 16. Explico coram temoribus omnes meos : nec ullum latere te volo. inservere medere.
 17. Letales propè omnes morbi mei.sed tu vincis quidquid est letale.
 18. Nihil vereor morbos omnes, si tu medicus dexteram admoneris.
 19. Tu verbo curare morbos, vulneraq; potes omnia. ô velis:& dic, Volo, curare
 20. Scio me indignum curatione tuâ: sed miserationum tuarum non est numerus.
 21. Quo plus in memoriorum, hoc tu potentior curator.
 22. Quo plus vulnerum, hoc plus in te industria & peritia.
 23. Quis morbus effugere manus tuas potest?
 24. Qui verbo orbem firmasti, non verbo mederi morbis meis poteris.
 25. Quid explicem tibi morbos meos, qui tibi, quam mihi notiores sunt?
 26. Frustra tegere illos conor tibi, qui corda scrutaris & renes, & quem nulla cogitatio fugit.
 27. Admove medicamenta tibi nota,magne animarum medice.
 28. Vnam sanguinis tui gutta deplue in vulnera mea,& desinent esse vulnera.
 29. Quid opus sanguine? quid verbo? uno nutu tuo fugabis morborum genera omnia, vulnera omnia.tantum velis, Deus meus.

- V I.
- Subinde
rei ante iu-
dicem.
- Constituunt se aliquando ut reos ante iudicem, variisque utuntur aspi-
rationibus: prout vniuscuiusque deuotio suggerit. quales ferè sunt:
1. Habet fatentem reum. peccati, pedibus tuis indignus.
 2. Sed nec sum dignus conspectu tuo. fateor. nec dignus quem terra sustinet.
 3. Quid minaris damnationem? ego me sententiâ meâ damno.
 4. Meroit, confiteor, pñnam: & aeternâ mereor maiorem.
 5. Parce supplici, & reo, & fatenti peccatum & commeritam pñnam.
 6. Nulla sat magna peccatis meis excogitari supplicia possunt. fateor.
 7. Exigui sunt inferorum ignes, si peccatorum meorum magnitudinem cogites.
 8. Mille inferorum tormenta non respondeant peccatis meis.
 9. Parce victo & supplici, & culpam & meritam pñnam fatentis.
 10. Bis vicit qui pepercit. parce iuste index, memor magis clementia quam ini-
tia tua.
 11. Si iustitiam consulis, perij: si misericordiam magnam nimis, sperare cogo.
 12. Quis desperare potest, qui intuetur vincula tua, columnam, spinas, crucem?
 13. Quis verò post tot verbera, & rotolo hiantia corpore vulnera non fr-
abit?

- 14. Nihil

14. Nihil habeo quod pro me feram. merita in me nulla sunt: sed offero pro illis passionem tuam, sanguinem tuum, omnibus sceleribus meis maiorem.
15. Si preponderant scelerata meritis meis, non preponderabunt sanguini tuo.
16. Fateor me non esse soluendo: sed iunge peccatis meis sanguinem tuum; & plura offero quam debo. & non tu illum pro peccatoribus fudiisti, quorum ego maximus sum?
17. Quae laus puniuisse reum supplicem, & fatentem sclera sua, & meritam paenam?
18. Quanta non laus pepercisse supplici & fatenti crimen?
19. Intuere prostratum pedibus tuis, & premeritam paenam fatentem.
20. Permitte ut misceantur lacryma mea sanguini tuo, & misereberis.
21. Peccavi. exue personam iudicis: indue patris, & puni.
22. Peccavi. puni: sed non aliis, nec aeternum.
23. Intuere supplices pro me preces matris tuae, & iunge has vulneribus tuis.
24. Ego quid spondeam? spondebit pro me mater, quam mihi in cruce dedisti matrem.
25. Non negabis matre, quod merito negabis mihi: non uberibus illius, non tuis.
26. Non in qua hora peccator ingemuerit, omnium obliuisceris criminum eius? vide ingemiscensem me cum Magdalena sua, & cum Publicano cunctem pectus.

Non raro etiam meditantes se statuunt ut seruos ante dominum, vt un-
tisque aspirationibus quales pietas suggerit. vti sunt:

1. Domine ne in furore tuo arguas me, & in ira tua ne corripias me.
2. Ecce ego, seruus tuus sum, & filius ancilla tua.
3. Tu Dominus meus; Deus meus, & saluator meus.
4. Ne auertas faciem tuam a me: nec declines in ira tua a seruo tuo.
5. Illustra faciem tuam super seruum tuum, saluum me fac in misericordia tua.
6. Domine non confundar, quoniam inuocauit te, & seruus tuus sum ego.
7. Saluum fac seruum tuum, Deus meus, sperantem in te.
8. Latifica animam serui tui: quoniam ad te Domine animam meam leuaui.
9. Suscipe seruum tuum in bonum, & non calumnientur me superbi.
10. Fac cum seruo tuo secundum misericordiam tuam: & iustificationes tuas doce me.
11. Seruus tuus sum ego, da mihi intellectum, ut sciam testimonia tua.
12. Faciem tuam illumina super seruum tuum, & doce me iustificationes tuas.
13. Non intres in iudicium cum seruo suo, quia non iustificabitur in conspectu tuo
omnis viuens.
14. Perdes omnes qui tribulant animam meam: quoniam ego seruus tuus sum.
15. Fac me unum ex seruis illis, quos, cum veneris, inuenies vigilantes.
16. Fac me concredita mihi talenta, cum fænore tibi Domino meo reddere.
17. Fac me in modico esse fidelem, ut supramulta, cum seruis tuis, a te constituar.
18. Tibi soli Deus seruam, nec alium Dominum agnoscam extrate.
19. Tuere Domine seruum tuum, contra incursantes tenebrarum principes.

VII.
Interdum
serui ante
dominum.

20. Fac me tibi seruam fidèlem, & nusquam declinantem à mandatis tuis.
21. Domine ante te omne desiderium meum, & gemitus meus à te non est absconditus.
22. Quàm iucundum seruire tibi! quàm suave & quàm dulce!
23. Super mel, vinum & saccarum, seruitus tua est Domine mi.
24. Quàm leue est onus seruorum tuorum! quàm latum & amabile!
25. Quid opribilius quàm seruire tibi, qui es bonitas infinita?
26. Quid fortunatus quàm seruire tibi, cuius præmia aeternitati commensuratur?
27. Beata nimis seruitus tua. regnant qui seruiunt tibi.
28. Omnim Regum scepteris maior & nobilior seruitus tua.
29. Nihil omnes purpure, nihil opes & honores omnes, seruitati tuae compositi.

VIII.

Vt creatura ante creatorum. Considerant aliquando se meditantes vt homines & creature ante conditorem suum Deum constitutos, variisque se aspirationibus prouocant in amorem illius tales esse possunt:

1. Deus meus & omnia, quid volui super terram, quid in celo extra te?
2. Quanta distantia inter te & me, inter infinitum & finitum!
3. Quantum discriminis inter creaturam & Creatorem, Deum & hominem?
4. Placeam tibi Deus meus; displiceam reliquus.
5. Te fruari unico bone Deus; caream ceteris omnibus.
6. In te omne bonum Deus meus. quid extrate queram?
7. Tu gaudium meum, anima delicia mea.
8. In te sperabo, non confundar in aeternum.
9. Spes unica mea Deus meus.
10. In te confidens non erubescam Deus.
11. Tu salus unica anima mea.
12. Tu aerenium solatum, periclitantium auxilium.
13. Tu fons vita aeterna, aquarum semper viuentium.
14. Protector in te sperantium es Deus.
15. Tu pater pauperum, viduarum & pupillorum.
16. Tu refugium unicum ad te confugientium.
17. In te sunt omnes gratiarum thesauri.
18. Tu gloria Sanctorum, Prophetarum & Confessorum.
19. Tu Martyrum corona & Virginum.
20. Amor meus, & Deus meus, & omne bonum meum.
21. Anima voluptas mea, & cordis mea iubilum.
22. Tu Deus, & non est alius.
23. Tu calum unicum meum, & vita mea, lux mea, salus mea.
24. Tu salus mederim a malis meis potes. medere Deus.
25. Tu saluare solus potes. ô salua in te sperantem.
26. Tu donare me potes calorum gaudiis. ô dona, & dona aeternum.
27. Tu pellere à me potes quidquid sancto nomini tuo displices. ô pelle aeternum.
28. Tu potes me iungere tibi indissolubili vinculo. iunge ô Deus aeternum.

IX.

Non infrequenter etiam meditantes, scilicet filios, Deum vt patrem intuentur

tuentur & matrem, excitantq; se in amorem his similibusve breuibus ora- vt filij ante
tionibus aut aspirationibus: patrem.

1. Non mereor filij nomen: & tamen tu pater es semper fis, ut semper sim filius.
2. Potes deserere pater filium? & filium sanguinis deserere pater potes?
3. Potes non meminisse vulnerum tuorum, per quae factus es prodigi huic pater?
4. Non sum dignus filij nomine: sed tu patris dignissimus es nomine.
5. Non tu me docuisti bone l e s v , Pater noster qui es in cælis? quid igitur destitui filium?
6. Aberraui, fateor, educ aberrantem filium. supotes. ô velis.
7. Vbi paterna viscera? ubi cor patris? ô semper sim filius. ut semper sis pater.
8. Hactenus pastus sum filiisque porcorum, peccatorum foribus indormiens. pa-
nitet. misericere pater, & reducem amplectere filium.
9. Imple hoc peccatus filiali timore tuo pater.
10. Non mereor amplexum. largire tantum pedes: sed patris pedes, ut illos lauem lacrymis dolens, magis etiam amantis filij
11. Quamdiu fluentes filij non deterga lacrymas pater?
12. Vbi maternum peccatum, ubi ubera? quamdiu illis exalo filius?
13. Negare ubera filio potes mater: aut non lactare esurientem?
14. Non supra omnem matrem te spopondisti matrem? & ubi sunt ubera matris?
15. Non gallina te comparasti? & ubi materna voces tuae, & auxiliares ale?
16. Nonne, si potest oblinisci mater, tu tamen numquam oblinisceris? & quid nunc obliuisceris mei?
17. Non vulnera ubera tua mihi fluxerunt? & quid negas illa filio mater?
18. Non pro duobus maternis uberibus, quina dedisti in vulneribus quinque? &
destituar interim lacte.
19. Vbi amplexus matris? maternus ubi animus tuus? quamdiu non fruor illorū?
20. Nonne verba tua sunt Deus, Sicut mater blanditur filio uteri sui, sic ego,
&c. & ubi sunt nunc in te blandentis verba matris?
21. Quid abdi ubera? potest lactans mater ubera regere? & non tu semper lactans?
non ego semper infans? potes infanti mater ubera negare?
22. O quando reserabis pectoralem fasciam, & distenta prebebis ubera lacte?

Vt sponsæ sponsum, sic meditantes nonnumquam considerant Deum, X.
vtunturque his similibusve ad illum aspirationibus:

1. Veni dilecte mi: dilecte votorum meorum ueni.
2. Quid diuturniore me enecas mora tua sponsæ mi?
3. Quousque fatigas anhelam cui animam, & nihil desider antem preter it?
4. Quamdiu lassabor lacrymis sponsæ mi: quamdiu suspiriis dilecte mi?
5. Verè sponsus sanguinum factus es mihi. ô fias deliciarum.
6. Pone me ut signaculum super cor tuum sponsæ mi, ut signaculum super
brachium tuum.
7. Dextera tua protegat me, dilecte mi: & sub umbra alarum tuarum sedeam
amor meus.
8. Olicet incumbere caro mibi laseri, & uberibus inhærere tuis sponsæ mi!

Vt sponsæ
ante spon-
sum.

G g g g g 3 9. Meliora

9. Meliora sunt ubera tua vino, & uberibus meliora sunt oscula tua.
10. O liceat mutuas præbere dexteras, mutuoq; inhærente lateri, dilecte mi!
11. Liceat mutuo inebriari vino, mutuisq; uberibus paci sponse mi!
12. Liceat mutuis deliciari osculis: quoque fugis sponsam sponse mi?
13. Impleui terram questibus, aëra clamoribus, celum suspiriis. & nusquam sponsus.
14. Impleui maria & flumina retibus: nec inueni te sponse mi.
15. O veni amor meus, & solare tandem miseram & anhelam sponsam.
16. Paraui tibi prolecto cor castum meum sponse mi. fruere hoc corde.
17. Veni sponse mi, veni: coronaberis. sexui enim tibi coronam, auro, gemmis & casti cordis purpurâ radiantem.
18. Altilia mea parata sunt: multo torcularia natant, cella vino.
19. Horti mèi te exspectant: floruit vinea mea: maturuerunt botri: mala punica & malogranata, & aromata mea, te unum spirant.
20. Texui coronam ex omnibus odoratis borti mei floribus. veni, coronaberis.
21. Mischiui vinum meum melle, lac saccaro. veni sponse mi: pascere.
22. O numquam sciungar à te sponse mi: iungar aeternum!
23. Semper adhreas lateri meo, semper ego tuo sponse mi.
24. Aeternum te fruar sponse mi: siq; mihi sponsus aeternum, & ego sponsatibim omnem aeternitatem.

XI.

Aspiratio-
nes ex An-
gelica an-
nuntiatio-
ne petitz.

- Eodem etiam meditandi genere & modo vtuntur aliqui in particula-ribus materiis vitæ Christi. Ita propositâ sibi Angelicâ ad Virginem annun-
tiatione ad meditandum, nihil agunt aliud, quam frequentibus aspiratio-
nibus se ad Deum excitare. post quarum singulas non nihil hærent medi-
tabundi, vniuersum meditandi tempus expendunt hoc similiue modo:
1. Optata tot gratibus dies salutis perieramus: & viuimus hac die tot votū optatā.
 2. Fortunatissime Archangele Gabriel, maximi gaudij nobilis denuntiator salutis.
 3. Felix Virgo, ad quam à calorum summo venturi venis denuntiator Verbi.
 4. Amor quid non potes, cùm imperes Deorum maximo, potentissimo, infinito?
 5. Quis credit coeternum Dei Filium, amoris nostri impulsu: je offerre Patri in debitorum nostrorum exsolutionem?
 6. Deum humanam naturam pro salute nostra induere quis credat?
 7. Quis Virginis dignitatem explicet, ac cuius casta carne carnem sibi Deus su-
meret?
 8. Quis virgineo credat claudi posse Deum utero? ô amor quid non potes?
 9. Quis virgineo lactari credat posse & velle Deum ubere? quid non facis amor?
 10. Denantiare angelum Dei partum: & stare dubiam Virginem, ut carere ei-
deatur malle Dei Filio, quam de virginе sua exire. quis non stupeat ad hancis
stabilitatis amorem?
 11. Exspectare caliceditorem, annuentem Archangelo Virginem. nec ante debet
in Virginis uterum Deum, quis credat: ô quanta potes amor!

12. Denuntiari futuram Dei matrem, & pro matre in ancillam se offerre, quis non miretur?
13. Magna vis humilitatis, cuius amore electus Deus, uterum huius deligit Virginis.
14. Stupescere cali & terra, ad primum assensum Virginis, Deus virginem vestitur carne & sanguine, Spiritu sancto formatore. o quid non potes cum via amor?
15. Grauidari Virginem Spiritus sancti manibus, nec alijs, non res stuporis plena?
16. Intactam viro, fieri matrem; nec egredi de virginie sua, & esse matrem, res quanta est?
17. Distendi ubera virgine lacte, nullius viri conscientia, quanta dignitas res est?
18. Infinitum quaque parte Deum, angusto Virginis claudi utero, omni portento maius est.
19. Ad quem non abiicis amor Deum? ubi amor meus? quam longe a Dei?
20. O Virgo, quis satis explicet laudes tuas? matrem fieri Dei conditoris matrem creaturam?
21. Cum voces Deum patrem, vocari a Deo matrem, dignatio quanta est?
22. O vere calorum Reginam, qua cali Regis mater es, & exinde Regina omnium!
23. Vere etiam omnium Domina, qua omnium Domini facta mater es.
24. O quibus te laudibus, Regina, Domina, virgo-mater efferam? quo venerabor cultus omni veneratione maiores. quis enim exprimas dignitatem virginis & matris? quis Dei matris?

Similibus per omnia videntur aspirationibus, cum vident mutuo se salutantes Dei Matrem & Elisabetham.

1. Quod properas Dei mater, & decurris per Iudea montana virgo ante domi clausa?
2. Quid potest amor? impulit Deum ut relicto domo suâ celo, delaberetur in uestiis Virginis: nunc persuaderet Virgini, ut relicta domo, decurrat ad cognatam Ioanne grauidam.
3. Nil mirum decurrere ad amoris officia Virginem, qua uniuersum cali amorem utero circumferret suo.
4. Non fuerat satis Deo, descendisse in uterum Virginis: iniurere procursum suum Ioannem voluit, ut praueniret eum, a quo iamquam aduentus sui pranuntio praueniri debebat.
5. Quid non potest humilitati immisitus amor? ubi humilitas mea? amor ubi meus?
6. Prior salutis Elisabetham Maria, prior inuisit, ut humilitate & amore prior esset, qua erat dignitate: imitata filium suum quem utero gerebat.
7. Quis mihi des audire Mariam salutantem? quis videre e matris utero salutantem Ioannem Dominum suum virginis-matris utero clausum?
8. Venisti ministrare, non ministrari Deus; ut matrem ancillare cognata doceres. ubi humilitas mea? quam longe abest a tua Deus meus?
9. Quis mihi concedat audire: Vnde hoc mihi vt veniat mater Domini mei ad me? quis, ut ticeat mihi dicere: Vnde hoc mihi vt veniat ad peccatum mater Domini mei?

XII. E visitatione Elisabethæ.

10. Veni

10. *Veni mea Domina. nam & filius tuus pro peccatoribus venit: sed veni ut ad cognatam tuam, cum filio tuo, amore meo. non sum Ioannes, sed sum peccator. pro quo & celum reliquist, & utero tuo se clausit, redemptor meus Deus.*
11. *Non erubet esse venire ad peccatorem, cum non erubuerit filius tuus, relitto callo, illabi in uterum tuum, ut peccatori succurreret.*
12. *Ignoscere virgo mater. non venit pro te amor tuus, salvator meus: pro me peccatore venit. ut iure quodam meo depositam hoc pignus, tibi pro me concreditum.*
13. *Oliceat deinde audire reddensem ad Elisabetha admirationem & laudes, voces matrem virginem: Magnificat anima mea Dominum!*
14. *Iure magnificas Deum, quem utero clausum circumferebat mater. quando hoc corde clausum magnificabo Dominum: quando pro utero, anima bac circumferam Deum amorem meum?*
15. *Quid dicis Maria: Respexit humilitatem ancillæ suæ: quid non potes humiliare, & ad quæ non impellis Deum?*
16. *Quando licebit dicere, Respexit humilitatem serui sui Dominus: Veni cara mihi humilitas; ut praesentia tua allectus, venias ad me amor meus.*
17. *O voices, Ecce enim ex hoc beatam me dicent generationes: quid mirum? cum ipsam beatitudinem, ipsum angelorum & beatarum mentium gaudium utero cludas tuo.*
18. *Nescio, an non magis beatam te dicent generationes omnes, ob profundam humilitatem, qua calo detraxit Deum, quam ob virgineo utero suo clausum Deum.*
19. *Vis humilitatis magna nimis, cogere Deum descendere in uterum humiliis virginis.*
20. *Quantus verò humilitatis decor! qua pulchritudine sui allexit ad se Deum. quasi humiliis virginis anima calum pulchritudine vinceret: cum ad hanc, relitto solio suo calo, descenderit Dei Filius, coeternus per omnia Patri Deo.*
21. *Exultat Ioannes in utero matris sue, ad aduentum Christi. quid mirum? cum venisset praecursor illius. quare & exultatione suâ indicauit matris sua, qualis esset ad cuius aduentum exultaret. incepit proinde fungi munere suo in utero matris.*
22. *O quando exultabocum Ioanne, ad aduentum Dei mei, amoris mei?*
23. *Veni diu exspectate Deus mens, amor meus, ut exultem cum Ioanne præcurre tuo.*
24. *Prophetat Elisabetha Spiritu sancto plena: admirabunda quod visitaretur, qua visitare prior debebat, inferior superiorum. Sed mernerat humilias Elisabetha visitari, merneratque Spiritu sancto repleri. imitare humilitatem anima mea, ut merearis paribus donari.*
25. *O quis me vel ad momentum vertat in Ioannem, ut exultem gaudio plenus, super aduentu visitantis me Domini mei, amoris mei!*
26. *Veni, ô Deus, & illabere in hoc pectus amor meus, ut accendatur amore tuo, & castis incalescat ignibus tuis.*

Similes

Similes etiam aspirationes adhibent intuentes Bethleem, & Christi nativitatem.

1. O meum Bethleem, ut te amo! Amica mihi domus antrum.
2. Amoris mei cubile stabulum. Desponsationis mea thalamus præsepe.
3. Desideratus sponsi mei lectus fænum. Pulvilli dilecti mei stramen.
4. Amoris mei purpura panni. Balcum sponsi moi fascie.
5. Sponsi mensa mei, ubera virginis distensa lacte.
6. Culicera dilecti mei, virginem matris sinus.
7. Purpuratis Regis mei, Ioseph, & ovinis pastores.
8. Custodes regia dilecti mei, bos & asinus. Aula Regis mei vivilis spelunca.
9. Exspectata tot retrò faculis dies, tot atatum lacrymis desiderata nox.
10. Tot Prophetarum præmonitionibus decansatum tempus.
11. Tot omnium votis, tot suspiriis exspectata dies.
12. Venisti tandem desiderate populorum omnium.
13. O Bethleem meum calum! Quid amem extra te stabulum meum calum?
14. Quis mihi dedit ut verterat in se, & siam dilectio meo stabulum?
15. Quis me vertat in præsepe, ut siam dilectio meo thalamus?
16. Quis me vertat in fænum, ut siam dilectio meo lectus?
17. Quis me vertat in stramen, ut siam dilectio meo capitul pulvilli?
18. Quis me vertat in pannos, ut siam dilectio meo vestis?
19. Quis me vertat in fasciam, ut siam dilectio meo balecum?
20. Quis me vertat in ubera matris, ut potem & pastam quæ diligit anima mea?
21. Quis me vertat in labia matris, ut exosculer dilectum meum?
22. Quis me vertat in brachia matris, ut amplectar casta mentis sponsum meum?
23. Quis me vertat in cor matris, ut totum possideam sponsum meum, puri cordis amorem meum?
24. Infinitū per omnia Deum virgine utero claudi, virgineq; lactari ubere Deum?
25. Intacto virgineo utero concipi, intacto prodire hominem Deum?
26. Pannis & fasciis circumligari Deum, & virgine recumbere sinu Deum?

Non absunilibus verò se accendent aspirationibus, qùm sibi ob oculos proponunt Bethleem, angelos præcinentes: *Gloria in excelsis Deo. & pastores ouium:*

1. Verè gloria in excelsis Deo. nam cui gloria, si non Deo?
2. Gloria magnitudini illius infinita, & à quo habemus quidquid habemus.
3. Verum, an non maior gloria ob gloria contemptum, & submissionem infinitam, cùm infinitus per omnia Deus, virginis clausus, virginis prodis utero, virginique vestitus carne, virgine lastandus ubere?
4. Felices pastores, quibus primis, natu stabulo, & præsepio pro cunis recubens, denuntiatur Dei Filius.
5. Fortunati pastores, quos dignos habuit Deus, facili denuntiare felicitatem. & que poterat felicitas esse maior, quam vestiri carne nostra Deum, & Deum fieri hominem? o quanta dignatio!
6. Verè beati pastores, qui primi audistis lapsum calo, stabulōque reconditum H h b b b Deum.

XIII.
E nativi-
tate in
Bethleem.

XIV.
Ex angelo-
rum con-
centu in
nativitatē
nocte.

- Deum. quis explicet gaudia vestra?
7. Felices nimium pastores, quibus primis concessum est oscula infigere pedibus manibusq; infantis Dei.
 8. Non poterat aliis tanta Desubmissio, quam humilibus denuntiari. ô si am ex his unus! amica humilitas quam grata Deo es!
 9. Magna deseruerat calo Deus: amauit humilia terris, Virginem humilem matrem, omnium pastores, quibus primis denuntiaret seculis inaudita.
 10. Non denuntiavit seculo in Iudea magno, quibus omnis humilitas fuit.
 11. Nec denuntiavit seculo prudentibus, quis enim horum crederet stabulo nasci aliquid posse magnum? & quis horum crederet paupere & humili virgine nasci velle Deum? quis praesepio reponi, quis fano & straminis?
 12. Quam pugnant Deus iudicia tua cum seculi huius? & tamen errare tu non potes.
 13. Et quis seculo magnorum crederet, pannis involutum puerum, fasciis cinctum, Deum esse mundi conditorem?
 14. Parvulus hac & submissa de se sentientibus indicauit Dominus. ô sim ex illis unus! & semper sim mihi & mundo parvus & contemptus, ut placeam tibi parvulo calorum neglectori, stabuli electori.
 15. Fiam è pastoribus unus, ut beer hac felicitate magni stabuli, regia amoris mei. & munera cum illis offeram, cor contritum, humile, castum, amore plenum. Inindeo pastores vobis, quis me induat simplici submissione vestra? quis indocti à prudentiis?
 16. Inuidere meritò poterant angeli homini: cum Deus fieret homo, non angelus. & quis non inuidet angelorum homini, cum suprase eleuari videat hominem?
 17. Agnosco dignitatem meam Deus: non degenerem ab illa, sed dignam illa vitare insitum.

XV.

Ex adorante Regum in stabulo.

- Aspirantes utuntur similibus, cum stellam intuentur indicem stabuli, Reges Hierosolyniam venientes, consultantes Herodem: refugam, iterumque rediuviam stellam & ducem.
1. Iudiciorum diuina quam differtis ab humanis! primi sunt pastores quibus denuntiatur natus Deus, secundi Reges.
 2. Oium pastores merentur angelos denuntiatores, Reges stellam: quantum discriminus inter angelos & stellam!
 3. Felices Reges indice & duce stellā, ut non angelos tantum, sed & stellas videat gratubundus homini denato homine-Deo.
 4. Infelix Hierosolyma, qua rogata, natinaturis locum designas Regibus, & venerari negligis: & facta est scientia tibi in damnationem.
 5. Quid Reges consulitis seculi prudentes? non capiunt stabulum & praeseppe. nec cadit humilitas in seculo magnos, non magis quam fænū leffus, stramē pulilli.
 6. Quid consulitus Herodem super Rege successore non capiunt regna diuos Reges, cum emula semper diademata sint.
 7. Quid relicta stellā duce, mundi consulitis sapientes stultitia est illis stabulum, & qui consulit in Dei & animarum causa seculi prudentes, & non fallitur? nimis disiunguntur Deus & mundus, vita, moribus, consilio, fine.
 8. Felices Reges qui, deserta Hierosolyma, premeriti sunt stellam viarum ducem.

Semper

- Semper mihi calum fit dux viarum. nec sequar mundum ducem, qui ridens
vulnus, inceps blanda verba ducit ad interitum. Beati quos calum dicit: non e-
pes, non honores, non mundi comoda.
9. Feliciores Reges Babilonicis stabulo, quam Herodis regia. Duce me Deus hos
stabulum omnibus preferre Regum antiquum regum.
10. Duce me hic deliciari, & contemnere quidquid saculo magnum, Deus meus,
amor meus.
11. Benè Reges myrrham offeritis mortali, benè homini, quem amor fecit Deum.
12. Benè aurum offeritis Regi calorum, & orbis amiusisti.
13. Benè thura offeritis Deo, quem amor virgine vestitus carne.
14. Benè veneratis estis masrem, calorum Dominam & Reginam, cum Dei & Re-
gis cali esset mater.
15. Benè ex osculati estis pueri pedas, quia Regis, quia Dei.
16. O, quis largiatur mihi ut si am pedibus his scabellum? quis ut laudem lacrimis,
tergor osculis?
17. O pedes, non quero calum, sed sequar hos pedes. omnis mihi calo maiores pedes sunt.
18. Sed qua offeram pauper munera: cor castum pro auro, humile pro myrrha, ob-
sequium pro thure. nec aliud habeo, amor meus.
19. Sed & pro omnibus Regum muneribus, amantem offero animam, amore lan-
guidam, inextinctam, amorem, Dei mei, dilecti mei. quin & me totum offero,
Domino meo, redemptori meo, amori meo.
- Prouocant se etiam non absimilibus aspirationibus, cum proprius in- XVI.
quentur post palforum & Regum visitationes, fugam in Ægyptum.
1. O gaudia, ut mutamini in luctum, risus in lacrymas, honores in contemptum!
2. Annuntiatio, visitatio, narratio, Angelis denuntiantes, Reges munibus gra-
ues; lata omnia, & qualia voveri possent.
3. Succedit imperata calo fuga. ut videas incipere iam Simeonis gladium. o nimis
cito! ita Latissima dum viuimus miscentur. nec ullum intra parietes gaudiū,
quod non excipiatur praeforibus mæror.
4. Quid speramus mortales inter saeculi gaudia? hora, adeoque momentum non ra-
ro unum intercessit inter diademata, & hostilia genua.
5. Quoties inter summos honores, & ultimum cõtempnū, pauca hora intercurrerunt?
6. Quoties summa hilaritudo versa subito in extremos mæroles est?
7. Quoties hac saeculi magna, que unâ horâ steterant, subsequenti, inferni tor-
menta passa sunt aeternas?
8. Quoties è summis deliciis, momento propè cœrius, delapsi plurimi sunt ad num-
quam-morituros inferorum ignes?
9. Aduersa diligamus, amemus tristitia, exerceamur duris, que modicum quod in-
terlabitur tempus, in aeterna vertit gaudia.
10. Quid agis anima? comitare fugientem Deum, nec erubescere ad hanc fugam:
versetur in nullo euo finienda gaudia.
11. Felices qui fugiunt peritura saeculi huius magna, ut possideant cum Deo aet-
ernitatem cali magna.

XVI.
E fuga in
Ægyptum.

H h h h 2

12. Quid

12. Quid anima mea hic queris magna? quid venaris commoda? per pacem & spera via ad calum est. fallitur qui aliud sperat.
13. Instuere anima Sanctos omnes, Dei matrem, Christum ipsum: si non per ardorem & dura ad beatitatem viam sibi strauerint, sperare aliud potes.
14. Exilia & crucis iumentum Deum, delicia sunt calo coronanda.
15. Imitare anima mea, ad minimam Angelis vocem obsequenter Iosephum. et hoc obedientia est, qua imperantis non discutit rationes. imitare anima, & prima spera.
16. Quid hic querimus facili bona & honores? praludunt inferno. quid fugient aduersa, quid contemptum & paupertatem? praludunt calo.
17. Quis mihi dedit cum matre, Iosepho, & pueru hoc, exulare ab omnibus facili bonis magnis, ut cum illo consequar quo calo magna sunt?
18. Quis mihi concedat famulari in hoc exilio, pueru, matri, Iosepho?
19. Quis mihi largiasur frui infante Deo, deliciis meis, in Aegypto, paradiiso iam meo, non Aegypto, non exiliu loco?
20. Quis non praeligat hoc exilium omni Herodiu regie, adeoq; & regnum omnibus, cum in illo angelorum gloria sedem sibi delegerit, puer Deus?
21. Non paradius tantum, sed & calum meum Aegyptus: in qua ludis amor meus, & blanditur matri Deus homo.
22. Delicia mea Aegyptus, gaudium meum, capit is corona mei: que promerita fuit: excipere exulantem Iudeam amorem meum, hominem-Deum.
23. O quis me vertas in Aegyptum, ut in hoc pectore meo tentoria figam infantulo Deo, virginis-matri, & tanti nutritio Dei?
24. Olim Aegyptus sub casto Patriarcha Iosepho exceperat Israelem: nunc sub semiper-virgine Iosepho excipit Deum, & Virginem Dei matrem.
25. Vendiderat priorem Iosephum amulatio fratrum: expulit Iudeam secundum crudelitas Herodis, & intentatum Deo pueru ferrum.
26. Patriarcha Iosephus perizaram Aegyptum fame exemit, alter Iosephus Christum intulit Aegyptu, per quem solus illi non corporum, sed staret animarum.
27. Prior Iosephus fidem domino seruauit intacta coniuge: secundus Iosephus virginos intactos thoros, virginis-matri, virginis coniugi custodivit aeternum.
28. Prior vincula passus, exilia secundus, cum virginis coniuge, & pueru Deo. fac me magne puer felicis exiliu huius sociu, ut iungar exinde tibi & matri aeternum. Paribus vtuntur aspirationibus, proposito sibi Herodis Bethleemitico infanticidio.

XVII.
Ex infanticidio He-
rodis.

1. Quam fatua facili prudentia, qua se putat in Herode Deum posse fallere, quem nihil latet cogitationum humanarum!
2. Abominatione Deo cor duplex. consultus à Regibus Herodes, simulacra venerari se velle puerum Regem: & cogitabat necem.
3. Quam multi sanctimoniam & virtutem simulant, cum eorū impietatisbus & veris nates!
4. Familiare mundi caloribus vitium, aliud fronte, oculis, ore praese ferre, aliud corde sceluum tenere.

S. Rides

5. Ridet humanam prudentiam Deus, & stultam mundi eligit, ut confundat sapientes.
6. Veritus in odium similitus amor, & ubi se deprehensum videt, furere incipit. docemur in Herode.
7. Longè fac à me Deus sub blanda dictione latitantes hostes.
8. Quam sunt iudicia tua Deus aliena à mundi: tu corda & renes iudicas; blandientia mundus verba; quibus mutuo capiuntur, mutuum fallentes.
9. Ne crede nimis blandientibus, semper & ridentibus anima mea. fallent. & dolos meditatur os semper ridens.
10. Quanta crudelitas in innocas sanire animas; & qua solis vindicare se possunt lacrymis!
11. Quid peccauerant in Herodem tūt infantium militia, qua blandiri & flere didicerant, peccare per etatem non poterant; tueri se non poterant?
12. Elapsus tyranni manibus erat puer. Dens. hinc saniendum in omnes fuit paucos.
13. Non poterat Herodem latere, ad quem deflexerant puerum Reges Magi, si seriam quaestionem instituisset. sed ira & indignatio prudentiam omnem ademerat. Familiare Regibus & potentibus malum.
14. Quid peccauerant infantes, ut omnes addicerentur morti: an, quia tyranni manibus subductus erat unus, saniendum fuit in innocentibus omnes?
15. Parcite lacrymis matres. Hac dies gaudiorum filios vestris est.
16. Quo ploratus & eiulatus tantis periissent nisi periissent infantes: & fors vultu ex illis inclinassent aliquando, Crucifige eum; qui nunc calo sunt magni.
17. Beata dies; & nimium infantibus felix: qua à ferro in calum transmisit animas innocentibus.
18. Fortunata matres, qua rot calo peperisti victimas; inferno fors dicendas, nisi seuire in innocentibus placuisse Herodi.
19. Felices anima, qua prima pro Christo fudit sanguinē calo remunerandū. contingat hoc mihi ut sanguinē lubens pro illo fundam, qui prior pro me illum fudit.
20. Quantum nunc discriminis inter Herodem & hos infantes! cum ille aeternū barbariem hanc in aeternis luctigibus: illi modicum sanguinem aeternū nunc calo sentiant primitatum.
21. Quid impletis aera lamentis matres: implete gaudis. & hoc depositum à vobis infantes eotorum præmio nunc donati. aut inuidetis præmia filii?
22. Quād modica pro Christo tolerata, coronantur aeternū! docent nos infantes.
23. Quād modica mundi commoda, puniuntur aeternū! docet Herodes.
24. Quantum inter se pugnant Deus & mundus, docemur indies. illius iugum suave, modicisque labores gloria donantur aeternā: huius iugum durum, & assiduis labores, ardent cum Epulone aeternū.
25. Fortunatus infantium sanguis, meliore aeternaturo sanguine commutatus.
26. Cara infantibus matrum ubera. cariores. Herodiani enses, à quibus numquam cessura caelestia manarunt ubera.
27. Quid inuidetis matres infantibus ubera vestris meliora, fæcundiora? an Anna maria dñinī nobiliora sunt? desinunt vestra: eternant caelestia.

28. *Quis mihi largiatur diuina, ut dicere cum illa licet, qua experientia mea, Meliora sunt ubera tua vino?*
 29. *Iam quid lactea matrum ubera, ad caelestia magpi. Dei à quibus ô si, accipi pendeam infans!*

XVIII. Eodem modo vtuntur in meditationibus Passionis Domini. Hic proposito sibi Christo in oiuatum montis horto orante, in his similes excurrunt aspirationes, semotis prolixioribus ratiocinationibus.

1. *Hortus mæroris mei, doloris mei!*
2. *Quid te video paucem, tristem, sedioq; confectum, Deus meus, in causa mea? & tibi dolor meus in causa tua & mea?*
3. *Quid in oratione toto prostratum corpore video? & qualis oratio mea?*
4. *Quid te video pro me languentem, & toto pronum corpore; ego quid reddo tibi?*
5. *Ad quem impellit Deum amor mei: quam longe abest ab his amor in te mens?*
6. *Hecce amare est: & ubi est amor meus?*
7. *Quid queris anima in horto lilia carpe pro lilijs lacrymas dilecti tui. meliores lilijs lacrymae sunt.*
8. *Quid odorata quaris balsama habes sudore dilecti tui, omni balsamo odoratior?*
9. *Quid quaris rosas? habes sanguinem dilecti tui, omni rosa suauorem.*
10. *Quid queris laurum, thymum, rosmarinum, violas? omnibus his nobiliora sunt suspiria Christi tui.*
11. *Quid tories iteras preces in causa mea dilecte mihi? & quando iterantur meae?*
12. *Quis me vertas in vestem tuam, ut totus compluar lacrymis sudore, sanguine tuo, amor meus?*
13. *Quis me in horti huius veritas terram, ut humecter tamquam rore sudore tuo?*
14. *Quis me lauet lacrymis tuis, oculorum tuorum fontibus, amor meus? & quis te meis?*
15. *Quis me purpureo perfundat balneo tuo, ut totus purpureo purpura tua?*
16. *Quis me prouocet in pares lacrymas, sudorem, sanguinem, dilecte vocorum meorum?*
17. *O quid non potes amor, cum hac possis in Deum meum? quid reddam tibi pro amore in me tuo Deus meus?*
18. *Vbi lacryma, sudor, sanguis meus, in causa salutis mea?*
19. *Vbi feruor orationum mearum in re mea? quando inter eos sceleris mea ponor in agoniam?*
20. *Sit tu innocentissimus pro peccatis meis hac passus; ego nocentissimus quid non patiar?*
21. *Iudeo osculo magistrū prodisti non in te duplice corde & ore Iude, Christe mihi?*
22. *Vincula iniici Christo pro peccatis meis: quid expectandum mihi? quid non sumendum?*
23. *Tamquam furi, & latroni, & nocensi vincula iniici: quid fiet huic anima nimirum nocenti?*
24. *Artari vinculis Deū in causa mea: & euincularū in ambulare me in causā mea?*
25. *Quod fugitis Apostoli: destituitis magistrū post tot sponsiones iuramento firmatas?*
26. *Nulla memors auerat à te Deus meus: nulla aduersa dimoncant amor meus.*

27. Non.

27. Non terreat me vincula in causa gloria tua, salutis mea & proximorum.
 28. Estne hic hortus olinarum & pacis? dure nimis & amara estma dilectio mea.
 Deo meo, redemptori meo, amori meo, sponso anima mea. quid reddis anima
 pro his olinis, Deo tuo, dilecto tuo, sponso tuo?

Similia per omnia adhibent, considerates columnam, & in ea Christū. XIX.

B flagella-
tione &
flagorū
peribate.

1. Damnari ad flagra innocentem, in causa scelerum meorum?
2. Permitti voluntati hostium suorum Christum meum?
3. Uniuersam cohortem vocari ad flagra: tot tortores in unum corpus?
4. Post toties Praefatis ore testatum innocentiam, damnari ad flagra?
5. Vestibus spoliari, omniumq; oculū nudum exponi Deum?
6. Tot lascivis impurissimorum obsecubis, nudum exponi Deum?
7. O nimis verecunda denudatio! & hanc promerita est impuritas mea.
8. Non erubuisse solem ad hanac eroris sui nudationem, non fidera omnia?
9. O quid tam castum corpus nudas in omnium oculis amor?
10. Quid facitis peccata mea: quid de me fiet aliquando?
11. Alligari columna Deum: tot impuri manibus tam castum nudum ligari corpua?
12. Flagellis undique nudum cadi: & plus quinque flagrorum millibus consindi?
13. Nullum à capitis vertice, ad plantā pedis sine verbere & vulnere partē repeririz?
14. Natare pratorum innocentis sanguine?
15. Filii Dei sanguine agrum perplati torū, pariesq; tortoresq; innocentis madere?
16. Tot verberum millibus ossa nudari carne? (sanguine.)
17. Vbi verbera mea: vulnera vbi mea in causa mea?
18. Est hoc amor amare: quid est furere, si hoc est amare?
19. Vbi sanguis meus Christo & salutis mea fusus? imò ubi lacryma? quin magis,
vbi vel una lacrymarum gressa in tot vulneribus Dei mei? & in tot sceleribus
meis, quibus toties inferni tormenta promeritus sum?
20. Quid exspectare nocens debo: quid non timere?
21. O Deus, ô amor, ô sponsus meus, dilecte meus, quid reddam pro hoc amare tibi?
22. Cum tanta non possim vulnera, largire saltem ut amorem amore compensem;
& pro sanguine fundam lacrymas nunc dolentis, nunc compatiens, nunc a-
manis anima.

Simili modo considerant spineam coronam Christi capiti implexam. XX.

B corona
spinea.

1. Non satiaris tot verberum millibus in columnā, Indeorum odia, quis credat?
2. Nec potuisse extingui inuidie sitim, sanguine undique natante pratorio?
3. Ad quoniam ducunt odia, cum humanum semel occuparunt peccati?
4. Quid unquam sacerulum coronantis spinis?
5. Solum caput liberum steterat in columnā à vulnere: inuenienda fuit via sauer-
di in caput. Inuenta corona spinea est, qua totum operaret caput.
6. O quid scutis in Dei caput spina? peccata mea sauerunt, non spina. imò pecca-
ta mea fuerunt, qua sauerunt spina. maximè vero omnium superbia.
7. Immites spina, qua totum fodiarunt caput dilecti mei barbareq; spina, qua
ipsum etiam cerebrum teribrarunt amore mei, Dei mei.
8. O dolor, quis te exprimas calamitas? vero sanguinum mihi sponsus es, Deus mens.

g. Est ne

9. Estne hoc diadema, quo te Synagoga coronauit mater tua, sponsa mea non uerca & non mater facta est tibi, immemor beneficiorum tuorum.
10. Quis amet has spinas? & amo tamen rosas spinis natae. ô nimis odorata rosa dilecti mei vertici nata!
11. Quam nobilis purpurâ vestiuisti verticem sponsi mei, crudeles spine!
12. Nec hic finis odiorum arundine percutiunt caput, quo alius infigantur spina.
13. Faciem deinde conspuunt, & undique sordibus insepiunt. & hac illa est, quam desiderant angeli prospicere. peccata mea quid faciū?
14. O quid video? iterum vestibus exui, vilijs militari indui purpurâ, colaphis variè cadi à milite, iteratâ nuditate? pudor ubi es?
15. Genuflexo rideri inter alapas Regem? erit cum trepidabunt ad aspectum Regis huius Reges omnes, sceptra omnia.
16. Quid dicas Pilate? Hoc inceſt emendatum dimittere?
17. Vbilex, vetans ultra quadraginta flagracuicumque reo infligit?
18. Quanta est peccatorum nostrorum grauitas, qua coegerit tam barbarè ienire in innocentem!
19. Quanta peccatorum magnitudo, qua tam atrociter sequire in ipsum coegerit Deum!
20. Ad qua impellit Deum amor nostri? & ubi viciſſim amor noſter in Deum?
21. Quis nostrum unam perferat spinam interebratam capiſi suo, pro Deo, & in peccatorum suorum satisfactionem? & uniuersum inscrim uigeniti Dei Filii caput immanibus terebratur undique spinis. & nos nec amorem quidem reddimus Deo pro tot spinis. ô quid non verendum?
- Similia per omnia adhibent in Christi damnatione:

1. Miserum calo & terris spectaculum! deflenda verba sanguine, ECCE HOMO.
2. Quis credat ita toto lacerari corpore hominem posse, ut nefas an fieri homo?
3. Peccata mea quo abieciſtis Deum?
4. Verè vermis, & non homo: opprobrium hominum, abiectio plebis.
5. Quis ita sequire in innocentem potuit? quis tam barbarè in Deum? est hoc amare?
6. Quis credat, tam dura imperare amorem posse? quis credat voluisse?
7. Nec moueri tamen homines hac inhumana hominis specie, nec admisericordiam fecerit?
8. Quis arbitretur tantum in homine odio potuisse, tantum inuidiam amulatio ne natam?
9. Quis credat, post tot corpore toto vulnera, inclamari potuisse: Tolle, tolle, crucifige eum?
10. Quis proposito Barabbâ latrone & homicida, peti ad mortem innocentem Christum?
11. Quis, dimitti seditionem & homicidiam? & conferri potuisse tam impium cum Deo?
12. Quis, tot modis innocentem, innocentipralatum: audiuisse te hac Christie, & ruiſſe?

XXI. E damnatione per Pilarum.

23. Quis

13. Quid laus Pilate manus non abluit animam manus lotio.
14. O voces: Non eris amicus Cæsar is si hunc dimittis!
15. Quid non potuit politica hac ratio apud constantem & incorruptum antè iudicem?
16. Quoties hac accidunt viris cetera magnis: quoties ad iniusta timor & regius ac magnorum favor impellit?
17. O voces! non voces hominū: Sanguis eius super nos, & super filios nostros!
18. Quid peccarunt innocentes filii, & posteritas omnis, quibus imprecantur in vindictam & interitum sanguinem Christi?
19. Quis credat Sacerdotum Principes & seniores, populum ad tam impias voces impulisse?
20. Quis credat legis doctores, Scribas, Phariseos, populo suassisse, ut Barabbam dimitti peterent, & innocentem Christum, promissum illis Messiam, tot seculis exspectatum damnari?
21. Quis vero crederet, Praesidem, post toutes testatam Christi innocentiam, populi clamoribus cedere: & ut mortis reum damnare?
22. Quis post tot accepta à Christo beneficia, immemorem omnium stare populum crederet?
23. Quis illum ipsum, qui non multò antè inclamauerat: Benedictus qui venit in nomine Domini; nunc barbare vociferari crederet: Crucifige, crucifige eum?
24. Quis ita damnari Christum credat potuisse, ut hostium suorum iuratorum voluntati excruciantus permitteretur?
25. Quam damnationem ego non iure metuam, tot criminibus obstrictus: toutesq; aeternam per scelera promeritus?

Persimilia etiam in crucis adhibent baiulatione:

1. Inaudita omnibus retrò seculis feritas, ut reo imponatur crux ferenda.
2. Ad que non, in Christum Iudeorum duxerunt emulationes?
3. Adeò laceris humeris & corpore, crucem imponi ferendam: tot undique vulneribus concisum, ad illud cogi?
4. Post tantum sanguinis fusum, ad tantum onus ferendum cogi?
5. Quid purpuras viam sanguine tamquam rosis, dilecte mi: quò tam prodigus sanguinis amor?
6. Vbi non dico sanguis, sed in tanto sanguine lacryma mea?
7. Quid ploratus mulieres Christum: aut quid lugitus sub cruce fatiscentem: cur non admouetis manus succumbentis?
8. Cur non potatis vino ex aromatibus condito toutes laps abundum, ac propè animo delinquentem: cur non offertis pannos sanguini detergendo?
9. Quid miraris anima: peccata tua crux sunt, que immiti pondere Christum deprimunt. desine peccare, & nulla iam crux Christo ferenda erit.
10. Sequere anima mea, & lege toto crucis itinere sparsum Christi sanguinem.
11. O quoties immeritus, pro me illideris terra, amor meus?
12. Quale hoc spectaculum fuit calesti Patri: quale angelis omnibus?

XXII.

B crucis
baiulatio-
ne,

I i i i

13 Quid

13. Quid satis mulierum lacrymas Christe, & flere super te vetas?
14. O licet lacrymas fundere, cum ad fundendum sanguinem desit animus; licetque compati tibi amori meo, lauare quod tamquam balneo vulnera tua lacrymas meis!
15. Beata nimis crux, Dei mei sanguine purpurata! quis me vertat in te, ut ferar in te amore meo?
16. Felicem senem, qui succumbente Christo meo, vicarios cruci præbuit humero.
17. Quis me vertat in te fortunate senex, ut lasso succedam amori meo?
18. O nimis magne amor! ad qua impellis amantem Deum?
19. Sequar te: & iisdem ignibus accende peccatum meum, ut insistam vestigiis dilecti mei, sponsi mei. nec audiā, Si in viridi ligno haec faciunt, in arido quid fieri?
20. O non sim lignum virtutum & lacrymarum aridum! sim amore tuo viside spose anima mea: sim lacrymarum succo grauidum; sed lacrymarum doloris & amoris tui, dilecte votorum meorum.

XXIII.

Ex crucifixione.

- Eadem etiam, aut non absimilia illis, faciunt in Christi crucifixione.
1. O barbara & inuercunda pectora, quid iterum nudatus dilectum meum, & omnium oculis ridendum propinatis?
2. Quanta feritas, ferreis trabalibus clavis configere Christum meum, Deum meum?
3. Stare hic nubes potuerunt, nec se effundere, quod olim sub Noe, totis imbris in hos tortores?
4. Non fulmina iaculatum calum, & cum quinquagenariis Eliae, deciner aesse auctoriter feritatis tantæ?
5. Non ignem sulphura & piecum pluisse calum, & cum Sodoma in inferno demersisse Hierosolymam uniuersam, maiorum longè quam Sodomam scelerum ream?
6. Non subduxisse se terram pedibus, & cum Core & Dathan Iudeos degluisse viros?
7. Non disruptis aggeribus omnibus, obruisse hos maria, Pharaone mille modis immiores?
8. Non diffisiisse undique in tam crudelis facti antores rupes omnes, & inseperuisse viuos, tam barbaros populi incentores?
9. Tulisse hac angelos, nec vindice dexteræ deleuisse omnes? nam quod crimen Sennacherib ad immane hoc scelus?
10. Conterebrare manus pedesque clavis? nec habere cali terraque conditorem, ubilem spinis caput reclinet?
11. Pendere affixum cruci Dei Filium, medium terram inter eum & calum, quasi mediatorem & conciliatorem terræ & cali, nec compati hominem pendenti?
12. Extredi omnia in cruce membra, ut numerari ossa posset, & sic his oculis videris?
13. Distentum barbaræ corpus, totis sanguinem venis fundere, nec reperi sis qui misereatur pendenti.
14. Hac fieri, & stare hominem interritum spectatorem & auctorem sceleris tanis?
15. Nullo feritatem satiari sanguine, nullis tormentis? o quid non possunt odire?
16. Tanta immanitas causam esse sceleris nostra, nec modum tamen, nec finem à nobis statui: sed nouis semper sceleribus nouas à nobis crucis Christo parari?
17. Ridere Christianum posse, iocari, deliciari, voluptatibus diffluere, pendente in causa nostra Christo?

18. Stare hic posse lacrymas, tam acerba, consideransi vulnera, peccatis nostris, tamquam manibus malleisq; inficta?
19. Pro sceleribus nostris hac pati Christum; & nullas interim commiseratorias fluere lacrymas nostras, nullas amorum?
20. Quid cogitamus mortales? que non iuste metuere tormenta debemus, tanti sceleris autores?
21. Propè dicam, crudelis amor, ad qua cogis Deum? & amor ubi meus? quā longè abest ab amore Dei mei?

Vtuntur etiam aspirationibus similibus dum intuentur pendentem in XXIV.
cruce Christum.

E Christo
in cruce
pendente.

1. Quid non potest odium? etiam illudere pendenti in cruce, & blasphemis onerare Deum vocibus?
2. Alterum etiam latronum impunè blasphemare & illudere Christo?
3. Tam cito audiri è cruce alterius latronis preces, & dolenti & peccata confitenti, & inter paenas Christum fatenti, paradisum promitti, & addici eadem die?
4. Orare Christum è cruce pro crucifigentibus se, & ignorantiam sceleri eorum pratexere?
5. Quid non potes amor? & meus ubi est? quidego facio pro odientibus me, pro persequentibus, pro detrahentibus?
6. Deseri à caelesti Patre coaternum Filium, quis credat nisi dicat Filius?
7. Ad quā dura amor nostri cogis Patrem & Filium!
8. Exi Christū non Patre suo tantū, sed & matre se exuere, ut eam nobis tradat in matrē, quis non obstupecat totus? & amorē hac imperare? o quid nō potes amor?
9. Felle sitientem inter extrema crucis tormenta potari: quis credat tantam barbariem reperiri potuisse? repererunt peccata mea.
10. Imitare anima mea Christum tuum, qui moriens spiritum suum commendat Patri. tu non moriens tantum, sed in dies affuse commendare Deo.
11. Non satis erat saire in viuum: etiam mortuo aperiunt lanceā latus.
12. Quanta duritia humani cordis cùm in profundum peccatorum venerit! obte-nebrantur sol, luna, sidera, pendente Domino, quatitur terra motibus, scinditur templi velum, dissipant saxa, recludentur annorum monumenta, & redeunt ad vitam mortui: & solus imperterritus & inconcussus stat homo, nec conditoris sui, in causa sua, sentit mortem.
13. Carum mihi latus, & forsunata lancea, qua aperuisti cor dilecti mei antè clausum. hic habitabo omnibus diebus vitæ meæ. hic tentoria figam & thalamos castorum amorum meorum.
14. O vulnera ut vos amo, testes amoris Dei in me! amica vulnera, quare referasti mihi celas dilecti mei, calumq; tot sculis clausum!
15. Felicia vulnera, quare reconciliasti me Patri, & exsolviisti debitum omne meum.
16. O vulnera, anima mea soles, sidera, calum! delicia mea, mensa mea, pocula mea, torcularia mea musto grauida, cellæ vinaria mea, ubera mea, sponsi mei cubilia & thalamus, ut vos amo, veneror, exoscular, nec aliud extra vos calum peto! fruar tantum aeternum vobis!

XXV. Sunt verò inter omnes qui se meditationibus dare confuerunt, quod nihil aliud agunt, quam quod præsentem sibi Domini imaginem, & Deo, solā in hunc fide intenti, aut spe solā, aut amore in præsentem capti. In cuius quasi fruitione, tamquam in contiuis versantur deliciis. ac t. vel in solis succendentibus mutuo sibi fidei actibus, vel spei, vel amoris, hærent, totumque meditandi tempus in singulis virtutum harum actibus absument: aliquando duabus succendentibus inhærent, aliquando tribus: aliquando etiam virtutum harum actus permiscent, nec ullum ordinem seruant, pio affectui suo, & diuinis suggestionibus indulgentes.

Cautè hic
incedendū
maximè
mulieri-
bus.

In qua re cautè procedendum: cùm hoc meditandi genus non leuibus dæmonum fallaciis obnoxium sit. capiuntur enim, qui in hoc genere exercent, quadam rerum dulcedine, omnemque plurimam fructum: suavitate hac ponunt, exiguo sèpè virtutum progressu, minore etiam actionum extirpatione, minimâque malarum propensionum suarum videri: cùm nihil his ferè propositum sit, quam deliciari cum Deo, & delectationibus frui internis. ut prudenti per omnia egeant directore, maximè mulieres, quæ ob naturæ quamdam facilitatem, proniores in eiusmodi meditandi modos sunt, & in suavitates tales, naturæ suæ magis conformati, toto impetu feruntur.

Non diffiteor interim, quin tales, qui in hoc meditandi genere se exercent, si discrezione & prudentiâ valeant, rerumque non vulgari experientiâ, & qui diuina à diabolicis, & merè naturalibus, secernere possint, non leues in virtutum studio progressus facere possint. non ex directo, sed quasi ex consequenti: crescente enim in illis fide, spe & caritate, per intensos ac iteratos virtutum talium actus, etiam reliquæ virtutes non contempnenda incrementa sumunt. Verùm contingit non raro, maximè in mulieribus, quæ simili meditandi genere delectantur, ut reliquorum ferè meditandi modos contemnant, se modumque suum inordinatas quodam affectu amantes. vnde fit, ut, dum plurima sibi arrogant, infestum amoremque sui, aliorumque contemptum degenerent. Quæ res manifestè auctorem talium meditationum diabolum quasi digito designat quo magis cautè, prouidè, adeoque & timide, maximè mulieribus, in hoc genere versandum, ac non nisi sub prouidi & prudentis directoris cura.

Vtuntur autem tales quibusdam aspirationibus, quas cuiusque natura, aut Deus ipse suggestit, nullis tamen, aut sanè permodicis admodum cursibus. sed singulis ferè fidei, spei, caritatis actibus inhærent, per modum cuiusdam simplicis adhæsionis, complacentia, & rei delectabilis. fieri in nobis assolet, dum rem aliquam intuemur oculis gratam, et audimus auribus amicam. delectamur enim quum audimus, vel videsmus: nullâ aliâ, aut sanè permodicâ se miscente ratiocinatione.

XXVI.
Elici à fide
qui actus
possunt.

A fide eliciti actus hi possunt, aut his similes:

I. *Credo Domine, credo. Et quid non credam dicenti tibi Domino meo, Domine,*
qui nec falli potest, nec fallere?

2. *Credo*

2. Credo te mihi Deum, patrem, etiam matrem. in qua re teneo sponsiones tuas, factaque verba paterna. & qua benignissimam loquuntur matrem.
3. Credo te Deum ingenitum, Filium unigenitum, Spiritum sanctum ab utroque procedentem. o figite hic tria in corde hoc tabernacula.
4. O Pater, o Fili, o sancte Spiritus! ut vos veneror, admiror, amo! o semper!
5. Aeterne Deus Pater, coeterne Patri Fili, & Spiritus sancte! beata in Trinitate aeternitas! quis hanc intelligat? credere possumus, intelligere non possumus. o credam & fruor semper!
6. Credo coeternum Dei Filium humanum pro salute mea naturam induisse. & non animem hunc pro me Deum factum hominem?
7. Credo utero conceptum, uteroque natum virginem, lacteque pastum virginem. o quis non amet hac ubera virginem lacte distensa, a quibus pender Deus meus?
8. Credo intactam viro soloque Spiritu sancto gravida tam, carnem sanguinemque de carne sua virginem Dei Filio dedisse Dei matrem. & quis non amet hunc Deum & hominem, Spiritus sancte manibus, de virginem carne & sanguine figuratum?
9. Credo pro salute mea unigenitum Dei Filium, in humana carne lacrymas, sudorem, sanguinem fudit, mortemque omnium acerbissimam tulisse. o mea lacryma, sudor, sanguis, ut vos amo! qui sunt mea?
10. Credo pro me clavis ferreis cruci affixum, vulneraque etiamnum pedibus, manibus, latere, in amoris in me testationem circumferre. & quis non amet hac vulnera pro salute mea tolerata?
11. Credo pro me satisfecisse Patris suo caeli, premiumque a me debitum exsoluisse. & quis non amet hunc sanguinem delictorum meorum premium? ubi sanguis meus?

Aetus spei esse possunt:

1. In te Domine sperabo. non confundar in eternum, Deus meus, amor meus.
2. Si exurgant in me casta, in te sperabo Deus meus, spes mea.
3. Non timebo inferorum potestates, non mundi potentiam, si tu tecum es, spes vincia mea.
4. Quid queram, aut quid sperem extrate Deus meus, salu mea, unicum anima refugium meum?
5. Solarium meum tu Deus: tu omne bonum meum iungar tibi! & iungar eternum!
6. O quando totus iungar tibi? quando unus ero tecum spes unica suspirans cor dis mei?
7. Quando fatiabor confectu tuo, ut spem exples meam Deus meus, fortitudo mea?
8. Quando, o quando te fruar Deus meus? ut non iam duo sint, sed unus, tu & ego. exples hanc spem meam, votaque mea de penetrali pectoris huius prolata.
9. Quando calo coniungar tibi, ut nulla aeternitas me separe a te? quando hanc spem meam in plenum explebis Deus meus?
10. Quousque differs, bone Deus, vota audire, & spem meam rebus beare?
11. O veni expectate, & imple hanc animatem uno, toties sperato, toties expectato.
12. Quid volo extrate bone Deus? aut quid voleam, quid sperem? tu enim omne bonum Deus meus, & in te uno omnes thesauro calrum reconditis sunt.

XXVII.
Qui à spe.

XXVIII. Actus charitatis & amoris esse possunt:

- Qui à charitate.
1. O Deus! ô amor meus! vita mea! anima mea! cor meum Deus.
 2. Vt te amo mihi bone Deus! tu scis, cui notissima sunt omnia mea.
 3. Delicia mea! voluptas mea Deus meus!
 4. O amor! quamdiu disiungar amato? & ô anima mea sponse! quamdiu te caro?
 5. Omoriar, ut iungar tibi amor meus! nec disiungar aeternum.
 6. Quid sunt haec vulnera qua circumfers amor meus, nisi casti amoris formae? cur non accendor illis, ut iisdem flammis ardeam tecum?
 7. Langueo amor meus, & amore tui langueo. deseres languentem amor? aut amas si deseris?
 8. O quando inebriabor cellis tuis amor meus? quando muso tuo, torcularibus tuis, botris tuis, vineâ tua?
 9. O quando, ô quando explebor uberibus tuis? ô explebar amor meus, & satier amas illis!
 10. Sistio. desitues sicut em amor? ô pota uberibus tuis super vinum melioribus!
 11. O sponse mi, quamdiu negabis oscula sponsa tua anima mea? ô veni ut exfolcer te, & nemo exinde me contemnat.
 12. Quid feris hoc peccatis sagittis amoris tui: feri te ipso Deus meus. pater, non telis tantum tuis, sed tibi toti cor meum. occupat totum amor meus.

XXIX.

Aspiratio-
ne diuersæ
pro affe-
ctuum di-
uersitate,
tum iun-
ctum, quam
diuissim.

- Sunt alij, qui nullâ propositâ sibi certâ materiâ aut virtute, per varias aspirationes vagantur, prout cuiusque affectus suggerit: nunc coniungentes, nunc disiungentes diuersarum materiarum alpirationes. coniungunt verò, hoc aut simili, aut etiam dissimili modo:
1. Peccavi in calum, & coram te. non sum dignus vocari filius tuus: fac me sicut unum de mercenariis tuis.
 2. Non despicias Deus nouum hunc Petrum in lacrymarum suarum amaritudine clamantem ad te.
 3. Ne deseras nouum hunc Davidem lauantem stratum suum lacrymis, panemq; cum fletum miscentem.
 4. Non permittas abire inconsolatam nouam hanc Magdalena pedibus suis substratam.
 5. Miserere Publicani huius Domine, qui non est dignus ut oculos suos tollat in calum.
 6. Non intres in iudicium cum seruo tuo Domine: quis enim iustificabitur in conspectu tuo?
 7. Reduc hanc ouem aberrantem humeris suis, pastorum optime.
 8. Cor contritum & humiliatum Deus non despicies.
 9. Super numerum arena maris stellarumq; cali, excreuerunt peccata mea. qui dispunget ea nisi tu Deus meus?
 10. O lacryma hortorum meorum! quando rigabor illis? quando meis?
 11. O sudor dilecti mei, quando perpluar aut irrorabor illo?
 12. Quando struam balnea sudorum, lacrymarum, sanguinum dilecti mei, & merrensis & condolentis anima huius?

13. *Amplexor te mea columna. cara vincula, quibus astringar dilectio meo.*
 14. *Cara mihi crux Domini mei. quando affigar tibi?*
 15. *Quando sacraissimis vulneribus suis Christe, amica infigam basiar*
 16. *Quando dulcescet nomen tuum cordi meo?*
 17. *Quando inhabitabis hoc peccatus columba tua, sponsa tua?*
 18. *Quando transformabor in te, & tu in me? & quando fruar te celo meo
Iesu mis:*
 19. *Vbi es amor meus? quid fugis amante postquam vulnerasti cor meum sponsa mi?*
 20. *O amor! quando iungar tibi? quando casta infigam basia pedibus tuis? quando?*
 21. *Quando amorum balnea fundam tibi, & lauabimur tu & ego?*
 22. *Quando accendar calesti igne suo, & decinerabor amoris tui flammis?*
 23. *Quando caelesti rore tuo impinghabis hanc animam amor meus?*
 24. *Quando inebriabis me vino amoris tui? quando uberibus tuis?*
 25. *Gaudium meum, capitis corona mei, & bonum omne meum, celum meum?*
 26. *Dulcis hospes anima mea, quando possessionem capies pectoris huius?*
 27. *Deus cordis mei, & pars mea, hereditas mea, Deus in eternum.*
 28. *Sitius anima mea post te Deus meus, sicut ceruus ad fontes aquarum.*
 29. *Sitio. quando satiabis sitientem animam fontibus dulcedinis tue?*
 30. *Quando potabor vulneribus tuis, uberibus meis? facta enim sunt vulnera tua,
ubera mishi, amor meus.*
 31. *Quando dignaberis me osculo oris tui dilecte mi? o quando sponsa mi?*
Miscent verò variarum virtutū ac affectuum materiam, hoc ferè modo:
 1. *O Christe! o bone Iesu! quando misereberis dolentis & amantis huius anima
sponsatua?*
 2. *Quando Iesu bone humeris tuis reduces hanc onem, & aternis amoris vincu-
lis nectes tibi?*
 3. *Nihil habeo prater lacrymas contriti & amantis cordis: misce has sanguini tuo
bone Iesu.*
 4. *Si peccata intuear mea, nihil habeo quod sperem: si vulnera tua, nihil est quod
non audeam sperare.*
 5. *Intuere me oculis misericordia tua: & iustitiam tuam longè fac à me Deus
meus, amor meus.*
 6. *Dele vniuersa delicta mea, ut iungar tibi indissolubili nexu Deus meus.*
 7. *Non mereor iungi tibi. sed vincula, columna, spina, crux, clavi iunxerunt me
tibi, amor meus.*
 8. *Peccavi: sed sanguis tuus peccatorum meorum spongia est: si eternum: ut mun-
do corde seruiam tibi.*
 9. *Peccata mea quid auertistis faciem amoris mei à me? longè fac illa à me: ut nul-
lum sciam prater te.*
 10. *Tu scis optime Iesu quod amem te. pelle tanum à me quidquid displiceret tibi.
casto amori meo.*
 11. *Dilecti mei vulnera ubera mea, ut vos amo! eterna haec ubera sua Deus mens
& omnia.*

32. Quis

12. *Quis me innectat columnatae? quis transfigat spinis, clavis, lancea, ut etiam nunc iungamur, tu & ego, amor meus, sponsus meus, Deus meus?*

Sunt alij denique, & hi paucissimi, è millibus nimirum vnius aut alter.

XXX. quos Deus peculiari quadam gratitâ donat gratiâ. qui sepositis discrû. Pauci se in meditando per modum patientium habent. bus & ratiocinationibus, ac aspirationibus, quibus perraro vtuntur, magis se in meditationibus ac orationibus suis per modum patientium quam agentium habent. Non quod non agant. quî enim possent sine operatio- ne intelligere aut amare? sed quod magnis admodum diuinis collustra- tionibus illuminentur, magnoque cælestium gaudiorum influxu perfan- dantur. Quo fit vt in continua quadam animorum volupate, toto medi- tationis tempore versentur, fruanturque non explicandis homini gau- diis. quorum à cælesti Dei manu copia tanta est, vt omnem adimat dis- cursum intellectui, nec mentalibus aut vocalibus precibus locum relin- quat. sed totam ita possideat & occupet animam, vt in quadam continua hilaritudine, ac diuinorum fruitione versetur. è quorum magnitudine, frequentia quædam quasi animorum deliquia patiuntur, ecstasies ac tra- ptus: cum mens potentibus his cælestium influxibus, ab omni propè cor- poris functione auocatur, ipsumque adeò non raro corpus destituit, tota in Deum suum effusa ac rapta. Quo fit vt vix tunc aut videat, aut audiat quidquam: sed totam ad se animam, viresque, operationesq; illius omnes, rapiat Deus, vt nihil propè externalum rerum, que corpus tangunt, sen- tiat. crederes extra corpus animam versari, cum quidquid est animorum tam potenter ad se diuina traxerint, vt vix ullum corporeis functionibus locum relinquant. In quo genere non infreenter diuinorum rerum vi- fiones quædam ostenduntur animo. de quibus, qui illa patiuntur, rogati, cum Apostolo dicent, *In corpore, an extra illud, nescio.* Communicatq; Deus talibus magnas quasdam, rarasque cælestium rerum cognitiones, quas nul- la litterarum studia dare consuerunt. accediturque plurimum animus per hæc in feruentes diuinos amores, terrenarumque omnium, vt hono- rum, opum, deliciarum, cōtemptum. Sed & graue talibus est, mundi huius rebus misceri. vt vnicum proinde gaudium illorum sit diuinorum tractatio. in quorum enarrationibus videbis illos non raro quasi extra se rapi, ani- misque accendi, vultu etiam inflammati, & totos commouieri.

Scio multum in hac re naturæ constitutionem posse: plurimum etiam Satanam, qui frequenter se vertit in angelum lucis, nec leuibus animas nimis credulas, maximè muliebres, internis quibusdam perfundit gaudiis: & quasdam etiam diuinorum rerum cognitiones suggerit, quo facilius ho- minem, spe cælestium fallat. Opus proinde in hoc meditandi generem ma- gnâ circumspectione & prudentiâ, sapientis etiam directoris aut confessi- tij discretione, quâ lupum ab ove, cælestes nimirum à diabolis inspira- tionibus & illustrationibus, discernat. Qui si talem viderit in omni virtu- tum genere crescere, maximè in humilitatis amore & progressu, sincero- que ferri mortificationis in re omni studio, rerumq; sæculi huius contem-

pt.

ptu, gaudereq; deterioribus infimisque, aliorumque de se contemptum inter beneficia numerare, hostesque suos Christi exemplo, peculiari amore prosequi, beneficijsque onerare; benè meditantem sperare iubeat. Retrahat tamen illum aliquando ab hoc genere, ut videat an obsequi sciatur quod etiam non postremum signum est venire hæc à Deo. cùm diabolus ferè quos fallacibus illustrationibus suis præuenit, in fastum, iudicij proprij tenacitatem, amoremque sui trahat, & à Superiorum obedientia reuocet, ac aliâ omni, quam humilitatis ac obedientiæ, ducat viâ.

Plurima hæc de re apud mysticos scriptores, veteres ac recentiores reperties, caute tamen ac prudenter legendi, ac non nisi è directoris mente, maximè indoctis ac mulierculis, quibus perraro admodum talis lectio permittenda.

XXXI.

Vtitur verò Deus variis modis, animasq; pias, quas ad se per hoc orandi ac contemplandi genus vocat, dignaturque supernaturalibus illustrationibus, non vñâ viâ dicit. Quare nec certi quidquam statui potest, nec certus ordo tradi. & quis prescribet leges Deo? aut ad vnum modum arbitabit potentiam illius? Hoc tamen vniuersum dici potest. in hac contemplandi exercitatione, mentisque illustratione, cùm variâ cælesti luce irradiatur anima, diuinoque magis magisque amore inardescit, vires ferè illius ab externis omnibus auocari, & ad interna vocari. quem modum *Secessum virium animæ mystici* vocare consueuerunt. Allusisse ad hoc Dominus apud Prophetam videtur: *Ecce ego lactabo eam, & ducam eam in solitudinem, & loquar ad cor eius.* Ad solitudinem vocat Deus animam, cùm illam ab omni humanarum rerum consideratione auocat, & totam ad se trahit, omneque robur illius ad interiora seuocat.

Diversa
Deus viis
animas cō-
ducit.

Succedit spirituale quoddam, vt dicunt *silentium*, cùm anima cælestis XXXII. lucis magnitudine & amore perfusa, admiratione ac stupore quodam defigitur, verbisque destituitur. quare in profundo quodam silentio se continent, solique cognitioni ac affectioni vacat diuinæ. Credas ad silentium hoc allusisse Prophetam: *Bonum est prefatolari cum silentio salutare Dei.* Hinc *Tibren. 3.* illæ Dei monitiones: *Audi filia, & vide, & inclina aurem tuam.* Ad animam *Psal. 44.* illi verba, quam internis erudit monitis. quibus accensa inclamat: *Animæ Cant. 5.* mea liquefacta est, ut locutus est.

*Quid sit si-
lentium.*

Sequitur *vno*, vt vocant, seu intima quædam animæ cum Deo coniunctio, nullâ humanâ industriâ aut labore paranda, cùm clarâ se luce Deus presentem animæ præbet. vnde tenerissimus quidam nascitur amor Meminit huius Dominus apud Ioannem: *Non pro eis autem rogo tantum, sed & pro eis, qui credituri sunt per verbum eorum in me: ut omnes vnum sint, sicut tu Pater in me, & ego in te, ut & ipsi in nobis vnum sint, ego in eis, & tu in me: ut sint consummati in vnum.* Non vt vnum fiant in Deo unitate essentiæ diuinæ, quasi in illam transeat homo, aut animæ substantia in diuinam vertatur essentiam: sed unitate quadam amoris. quo etiam modo dicere consueuimus, mutuò se verè amantes, non duos, sed vnum esse. *Quod magis*

Quid vaio.

Cap. 17.

K k k k etiam

etiam locum habet in amore diuino, qui infinitum potentior humano est. Quo sit, ut homo per ardentem in Deum affectum, quamdam illius similitudinem induat, arctissimo illi nexu coniunctus, amore quasi quodam glutino Deum & animam mutuo necente. Atque hoc modo mystici scriptores, cum de vnitate animæ cum Deo loquuntur, intelligendi. Vnde etiam sit, ut in hac intima vnione, pati magis quam agere animam dicant, plus nimirum pati quam agere. Quam vnionem profunda ferè quædam suspitia; quasi vnionis huius prænuntia & antecambula, quidam ut plurimum arbitrantur præcedere.

XXXIV.

*Ex ea se-
quitur qui-
es & pax.*

Gant. 2.

Exsurgit verò ex hac vnione magna quædam *quies & alia pax* animo, omnibus saeculi tempestatibus maior, & quam nulla intercurrentia aduersa, de concessa cælitus tranquillitate turbare aut deiecere possunt, ut frustra in hanc quidquid mundo fluctuum est, insurgat. Videtur quietem hanc attigisse illa, cuius haec verba sunt: *Sub umbra illius, quem de-
sideraueram, sedi: & fructus eius dulcis gutturi meo.* Sedere quiescentis est. In qua quiete diuinis anima fruitur donis, intellectu ingenti lumine è Dei præsentia collustrato; voluntate verò, ex eiusdem præsentia, amore vndeque inardescente. neque aliud iam querit, cum summo bono suo Deo coniuncta, quidquid vilis desiderare votis poterat, consecuta sit.

XXXV.

*Ex illa so-
mnus spiri-
tualis somnus:*

Gant. 5.

Sequitur quietem hanc, uti mystici scriptores loquuntur, quidam *spiri-
tualis somnus:* cum anima è Dei sui coniunctione, & diuinorum cogni-
tionis, ardenterissimo ineberiata amore, omnem propè intellectus operatio-
nem excludit. De quare intelligi potest illud spōsi: *Ego dormio, & cor meum
vigilat.* Fit hoc, cum diuino amore absumpta anima, quasi in sponsi sui si-
nu quiescens, obliuiscitur omnium quæ Dei non sunt: solam intelligentiam admittens, quæ ad ardentem Dei amorem faciem præbet.

XXXVI.

*Hinc ec-
stases &
raptus.*

2 Cor. 12.

Acor. 7.

Hinc ecstases & raptus, & mentis quidam excessus, cum contemplans, at-
tentione ac amore crescente, ab exterioribus sensibus abducitur, siue hoc ex diuini luminis magnitudine, siue ex ardenterissimi amoris æstu proueniat. Habet raptus huius exemplum in Paulo. *Scio hominem in Christo (sive in corpore nescio, sive extra corpus nescio, Deus scit) raptum huiusmodi ad tertium celum. & scio huiusmodi hominem (sive in corpore, sive extra corpus, nescio, Deus scit) quoniam raptus est in paradisum, & audivit arcana verba, que non licet hominē loqui.* Non absimile aliquid contigit Stephano: qui cum esset plenus Spiritu sancto, intendens in celum, vidis gloriam Dei, & IESVM stans ad dextris Dei. Suauiter aliquando ad hæc, ac quasi per gradus contemplans deducitur: aliquando magno ad illa impetu à Deo rapitur.

XXXVII.

*Apparicio-
nes vnde
interven-
tem con-
templandū
contingat.*

Solent verò inter hæc non raro variæ se offerre apparitiones Christi, Dei Matris, angelorum, Sanctorum: nunc oculis corporeis visibiles, nunc imaginationi tantum, per quam transeunt ad intellectum. Quid? quod aliquando in solo peragantur intellectu: cum diuinarum rerum ostensiō, solo intellectui inspicienda obiicitur. quæ nunc quasi in caligine ac nebula, nunc quasi die mediâ peragitur. Illa hominum est, qui in hæc vita non

non nisi quasi per interpositam nubem, cælesti lumen, Deumque ac cælestia intuentur. hæc Sanctorum cælo iam asscriptorum, quibus clara & intuitiua conceditur visio Dei: quam Patres, ac plerique Doctores omnes negant mortali concedi solere.

In quibus omnibus, frequentibus circumfluit anima gaudijs, perfunditurq; sinceris purisque voluptatibus cælestibus, quæ in ipsum etiam corpùs transfunduntur, quas nullus calamus exprimat. Has non uno loco Scriptura docto penicillo exprimit. Hinc illa: *Ego declinabo super eam quasi flumium pacis, & quasi torrentem inundantem gloriam Gentium, quam sugetis: ad ubera portabimini, & super genua blandientur vobis.* quomodo si cui mater blandiatur, ita ego cōsolabor vos. videbitis, & gaudebit cor vestrum, & osa vestra quasi herba germinabunt. Et illud: *Inebriabuntur ab ubertate domus tua, & tor- rente voluptatis tua porabis eos: quoniam apud te est fons vita, & in lumine tuo vi- debimus lumen.* Ad quæ referri possunt verba sponsæ: *Introduxit me in cellam vinarium, ordinavit in me caritatem. Fulcite me floribus, stipate me malis: quia amore langueo.* Magis verò etiam elucet, cum post ebrietatem cellarum, & exinde vberum, inclamat: *Meliora sunt ubera tua vino, fragranzia unguentis optimis.* Et audet post hæc vberibus plena: *Osculetur me osculo oris sui.* Vnde illæ erumpunt admirabundæ voces: *Quæ est ista, que ascendit de deserto, de liciis affluens, innixa super dilectam suum?* De terra nimirum, cælestium vo- luptatum & deliciarum ignata. & affluit tamen, & circumfluit vndique illis. nil mirum, cum innitatür dilectio suo, Deo suo, sponso suo, in contemplationis & orationis æstu posita. Quam etiam his verbis dignatur sponsus Deus: *Pone me ut signaculum super cor tuum, ut signaculum super brachium tuum: quia fortis est ut mors dilectio: lampades eius, lampades ignis atque flammarum. aquæ multæ non potuerunt extinguere caritatem, nec flumina obruenire illam: si dederis homo omnē substantiam domus sua, quasi nihil despiciet eam.* Beata anima quæ Deum habet cordis sui signaculum: cuius tamquam sigillo Deus confirmauit, quo minus alia præter vnum Deum admittat. Felix & nimium felix, cuius cordis sigillum Deus est. sed & brachiorum illius, o- petum nimirum externorum, signaculum Deus est: ne quid admittat circulatuum operationum, sed solo satiata Deo, illi se vni impendat. Et verè fortis est ut mors dilectio, cuius imperio, quidquid terræ cæloq; ma- gnus, subiacet. Verè etiam lampades illius, lampades ignis & flammarum sunt, cum nihil tam validum sit, quod robori & ardori illius resistat. non Deus ipse: quem amot nostri, detractum cælo, stabulare fecit in vtero Vir-гинis. Sed nec illæ aduersantium rerum aquæ extinguere amorem, con- templationibus his propè adgenitum, consueverunt. nec quidquid orbe terro est hominum, opum, voluptatum, commodorum, deliciarum, com- poni cum amore è contemplationibus hausto potest. Atque hinc illa ma- gnorum vota: *Heu mihi, quia incolatus mens prolongatus est. & alibi: Sit inuit ani- ma mea ad Deum fortè viuum: quando veniam & apparebo ante faciem Dei: Psal. 41.* & illud' Apostoli qui raptus fuerat in tertium cælum: *Dæderum habens Philip. 1.*

XXXVII.
Gaudia a-
nimæ etiā
in corpus
redundant.
Isaia 66.

Cant. 1.
Ibidem.

Cant. 2.

Cant. 3.

Cant. 4.

Cant. 5.

Cant. 6.

Cant. 7.

Cant. 8.

Cant. 9.

Cant. 10.

Cant. 11.

Cant. 12.

Cant. 13.

Cant. 14.

Cant. 15.

Cant. 16.

Cant. 17.

Cant. 18.

Cant. 19.

Cant. 20.

Cant. 21.

Cant. 22.

Cant. 23.

Cant. 24.

Cant. 25.

Cant. 26.

Cant. 27.

Cant. 28.

Cant. 29.

Cant. 30.

Cant. 31.

Cant. 32.

Cant. 33.

Cant. 34.

Cant. 35.

Cant. 36.

Cant. 37.

Cant. 38.

Cant. 39.

Cant. 40.

Cant. 41.

Cant. 42.

Cant. 43.

Cant. 44.

Cant. 45.

Cant. 46.

Cant. 47.

Cant. 48.

Cant. 49.

Cant. 50.

Cant. 51.

Cant. 52.

Cant. 53.

Cant. 54.

Cant. 55.

Cant. 56.

Cant. 57.

Cant. 58.

Cant. 59.

Cant. 60.

Cant. 61.

Cant. 62.

Cant. 63.

Cant. 64.

Cant. 65.

Cant. 66.

Cant. 67.

Cant. 68.

Cant. 69.

Cant. 70.

Cant. 71.

Cant. 72.

Cant. 73.

Cant. 74.

Cant. 75.

Cant. 76.

Cant. 77.

Cant. 78.

Cant. 79.

Cant. 80.

Cant. 81.

Cant. 82.

Cant. 83.

Cant. 84.

Cant. 85.

Cant. 86.

Cant. 87.

Cant. 88.

Cant. 89.

Cant. 90.

Cant. 91.

Cant. 92.

Cant. 93.

Cant. 94.

Cant. 95.

Cant. 96.

Cant. 97.

Cant. 98.

Cant. 99.

Cant. 100.

Cant. 101.

Cant. 102.

Cant. 103.

Cant. 104.

Cant. 105.

Cant. 106.

Cant. 107.

Cant. 108.

Cant. 109.

Cant. 110.

Cant. 111.

Cant. 112.

Cant. 113.

Cant. 114.

Cant. 115.

Cant. 116.

Cant. 117.

Cant. 118.

Cant. 119.

Cant. 120.

Cant. 121.

Cant. 122.

Cant. 123.

Cant. 124.

Cant. 125.

Cant. 126.

Cant. 127.

Cant. 128.

Cant. 129.

Cant. 130.

Cant. 131.

Cant. 132.

Cant. 133.

Cant. 134.

Cant. 135.

Cant. 136.

Cant. 137.

Cant. 138.

Cant. 139.

Cant. 140.

Cant. 141.

Cant. 142.

Cant. 143.

Cant. 144.

Cant. 145.

Cant. 146.

Cant. 147.

Cant. 148.

Cant. 149.

Cant. 150.

Cant. 151.

Cant. 152.

Cant. 153.

Cant. 154.

Cant. 155.

Cant. 156.

Cant. 157.

Cant. 158.

Cant. 159.

Cant. 160.

Cant. 161.

Cant. 162.

Cant. 163.

Cant. 164.

Cant. 165.

Cant. 166.

Cant. 167.

Cant. 168.

Cant. 169.

Cant. 170.

Cant. 171.

Cant. 172.

Cant. 173.

Cant. 174.

Cant. 175.

Cant. 176.

Cant. 177.

Cant. 178.

Cant. 179.

Cant. 180.

Cant. 181.

Cant. 182.

Cant. 183.

Cant. 184.

Cant. 185.

Cant. 186.

Cant. 187.

Cant. 188.

Cant. 189.

Cant. 190.

Cant. 191.

Cant. 192.

Cant. 193.

Cant. 194.

Cant. 195.

Cant. 196.

Cant. 197.

Cant. 198.

Cant. 199.

Cant. 200.

Cant. 201.

Cant. 202.

Cant. 203.

Cant. 204.

Cant. 205.

Cant. 206.

Cant. 207.

Cant. 208.

Cant. 209.

Cant. 210.

Cant. 211.

Cant. 212.

Cant. 213.

Cant. 214.

Cant. 215.

Cant. 216.

Cant. 217.

Cant. 218.

Cant. 219.

Cant. 220.

Cant. 221.

Cant. 222.

Cant. 223.

Cant. 224.

Cant. 225.

Cant. 226.

Cant. 227.

Cant. 228.

Cant. 229.

Cant. 230.

Cant. 231.

Cant. 232.

Cant. 233.

Cant. 234.

Cant. 235.

Cant. 236.

Cant. 237.

Cant. 238.

Cant. 239.

Cant. 240.

Cant. 241.

Cant. 242.

Cant. 243.

Cant. 244.

Cant. 245.

Cant. 246.

Cant. 247.

Cant. 248.

Cant. 249.

Cant. 250.

Cant. 251.

Cant. 252.

Cant. 253.

Cant. 254.

Cant. 255.

Cant. 256.

Cant. 257.

Cant. 258.

Cant. 259.

Cant. 260.

Cant. 261.

Cant. 262.

Cant. 263.

Cant. 264.

Cant. 265.

Cant. 266.

Cant. 267.

Cant. 268.

Cant. 269.

Cant. 270.

Cant. 271.

Cant. 272.

Cant. 273.

Cant. 274.

Cant. 275.

Cant. 276.

Osee 2.

dissoluti, & esse cum Christo. Quæ vota, è medio fornacis ardoris orationis, tamquam ignea in cælum tela emissæ sunt. Nec mirum. cùm habent iam animæ illæ certum quoddam pignus diuinæ in se voluntatis. Sponsabo te mihi in sempiternum. & sponsabo te mihi in iustitia & iudicio, & in misericordia & in miserationibus: & sponsabo te mihi in fide: & feies quia ega Dominus. Que non nisi in medio calore animæ amore austuantis & cupientis dissolui, à Deo dicta; & ut connubialis fœderis arrha, in vicem sponsalitiae do-tis, addicta.

XXXIX.

*Quos fru-
tus anima
è meditan-
do colligat.* E quibus omnibus, adeoque ex horum singulis, non raro admirandi nascuntur in anima virtutum omnium profectus: quales sunt, resum omnium sæculi huius despiciens; ingens animus ardua quæque pro Christo patiendi; magna mentis serenitas; ardens castitatis amor; horror à peccatis, etiam levibus; profunda humilitas; sui neglectus ac contemptus. Quid? quod anima, quo ad maiora eleuator, hoc se deprimat magis, omnem gloriam referens in Deum; abicitissimeq; de se sentiens, præclare de alijs: gaudetq; adeò etiam contemni, & inter ultimas numerari. Et sane semper humilitas sociata his donis cælestibus est, & indiuiduo quodam nexu illis implicata. ita ut quo coniungitur arctius anima Deo, maioreque diuinorum luce & amore donatur, hoc se deprimat magis, indigiamque se omnibus his cælestibus collustrationibus, & gratuitis donis iudicet: timideq; apparitiones, reuelationes, ecstases ac raptus admittat; cùm sciat periculi in his plurimum, velitatis parum esse: harumque rerum desideria ferè è superbia nasci, quâ quis se supernaturalibus his donis dignum arbitratur; aut è vana curiositate, quâ in solita hæc experiri desiderat; aut demum è quodam fideli tempore, quam portentosis his vult firmari. Scit deinde, non raro hæc ex vehementi apprehensione, aut melancholia sive insata, sive adgenita, prouenire; frequentiùs etiam à dæ-mone, qui facilis in credulitatem animas inescat his visionibus. Scit etiam apparitiones illas meriti nullius esse, quare nec voulendas, nec expendas. Scit denique se ob spirituales suavitates animam circumstagnantes, nec meliorem, nec Deo gratiorē esse; vt nec ob harum frustrationem, minus Deo gratiam: cùm sciat spiritualis vita profectum, non in his, sed in verarum ac solidarum virtutum, ac in primis in profundæ humilitatis, & amoris diuini perfectione ac magnitudine consistere.


XL.
Meditans
quomodo
cautè so-
gerere in
his debeat.

Monitum paucis, huic meditandi modo addicatum lectorem meum vobis, vt prudenter singula dispiciat, initiaque ac progressus in his rebus seriò discutiat: nec alicuius eorum quæ illi obueniunt, ignarum esset permittat confessarium. Consideret deinde præter ea quæ dixi, quando eiusmodi lux ac diuinorum cognitio, aut etiam amor, animum illius occupet. nam si maiora bona impediāt, suspecta habeat. vt, si illi proueniant quo tempore incumbendum est saluti aliorum, vel quo ratione impositi sibi muneris, studiis, lectioni, scriptioni, concionibus, aut his similibus se dare debet: aut etiam nocturno somni, aut mensa tempore. Vt enim dia-

bolus

bols hominem auocet ab ijs, è quibus magna in proximorum salutem videt nascitura; conatus animum illius quadam caelestium luce ac cognitione, varijsque internis lætitiis perfundere. quo his allectus, seponat vtiliora. Necessarium etiam somni ac pascendo corpori tempus, influxibus his eripit, quo corpus debilitet, profutura robori illius subtrahendo, minusque exinde idoneum reddat, animabus Deo suo conciliandis. Expertus hoc fuerat Sanctus P.N. Ignatius studiorum tempore. quare magno conatu, detectis dæmonum fraudibus, obuiam his iuit, & intempestivas etusmodi collusfrationes, & animorum gaudia, repulit: totumque destinatum studijs tempus, serio illis impendit, quo maiore exinde fructu, proximorum saluti, necessarijs instructus, incumberet.

E I N I S.



SYLLABVS CAPITVM.

CAP. I.	<i>De Iudaorum concilio, super Christi morte.</i>	Pag. 15
CAP. II.	<i>De ultima cena.</i>	15
CAP. III.	<i>De oratione in horto.</i>	72
CAP. IV.	<i>De captivitate in horto.</i>	97
CAP. V.	<i>De iis que auferunt Christo in domo anno 25 Capitum.</i>	129
CAP. VI.	<i>Accusatio in domo Pilati et Herodis.</i>	161
CAP. VII.	<i>De flagellatione.</i>	240
CAP. VIII.	<i>De coronatione.</i>	257
CAP. IX.	<i>De Christi damnatione, Iude interitu.</i>	299
CAP. X.	<i>De crucis baultione.</i>	374
CAP. XI.	<i>De crucifixione.</i>	413
CAP. XII.	<i>De quinque Christi vulneribus.</i>	443
CAP. XIII.	<i>De septem verbis in cruce prolatis: de primo.</i>	482
CAP. XIV.	<i>De secundo verbo.</i>	523
CAP. XV.	<i>De tertio verbo.</i>	547
CAP. XVI.	<i>De tenebris.</i>	567
CAP. XVII.	<i>De quarto verbo.</i>	577
CAP. XVIII.	<i>De quinto verbo.</i>	594
CAP. XIX.	<i>De sexto verbo.</i>	614
CAP. XX.	<i>De velo scisso, terra mota, monumentis aperiis.</i>	629
CAP. XXI.	<i>De septimo verbo.</i>	648
CAP. XXII.	<i>Mors Christi.</i>	657
CAP. XXIII.	<i>Delateris apertione.</i>	667
CAP. XXIV.	<i>De sepultura Christi.</i>	699
CAP. XXV.	<i>De iis, que post sepulcrum à Magdalena et sociis misericordibus facta.</i>	723
CAP. XXVI.	<i>De iis que sepulcri custodes retulerunt post Christi resurrectionem.</i>	744
CAP. XXVII.	<i>Gratissimum esse Deo Passionis suae memoriam.</i>	761
CAP. XXVIII.	<i>Varios continens meditandi modos circa Passionem Domini.</i>	769
CAP. XXIX.	<i>De diversis meditantium modis.</i>	783

